R-3
163

Ex Bibliotheca R.
Conv. Montesiae.
XVI B 17

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS DEI GRA REX ARAGONVM

# PROLOGVS

¶ Aelius Antonius Nebriſſenſis Iſabelæ Principi ſuæ. S. D.

CVM introductiones meas preclariſſimo tuo noie recognitas atq; interptatas ędere
cœpiſſem, multi a me petierũt: vt illũ ipſum prologum: quo ſum celſitudinem tuã prę
fatus; enarrarẽ: tum ꝙ ꝓpter eas antiquitates q̃ in eo perſtringũtur, ſub obſcurus atq;
difficilis cognitu videretur: tum etiam ꝙ rei literariæ profeſſores a procemio librorũ
ſemper auſpicari conſueuerunt. Et quamq̃ multa erãt quæ me ad id facere prohibe
rent: tum ꝙ cõmentarios cõmentariis inculcãdo; nimio apparatu tempus inſumebatur: tum ꝙ offi
cium interpretis eſt multa in cõmẽdationem autoris illiꝰ dicere, quem exponit, tũ deniq; ꝙ nullo
exemplo aut perq̃ raro fieret: vt quiſq; autor ſuũ opus interpretetur: geſſi tamẽ illis morẽ: quibus
nihil denegare potui. Expoſitionem igitur prefationis aggrediamur. Ad optimã eandemq; maxi
mam. In titulo ſiue indice ſiue inſcriptione cuiuſq; operis duo præcipue annotamẽta ſunt, nomẽ
autoris & ſubiecta libri materia. Quidã addũt & perſonã; cuius nomine opus illud inſcribitur; q̃
ſi expreſſa non fuerit: nihilominus tamẽ intelligimus librũ publicę lectorũ vtilitati dedicatũ. Au-
tor igitur eſt Aelius Antonius Nebriſſenſis grãmaticus, Materia eſt recognitio cum cõmẽtariis
introductionũ ſuarum: quas de ſermõe latino iã bis ædiderat. Perſona cui opus dedicatur eſt opti
ma eademq; maxima Auguſta Iſabela. Titulus, non vt quidã furore perciti diuinãt, a Titane; hoc
eſt a ſole dicit̃; quia illuſtrat, qua de re in illo opere diſputatur: ſed autore Feſto Titulus a tutando
venit; quia tuetur & prohibet; ne plagiarius quiſpiã librum alieno labore partum pro ſuo ædat.
Index vero dicitur ab eo quod & autoris nomen ſimul & materiam indicat: & quaſi digito demon
ſtrat. Inſcriptio quoq; appellatur: quia prima ſtatim frõte atq; libri initio inſcribitur. Sed quãq̃ or-
do naturæ deſiderat: vt nomen autoris ꝑponi debeat: deinde materia ſubiungi: tum demum perſo
na cuius nomine opus æditur: eos inani quadã ambitiõe perſuaſi; oĩa inuertimus; poſtponimuſq;
quod fuerat præponendũ. Pari ſunt in errore: q̃ in hunc modum loquuntur. Rex & ego veni-
mus. Nam (ſi verum eſt quod grãmatici dicunt) verbum digniori reſpondere debere; eadẽ ratio-
ne dicendum fuit: Rex & tu & ego venit. Quod nõ minus abſurdum rediculumq; eſt dicere: q̃m
in orationis ſerie nõ tã rerum dignitas: quã perſonarũ ordo deſideratur. Quare in titulo dicẽdum
fuit potius: Aelii Antonii Nebriſſeñ. Grãmatici ꝑfatio in recognitionem cõmentarioſq; introdu
ctionum ſuarum ad optimã eãdemq; maximam Auguſtã. Sed, quoniã autor eſt Ariſtoteles, mul
titudinis arbitrio loqui oportere: ſentiẽdum vero eſſe cũ paucis; in titulo qui multitudini legẽdus ꝑ
ponitur. Auguſtã noſtrã antepoſuimus. Ad optimã eandẽq; maximã. Ego nõ alio potiſſimum
dignitatis epitheto dignatus ſum Hiſpaniarũ Reginam: q̃ quod antiquitas dedit ſuo Ioui: quem
Grecia in arce diuinitatis cũ poſuiſſet: optimũ maximũq; appellauit. Optimũ videlicet ꝓpter bñ
ficentiã. Maximum vero: quia ſupremum gradum in vniuerſitate rerum optinere putabat̃. Idẽ ꝑ
pe valeret, ſi dixiſſem. Ad altiſſimã eandemq; clariſſimã Auguſtã. Nã Altiſſimum eſt, q̃d in ſum-
mo rerum faſtigio collocatum eſt. Clariſſimum vero: quod virtutis ſplẽdore conſpicuum atq; il-
luſtre reddit̃; vnde gloria illa reſultat: quam Cicero dicit eſſe cõſenſum bonorum atq; incorruptã
vocẽ bene indicãtium de excellenti quadam virtute: tametſi in epiſtolis ad Lucillum Seneca: Glo
riã a Claritudine diſtare putet; vt gloria ſit conſenſus multorum, claritudo vero tantum bonorum.
Quod nõnulli reges ſereniſſimos appellant: id neq; viſitate neq; latine dicitur. Nam ſi vultus ſere-
nitas: q̃ animi tranquillitatẽ ꝓmittit, virtꝰ eſt: ſi iuſticia; fortitudo; ſeueritas grauitas, magnitudo ani
mi; largitas; bñficẽtia, liberalitas; virtutes regię ſunt: vt Cicero pro rege Deiotaro ſcribit: nõ minus
tamen ad ſubditos pertinẽt. Regum igitur ꝓpria eſt celſitudo claritaſq;: & ſi ambitioſe nimiũ Vul
pianus in libris digeſtorum de ſenatoribus dicat ſenatores quoq; poſſe claros appellari. Auguſtã.
Quemadmodum vxores regum reginæ: ſic imperatorum nõ (vt vulgus loq[uit]ur) imperatrices:
ſed auguſtę appellant̃. Auguſtam igitur diximus ſiue ab Auguſto augurio, q̃d huius auſpiciis
res omnis Hiſpana reſtituta eſt: ſiue ab augẽdo: quia ipſa uires ſubminiſtrante: ductu atq; imperio
dulciſſimi cõiugis res publica Hiſpana aucta propagataq; ſit. Iſabelã. Hiſpanus ſermo nomẽ hoc a
diui Ioannis baptiſtę matre Eliſabeth vt Hebræi; ſiue Eliſabet per. t. exile in fine detorſiſſe videt̃.
atq; vt græci vtrobiq; penultima acuta: non Heliſabet per. t, atq; accẽtu acuto in fine vt corrupte
in omnibus libris legebat̃, proferebaturq; corruptius; Sed quia declinatiõis latinę ratio exigebat,
ut ab Eliſabet Eliſabeta diceremus: id q; durum tum pleriſq;: tum etidem ipſi Reginę viſum, eſt ab
Iſabel voce Hiſpana nouo nomine Iſabelam potius q̃ ex Heliſabet voce Hebraica aut Eliſabetã
fecimus. Huius nominis tertiam. Prima nãq; huius nõis regina fuit Ludouici illius filia; q̃ primus
in Gallia hoc nomine regnauit; quã duxit vxorẽ Alphonſus ille, qui Hiſpaniarũ Imperator eſt

cõſalutatus. Secunda fuit huius noſtrę ex Ioãne ſecũdo mater fœliciſſima. Hiſpaniæ. Hęc Grecis ab Ibero amne ſiue ab Iberibus: q illã incoluerũt: Iberia dicta ẽ. A latinis vero Heſperia minor eadẽ ratione: qua Heſperia maior Italia eſt a Grecis appellata. A iunioribꝰ deinde ab Hiſpali Hiſpania, vt noĩaretur, obtinuit. Ac inſularũ nr̃i maris. Quod vulgus Mediterraneũ vocat; latini noſtrũ ſiue Herculeũ mare appellant: cum mediterranea potius dicãtur loca a mari remota: vt ſi dixeris Toletum eſt vrbs mediterranea. Inſularũ vero. Ambitioſe dixit cum non oĩm ſit regina ſed tantum Pityuſarum; Balearium; Sardinię; Corſicę. Sicilię cum reliquis illi adiacẽtibus inſulis. Reginam. non qua ratione vxores atq; filię regum a latinis reginę dicuntur, ſed quia regnum Hiſpaniarum illi dotale fuit. Aeli Antonij Nebriſſeñ. grãmatici. vt Aelius ſit prenomen; Antonius nomẽ. Nebriſſenſis cognomẽ. Grãmaticus vero agnomen. ex ꝓfeſſione ſumptũ. Solẽt multi a me quęrere cur Aelij prenomen mihi adoptauerim, cum prenomina gentilicia eſſe debeant: hoc eſt familię cuiuſq; propria. Quibus ego reſpondendũ eſſe opinor hoc in loco ſimul oĩbus qđ ſum ſingulatim reſpondere ſolitus: illam videlicet fuiſſe mihi cauſam prenomen hoc aſſumẽdi, qđ Nebriſſæ atq; in agro Nebriſſenſi cõplura ſunt antiquitatis monumẽta: in quibꝰ Aeliorum atq; Aelianorum familia marmoribus inciſa leguntur. Licuit ergo mihi tanq̃ maioribus meis hæreditario quodã iure prenomẽ hoc adoptare: cum preſertim in tota Bætica Aeliorum familia fuerit clariſſima: ex qua ſunt Ael. Traianus. Ael. Hadrianus Cæſarũ preſtantiſſimi; qui mihi fuerũt ꝓpe dixerim cõterranei. Dicet vero qſpiã. Aelij atq; Aeliani; quos tu dicis Nebriſſam tuam coluiſſe: quoſq; falſa maiores tuos fuiſſe iactitas, qđ ipſa nomina preſeferũt. Romanos fuiſſe conſtat. qui poſt annos circiter ſeptingẽtos a Gotthis Vandaliſq; Nebriſſa pulſi ſunt, atq; rurſus Gotthi Roderico rege a Pœnis Mauritaniſq;. quos tandẽ poſt annos circiter quingẽtos Ferdinãdꝰ tertiꝰ. omniũ gentis Gotthicę regum clariſſimus atq; ꝑinde ſanctiſſimus, tam diuturna poſſeſſione deiecit. Quo igitur iure quaue iniuria tibi inde hereditariũ nomẽ vſurpas, cuiꝰ ſtẽma toties interruptum eſt: His ergo poſſum illud adhuc reſpondere. Et ſi fortuna illius oppidi: quẽadmodum & aliarum rerum: ſępe mutata eſt: licuiſſe tamẽ a Romanis; patrię quondam meę colonis quorumq; virtutis ſum admirator: ſi non ꝑ naturã ſaltẽ ꝑ adoptionẽ, aut ꝑ Pythagoræ palingeneſiam; aut ꝑ Anaxagoræ potius homeomeriam. i. omnium partium atq; mẽbrorum inter ſe ſimilitudinẽ: quam Maro quarto æneidos libro ſignificare viſus eſt, cum Eliſam his verbis imprecantẽ inducit. Exoriare aliquis nr̃is ex oſſibus vltor: qui face Dardanios ferroq; ſequare colonos. Nam quẽadmodum Dido optat atq; precatur; vt ex cineribus ſuis aliquando oriat̃, q iniuriæ ſibi ab Aenea illatę ſit vltor, qđ Hãnibal poſtea feciſſe putat̃: eadẽ quoq; rõne poſſum ego dicere me vnum ex poſteritate Romanorũ eſſe: ex quorũ cineribus non minus ego ſum ortus: q̃ Hannibal fuit ex oſſibus Eliſę. Antonius nomẽ eſt. gẽti meæ freq̃ntiſſimum: quo noĩe fuit mihi auꝰ atauuſq; materni: viuitq; adhuc ſoror Antonia: quę nomine quoq; ipſo proauiã refert. Nebriſſenſis. De antiquitate illius oppidi quoniam multa in alijs quoq; locis carmine & proſa orõne cõſcripſimus; illud tantum in hoc loco nõ diſſimulandũ. Nebriſſam quę alio nomine Veneria eſt appellata. Turdetanorum eſſe oppidũ perq; vetuſtum in Bætica poſitũ a Libero patre: quo tpe victor Hiſpaniam luſtrabat: inter ęſtuaria Bætis: quẽadmodum autores ſunt Strabo Plinius & Ptolemeus; appellatamq; Nebriſſam a nebridibus dãmarum pellibus: quarũ erat vſus in ſacris. quę Bacchus illo in loco inſtituerat: dicẽte Sillio Italico punicorũ libro tertio. At Nebriſſa Dionyſeis conſcia Thyrſis. Quã ſatyri coluere leues redimitaq; ſacra nebride. & hortano menas nocturna Lyęo. Nam tẽporibus ſecundi belli punici iã floruiſſe Nebriſſam atq; ſinglarẽ in eo bello operam Hannibali nauaſſe: idẽ Silius teſtat̃. Grãmaticus. nomẽ eſt ꝓfeſſionis: neq; enim dedignati ſumus nos a profeſſione cẽſeri: quę nobis tantũ honoris peperit: quãtũ etiam me tacente obtrectatores mei fatẽtur. Prefatio. Sic latine dr̃: qui græce prologus ſiue proœmiũ appellatur. In recognitionẽ cõmentarioſq;. Et cur vtrumq; fecerit: cauſas in ipſa prefatione narrabit. Introductionũ. iam ab ipſo ſtatim operis initio profitemur nos nõ artẽ grammatices abſolutam: & cui nihil addi poſſit: ſed introductiones tantum latinas ſcribere: ne quiſq̃ poſſit calumniari nos aliquid omiſiſſe eorum; quę ad grãmaticẽ ꝑtinere exiſtimantur: qđ aſſequi erat infiniti cuiuſdam opis: & qđ magis obeſſe q̃ prodeſſe poterat: ijs maxime: quibꝰ introductiones noſtræ ſcribuntur. Bis ediderat. Priores ad perq̃ Reuerendũ patrẽ illuſtriſſimũ dñm Petrũ Mẽdozam. S.R.E. Cardinalẽ Hiſpanũ. Quæ quia hominibus carmini Alexandri no aſſuetis nõ multum placebant, ſecundam adiecimus ad nobiliſſimum adoleſcentẽ Guterriũ a Toleto. in quo illa tantum verſibus cõplexi ſumus: quę cum ſint varia atq; de rebus minutiſſimis differentia: in prõptu pueris habẽda erant: qđ videtur poſſe facilius carmen de ſe preſtare.

THales ille Mileſius: Hec præfacio in tres partes diſtribuitur. Prima enumerat cauſas cur autor introductiones ſuas iam bis æditas recognouerit. Secunda cur in illos commentarios adiecerit. Tertia cur Eliſabæ Hiſpaniarum Reginæ potiſſimum dedicauerit. In prima præfationis parte artificioſa quadam inſinuatione vtitur. Nam cum inconſtantiæ ac leuitatis nec minus ignorantiæ ſignum uideri poſſet toties idem opus æderе: excuſat ſe autoritate Mileſij Thaletis: qui cũ aliquando interrogaretur quis eſſet ſapiens: reſpondit tempus q oĩa inuenit. Hoc igitur autor dicit, quedã operi adiecisse, quædam rurſus detraxiſſe. Deinde ſubdit aliam adhuc cauſam opus illud emẽdandi, q inſcitia quorundam atq; ignorantia impreſſorum librariorumq; multa fuerãt ex exẽplari deprauata: quæ tamen ſuis locis reddenda ſunt. Dicit igitur ꝓponẽs.

Ad optimam eandemq; maximam Auguſtam Eliſaben huius nominis tertiam Hiſpaniæ inſularumq; maris noſtri Reginã clariſſimã: Aelij Antonij Nebriſſenſis grãmatici in recognitionẽ commentarioſq; introductionũ ſuarũ; quas de ſermone latino bis ædiderat, Præfatio incipitur.

THales ille Mileſius, q fuit vnꝰ ideq; primꝰ illorũ ſeptẽ quos Grecia iactat ſapientie ſtudioſos, interrogatus aliqñ quiſnã eſſet ſapiẽs; tẽpus inquit, ſubiecitq; e veſtigio cauſam; qđ oĩa inueniat. Præclara me hercule vox: & tali viro digna ſentẽtia: q declarat nullã eſſe artẽ ex iis q ſunt humano ingenio adinuente; quã non tẽporis lõginquitas abſoluat. Hinc & Ariſtoteles tempus, inquit, rerum repertor eſt; adiutorq; ꝓbus. Vnde & artiũ facta ſunt additamẽta. Quod cũ a Thalete primũ, deinde ab Ariſtotele poſt annos circiter tercentũ dictũ ſit; Cleobulus

Thales Mileſius (quẽadmodũ Diogen. Laertius ſcribit) Thales patriã habuit Phœniciam: poſtea vero ciuis Mileti aſcriptus, quæ fuit urbs in Ionia clariſſima, obtinuit ut Mileſius potiuſq̃ Phœnix cognominaretur. Ille. hoc in loco emphaſim quandam habet autore Valla. Qui fuit unus, ex numero ſeptem ſapiẽtum. Idemq; primus, in ordine ſcilicet illorum ſeptem. Nam cum adoleſcẽtes Ionij iactum retis a piſcatoribus emiſſent eſſetq; inter illos de tripode aureo cũ piſcibus educto exorta contentio: ex Appollinis oraculo quod iubebat: ut tripus ille ſapientiſſimo traderetur: utriuſq; partis conſenſu Thaleti datus eſt. Hinc igitur primũ ſophiæ ideſt ſapiẽtiæ nomen exoritur: quemadmodũ philoſophiæ a Pythagora. Illorum ſeptem. Hi prope omnium cõſenſu fuerũt Thales Mileſius. Solon Salaminus. Chilo Lacedæmonius. Pittacus Mitilenæus. Bias Prinæus. Cleobulus Lindius. Periander Corinthius. quamq̃ Plato in Protagora huius loco Miſonem Chenæum numerauit. Sapientiæ ſtudioſos, i. ſapiẽtes, nõ illi quidẽ ſimpliciter ſapientes, illa ſcilicet ſapientia. quam adhuc mortalis nemo confeſecutus: ſed vt vulgus uitaq; communis loquitur: quæ appellat ſapientes uiros ingenio doctrinaq; præſtantes. Interrogatus aliquãdo. Interrogandi cauſa illa fuiſſe uidetur. quod cũ ſapientiæ nomen, ut paulo ante diximus, nuper eſſet inuentum, atq; illi ſeptem qui ſapientes eſſe putabãtur, profeſſionẽ tanti nominis recuſarent, interrogatus Thales quis igitur eſſet ſapiens, tempus reſpondit. & ſubdidit cauſam. quia omnia inueniat. E veſtigio. i. continuo & ſtatim, dictum ab eo q in eodem veſtigio inſiſtentis fit. Deinde præpoſitam ſententiam commendat ſimul & exponit dicens. Preclara me Hercule vox. Hercule aduerbium eſt iurandi, quod tametſi uidetur ſignificare per Herculem, uel ita me Hercules amet. apud nos tamen aduerbium eſt dei obteſtatione aliquid affirmãtis. Nam q diuus Hieronymus prohibet nos huiuſmodi ſermonibus, vbi ſcribẽs in illud euãgelij de filio ꝓdigo & frugi, abſit (inqt) ab ore Chriſtiano Iuppiter omnipotẽs & me Hercule, me Caſtor, loquendi modus ille ſua ætate fuerit forte periculoſus, cum adhuc Romæ complures ex gẽtilitate ſupereſſent. noſtro vero ſæculo quis adeo infirmus eſt ut offendatur, ſiue vt græci dicũt, ſcandalizetur, cum audit, me Hercule, me Caſtor, & quod poeta noſter dixit. Aquel con quiẽ Iupiter tuuo tal zelo. Tali viro. Emphaſim habet. quaſi velit dicere illo, qui ſit ab omnibus ſapientiſſimus iudicatus. Humano ingenio. Nam quæ diuinitus reuelatur, tẽporis momento poſſunt infundi, quæq̃ & ille temporum diuturnitate, quibus non ſunt reuelatæ, acquirantur. Abſoluat. hoc per accidẽs fit. nam Ariſtotele autore lib. phyſicorũ quarto. tempus corruptionis per ſe cauſa eſt, generationis uero per accidens. Vnde eodem teſte prouerbium fuit apud græcos. omnia tempore ſeneſcere atq; corrumpi. Hinc & Ariſtoteles. Superiori Thaletis ſententiæ aſtipulari dicit Ariſtotelem, qui primo de moribus libro ſcripſit, tempus eſſe quod res inuenit adiuuatq;. Tempus inuẽtor adiutorq;. Nam teſte Priſciano maſculina & fœminina uel duorum communia in or. inueniũtur etiã neutris cõiuncta, vt Verg. x. eñ. Italiam petiit fatis autoribus eſto. Illud quoq; figurate dicitur tempus res inuenire, cum intelligendum ſit ab hominibus in tempore inueniri. Vnde. i. a quo tempore. ſic Verg. Genus unde latinum. i. a quo latino. Artiũ, ſiue illæ ſint pratice ſiue theorice. Facta ſunt additamẽta. nam ſic artes abſoluuntur, ſi noſtris atq; aliorum inuentis cotidie aliquid addamus. Sed quẽadmodũ diximus, hoc ꝑ accidẽs fit, nã ꝑ ſe tẽpus cauſa eſt obliuionis atq; artiũ interitus. Quod cũ a Thalete primũ. Quod Thales primũ deinde Ariſt. in gñe dixerũt tẽpus oĩa inuenire. Cleobulus proprie ad eas artes cõtraxit, quas ſermocinales appellãt. Nã oẽs artes ſiue ſcientiæ aut ſunt de rebus, aut de ſermonibus. De rebus aut ſunt pratice, quarũ finis eſt actio ſiue opus, aut theorice, quarum finis eſt contemplatio, quo in genere ſunt phyſica. mathematica. theologia. Circa ſermones quoq; tres verſantur. grammatica, dialectica, rhethorica. Poſt annos trecentos. nam floruiſſe Thaletem circa olimpiada quinquageſimam. quo tempore iudæorum captiuitas fuit Babilonie, autores Laertius Diogenes atq; Euſebius Pamphili. Ariſtotelẽ vero circa olympiada centeſimã vigeſimã omnes confitentur. Cleobulus, hic (quemadmodum ſuperius eſt memoratum) vnus fuit ex numero ſeptem ſapientũ Euagoræ filius, natus Lindi, quæ fuit vrbs nobiliſſima inſulæ

Lindius, qui fuit prope Thaleti cōtēporaneus: ad eas artes contraxit: quę ſunt circa ſermones: qualis eſt grammatice, quam nos profitemur. Cuius ea de re verba nos in diſtinchon ſic redegimus.

Copia verborum rerumq; inſcitia verſat
  Mortales: tempus perficit, atq; ſapit.

Et profecto ita res ſe habet. Nam quemadmodū in frumēti ſatione primo luxuries illa ſegetū procreatur: quam in herba tenera depaſcēdā eſſe Maro pręcepit: tūc calami ad certa quędā internodia: tum ſpicę quarum gratia nugas illas natura ludēs produxerat: quaſq; ab agricolatū ſpe Marcꝰ Varro dictas eſſe putauit, tū vero ariſtis folliculis neglectis grana ipſa deglubuntur: ſic in ętatis flore; in qua homines rerū prope omnium ignoratione tenētur; magis abundāt verbis; audatius loquuntur: temere aſſeuerant: vt recte Quintilianus nr̄ dixiſſe videatur; quo quiſq; ingenio minus valet: eo ſe magis attollere ac dilatare cōatur, quēadmodū ſtatura breues in digitos erigūtur. Cū vero incipiūt aliquid ſapere; minus minuſq; verba effundūt; nihil ſine tēperamēto illo forte affirmant: vt iā nullum ſit maius ſapientię ſignū quā taciturnitas; quemadmodum e diuerſo nullū magis ignorātię quam loquacitas. Hęc idcirco ſunt a me clariſſima princeps tā multis repetita; vt nemo miretur: ſi introductionum latinarum editioni ſecūdę: cui nihil iam addi poſſe videbatur: quędam adiecimus; quę nobis interim tēpus rerum omniū inuentor ſuggeſſit; quędam rurſus detraximus, quę videlicet ętatis iam ingraueſcentis ratio elimare ſuadebat.

*Rhodi. Sunt qui dicant hunc non Lindium, ſed ex Caria fuiſſe, quæ regio contra Rhodum in Aſiæ continenti ſita eſt Thaleti contemporaneus. Nam ſeptē illi quos diximus omniū prope conſenſu fuiſſe ſapiētes, ſynchroni, hoc eſt contēporanei fuerunt, quandoquidem circa olympiada quinquageſimā floruiſſe, omnes fatētur. Ad eas artes cōtraxit. i. reſtrinxit, & ex genere ad ſpeciē reduxit. Quæ circa ſermones. i. quas græci logicas, latini ſermocinales appellāt. Qualis eſt grāmatice. i. quo in genere eſt habenda, quoniam circa ſermonis congruitatē verſatur, quemadmodum Rhetorica circa ornatū, Dialectica circa veri falſiq; diſſertionē. Cuius, hoc eſt Cleobuli verba, quæ ille ſoluta oratione dixit, nos addita metri neceſſitate redegimus in diſtinchon, ideſt in duos verſus hoc modo, Copia verborū rerumq; inſcitia uerſat. &c. quaſi velit dicere, homines in adoleſcentia duabus rebus inuoluuntur, hoc eſt rerum ignoratione & verborum abundantia. ſed poſtea ætate perficiuntur & ſapiunt.*

*Quam ſententiam ſimilitudine quadam deinde exponit dicens, quod quemadmodum in frumento ſato multa procreantur, quæ nihil ad rem pertinent, quibus neglectis tantum ſemina leguntur, ſic homines cum rerum inſcitia tenentur: abundant verbis quaſi herbis floribuſq; quibuſdam, cum vero incipiunt ſapientiæ grana legere, verborum illam redundantiam contēnunt. In frumenti ſatione, ideſt in frumento iam ſato. Luxuries illa ſegetū, quæ ex nimia terræ atq; anni fertilitate ꝓuenit. In herba tenera depaſcendam, id debere fieri Plin. libro ſecūdo naturalis hiſto. his uerbis præcipit. Luxuries ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat, & depaſtæ quidem vel ſæpius nullam in ſpica iniuriam ſentiunt.*

*Maro præcipit. Vergilij verba ſunt ex. i. Georgicorū libro. Quid qui ne grauidis procūbant culmus ariſtis Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Tunc calami, ideſt poſt frumenti herbam calami procreātur. Ad certa, puta quaterna vel quina internodia. Internodiū appellatur illud qđ duabꝰ calami nodis, hoc eſt geniculis cōtinetur. Tū ſpicæ, ideſt poſt calamos ꝓcreātur ſpicæ. Quarum gratia, ideſt cauſa vel fine. Natura ludens. ac ſi dicat ocioſa qui modus loquendi frequens eſt. vt apud Plinium lib. x. cum de conchis ſcribit, in quibus ait, eſt magna ludentis naturæ varietas. Et in ſacris litteris prouerbiorum. cap. viij. Ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & illud pſalmographi. Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei. i. cum quo quaſi per ocium luderet. Quaſq; i. ab agricolarum ſpe. Mar. Varronis uerba ſunt in primo libro de re ruſtica, ſpica autem a ſpe nominata videtur: eā enim quod ſperant fore ſerūt. Tum vero ariſtis, eodem autore ſpica tria habet, granum, glumam & ariſtam. granum a gerendo dictum: quia vt id ſpica gerat, frumētum ſeritur. gluma, a glubēdo quđ eo folliculo detracto deglubatur. hoc eſt detrahatur granū. Nā gluma proprie folliculus eſt eius fici quē edimus: & per tranſlationē frumenti ſiliqua vel vagina. Ariſta uero dicta q̄ prima areſcit. In ætatis flore. i. in adoleſcentia, vt Iuuenalis fl os Aſiæ ante ipſum precio maiore paratus. Ignoratione, propter rerum inexperiētiā abundant verbis: quod vitium ſimul ætatis & ignorātiæ eſt. Temere aſſeuerant. ideſt ſine cauſa aſſeuerate affirmāt. Quintilianꝰ noſt. Vel quia Hiſpanus ex Calagurra citerioris Hiſpaniæ oppido: aut noſter quia latinus, aut q̄a hūc autorē in hoc potiſſimū ope ſecuti ſumus, verba Quintiliani oratoriarū inſtitutionū libro ſecūdo ſunt. Prima eſt eloquētiæ virtus perſpicuitas: & quo quis ingenio minus ualet, hoc ſe magis attollere ac dilatare conatur, ut ſtatura breues in digitos erigūtur, & plura infirmi minantur. Cū uero incipiunt, econtrario dicit oīa ſenes facere. Minus minuſq; contra id qđ dixit magis abundant uerbis. Nih ſine tēperamento illo forte. cōtra id quod dixit, Temere aſſeuerant. Forte aduerbiū temperamentū eſt philoſophorū, Academicorū maxime, qui nihil affirmare audēt. Taciturnitas. unde Iuuenalis de ſimulatis philo, dixit. Rarus ſermo illis, & magna libido tacendi. Loquacitas, a qua ſermo Hiſpanus eleganter, quēadmodū & multa alia, furioſos & inſanos appellat locos, quaſi locutuleios & loquaces. Hæc idcirco, ex ſuperioribus colligit autor ſe tēpore admonitū, quædā introductionibus ſuis adieciſſe, quædā rurſus detraxiſſe, atq; licuiſſe ſibi in opere ſuo, quod licuit alijs in alieno atq; etiā in proprio opere facere. Princeps nō princiſſa, aut principiſſa quēadmodū neq; duciſſa, aut comitiſſa, ut indocti quidā dixerunt: cū princeps, dux, comes, duorū generū cōmunia ſint. Tam multis, ſubaudi uerba repetita, quaſi a longe petita. Quædam adiecimus. per pauca illa quidem. & quæ ſuis locis reddēda ſunt. Quæ tēpus ſuggeſſit. i. quæ te.*

ter legendũ poſtea occurrerũt ipſe illa ſuggerẽte atq; ſubminiſtrãte. Quędã detraximus, ſed hec panciora & quę ętatis ingraueſcentis ratio, i, ſenectę quę pleriſq; grauis & moleſta videtur. vt Cice. in Catone maiori oſtendit. Elimare, ideſt lima veluti quadam deterere. An mihi non liceat. ſuperiorem concluſionẽ a preiudicio arguens adhuc confirmat. In oprere præſertim meo, ac ſi dicat licet hoc in opere alieno facere, ergo multomagis hoc in proprio opere licebit. Sacrarũ. quibus Chriſtiana religio cõtinetur. Sæculariũ. i. pphanarũ. nã quia profanum a noſtris in malã partem accipitur:

An mihi non liceat in opere præſertim meo facere: quod licuit multis ſacrarum atq; ſæcularium literarũ ſcriptoribus; qui non modo in aliorũ libris quoſdã locos infamiæ nota inuſerunt: verũ etiã in propria opera libros retractationũ ędidere: Quod licuit nobis in eos qui ante nos artis grãmaticę pręcepta tradiderũt. Quod deniq; poſteris meq; etiã viuo & ſentiente præſentibus licebit: vt quid veſint operi meo addere: nõnihil etiã detrahere: quædam rurſus in aliũ ordinẽ cõmutare. Itaq; ego grecorum prudẽtiam (quẽadmodũ cęteris in rebus) in hac quoq; parte vehementer admiror: qui ſtatuis & imaginibus non ſcribãt (vt mos artificũ eſt) Lyſippus fecit aut Polycletus, ſed titulo impendẽti Lyſippus aut Polycletus faciebat: vt contra iudiciorũ varietates ſupereſſet artifici regreſſ⁹ ad veniã: velut emẽdaturo quicquid deſideraretur ſi non eſſet interceptus. Quid qđ & illa quæ fuerunt ab Impreſſoribus & Librarijs detorta: cum prototypo meo: vnde oẽs codices emanarũt contuli: atq; ad lineã veritatis, qđ aberrauerat, q̃ diligẽtiſſime reduxi. Hos vero cõmentarios ædẽdi cauſa illa in primis fuit, q cum multis in locis a vulgata præcipiendi via diſceſſerim: reddenda fuit a nobis ratio, tũ amicis, tum etiã alienoribus: cur antiquorũ iuniorũq; autoritate neglecta: præceptiones quaſdã auſus ſum in aliam formã cõmutare: qđ cũ poſſem⁹ plurib⁹ adhuc alijs in locis magno huius doctrinæ cõpendio facere; fecimus id quidem modice: vel intra modũ potius; ne alicuius nouitatis eſſemus autores, niſi vbi plurimum intereſſet hoc vel illo modo præceptiones quaſdã tradi.

pro eo quod nõ eſt ſacrum ſeculare dicunt: cũ omnis res aut ſacra ſit aut profana. ſeculare vero ſit quod ad ſeculum pertinet, vt ludi ſeculares, carmen ſeculare, quod vtrunq; ſacrum eſt. Infamię nota. oſtendendo libros illos hereſim, aut falſitatẽ aliquã continere. Inuſſerunt quaſi igne atq; cauterio ſignũ impreſſerunt, quod ſeruis erronibus, aut fugitiuis fieri conſueuit. Libros retractationũ. quemadmodum Aurelius Auguſtinus qui in opera iam ędita libros retractationum fecit. In eos qui ante nos. i. a quorũ preceptis atq; doctrina nõnunq̃ diſceſſim⁹.

Poſteris. i. futuris. Meq; viuo & ſentiente. ex Martiale ſumptũ eſt, qui libro epigrammatũ primo ſcribit. Cui lector ſtudioſe quod dediſti viuenti decus atq; ſentienti. Itaq; ego, ſuperioris adhuc concluſionis rationẽ exẽplo græcorum confirmat, quę in operibus ab aliqua arte profectis preterito imperfecto tẽpore ſubſcriptiones apponebant illud ſignificare volentes, nullum eſſe mortale opus, cui non aliquid deſit quod tẽpore ſuppleri poſſit. In hac quoq; parte. de qua ſum ſtatim dicturus. Statuis & imaginibus. ſtatuę ex materia ſolida ſunt veluti auro, argento, ęre, ligno, marmore. Imagines vero ſunt etiam ex colorib⁹. Vt mos artificum eſt, qui in baſibus ſtatuarũ tabularũq; calcibus nomina ſua ſubſcribere conſueuerũt. dummodo opera illa non eſſent publicis impenſis facta. nam fuit lex, quę adhuc hodie extat in codice Iuſtiniano, ne quid operi publico liceat inſcribere. Et Cicer. lib. Thuſculanarum queſtionum primo. quid enim Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Mineruę, cum inſcribere nõliceet? Lyſippus fecit aut Polycletus. tota hęc clauſula pene ad verbum ex Plinij prefatione in libro. naturalis hiſtorię tranſlata eſt. Ex illis inquit nos velim intelligi pingiq; conditoribus, quorum in libellis his inuenies abſoluta opera, & illa quoq; quę mirando nõ ſatiamur, pendenti titulo inſcripſiſſe, vt Appelles faciebat aut Polycletus, tanq̃ inchoata ſemper arte & imperfecta, vt cõtra iudiciorũ varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniã velut emendaturo quicquid deſideraretur, ſi non eſſet interceptus. Lyſippus & Polycletus, ſtatuarij fuerũt, quorũ opera idẽ autor illuſtrauit libro trigeſimo quarto. Fecit tempore preterito perfecto, ne ſignificarent opera ſua fuiſſe ab illis abſoluta, quodq; nihil illis addi poſſet, quod ipſum magnę inuidię haberetur, vt idem Plinius eſt autor, ſed titulo impendenti, quaſi tempore imperfecto. faciebat: aut pingebat quod faciebant: vt ſupereſſet artifici regreſſus ac veniam, ideſt ex eo quod populus de ſuis operibus iudicaret, ipſi opus emẽdarẽt, artifici inquam: velut emẽdaturo quicquid deſideraretur. ideſt deeſſet, nam & hoc quoq; ſig...icat deſidero. Si non eſſet interceptus, ideſt morte raptus, vt Lucanus in primo, abſtulit ad manes parcarũ iulia ſeua intercepta manu. Quid quod & illa. aliam quoq; fuiſſe cauſam recognoſcendi ſecundam ęditionem dicit. quia fuerunt nonnulli qui aut ignorantia, aut auſu quodam temerario pleraq; loca inuerterunt. Impreſſoribus. ideſt qui libros torculis imprimunt quos quidem chalcographos appellant, hoc eſt ęreis litteris cartas imprimendo ſcribentes. Librarijs, qui libros calamo vel penna ſcribunt, nam qui vendunt bibliopolę dicuntur. Detorta, ideſt a vero exẽplo deprauata. Cum portotypo meo. ideſt primo illo meo atq; archetypo exemplari. Contuli, ideſt comparaui. Et quod aberrauerat, ideſt a via recta deprauatum fuerat. Ad lineam veritatis, ideſt ad regulam reduxit. Hos vero commentarios, hoc eſt ſecunda prologi pars, in qua duas affert cauſas, cur in introductiones ſuas Autor hos commentarios ædiderit, quarum prima eſt q reddenda fuit ratio, cur ab antiquis grammaticis aliquando diſceſſerit. Amicis. qui putabant a me fuiſſe ſcriptum quod nec ſuſpicatus quidẽ ſum, aut cogitaui. Alienioribus, ideſt non amicis, qui ſuam ignorantiam ſimul & maleuolentiam in meos libros tranſfuderunt. Multis in locis, & qui illi ſunt, in ipſo commentariorum diſcurſu patebit. Antiquorum, puta Diomedis, Phocæ

deinde quod cum introductiones noſtræ puerorum eruditioni ſcriptę ſint; habenda fuit ratio vt eſſent quam ſimpliciſſimæ: ne quaſi ciborum redūdantia ſtomacho: ſic p̄ceptorum varietas illorū ingenio tumultum faceret. Cum vero iam in l̄ris aliquātulum progreſſi ſunt: quaſi ſolidior quidam numeroſiorque cibus eſt illis porrigendus: vt non modo lac pulpamentumq; deguſtent: verumetiā oſſa neruoſq; poſſint obrodere. Quare non tam cum rudibus nouicijſq; rei litterariæ profeſſoribus; quam cum prouectis vel potius cum magiſtris ipſis ſermo mihi in his commentarijs habendus eſt. Tuę vero celſitudini extremum hunc artis grammaticę laborē meum dedicandi illa ratio maxime fuit: quod nemo eſt qui non intelligat quantę ſit tibi curę rem publicam hanc Hiſpanam cum cæteris rebus; tum vel præcipue in re litteraria q̄ florentiſſimam efficere. Quanta diligentia dulciſſimos liberos tuos in hac diſciplina erudiendos curaueris. Quam tibi ſit iucundum quod non modo adoleſcentes nobiliſſimi; qui ſunt tuo miniſterio dedicati; verumetiam reliqui omnes omniū ætatum atq; ordinum homines dent operam vel præcipuam literis: quas antehac quaſi nimis delicatas atq; animorum eneruatrices oderant. Quodq; alter ſexus de ſe iam pręſtat: quod viri ante hac votis omnibus vix audebant exoptare. Nam quid ego referam quas ad me litteras ab hinc ſeptenniū celſitudo tua dedit: Quas præterea mihi Archiepiſcopus Illiberritanus ex tuis verbis atq; ſententia reddendas curauit: vt inductiones meas quas de ſermone latino ædideram; e regione verſuum Hiſpanienſes faceremus: Nemo igitur me æquus iudex ambitioſe atq; petulanter feciſſe iudicabit, q̄ leuiſſimis de rebus ſcribens vigilias meas auſus ſum maieſtati regiæ dedicare: cū pręſertim quicq̄d

*Seruij. Priſciani. Donati. Iuniorum. puta Alexandri. Ebrardi. Catholici. & ex ijs qui ſuper ſunt. Peroti. verulani. Nigri. Mancinelli. Sed cum poſſemus, ſed id perparce dicit feciſſe: cum poſſet adhuc alijs in locis idem facere. Cōpendio. i. breuiorē via, ſicut diſpendium eſt viæ ambages. Modice. i. cū modo: Intra modum. i. adhuc arctius quam in modo. Plurimum interterat, magnum compendium atq; emolumētū: vt ſic dicā huius doctrinæ lucrum faceret. Deinde q̄ cum, hæc eſt ſecūda cauſa cur cōmentarios hos æddiderit, quia introductiones illæ fuerūt ſimplices, quippe quæ puerorū eruditioni ſcriptæ ſunt nunc vero in hoc opere cū adultis, vel potius cū ipſis præceptoribus ſermo habendus eſt. Ingenio tumultū faceret. Horatianum eſt, ſtomachoq; tumultum lenta feret pituita, vides vt pallidus omnis cœna deſurgat dubia. Cum vero iam: quaſi dicat, cum erāt pueri ac rudes in ſtudio litterarū, danda fuit illis doctrina ſimplex & quaſi lac paruulis, vt apoſtolus ait, ſed prouectis & in ætate p̄greſſis porrigēdus eſt doctrinæ ſolidior quidā cibus, i. durior & numeroſior. i. magis varius. Vt lac pulpamētūq;, adhuc in trāslatiōe cibi ad doctrinā perſtat. vt lac pulpamentumq; ſit doctrina, ſimplex & facilis: nā pulpamētū eſt corp⁹ ſine oſſibus quod facile mādi conficiq; dētibus poteſt, oſſa vero & nerui ſunt difficultates doctrinæ ſecretioris, q̄ nō niſi à grādiuſculis penetrari percipiq; poſſūt. Quare nō tā. ex ſuperioribus infert cur lectori hos cōmētarios ſcripſerim⁹. Tuæ vero celſitudini, hæc eſt tertia p̄s præfatiōis, in qua ponūtur rationes cur hoc opus celſitudini regiæ dedicatū ſit. Extremū laborē, quia nobis in aīo eſt poſteaq̄ antiq̄tates Hiſpanieſes abſolueri m⁹, omne reliquū vitæ noſtræ tēpus in ſacris litteris cōſumere. Quantæ ſit tibi curæ, hæc eſt ratio cur frōtem perfricuit autor, vt rem tenuem atq; ieiunā tantæ maieſtati dedicarit quod multis argumētis intellexit: quāta illi cura ſit, ne rei Hiſpanæ hoc vnū ſermōis latini ornamētū deſit: tū quod in eo liberos erudiēdos curet, tum q̄ omnes putant ſe rem iucundiſſimam illi facere, q̄ dent operā litteris præcipuā, quodq; iā à fœminis expectatur: quod viri antehac uix optare audebāt. In hac diſciplina, hoc eſt grāmaticæ, de qua nunc ſcribimus. Adoleſcentes, exoletos & purpuratos regios intelligit. Omniū ætatum, quia etiam adulti iam hoc aggrediuntur. Alter ſexus ſcilicet à virili, hoc eſt muliebris. Nam quid ego, aliud quoq; ſignū affert: cur huic maxime curæ regina intendit, quod ad autorē dederit litteras humaniſſime ſcriptas, quibus illum admonebat. vt introductiōes latinas e regione verſuū Hiſpanienſes faceret ad eum modum, quem Præſul Illiberritanus illis præfiniſſet. Quas litteras, quaſi dicat quām comiter atq; clementer ſcriptas. Archiepiſcopus. Ferdinandus Atalabrica regius ſenator atq; illa tempeſtate præſul Abulenſis. Illiberritanus. Illiberris vrbs eſt quæ noſtro ſecu. Garnata dicitur quæq; annis ſuperioribus in deditionem Chriſtianorum venit, cum annos circiter octigentos ſub ditiōe Pœnorum Mauritanorumq; fuerit. E regione. i. eſt ex oppoſito, hoc eſt vt ſermo Hiſpanienſis ſit poſitus cōtra latinum. Hiſpanienſes vero dixit non Hiſpanas: quia introductiones illæ in Hiſpanum ſermonem non vſq; ad eo migrare potuerunt, vt non maximam latinitatis partem retinuerint. nam Hiſpanum eſt quod in Hiſpania eſt. Hiſpanienſe vero quod non penitus Hiſpanum, ſed aut in Hiſpania ab extremis genitur, vt bellum Hiſpanienſe quod à Romanis in Hiſpania, aut extra Hiſpaniam ab Hiſpanis: vt Collegium Hiſpanienſe, quod eſt Bononiæ ab immortalis memoriæ viro Egidio Albornozio. S. R. E. Cardinali Hiſpano fundatum. Quam differentiam videtur obſeruare Martialis cum in Epiſtola duodecimi libri epigrammatum ſcripſit, ſe mittere Romam librum iam non Hiſpanienſem ſed Hiſpanum. Nam cum ſuperiores libri magna ex parte fuiſſent Romæ conſcripti, quia ab homine Hiſpano Hiſpanienſes poterant appellari. at vero duodecimus, quia in Hiſpania & ab homine Hiſpano recte Hiſpan⁹ dici debuit. Nemo igitur me. Ex ſuperiorib⁹ autor cōcludit ſe nō ambitioſe feciſſe, q̄ opus de rebus leuiſſimis dedicaſſe*

*eſt grammatice,tantæ principiꝰ dedicauerit:cum præſertim ab ipſa per litteras fuerit admonitus, vt iiſdem de rebus ſcribe ret. Neq; petulanter.cum grammatice non debeat res parua iudicari,quod multis rationibus confirmat. Ambitioſe. hoc eſt,quod nos inſinuauerimus:regiæ familiaritati,ut honores aut aliquam bonam gratiam aucuparemur:a qua ſuſpitione ſe purgat cum dicit ſe iuſſum iiſdem de rebus ſcripſiſſe. Petulanter.i.impudenter & procaciter. quod videlicet illepidũ fue rit donum, quod eſt de rebus leuiſſimis & parui precij: quod tamen excuſatur oſtendendo rei litterariæ dignitatem.*

Illud eſt:quod elaboramus:tuis auſpicijs tuoq; im perio ſimus aggreſſi:neq;:vt ille inquit : exiſtimari parua debeant: ſine quibus magna conſtare non poſſunt. An vero eſt qui paruam audeat artem illam appellare : qui ſermo latinus continetur : in quo religionis noſtræ imprimis ſacramenta quaſi depoſitum quoddã fideliſſime ſeruantur? Quę cum reliquis omnibus diſciplinis iſta eſt coagmen tata:vt nec ab alijs facile ſecerni : illæ vero ab hac quemadmodum disiungant:nec intelligi vllo mo do poſſit. Nam oro te atq; per deum immortalẽ obteſtor;quotam ſibi vitæ noſtrę partem reliquæ omnes diſciplinę vendicant? Quoties in eum ſer monem incidimus ; vt de numeris magnitudini buſq;: quoties vt de vocum aſtrorumq; ratione? quoties vt de moribus;rerumq; natura?quoties vt de medicina deq; ciuilis & pontificij iuris ſcientia? quoties vt de religione atq; de re diuina dispute mus? At vero grammatice omni in loco omniq; tempore ita præſto eſt:vt ſi quid legas:ſiquid ſcri bas:ſi cum alio loquaris : ſi denique tecum ipſe qd cogites:ſine illa efficere nullo modo poſſis.

Atq; vt de illa Fabius veriſſime ſcripſit:neceſſaria eſt pueris:iucunda ſenibus: dulcis ſecretorum co mes:& cuius amor:vt idem autor ſcribit:non ſcho larum temporibus : ſed vita terminatur. Et quiſq̃ eſt adeo ſtupidus & a communi ſenſu alienus;qui audeat hãc artem tenuem atq; ieiunam appellare: & indignam;cuius libri Auguſtę noſtrę debuerint dicari,cum videamus non modo viros ſummo in genio ſingulariq; doctrina præditos, huius diſci plinæ opera maximis principibus dedicaſſe: verũ etiã duces ipſos imperatoreſq; in media totius or bis terrarũ adminiſtratione occupatos: volumina iiſdem de rebus ſcripta reliquiſſe? Sed ego demẽs qui,de re iam pridem Celſitudini tuę cõpertiſſima pluribus diſputem? Illud modo tantum hic dicã: quod alio in loco magna ſcholaſticorum frequen tia teſtatus ſum:tuũ atq; dulciſſimi cõiugis tui pręſidium implorans. Vos,inquam,clariſſimi atq; in uictiſſimi principes: quorũ ductu auſpicijſq; totius Hiſpaniæ membra diſſipata in vnum prope cor pus rediere:curate obſecro ne fœlicitati;quam no ſtro ſæculo dediſtis; hoc vnum latini ſermonis or namentum deſit ampliſſimum.

*Ille inquit.Quintilianus eſt:qui oratoriarũ inſtituto num libro i. hoc ſcribit. An vero eſt qui.neceſſitatem ſimul & dignitatem huius artis oſtendit. Sermo con tinetur,nam hoc præſtat ars,vt ſermoni vitium aliqđ irrepere nõ poſſit. Sacramenta.& myſteria & ſacra ſecreta. Quaſi depoſitum.hoc ex Quintiliano quoq; deductum eſt,qui de litteris ſcribens ait. hic eſt vſus lit terarũ,vt cuſtodiãt voces,& velut depoſitũ reddãt le gẽtibꝰ:nã depoſitũ pfecte ſeruãdũ:& cũ repoſcitur ſu ma fide reddẽdũ eſt. Coagmẽtata.cõiuncta & cõglu tinata. Nec ab alijs,nã in hoc eius dignitas oſtẽditur, qđ ab alijs omnibꝰ eſt abſoluta,cũ reliquæ ſine illa cõ ſiſtere nõ poſſint. Nam oro te.neceſſitatem huius ar tis demonſtrat,q, nulla vitæ pars illius officio vacare poteſt:cum reliquæ omnes raro in vſum veniant. Quotam.interrogatiue,quaſi dicat minimaq;:quia ra ro de illis fit ſermo cum ſine hac nec momẽto,vt ſic di xerim.temporis eſſe poſſimus. De numeris. quod eſt arithmeticæ opus. De magnitudinibus,quod eſt geo metriæ. De vocum ratione. de quibus eſt muſica. Aſtrorum.de quibus eſt aſtrologia. De moribus. qđ ad ethicen pertinet. De rerum natura. quod ad phiſi cen pertinet. De re diuina,quæ dicitur græce theolo gia. Ita preſto eſt.ideſt preſens. Vt ſi quid legas.hic locus ex proœmio Ciceronis in libro de officijs tranſ latus eſt. Nulla inquit vitæ pars, neq; publicis, neq; priuatis,neq;forenſibus, neq; domeſticis in rebus,neq; ſi tecum agas quid,neq; ſi cum altero contrahas:vaca re officio poteſt. Fabius. M.Fabius Quintilianus,qui oratorum inſtitutionum libro hoc ſcribit. Iucunda ſe nibus.quia etiam citra neceſſitatem, altiſſimam quoq; eruditionem exercere poteſt. Dulcis ſecretorũ comes: quia per illam dulces curas, cogitationeſq; noſtras lit teris mandamus. Cuius amor.ideſt voluptas quæ ex illa percipitur,non terminatur dũ in ſcholis verſamur ſed morte ſola. Et quiſq̃ eſt.ad præfationis epilogum accedit. A communi ſenſu. non quemadmodum phy ſici qui potentiã illam ſuperiorem,quinq; ſenſibus cõ munem,ſenſum appellant. Sed vt Cicero, pro eo in quo pleriq; omnes ſapientes conueniũt. Sic Quintilianus in primo,ſenſum ipſum qui communis dicitur,vbi di ſcet.cum ſe a congreſſu ſegregar. Seneca in Epiſto lis:hoc philoſophia promittit ſenſum communem & humanitatẽ. Horatius. communi plane ſenſu caret. Tenuem atq; ieiunam.ideſt aridam & ſterilem. Ma ximis principibus.vt Iulius pollux ad Commodũ Cæ ſarem de vocabulis atq; arte grammatica. Duces im peratoreſq;.vt Cæſar qui de analogia libros ſcripſit. Compertiſſima,ideſt certa & explorata. Alio in loco in repetitione ſecũda, in qua de litteris diſputauimus.*

## SVPPOSITVM DE AVTORIBVS GRAMMATICÆ LATINÆ. In quo doctiſſimus quiſq; conſentit.

SED QVIA NOSTRI SAECVLI SCRIPTORIBVS eatenus fides adhibenda eſt: quatenus ea quæ nobis afferunt, ratione probauerint, nemoq; eſt adeo imperitus: qui iam non intelligat antiquis autorib⁹ ideo aſſentiendum eſſe: quia ſic locuti ſunt, Iunioribus vero quia quod nobis perſuadere volunt, illorum autoritate freti probare contendunt: neceſſariũ eſſe duxi hoc in loco demonſtrare quantum fidei ſcriptorum cuiq; ſit habẽdũ. Neq; enim omnibus illis paſſim atq; indifferenter credere debemus: ſed illis duntaxat; qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antoninum Pium, hoc eſt ante Chriſtianum natalem annis cẽtum ad centeſſimum quinquageſimum; ex quo ſalutem Chriſtianam numeramus. Nam & latinus ſermo; quemadmodum & cætera mortalia; aliquando incœpit: habuitq; ſuam infantiam, in qua vix quicq̃ effari potuit. Sic locuti ſunt Aborigines primum cum Faunis Vatibuſq;. Sic deinceps Latini & Albani. Sic poſtea Romani ad annum quartumdecimum ſupra quingenteſimũ ab vrbe condita: quo Liuius Liuij ſalinatoris libertus fabulam primus latinis verſibus ædidit. Hũc ſecuti ſunt ex poetis Ennius. Neuius. Plautus. Cecilius. Terentius. Pacuuius. Lucilius. Actius. Turpilius. Affranius. Tintinnius. Lucius. Laberius. Põponius. Ex Oratoribus. Cæthegus. Cato. Sex. Aelius. Gallus. Scipiones. Naſica & duo Aphricani. Gracchi pater & duo filij. Lælius alijq; cõplures: quos Cicero in libro de claris oratoribus ad ſua vſq; tẽpora cõmemorat. Ex iure cõſultis. Papyrius. Appij duo. Coruncanus. Attilius. Manilius. Brutus. Rutilius. Virginius. Antipater. L. Craſſus. Q. Mutius. Lucillius. Iuuẽtius. Fuerit atq; hæc latini ſermõis pueritia: in qua multa qdem emẽdate atq; diligẽter: pleraq; tamẽ nimis antique duriterq; dicta ſunt. At vero illius iuuẽta: in qua & lacertos mouere & vires ſuas oſtẽtare cœpit: cũ Cicerone orta eſt; cœpitq; cũ Cæſare Hadriano cõſeneſcere. Hac ętate fuerũt autores illi q latinam linguam locupletarũt: quoſq; imitãdos eſſe dicimus. Ex poetis Catullus. Varro. Lucretius. Vergilius. Horatius. Manilius. Tibullus. Propertius. Ouidius. Germanicus. Auienus. Macer. Perſius. Seneca. Lucan⁹. Valeri⁹ Flacus. Silius Italicus. Martialis. Iuuenalis. Papinius. Ex Oratoribus variarũ rerũ ſcriptorib⁹. Cicero. Cæſar. Brutus. Seruius Sulpitius. Pollio. M. Varro. Nigidius. Cato Vticẽſis. Cęlius. Victruuius. Columela. Celſus. Iginius. Pedianus. Feſtus Marcellus. Mela. Apicius. vterq; Seneca. vterq; Plinius. Quintilianus. Ex Hiſtoricis vero. Salluſtius. Nepos. Liuius. Valerius Maximus. Feneſtella. Solinus. Iuſtinus. Tranquillus. Tacitus. Curtius. Florus. Aemilius. Ex iurecõſultis. Alphen⁹. Offili⁹. Aufidius. Namuſa. Flauius. Proculus. Antiſtius. Gellius. Trebatius. Caſſellius. Tubero. Capito. Caſſius. Sabini duo. Labeones tres. Nerua pater & filius. Pegaſus. Iaboleus. Celſus. Neratius. Alburnus. Iulianus. Poſt Hadrianũ cœpit in dies latinus ſermo lãguere & quodã quaſi ſenio contabeſcere: qd' nimis factũ eſt ſub aduentũ Gotthorũ in Italiã regnũq; Longobardorũ ad fatalem illã totius humani gñis peſtẽ Mahumeteã: q cũ oĩbus ingenuis & bonis artibus ſermonẽ quoq; latinũ intercepit. Hanc igiť recte dixerimus latinæ linguæ ſenectutẽ: q cũ annos ppe quadringẽtos quinquaginta ægre ſpm̃ duxiſſet; tãdẽ cũ imperio ppl̃i Romani extincta eſt. Hoc temporum interuallo pauci admodum repiunť autores tollerabiles illi qdem: ſed q nullo modo cum ſupioribus deb̃eãt cõparari. Ex Poetis & Grãmaticis aliarumq; rerum ſcriptoribus. Auſonius. Claudianus. Serenus. Diomedes. Phocas. Gellius. Macrobius. Acron. Porphyrion. Victorinus. Donatus. Sergius. Seruius. Priſcianus. Apuleius Socraticus. Apuleius grammaticus. Vegetius. Frontinus. Ex Hiſtoricis. Spartianus. Capitolinus. Trebelius. Lãpridius. Volcatius. Vopiſcus. Eutropius. Damaſus. Oroſius. Ex iurecõſultis. Arrianus. Aphrican⁹. Arcadius. Caius Caliſtrat⁹. Florentinus. Largus. Hermogeneſis. Martianus. Modeſtinus. Marcellus. Mela. Papinianus. Paulus. Sceuola. Tryphonius. Venuleius. Vulpianus. Ex ijs q ꝓ religiõe nr̃a ſcripſerunt. Tertullianus. Iuuencus. Cyprianus. Lactãtius. Ambroſius. Hieronymus. Auguſtinus. Ruffin⁹. Seduli⁹. Lictius. Prudẽtius. Sidonius. Boetius. Caſſiodorus. Gregorius. Iſidorus. Proſper. Qui ſequunť quũ ad latini ſermõis rationẽ attinet: nec digni qdẽ ſunt: quorũ meminiſſe debeamus. Qui autem cũ ſint in triplici tꝑorũ diuerſitate poſiti, illorũ nr̃i autoritate vtemur: q fuerunt medij.

¶ Prima nominis declinatio.

Nominatiuo hæc muſa.
Genitiuo muſæ.
Datiuo muſæ.
Accuſatiuo muſam.
Vocatiuo o muſa.
Ablatiuo a muſa.
Plurali Nominatiuo muſæ.
Genitiuo muſarum.
Datiuo muſis.
Accuſatiuo muſas.
Vocatiuo o muſæ.
Ablatiuo a muſis.

¶ Secunda declinatio.

Nominatiuo hic dominus.
Genitiuo domini.
Datiuo domino.
Accuſatiuo dominum.
Vocatiuo o domine.
Ablatiuo a domino.
Plurali Nominatiuo domini
Genitiuo dominorum.
Datiuo dominis.
Accuſatiuo dominos.
Vocatiuo o domini.
Ablatiuo a dominis.
Nominatiuo hoc templum.
Genitiuo templi.
Datiuo templo.
Accuſatiuo templum.
Vocatiuo o templum.
Ablatiuo a templo.
Plurali Nominatiuo templa
Genitiuo templorum.
Datiuo templis.
Accuſatiuo templa.
Vocatiuo o templa.
Ablatiuo a templis.

¶ Tertia declinatio.

Nominatiuo hic ſermo.
Genitiuo ſermonis.
Datiuo ſermoni
Accuſatiuo ſermonem.
Vocatiuo o ſermo.
Ablatiuo a ſermone.
Plurali Nominatiuo ſermões
Genitiuo ſermonum.
Datiuo ſermonibus.
Accuſatiuo ſermones.
Vocatiuo o ſermones.
Ablatiuo a ſermonibus.
Nominatiuo hoc tempus.
Genitiuo temporis
Datiuo tempori.
Accuſatiuo tempus
Vocatiuo o tempus
Ablatiuo a tempore.
Plurali Nominatiuo tempora
Genitiuo temporum.
Datiuo temporibus.
Accuſatiuo tempora.
Vocatiuo o tempora.
Ablatiuo a temporibus.

¶ Quarta declinatio.

Nominatiuo hic ſenſus.
Genitiuo ſenſus.
Datiuo ſenſui.
Accuſatiuo ſenſum.
Vocatiuo o ſenſus.
Ablatiuo a ſenſu.
Plurali Nominatiuo ſenſus.
Genitiuo ſenſuum.
Datiuo ſenſibus.
Accuſatiuo ſenſus.
Vocatiuo o ſenſus.
Ablatiuo a ſenſibus.
Nominatiuo hoc veru.
Genitiuo veru.
Datiuo veru.
Accuſatiuo veru.
Vocatiuo o veru.
Ablatiuo a veru.
Plurali Nominatiuo verua.
Genitiuo veruum.
Datiuo verubus.
Accuſatiuo verua.
Vocatiuo o verua.
Ablatiuo a verubus.

¶ Quinta declinatio.

Nominatiuo hic dies.
Genitiuo diei.
Datiuo diei.
Accuſatiuo diem.
Vocatiuo o dies.
Ablatiuo a die.
Plurali Nominatiuo dies.
Genitiuo dierum.
Datiuo diebus.
Accuſatiuo dies.
Vocatiuo o dies.
Ablatiuo a diebus.

¶ Adiectiua primæ & ſecundæ.

Nominatiuo bonus bona bonum.
Genitiuo boni bonæ boni.
Datiuo bono bonæ bono.
Accuſatiuo bonum bonam bonum.
Vocatiuo o bone bona bonum.
Ablatiuo a bono bona bono.
Plurali Nominatiuo boni bonæ bona
Genitiuo bonorum bonarum bonorum.
Datiuo bonis.
Accuſatiuo bonos bonas bona.
Vocatiuo o boni bonæ bona.
Ablatiuo a bonis.

¶ Adiectiua tertiæ.

Nominatiuo hic & hæc & hoc prudens.
Genitiuo prudentis.

Datiuo prudenti.
Accuſatiuo prudẽtẽ
Vocatiuo o prudens,
Ablatiuo a prudente vel prudenti.
Plurali Nto prudentes & prudẽtia.
Genitiuo prudentium vel prudentum.
Datiuo prudentibus.
Accuſatiuo prudentes vel prudentia,
Vocatiuo o prudentes vel prudentia.
Ablatiuo a prudentibus.
Nominatiuo hic & hæc breuis & hoc breue.
Genitiuo breuis.
Datiuo breui.
Accuſatiuo breuem & breue.
Vocatiuo o breuis & breue.
Ablatiuo a breui.
Plurali nominatiuo breues & breuia.
Genitiuo breuium.
Datiuo breuibus.
Accuſatiuo breues & breuia.
Vocatiuo o breues & breuia,
Ablatiuo a breuibus.
Nominatiuo hic & hęc breuior & hoc breuius,
Genitiuo breuioris.
Datiuo breuiori.
Accuſatiuo breuiorem & breuius,
Vocatiuo o breuior & breuius.
Ablatiuo a breuiore vel breuiori.
Plurali Nominatiuo breuiores & breuiora,
Genitiuo breuiorum.
Datiuo breuioribus.
Accuſatiuo breuiores & breuiora.
Vocatiuo o breuiores & breuiora.
Ablatiuo a breuioribus.
Nominatiuo hic acer, hęc acris, hoc acre.
Genitiuo acris.
Datiuo acri.
Accuſatiuo acrem & acre.
Vocatiuo o acer, acris, & acre.
Ablatiuo ab acri.
Plurali nominatiuo acres & acria.
Genitiuo acrium.
Datiuo acribus.
Accuſatiuo acres & acria.
Vocatiuo o acres & acria.
Ablatiuo ab acribus.
¶ Irregularia.
Nominatiuo hęc domus.
Genitiuo domi vel domus.
Datiuo domui.
Accuſatiuo domum,
Vocatiuo o domus,
Ablatiuo a domo.
Plurali Nominatiuo domus.
Genitiuo domorum vel domuum,
Datiuo domibus,
Accuſatiuo domos vel domus,
Vocatiuo o domus.
Ablatiuo a domibus,

Plurali Nominatiuo duo duę duo.
Genitiuo duorum duarum duorum.
Datiuo duobus duabus duobus.
Accuſatiuo duos vel duo duas duo.
Vocatiuo o duo duę duo.
Ablatiuo a duobus duabus duobus,
Plurali Nominatiuo ambo ambæ ambo.
Genitiuo amborum ambarum amborum,
Datiuo ambobus ambabus ambobus,
Accuſatiuo ambos vel ambo ambas ambo.
Vocatiuo o ambo ambæ ambo,
Ablatiuo ab ambobus ambabus ambobus.
Nominatiuo hoc plus.
Genitiuo pluris,
Datiuo pluri,
Accuſatiuo plus.
Vocatiuo o plus.
Ablatiuo a pluri,
Plurali Noiatiuo plures & plura
Genitiuo plurium.
Datiuo pluribus.
Accuſatiuo plures & plura,
Vocatiuo o plures & plura,
Ablatiuo a pluribus,
¶ Pronoīs prima declinatio,
Nominatiuo ego.
Genitiuo mei;
Datiuo mihi vel mi.
Accuſatiuo me.
Ablatiuo a me,
Plurali nominatiuo nos,
Genitiuo noſtrum vel noſtri.
Datiuo nobis.
Accuſatiuo nos.
Ablatiuo a nobis.
Nominatiuo tu.
Genitiuo tui,
Datiuo tibi,
Accuſatiuo te.
Vocatiuo o tu,
Ablatiuo a te.
Plurali Nominatiuo vos.
Genitiuo veſtrum vel veſtri.
Datiuo vobis,
Accuſatiuo vos.
Vocatiuo o vos.
Ablatiuo a vobis,
Genitiuo ſui.
Datiuo ſibi,
Accuſatiuo ſe.
Ablatiuo a ſe.
Plurali genitiuo ſui,
Datiuo ſibi.
Accuſatiuo ſe.
Ablatiuo a ſe.
¶ Secunda pronominis declinatio.
Nominatiuo hic hæc hoc,
Genitiuo huius,

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

Datiuo huic.
Accuſatiuo hunc hanc hoc.
Ablatiuo ab hoc hac hoc.
Plurali Nominatiuo hi hae haec.
Genitiuo horum harum horum.
Datiuo his.
Accuſatiuo hos has haec.
Ablatiuo ab his.
Nominatiuo iſte iſta iſtud.
Genitiuo iſtius.
Datiuo iſti.
Accuſatiuo iſtum iſtam iſtud.
Ablatiuo ab iſto iſta iſto.
Plurali Nominatiuo iſti iſtę iſta.
Genitiuo iſtorum iſtarum iſtorum.
Datiuo iſtis.
Accuſatiuo iſtos iſtas iſta.
Ablatiuo ab iſtis.
Nominatiuo ille illa illud.
Genitiuo illius.
Datiuo illi.
Accuſatiuo illum illam illud.
Ablatiuo ab illo illa illo.
Plurali Nominatiuo illi illae illa.
Genitiuo illorum illarum illorum.
Datiuo illis.
Accuſatiuo illos illas illa.
Ablatiuo ab illis.
Nominatiuo ipſe ipſa ipſum.
Genitiuo ipſius.
Datiuo ipſi.
Accuſatiuo ipſum ipſam ipſum.
Ablatiuo ab ipſo ipſa ipſo.
Plurali Nominatiuo ipſi ipſae ipſa.
Genitiuo ipſorum ipſarum ipſarum.
Datiuo ipſis.
Accuſatiuo ipſos ipſas ipſa.
Ablatiuo ab ipſis.
Nominatiuo is ea id.
Genitiuo eius.
Datiuo ei.
Accuſatiuo eum eam id.
Ablatiuo ab eo ea eo.
Plurali Nominatiuo ei vel ij eae ea.
Genitiuo eorum earum eorum.
Datiuo eis vel ijs.
Accuſatiuo eos eas ea.
Ablatiuo ab eis vel ijs.

¶ Tertia pronominis declinatio.

Nominatiuo meus mea meum.
Genitiuo mei meae mei.
Datiuo meo meae meo.
Accuſatiuo meum meam meum.
Vocatiuo o mi mea meum.
Ablatiuo a meo mea meo.
Plurali Nominatiuo mei meae mea.
Genitiuo meorum mearum meorum.
Datiuo meis.
Accuſatiuo meos meas mea.
Vocatiuo o mei meae mea.
Ablatiuo a meis.
Nominatiuo tuus tua tuum.
Vocatiuo caret.
Nominatiuo ſuus ſua ſuum.
Vocatiuo caret.
Nominatiuo noſter noſtra noſtrum.
Vocatiuo o noſter noſtra noſtrum.
Nominatiuo veſter veſtra veſtrum.
Vocatiuo caret.

¶ Quarta pronominis declinatio.

Nominatiuo hic & haec & hoc noſtras.
Genitiuo noſtratis.
Datiuo noſtrati.
Accuſatiuo noſtratē & nr̄as
Vocatiuo o noſtras
Ablatiuo a noſtrati
Plurali Nt̄o nr̄ates & nr̄atia.
Genitiuo noſtratium.
Datiuo noſtratibus.
Accuſatiuo nr̄ates & nr̄atia
Vocatiuo o nr̄ates & nr̄atia
Ablatiuo a noſtratibus.
Nt̄o hic hęc & hoc veſtras.
Vocatiuo caret.

¶ Nomina per ſecundam declinationē pronominis declinata.

Nt̄o vnus vna vnū, vnius vni.
Nt̄o nullus nulla nullū, nullius nulli.
Nt̄o ſolus ſola ſolū, ſolius ſoli.
Nt̄o totus tota totū, toti⁹ toti.
Nt̄o alius alia aliud, alius ali.
Nt̄o alter altera alterum alterius alteri.
Nt̄o vter vtra vtrū, vtrius vtri.
Nt̄o neuter neutra neutrum. neutrius neutri.
Nt̄o vterq; vtraq; vtrunq; vtriuſq; vtriq;.
¶ Nt̄o quis vel qui quae qd̄, vel quid.
Genitiuo cuius.
Datiuo cui.
Act̄o quē quā qd̄ vel quid.
Ablatiuo a quo qua quo vel qui.
Plurali Nt̄o qui quę quę.
Gt̄o quorū quarū quorū.
Datiuo quis vel quibus.
Accuſatiuo quos quas quae.
Ablatiuo a quis vel quibus.

¶ Compoſita a quis vel qui.

Quiſq; quæq; quodq; vel quidq;, cuiuſq;.
Quiſquis quidquid in nominatiuo & accuſatiuo tantum.
Quiſnam quænam quodnam vel quidnam, cuiuſnam.
Quiſpiam quæpiam quodpiam, vel quidpiam, cuiuſpiam.
Quiſquam quæquam quodquam vel quidquam, cuiuſquam.
Quiſputas quæputas quodputas vel quidputas, cuiuſputas.
Quicunq; quæcunq; quodcunq; vel quidcunq;, cuiuſcunq;.
Quidam quædam quoddam vel quiddam, cuiuſdam.
Quilibet quælibet quodlibet vel quidlibet, cuiuſlibet.
Quiuis quæuis quoduis vel quiduis, cuiuſuis.
Aliquis aliqua aliquod vel aliquid, alicuius.
Ecquis ecqua ecquod vel ecquid, eccuius.
Nequis nequa nequod vel nequid, necuius.
Nunquis, nunqua nunquod vel nunquid nuncuius.
Siquis ſiqua ſiquod vel ſiquid, ſicuius.
Vnuſquiſq; vnaquæq; vnumquodq; vel vnumquidq;.

## CONIVGATIO.

*IN coniugatione verborū explicanda viſum eſt quædam tempora adijcere, ductiq; ſumus ad id faciē dum, tum antiquorum autoritate, tum ratione, tum etiam neceſſitate. Adiecimus inquā in indicatiuo alterum futurum in voce ſimile futuri ſubiunctiui. Imperatiuo in vtroq; tempore adiecimus voces alteras ſimiles futuro optatiui: alteras ſimiles præterito aut futuro ſubiunctiui. Optatiuo præterea adiecimus duo tēpora. Infinitiuo futurum proprium vltra duo illa circūloquia quæ vulgo habentur. Quod ſi quis dixerit ſruſtra hæc tempora fuiſſe adiecta, cum [illegible] aliorum modorum tempora reduci poſſent: fruſtra igitur futurum optatiui ponimus, quia ſi [illegible] voce præſenti ſubiunctiui. Fruſtra quaſdam imperatiui perſonas, cum ſimile ſint eiuſ [illegible] ctiui paribus perſonis. Non igitur per voces diſtinguūtur tempora atq; modi uerborum, ſed ratione ſignificationis: quemadmodum in nominibus per caſus declinatis: caſus & numeri non vocibus, ſed ſignificationibus diſtinguuntur: alioqui nominatiuus & vocatiuus idem eſſent caſus: quia plerūq; ſimiliter deſinūt, ablatiuꝰ & ſeptimus caſus vtriuſq; nūeri, datiuus quoq; & ablatiuus plurales, quia ſemper eodem modo terminantur. Quod ſi multo cōmodius eſt verborū qualitates cū ſuis temporibus diſtincte ponit: etiam ſi aliquod interim addiſcentibus idſpendium fuerit, quā omnis miſcere atq; inculcare; id quod Ioannes Paſtrana fecit confundendo modos cum temporibus: conſulamus boni: atq; patiamur hanc tantulā morā, quæ ſit nobis poſtea magnā allatura vtilitatem. Adiecimus inquam in indicatiuo tēpus futurū quod perfectum dicimus, quoniam alterum, quod in vſu frequentiori imperfectum dici oportet. Nam qui dicit ego amabo vxorem: nihil aliud deſignat, quam futurum eſſe tempus in quo vxorem amare inchoabit, quemadmodū qui dicit amo & amabā. Qui vero dicit amauero, non minus impoſiturum eſſe finem uxoris amādæ ſignificat: quam is qui dicit ego amaui & ego amauerā. Et ne p libidine noſtra hoc dixiſſe uideamur: attulimus. M. Varronis uerba ex ſecūdo de analogia libro: quædā, inquit, ſunt tēpora imperfecta, ut à diſco, diſcebā, diſcam, quædam vero perfecta, ut didici, didiceram, didicero. Vides inter tempora uoceſq; indicatiui modi a Varrone poſitū didicero in futuro perfecto: quod eſt ſimile futuro ſubiunctiui modi? Quare ſi quis dixerit cū didicero bucolica Verg. ceſſabo a labore, ſubiunctiuus eſt. Quod ſi dixerit, intra decem dies dedicero bucolica Verg. indicatiuus eſt. Et quemadmodū alibi diximus pluſquā perfectum indicatiui modi poni pro præterito perfecto, ſi non ad aliud præteritū referatur: id nunc dicimus de futuro perfecto: uteius manifeſta ſignificatio appareat: ſi indigere altero futuro ad quod referatur. Vt Cicero in epiſ. ad Appium. & ſi cū tu in pūinciā veneris ego annuū munus cōfecero, id eſt a me confectum erit. Imperatiui quoq; modi ſecundis perſonis præſentis tēporis vtriuſq; numeri uoces futuri optatiui earundem perſonarū ſimiles adiecimus, vt ama vel ames amate vel ametis. Terentius in heauton. ſolicitudinem iſtam quæ te excruciat omittas, quod tantū ſignificat quantum omitte. Horatius iij. carmi. Per meos fines & aprica rura lenis incedas, abeaſq; in paruis æquus alūnis. q̄d valet incede & abi. Iam cū negatione prohibendo frequens eſt hic dicēdi modus, vt ne neges. ne facias, ne dicas. pro ne nega, ne fac, ne dic. Nam prohibitiuus modus ad imperatiuū refertur: quod p̄hibere quodāmodo eſt imperare. [illegible] & alias ſignificationes hic modus habet. Eſt enim & precatiuus, Vergilius. Parce pio generi, & proprius res aſpice noſtras. Eſt & exhortatiuus. ut o iuuenes tectis ſuccedite noſtris. Eſt & conceſſiuus, vt I ſequere italiā ventis, pete regna p vndas. Et eſt execratiuus, vt Iuuenalis: ite quibus grata eſt picta lupa barbara mitra. In futuro verò imperatiui cur omnes voces præteriti perfecti ſiue futuri ſubiunctiui præterquā primæ perſonæ ſingularis addiderimus: res ipſa nos admonuit. nā voces illæ p modum imperandi frequenter reperiuntur. Cicero in ſecundo de oratore, tu queādmodū his ſatiſfacias, videris. Iuue. græculus eſuriens in cœlū iuſſeris ibit. Per dixeris hæc inter varicoſos centuriones. Et illud eiuſdem. verterit hunc dominus: momento turbinis exit Marcus dama. nec eſt neceſſe ſuppleri coniugationem, vt ad modum ſubiunctiuū huiuſmodi conſtructiones referantur. Iam vero illa ex euangelio: tu videris & vos videritis, ſatis liquet ad huiuſmodi tempus pertinere: quāquam apud græcos ſit illa futuri ſunt indicatiui. Cum particula negatiua frequentius hæc conſtructio reperitur. Vergilius in tertio Aene. Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tāti. Horatius in epiſtolis. Mancipijs locuples eget æris Cappa*

docū rex.ue fueris hic tu. Plaut⁹ in Epidico. Vbi voles pater eſſe, ibi eſto, vbi nolis, ne fueris pater. Quæ voces nōmagis ſub iūctiui ſūt quā ille, quas futuro pfecto indicatiui tribuim⁹: cū nō voces ſed ſignificationū diuerſitas faciat diſtinctos modos. Optatiui modi præteritū pfectū extricauim⁹ a preſenti. pterea qđ in ſermōe Hiſpano vtrumq; tps ſub eadē voce diuerſos habet ſenſus. Tempus præteritum perfectū ſubiunctiui præterito adieci. nus ſimile. d uſti tum Diomedis autoritate, tū etiam ratione ſignificationis, quæ in vſu frequēter reperitur, Vergilius ſexto Aenidos. Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta. & Lucanus in ſecundo. Sed cōditor arcis finxerit iſta Tages. Cicero in libello de fato. Poſidonius pace magiſtri dixerim, quedam commiſci videtur. quamquam hic dicendi modus magis videatur futuri temporis huiuſmodi, quam præteriti. Eſt quoq; figura loquendi cū officium pretermiſſum fuiſſe a nobis, aut ab aliis conquerimur, quæ locutio ad hunc modū referri poteſt, qualis eſt illa apud Terentium in andria, bem prædiceres. Idem in H cauton. fortaſſe iniquior erat, pateretur. Idem in Phormione, ſumeret vel fœnore. Vergilius quarto Aeneidos. Faces in caſtra tuliſſem, implēſſemq; foros flammis natūq; patremq; cum genere extinxem, meme ſuper ipſa dediſſem. Idem in eodem. eadem me ad fata vocaſſe s. Idem ambas ferro dolor atq; eadem hora tuliſſet. Subiunctiuus cū ab eo dicatur, quod aliud verbū ſibi adiungi deſid eret, idq; niſi per coniunctionem fieri non poſſit, non omnes coniugationes omnibus temporibus conueniunt, ſed queda m quibuſdam. Sed ideo hec coniunctio cū in verbo ſubiunctiuo præponitur, quia pleriſq; huiuſmodi temporibus aptari poteſt. Illud tamen aduertēdū ſubiunctiui tēpora non eſſe ſatis explicita. nam & præſens magis ſignificat futurū aut inſtans, quā tēpus præſens. vt ſi dixeris venio vt legam. lego vt intelligam. Preteritum quoq; imperfectum nonnunquam in tempore preſenti rem fieri ſignificat. ut Vergilius ſexto Aeneidos. Si nunc foret illa iuuenta. Idem in buccolicis. Nec tuus hic Meris, nec viueret ipſe Menalcas. Futurū quoq; tempus aliquando ſignificat. vt Vergili⁹. Tyrias olim quæ euerteret arces. Idem, qui mare qui terras omni ditione tenerēt. Præteritū quoq; perfectū pleruq; ſenſum habet futuri. vt Terētius in Andria. Si inde te eximerim, ego pro te molam. Idem in eodem. Certe ſi reſciuerim. atq; in vſu frequenti eſt, vt ſic dixerim, cū aliquid improprie, aut barbare loquimur. Quare non ſine cauſa Gellius in ambiguo reliquit an eiuſmodi voces præteriti an futuri ſubiunctiui eſſent. Eſt & alia ſubiūctiui ſignificatio per modū concedendi, quæ quidem verbi qualitas ab aliis modis diſtinguenda fuit vt eſſent modi ſex. Cicero in Academicis. ſed fuerint illa vetera, ſi vultis illa cognita. Idem in ſecūdo de finib⁹. ſed eſto fecerit, ſi ita vis. Vergilus quarto Aeneidos. Verū anceps pugnæ fuerat fortuna, fuiſſet. In futuro quoq; reperitur hic modus. vt Cicero in Academicis. Age reſtitero Peripateticis, ſuſtin uero epicureos. & per alterū futurū ſimile præterito. Vergilius ſecundo Georgicorū. Haud alios prima naſcentis origine mūdi illuxiſſe dies, aliumue habuiſſe tenorem crediderim. Idem in eodem. Non ego te menſis & diis accepta ſecūdis tranſierim Rhodia.

### ¶Coniugatio huius vebi r ſum.

SVm. Es. Fui. Eſſe. Ens. Futurus.

¶Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Sum. es. eſt. Sumus. eſtis. ſunt.
Præterito imperfecto. Eram. eras. erat. Eramus. eratis. erant.
Præterito perfecto. Fui. fuiſti. fuit. Fuimus. fuiſtis. fuerunt vel fuere.
Præterito pluſq̄ perfecto. Fueram. fueras. fuerat. Fueramus. fueratis. fuerant.
Futuro imperfecto. Ero. eris. erit. Erimus. eritis. erunt.
Futuro perfecto. Fuero. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.

¶Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Es vel ſis. ſit. Simus. eſte vel ſitis. ſint.
Futuro. Eſto vel fueris. eſto vel fuerit. Fuerimus. eſtote vel fueritis. ſunto vel fuerint.

¶Optatiuo modo.

Tempore præſenti. vtinam Eſſem. eſſes. eſſet. Eſſemus. eſſetis. eſſent.
Præterito imperfecto. vtinam Eſſem. eſſes. eſſet. Eſſemus. eſſetis. eſſent.
Præterito perfecto. vtinam Fuerim. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.
Præterito pluſq̄ perfecto. vtinam Fuiſſem. fuiſſes. fuiſſet. Fuiſſemus. fuiſſetis. fuiſſent.
Futuro. vtinam Sim. ſis. ſit. Simus. ſitis. ſint.

¶Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. Cum Sim. ſis. ſit. Simus. ſitis. ſint.
Præterito imperfecto. Cum Eſſem. eſſes. eſſet. Eſſemus. eſſetis. eſſent.
Præterito perfecto. Cum Fuerim. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.
Præterito pluſq̄ perfecto. Cum Fuiſſem. fuiſſes. fuiſſet. Fuiſſemus. fuiſſetis. fuiſſent.
Futuro. Cum Fuero. fueris. fuerit. Fuerimus. fueritis. fuerint.

¶Infinitiuo modo.

Tempore præſenti. Eſſe. Præterito. Fuiſſe. Futuro. Fore vel futurum.

# PRIMA CONIVGATIO

Svm,es,fui. Hoc verbũ ideo præpoſuim⁹ alijs verbis regularibus, quia neceſſariũ fuit ad circũloquia verborũ paſſiuorũ aut paſſiuã vocẽ habẽtiũ declinanda. In imperatiuo, es. vel ſis poſuimus, quanquã alias diximus, ſis, nõ eſſe hmõi vocẽ ſed, es, tantũ. Nã ſi hẽt, ſit, &, ſimus, & ſite, & ſint, cur nõ hẽt & ſis? Et cũ Verg. dixit primo æneidos. Sis bon⁹ o fœlixq; tuis: cur magis ſit optaui. ſis, q̃ deprecatiui, hoc eſt, imperatiui modi? Sed quod de ſite, dixi: apud antiquiores tantũ fuit, vt apud Plautũ in Curgulione: ſite mihi volẽtes propiciæ, & in eodẽ. ſite cauſa mea Lydi barbari, Suſtulimus vero quod alij ꝑperã poſuerunt. eſſendi. eſſendo. eſſendũ: quæ gerũdia nuſquã apud latinos reperiri veriſſime ſcripſit Valla. Ens vero & ſi latine dici nõ poſſe Senecã in quadã epiſtola aſſeuerat: poſſimus tamẽ illũ qa Priſcianus ait apud antiquos fuiſſe, & ab eo cõpoſita abſens & preſens adhuc extãt: & philoſophi neceſſitate coacti vtuntur eo ad exprimendũ qđ ex græco interpretat, on, vſa, on ꝑ hic ens, hæc ens, hoc ens. Futurorũ quoq; ab alio verbo ſumptũ eſt qđ in vſu nõ extat, hoc eſt fuo fuis, a quo etiã mutuati ſumus præteritũ & tẽpora quæ ab eo formãt. Fore quoq; ab eo qđ eſt forẽ ſumptũ eſt, pro eo qđ futurũ eſt. circũloquiũ videlicet futuri infinitiui modi. Cõpoſita vero ab hoc verbo rationẽ ſimplicis ſequũtur: niſi quod poſſum a pos & ſum, aliquando recipit. t. mediã vt potes. poteſt, poteſtis. poterã, In imperatiuo poteſt. poteſtote. In præterito & tẽporibus ab eo formatis. ſ. mutatur in. t. ut potui. In futuro quoq; indicatiui. t. interponitur: vt potero, Et in participio præſentis tẽporis, vt potens quod magis nomẽ eſſe videtur. Inuenimus quoq; poſſetur pro poſſet. Quadrigarius apud Marcellũ cũ non poſſetur diſcerni vtrius putaretur victiora. Poteratur pro poterat. Cælius apud eudẽ. ſine periculo bellũ geri poteratur. Verg. quoq; libro octauo, liquido ve poteſtur electro dixit. Proſum quoq; a pro cõpoſitũ ſequenti vocali. d. recipit. Cũ præpoſitionibus frequẽter cõponit his. ſ. ad, ab. in. de. inter. ob. pro. pre. ſuper. vt abſum. auſum. deſum, inſum. interſum. obſum. proſum, præſum. ſuperſum. Sed quemadmodum poſſum, accepit. t. pro. ſ, ita proſum euphoniæ deſeruiens accepit, d. quando ſequitur vocalis, vt proderam. prodero. prodeſſum.

¶ Prima coniugatio.

AMo, amas, amaui, amare. Amandi, amando, amamdum, Amatum, amatu, Amans, amaturus, Amor, amaris, Amatus, amandus.

¶ Actiua voce, Indicatiuo modo.

Tempore preſenti. Amo, amas, amat, Amamus, amatis, amant.
Preterito imperfecto. Amabam, amabas, amabat. Amabamus, amabatis, amabant.
Præterito perfecto. Amaui, amauiſti, amauit. Amauimus, amauiſtis, amauerunt vel amauere.
Preterito pluſq̃ perfecto. Amauerã, amaueras, amauerat. Amaueramus, amaueratis, amauerãt.
Futuro imperfecto. Amabo, amabis, abit. Amabimus, amabitis, amabunt.
Futuro perfecto. Amauero, amaueris, amauerit. Amauerimus, amaueritis, amauerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore preſenti. Ama vel ames, amet. Amemus, amate vel ametis, ament.
Futuro. Amato vel amaueris. amato vel amauerit. Amemus vel amauerimus. amantote vel amaueritis, Amanto vel amauerint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore preſenti, vtinam Amarem, amares, amaret. Amaremus, amaretis, amarent.
Præterito imperfecto, vtinam Amarem, amares, amaret. Amaremus, amaretis, amarent.
Preterito ꝑfecto, vtinã Amauerim, amaueris, amauerit. Amauerimus, amaueritis, amauerint.
Preterito pluſq̃ ꝑfect, vtinã Amauiſſem, iſſes, iſſet. Amauiſſemus, amauiſſetis, amauiſſent.
Futuro, vtinam Amem, ames, amet. Amemus, ametis, ament.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. Cum Amem, ames, amet. Amemus, ametis, ament.
Præterito imperfecto. Cum Amarem, amares, amaret. Amaremus, amaretis, amarent.
Præterito perfecto: Cũ Amauerim, amaueris, amauerit. Amauerimus, amaueritis, amauerint.
Præterito pluſq̃ ꝑfecto. Cum Amauiſſem, iſſes, iſſet. Aamauiſſem⁹, amauiſſetis, amauiſſent.
Futuro. C[illegible] Amauero, amaueris, amauerit. Amauerimus, amaueritis, amauerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti. Amare. Præterito. Amauiſſe.
Futuro. Amatum; vel amaturum eſſe vel amatum ire.
Gerundia ſubſtantiua. Amandi, amando, amandum.
Supina verba. Amatum, amatu.
Participia vocis actiuæ, Amans, amaturus.

¶ Verbo imperſonali, Indicatiuo modo.

Tempore preſenti. Amatur.
Præterito imperfecto. Amabatur.
Præterito perfecto. Amatum eſt vel fuit.
Præterito pluſq̃ perfecto. Amatum erat vel fuerat.

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS DEI

Futuro imperfecto. Amabitur.
Futuro perfecto, Amatum erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Ametur, Futuro, Amator vel amatum ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tp̃e p̄ſenti, vtinã Amaret. Preterito imperfecto, vtinã Amaretur.
Præterito perfecto, vtinam Amatum ſit vel fuerit.
Præterito pluſq̃ perfecto, vtinam Amatum eſſet vel fuiſſet. Futuro vtinam Ametur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti, cum Ametur. Præterito imperfecto, cum Amaretur.
Præterito perfecto, cum Amatum ſit vel fuerit. Præterito pluſq̃ perfecto, cum Amatum eſſet vel fuiſſet.
Futuro cum Amatum erit vel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti. Amari. Preterito. Amatum eſſe vel fuiſſe.
Futuro. Amãdũ vel Amãdũ eſſe, vel Amatũ iri. ¶ Paſſiuæ voce, Indicatiuo modo.
Tempore præſenti. Amor, amaris vel amare, amatur. Amamur, amamini, amantur.
Præterito imperfecto. Amabar amabaris vel amabare, amabatur. Amabamur, amabamini, amabantur.
Preterito p̄fecto, Amatus.a.ũ. ſum vel fui. Præterito pluſq̃ p̄fecto, Amatus.a.ũ. eram vel fueram.
Futuro imperfecto. Amabor, amaberis vł amabere. amabitur. Amabimur, amabimini, amabuntur.
Futuro perfecto, Amatus, amata, amatum ero.

¶ Imperatiuo modo.

Tp̃e p̄ſenti. Amare vel ameris, ametur. Amemur, amamini vel amemini, amentur.
Futuro, Amator vel amatus ſis, Amator vł amatus ſit. Amemur vel amati ſimus, amaminor vł amati ſitis, amãtor vel amati ſint. ¶ Optatiuo modo.
Tempore præſenti, vtinam Amarer. amareris. vel, ere. amaretur. Amaremur, amaremini, amarentur.
Preterito imperfecto, vtinam Amarer, amareris vel, ere, amaretur. Amaremur, amaremini, amarentur.
Præterito p̄f. vtinã. Amatus.a.ũ. ſim vel fuerim. Præterito pluſq̃ p̄fecto vtinã Amat9.a.ũ. eſſem vel fuiſſem.
Futuro, vtinam Amer, ameris vel. ere, ametur. Amemur, amemini, amentur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tp̃ore p̄ſenti, cũ Amer, amareris vel amere, ametur. Amemur, amemini amentur.
Præterito imperfecto, cum Amarer, ameris vel. ere, amaretur. Amaremur, amaremini, amarentur.
Præterito p̄fe. cũ Amatus.a.ũ. ſim vel fuerim, Præterito pluſq̃ p̄fecto, cum Amatus.a.um. eſſem vel fuiſſem.
Futuro, cũ Amatus, a.ũ. ero vel fuero. ¶ Infinitiuo modo.
Tp̃e præſenti. Amari. Præterito. Amatus, amata. amatũ eſſe vel fuiſſe.
Futuro, Amandum vel amandum eſſe, vel amatum iri. ¶ Participia vocis paſſiuæ
Preteriti, Amatus, amata, amatum. Futuri. Amandus, amanda, amandum.

¶ Secunda coniugatio.

DOceo: doces, docui, docere. Docendi, docendo, docendum, Doctum, doctu, Docens, docturus.
Doceor, doceris. Doctus, docẽdus.

¶ Actiua voce, Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Doceo, doces, docet. Docemus, docetis, docent.
Præterito imperfecto. Docebam, docebas, docebat. Docebamus, docebatis, docebãt.
Preterito p̄fecto. Docui, docuiſti, docuit. Docuimus. docuiſtis, docuerunt vel docuere.
Preterito pluſq̃ p̄f. Docuerã, docueras, docuerat. Docueramus, docueratis. docuerant.
Futuro imperfecto, Docebo, docebis. docebit. Docebimus, docebitis. docebunt.
Futuro perfecto. Docuero, docueris, docuerit. Docuerimus. docueritis, docuerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore p̄ſenti. Doce vel doceas, doceat. Doceamus, docete vel doceatis, doceant.
Futuro doceto vł docueris, doceto vel docuerit. Doceam9 vł docuerim9, docetote vł docueritis, docento vel docuerint. ¶ Optatiuo modo.
Tempore p̄ſenti, vtinam Docerem, doceres, doceret. Doceremus, doceretis, docerent.
Preterito imperfecto, vtinam Docerem, doceres, doceret. Doceremus, doceretis, docerent.
Preterito perfecto, vtinam Docuerim, docueris, docuerit. Docuerimus, docueritis, docuerint.
Preterito pluſq̃ p̄fecto vtinam Docuiſſem, docuiſſes, docuiſſet. Docuiſſemus, docuiſſetis. docuiſſent.
Futuro, vtinam Doceam, doceas. doceat. Doceamus, doceatis, doceant.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti. cum Doceam, doceas, doceat. Doceamus, doceatis, doceant.
Preterito imp̄fecto, cum Docerem, doceres, doceret. Doceremus, doceretis, docerent.

ARAGONVM ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS

# TERTIA CONIVGATIO.

Præterito perfecto, cum Docuerim, docueris, docuerit. Docuerimus, docueritis, docuerint.
Præterito pluſq̃ ꝑfecto, cum Docuiſſem, docuiſſes, docuiſſet. Docuiſſemus, docuiſſetis, docuiſſent.
Futuro, cum Docuero, docueris, docuerit. Docuerimus, docueritis, docuerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti, Docere, Præterito, docuiſſe. Futuro, docturum vel docturum eſſe vel doctum ire.
¶ Gerundia ſubſtantiua. Docendi, docendo, docendum.
Supina verba, Doctum, doctu.
Participia præſentis. Docens. Futuri. Docturus.

¶ Verbo imperſonali, Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Docetur. Præterito imperfecto, Docebatur. Præterito perfecto, Doctum eſt vel fuit.
Præterito pluſq̃ perfecto, Doctum erat vel fuerat, Futuro imperfecto docebitur, Futuro, perfecto, doctum erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti, Doceatur. Futuro, Docetor vel Doctum ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti, vtinam Doceretur, Præterito impfecto vtinā Doceretur.
Præterito pfecto vtinā Doctū ſit vel fuerit. Præterito pluſq̃ perf. vtinā Doctū eſſet vel fuiſſet, Futuro vtinā doceat.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore pſenti, cū doceat, Præterito impfecto cū doceretur. Præterito perfecto, cum doctum ſit vel fuerit.
Præterito pluſq̃ perfecto, cum Doctum eſſet vel fuiſſet. Futuro, cum Doctum erit vel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti, Doceri. Præterito. Doctum eſſe vel fuiſſe. Futuro, Docendum vel docendū eſſe vel doctum iri.

¶ Paſſiua voce. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Doceor, doceris vel docere, docet. Docemur, docemini, docentur.
Præterito imperfecto, Docebar, docebaris vel are. docebatur. Docebamur, docebamini, docebantur.
Præterito perfecto, Doctus. a. um, ſum vel fui. Præterito pluſq̃ perfecto, doctus, a. um, eram vel fueram.
Futuro imperfecto. Docebor, doceberis vel ere. docebitur. Docebimur, docebimini docebuntur.
Futuro perfecto. Doctus. a. um, ero.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti, Docere vel docearis, doceatur. Doceamur, docemini vel doceamini doceantur.
Futuro docetor vl̃ doct⁹ ſis, docetor vl̃ doct⁹ ſit, doceamur vl̃ docti ſim⁹, doceminor vl̃ docti ſitis, docentor vl̃ docti ſint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti, vtinam Docerer, docereris vel ere. doceretur. Doceremur, doceremini, docerentur.
Præterito imperfecto, vtinā Docerer, docereris vel ere, doceretur. Doceremur, doceremini, docerentur.
Præterito perfecto, vtinam Doctus. a. um, ſim vel fuerim. Præterito pluſq̃ perfecto, Vtinam Doctus, docta doctū eſſem vel fuiſſem.
Futuro, vtinam Docear docearis vel doceare, doceatur, Doceamur, doceamini, doceantur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti, cum Docear, docearis vel doceare, doceatur. Doceamur, doceamini doceantur.
Præterito imperfecto cum Docerer, docereris vel ere, doceretur. Doceremur, doceremini, docerentur.
Præterito perfecto, cū doctus. a. um. ſim vel fuerim, Præterito pluſq̃ pfecto, cū doctus. a. um, eſſem vel fuiſſem.
Futuro, cum Doctus, a. um, ero vel fuero.

¶ Infinitiuo modo.

Tp̄e pſenti, Doceri. Præterito. Doctus. a. um. eſſe vel fuiſſe, Futuro. Docendū vel docendū eſſe vel doctum iri.
Participia vocis paſſiuæ, Præteriti. Doctus. a. um. Futuri Docendus. a. um.

¶ Tertia coniugatio.

Lego, legis, legi, legere, Legēdi, legēdo, legēdū. Lectū, lectu. Legēs, lectur⁹, Legor, legeris, lectus, legendus.

¶ Actiua voce, Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Lego, legis, legit. Legimus, legitis, legunt.
Præterito imperfecto, Legebam, legebas, legebat. Legebamus, legebatis, legebant.
Præterito perfecto. Legi, legiſti, legit. Legimus, legiſtis, legerunt vel legere.
Præterito pluſq̃ perfecto, Legeram, legeras, legerat. Legeramus, legeratis, legerant.
Futuro imperfecto. Legam, leges, leget. Legemus, legetis, legent.
Futuro perfecto. Legero, legeris, legerit. Legerimus, legeritis, legerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Lege vel legas, legat. Legamus, legite vel legatis, legant.
Futuro Legito vel legeris, legito vel legerit. Legam⁹ vel legerim⁹, legitote vel legeritis, legunto vel legerint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti, vtinam Legerem, legeres, legeret. Legeremus, legeretis, legerent.
Præterito imperfecto, vtinam Legerem, legeres, legeret, Legeremus, legeretis, legerent.

Præterito perfecto. Legerim,legeris,legerit. Legerimus,legeritis,legerint.
Præterito pluſq̃ pfecto vtinam Legiſſem,legiſſes,legiſſet. Legiſſemus,legiſſetis,legiſſent.
Futuro,vtinam Legam,legas,legat. Legamus,legatis,legant.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti.cum Legam,legas,legat. Legamus,legatis,legant.
Præterito impfecto,cum Legerem,legeres,legeret. Legeremus,legeretis,legerent.
Præterito perfecto,cum Legerim,legeris,legerit. Legerimus,legeritis,legerint.
Præterito pluſq̃ pfecto,cum Legiſſem,legiſſes,legiſſet. Legiſſemus,legiſſetis,legiſſent.
Futuro,cum Legero,legeris,legerit. Legerimus,legeritis,legerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti,legere,Præterito,legiſſe. Futuro,lecturum vel lecturum eſſe vel lectum ire.
Gerundia ſubſtantiua. Legendi,legendo.legendum.
Supina verba. Lectum,lectu.
Participia præſentis. Legens. Futuri. Lecturus.

¶ Verbo impersonali. Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Legitur. Præterito imperfecto legebatur. Præterito perfecto,lectum eſt vel fuit.
Præterito pluſq̃ perfecto,lectum erat vel fuerat. Futuro imperfecto legetur. Futuro,perfecto,lectum erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti,legatur. Futuro,legitor vel lectum ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti,vtinam legeretur, Præterito impfecto vtinã legeret. Præterito pfecto vtinã lectũ ſit vel fuerit.
Præterito pluſq̃ perfecto, vtinam Lectum eſſet vel fuiſſet.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore præſenti,cũ legat. Præterito impfecto cũ legeret. Præterito perfecto,cum lectum ſit vel fuerit.
Præterito pluſq̃ perfecto,cum Lectum eſſet vel fuiſſet. Futuro,cum lectum erit vel fuerit.

¶ Infinitiuo modo.

Tempore præſenti,Legi. Præterito. Lectum eſſe vel fuiſſe. Futuro,legendum vel legendũ eſſe vel lectum iri.

¶ Paſſiua voce, Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Legor,legeris vel legere,legitur. Legimur,legimini,leguntur.
Præterito imperfecto. Legebar.legebaris.vel.are, legebatur. Legebamur,legebamini,bantur.
Præterito pfecto,lectus.a.ũ.ſum vel fui. Præterito pluſq̃ pfecto lectus.a.ũ.eram vel fueram. Futuro imperfecto, legar,legeris,vel.ere.legetur. Legemur,legemini,legentur. Futuro perfecto, Lectus,lecta,lectum ero.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Legere vel legaris,legatur. Legamur,legimini vel legamini,legantur.
Futuro,legitor vel lectus ſis,legitor vel lect9 ſit. Legamur vel lecti ſimus,legiminor vel lecti ſitis,leguntor vel lecti ſint.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti,vtinam Legerer.eris,vel,legerere legeretur. Legeremur,legeremini,legerentur.
Præterito imperfecto,vtinam legerer,legereris vel,ere,legeretur. Legeremur,legeremini,legerentur.
Præterito perfecto vtinam,Lectus.a.ũ.ſim vel fuerim. Præterito pluſq̃ pfecto vtinã Lect9.a.ũ.eſſem vel fuiſſem.
Futuro,vtinam Legar,legaris vel legare, legatur,legamur,legamini,legantur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tempore pſenti,cũ Legar,legaris vel legare,legatur. Legamur,legamini legantur.
Præterito imperfecto,cum legerer,legereris vel legerere,legeretur. Legeremur,legeremini,legerentur.
Præterito pfecto cum Lectus.a.ũ.ſim vel fuerim. Præterito pluſq̃ pfecto,cum Lectus.a.um.eſſem vel fuiſſem.
Futuro,cũ lectus,a.ũ.ero vel fuero.

¶ Infinitiuo modo.

Tpe præſenti. Legi. Præterito,Lectus,a.ũ.eſſe vel fuiſſe. Futuro,legendum vel legendum eſſe,v[illegible] lecturũ iri.

¶ Participia vocis paſſiuę.

Præteriti,Lectus,lecta,lectum. Futuri. Legendus:legenda,legendum.

¶ Quarta coniugatio.

AVdio:audis,audiui,audire,audiendi, audiendo,audiendum,auditum,auditu,audiens,auditurus.
Audior,audiris,auditus,audiẽdus.

¶ Actiua voce, Indicatiuo modo.

Tempore præſenti, Audio,audis,audit. Audimus,auditis,audiunt.
Præterito imperfecto. Audiebam,audiebas,audiebat. Audiebamus,audiebatis,audiebant.
Præterito pfecto. Audiui,audiuiſti,audiuit. Audiuimus.audiuiſtis,audiuerunt vel audiuere.
Præterito pluſq̃ pf. Audiuerã,audiueras,audiuerat. Audiueramus,audiueratis,audiuerant.
Futuro imperfecto, Audiam,audies,audiet. Audiemus,audietis,audient.

# QVARTA CONIVGATIO.

Futuro perfecto, Audiuero, audiueris, audiuerit. Audiuerimus, audiueritis, audiuerint.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore præſenti. Audi vel audias, audiat. Audiamus, audite vel audiatis, audiant.
Futuro. Audito vl' audiueris, audito vl' audiuerit. Audiamus vel audiuerimus, auditote vel audiueritis, audiunto vel audiuerint.

¶ Optatiuo modo,

Tpe pñti, vtinã Audirẽ, audires, audiret. Audiremꝰ, audiretis, audirẽt
Præterito impſecto, vtinã Audirẽ, audires, audiret. Audiremus, audiretis, audirent.
Preterito pſe, vtinã Audiuerim, audiueris, audiuerit. Audiuerimꝰ, audiueritis, audiuerint.
Præterito pluſq̃ perfecto, vtinã Audiuiſſem, audiuiſſes, audiuiſſet. Audiuiſſemus, audiuiſſetis, audiuiſſent.
Futuro, vtinã Audiã, audias, audiat. Audiamus, audiatis, audiant.

¶ Subiunctiuo modo,

Tpe pſenti, cũ Audiã, audias, audiat. Audiamus, audiatis, audiant.
Præterito imperfecto, cum Audirem, audires, audiret. Audiremus, audiretis, audirent.
Preterito pfecto, cũ Audiuerim, audiueris, audiuerit. Audiuerimus, audiueritis, audiuerint.
Preterito pluſq̃ pf. cũ Audiuiſſẽ, audiuiſſes, audiuiſſet. Audiuiſſemꝰ, audiuiſſetis audiuiſſẽt.
Futuro, cum Audiuero, audiueris, audiuerit. Audiuerimus, audiueritis, audiuerint.

¶ Infinitiuo modo.

Tpe pſenti, Audire. Preterito, audiuiſſe. Futuro, auditurũ vel auditurũ eſſe vel auditum ire.
Gerundia ſubſtãtiua. Audiẽdi, audiẽdo, audiẽdũ. ¶ Supina verba. Auditũ, auditu.
Participia præſentis, Audiens. Futuri. Auditurus.

¶ Verbo impersonali, Indicatiuo modo.

Tpe pſenti. Auditur, Preterito impfecto. Audiebaẽ. Preterito pfecto, Auditum eſt vel fuit.
Preterito pluſq̃ pfecto. Auditũ erat vl' fuerat, Futuro, impf. Audieẽ. Futuro pſe. Auditũ erit.

¶ Imperatiuo modo.

Tempore pſenti. Audiaẽ, Futuro, auditor vel auditũ ſit.

¶ Optatiuo modo.

Tempore præſenti, vtinam Audiretur. Præterito imperfecto, vtinam audiretur.
Preterito pf. vtinã Auditũ ſit vel fuerit, Preterito pluſq̃ pfecto, vtinã auditũ eſſet vel fuiſſet.
Futuro, vtinam audiatur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tpe pſenti, cũ Audiaẽ, Preterito impf. cũ audireẽ, Preterito pfecto, cũ auditum ſit vel fuerit,
Preterito pluſq̃ pfecto, cũ Auditũ eſſet vel fuiſſet. Futuro, cum Auditum erit vel fuerit.

¶ Infinitiuo modo,

Tpe pñti Audiri, Preterito auditũ eſſe vl' fuiſſe, Futuro audiẽdũ vel audiendum eſſe vel auditum iri.

¶ Paſſiua voce, Indicatiuo modo.

Tempore præſenti. Audior, audiris vel audire, auditur. Audimur, audimini audiuntur.
Præterito imperfecto. Audiebar, audiebaris vel, are. audiebatur. Audiebamur, audiebamini, audiebantur.
Preterito pfecto. Auditꝰ. a. ũ. ſum vel fui, Preterito pluſq̃ pfecto, auditꝰ. a. ũ. erã vel fueram.
Futuro imperfecto. Audiar, audieris vel. ere. audietur, Audiemur, audiemini, audientur.
Futuro perfecto, auditus, audita, auditum ero.

¶ Imperatiuo modo.

Tpe pſenti. Audire vel audiaris, audiaẽ. Audiamur, audimini vel audiamini, audiantur,
Futuro auditor vel auditus ſis, auditor vel auditus ſit, audiamur vel auditi ſimus, audiminor vel auditi ſitis.
Audiuntor vel auditi ſint.

¶ Optatiuo modo.

Tpe pſenti, vtinã Audirer, audireris, vl' ere. audiretur. Audiremur, audiremini, audirentur.
Preterito impfe. vtinã Audirer, audireris vl' ere. audireẽ, Audiremur, audiremini, audireẽ.
Præterito perfecto, vtinam auditus, audita, auditum ſim, vel fuerim.
Præterito pluſq̃ perfecto, vtinam auditus, audita, auditum eſſem vel fuiſſem.
Futuro vtinã audiar, audiaris vel audiare audiaẽ, Audiamur, audiamini, audiãtur.

¶ Subiunctiuo modo.

Tpe pſenti, cũ audiar, audiaris vel audiare, audiaẽ, Audiamur, audiamini, audiantur.
Preterito imperfecto, cum audirer, audireris vel, ere. audiretur, Audiremur, audiremini, audirentur.
Preterito pfecto. cũ auditus. a. ũ. ſim vel fuerim. Preterito pluſq̃ perfecto, cũ auditus. a. um, eſſem, vel fuiſſem.
Futuro, cum auditus. a. um, ero vel fuero. ¶ Infinitiuo modo.
Tpe pſenti, audiri. Preterito, auditus. a. um. eſſe vel fuiſſe. Futuro audiendũ vel audiendũ eſſe, vel auditum iri.
Participia vocis paſſiuæ. Preteriti, auditus. a. um. Futuri, audiendus. a. um.

De formatiōe. Analogia quā ꝓportionē Quintilianꝰ interpretatur in nulla grāmatices pte magis deſeruit nobis q̄ in verborū cōiugatiōe, vt vel ſola ꝓpemodū poſſit in hac una parte ſufficere: preterq̄ in preteritis & ſupinis q̄ a ꝓportiōe plerūq; diceſſerūt. Nā ſi amo, as. facit ī preterito impfecto īdicatiui amabā: & ī futuro amabo. poſſis nullo precepto ſed ſola analogia duce ab eo q̄ ē porto. as, & ab eo qđ ābulo, as, facere portabā ambulabā, portabo ambulabo. Quia tū video grecos & latinos circa tēporū formationē atq; etiā pſonarū q̄ a pria verbi poſitiōe defluxerūt laboraſſe nō oīno & nos ocioſum eſſe putauimꝰ hac de re precepta tradere.

## ¶ De formatione verborū regulariū. Cap. vi.

AMo; doceo; lego; audio; nō formāt aliūde, quin potius alia tēpora formātur ab eis. Amabam, docebam: formantur a ſecunda perſona ſingulari præſentis indicatiui modi ablata. s, & addita, bam.

Legebā, audiebā: formātur a prima pſona ſingulari pñtis indicatiui modi. o. mutata in. e. & addita. bā. pter. eo. is. qđ mittit. ibam. & queo. quis. quibam.

Amaui: docui: legi: audiui: non formantur aliunde: quin potius reliqua tempora; quæ circumloquimur in voce paſſiua, formantur ab eis.

¶ Amo. doceo. lego, audio. Cū verborū cōiugatiōes q̄tuor ſint, quarū diuerſitas colligitur precipue ex ſecunda pſona pñtis indicatiui modi & pñtis infinitiui. ꝓponit quattuor verba: q̄ explicita p oēs voces, modos, nūeros & pſonas exhibēt nobis imaginē totiꝰ cōiugatiōis, et qbꝰ in locis illius ptes inter ſe cōueniāt. Dicit igitur in primis q̄ pria verbi poſitio, hoc eſt, q̄ prima pſona pñtis indicatiui nō formatur aliūde: quin potius ipſa gignit ex ſe reliqua alia tēpora. Eſt. n. hec in verbo, qđ ī noīe rectus. Et quēadmodū gignēdi caſus in noīe oñdit nobis quote declinatiōis eſt nomē, eodē modo ſcđa pſona pñtis indicatiui, q̄ primū diſceſſit a verbi poſitiōe: oñdit quote cōiugatiōis eſt verbū. nā q̄ mittūt in. as. ſūt priæ: quæ in. es. ſunt ſcđæ. q̄ in. is. breue ſūt tertiæ, q̄ in. is. producta quarte, quā qdā nō quartā, ſed tertiā ꝓductā dixerūt. Sed quēadmodū prima verbi poſitio ſemp terminatur in. o. vel in. or. preterq̄ ī uerbis defectiuis & irregularibꝰ: ita ſcđa cōiugatio habet ꝓpriā terminationē ī. eo, & quarta ſemp in. io. preter eo & queo cū cōpoſitis: q̄ cū ſint quarte, tñ terminātur ī eo. Sūt preterea pauca verba prie cōiugatiōis q̄ terminātur ī. eo vt meo, as. creo, as. nauſeo, as. & aliq̄ plura tertie q̄ terminātur in. io, vt facio facis. fodio fodis, fugio. is. Priæ itaq; cōiugationis poſitio mittit ſcđam pſonā. o mutata in. as, ut amo amas, porto. as. Scđæ vero, o. mutata ī. s. vt doceo doces. ſtudeo. es, eſtq; minor vna ſyllaba. Tertiæ uero cū in. io. deſinit. o. mutata in. s. eſtq; minor eq̄ vna ſyllaba, ut facio facis, fugio, is. Alia tñ eiuſdē cōiugatiōis quacūq; littera pcedēte. o. mutata in. is ut ſcribo. is. dico. is. ſcādo. is. lego. is. Quartæ cōiugatiōis. io. vł. eo. mutatis in. is. vt audio. is. polio. is. eo. is. queo. qs. Tertia pſona fit. s. finali ſcđæ pſonæ mutata ī. t. ut amas amat. doces. cet. legis legit. audis. dit. Prima pſona plalis fit. mu. interpoſita inter. s. finalē ſcđæ pſonæ & precedētē uocalē. ut amas amamꝰ. Scđa pſona pluralis fit. ti. interpoſita, vt amas. atis. Tertia pſona pluralis in pria qdē & ſcđa cōiugatiōe fit a tertia pſona ſingularis. n. interpoſita inter. t. finalē & vocalē pcedētē, ut amat, amāt, docet docēt. In tertia uero & quarta fit priæ poſitiōis. o. finali mutata in. unt. ut lego, legūt. facio. unt. audio. unt. eo, eūt. ¶ Amabāt, docebāt. Preteritū īpfectū priæ cōiugatiōis atq; ſecūdæ fit a ſcđa pſona ſingłaris pñtis īdicatiui ablata. s. & addita. bā. vt amas amabā. doces. docebā. Legebā & audiebā, hoc ē verba tertiæ & quartæ cōiugatiōis fiūt priæ verborū poſitiōes. o. finali. mutata. in. e. & addita bā. vt lego. gebā. facio faciebā. audio. diebā. Eo tñ & queo ſequūtur rōnē uerborū & priæ & ſcđæ cōiugatiōis, q̄ formāt preteritū īpfectū: vt diximꝰ, a ſcđa pſona pñtis īdicatiui ablata. s. & addita bā, ut queo, qs, qbā. eo. is. ibā. Ad quorū ſilitudinē antiqores poetæ præſertim hoc tēpꝰ formabāt in oībꝰ verbis quartæ cōiugatiōis. vt Verg. viii. eñ. Tūc mihi pria genas veſtibat flore iuuēta. Idē in eodē. Certatis ſquāmis ſerpētū auroq; polibāt: p veſtiebāt: & poliebāt. Scđa pſona ſingłaris fit. m. mutata in. s. vt amabā. amabas. Tertia pſona ſingłaris fit. m. mutata in. t. vt amabā amabat. Pria pſona plalis fit addita. us. amabā amabamꝰ. Scđa pſona plalis. fit. m. mutata. in. tis. vt amabā, amabatis. Tertia pſona eiuſdē nūeri fit. m, mutata in. nt. ut amabā, amabāt. Amaui. docui, legi. audiui. Oīs preteriti pfecti indicatiui modi pria pſona ſingłari deſinit in. i. q̄ tñ nullā certā ꝓportionē uerborū ſequitur a qbꝰ deſcēdit: niſi q̄ verba primæ & quartæ cōiugatiōis plerūq; formātur a ſcđa pſona pñtis indicatiui. s. ablata & addita. ui. ut amas. amaui, porto. as. aui. audio. is. iui. polio. is. iui. Sed de vltimis & penultimis ſyllabis preteritorū in tertio cap. li. ſcđi explicabimꝰ. Scđa pſona ſingularis fit ſupra primā. ſti. aſſumpta, vt amaui amauiſti. Tertia pſona eiuſdē nūeri fit. t. aſſūpta, ut amaui amauit. Prima perſona plalis fit aſſumpta. mus. ut amaui amauimus. Scđa eiuſdē nūeri fit. ſtis, aſſūpta ut amaui amauiſtis. Tertia eiuſdē nūeri fit. i. finali mutata in. e. & aſſūpta. rūt. vł re, ut amaui amauerūt vł amauere. Hoc tēpus crebras recipit abſciſſiões. neq; id tātū in carmine, uerūetiā in pſa oratiōe: maxie in uerbis priæ cōiugatiōis, q̄ [illegible]ūt preteritū ī. aui. preter lauī, qđ ipſū videtur abſciſſum ab eo qđ eſt lauaui. neq;. n. poſſemꝰ dicere laſti p lauaſti. et ī ver[illegible]s tertiæ & quartæ, q̄ mittūt preteritū in. iui. ſed ī verbis priæ recipit tātū abſciſſionē ī ſcđa pſona ſingłaris nūeri: & ī ſcđa et tertia plalis. vt amaſti p amauiſti. amaſtis p amauiſtis amarūt p amauerūt. In verbis tertiæ & quartæ oēs pſonæ poſſūt recipe abſciſſionē. vt ſapiſ ſapiſti ſapiit, p ſapiui ſapiuiſti ſapiuit. & ī plurali ſapiimꝰ. ſapiſtis. ſapierūt vł ſapiere p ſapiuimꝰ ſapiuiſtis ſapiuerūt vel ſapiuere. audij audiſti, audijt. p audiui audiuiſti, audiuit, audiimus audiſtis audierūt vł audiere, p audiuimus audiuiſtis. audiuerūt vł audiuere. Et in oībꝰ cōpoſitis ab eo, is. iui. ſemp fit abſciſſio. ut preterij. potiꝰ q̄ preteriui. redij. adij. inij, pdij, potius q̄ rediui. adiui. iniui. pdiui. & eodē mōdo de reliquis. Illud etiā eſt aduertēdū in ſcđis pſonis vtriuſq; nūeri duplex. ī. abſciſſionē poſſe p ſynereſin coire in vnū. i. lōgū. vt ſapiſti p ſapiiſti. Martia nubere vis priſco. nō miror Paula ſapiſti. eodē mō dicimus poliſti poliſtis. p poliiſti poliiſtis, audiſti audiſtis, p audiiſti audiiſtis. facimꝰ etiā ſyncopā in hoc uerbo noui, ut noſti p nouiſti noſtis p nouiſtis. Ab eo quoq; qđ eſt admoueo, Verg. dixit in. iiii. Hyrcanæq; admorūt vbera tigres. & prio eñ. ab eo qđ eſt accedo acceſſi. Idē quoq; dixit. Acceſtis ſcopulos vos & cyclopeia ſaxa. & ab eo qđ eſt dirigo direxi dixit in. vi. dardana qui paridis direxi tela manuſq;. Hor. quoq; ab eo qđ eſt euado euaſi dixit in. iii. ſermonū. euaſti credo metuēs doctus: q; cauebis.

Et Catullus ad Ortalũ. & tu nõ orbũ luxti deſerta cubile. p luxiſti. Oui. xi. meta. & quæ pars admonet abſit p abſtitit dixit & Propertius, quoties raro duxti ſuſpiria motu. pro duxiſti. ¶ Amauerã. docuerã. legerã. audiuerã. hoc eſt primũ ex circũloquijs vocis paſſiuæ q̃ formãtur a preterito perfecto indicatiui. i. finali mutata in. e. & addita rã. vt amaui. amauerã. docui. docuerã. legi. legerã. audiui. audiuerã. Secũda perſona fit. m. finali mutata in. s. vt amauerã. ras. docuerã. ras. legerã. ras. audiuerã. ras. Tertia eiuſdẽ numeri fit. m. mutata in. t. vt amauerat. docuerat. legerat. audiuerat. Prima pluralis fit addita. us. vt amauerã. amaueram9. Secũda eiuſdẽ numeri fit. m. mutata in. tis. vt amaueram amaueratis. Tertia eiuſdẽ nũeri fit. m. mutata ĩ. nt. vt amauerã amauerãt. Recipit tñ hoc tp̃s abſciſſionẽ in verbis fere iiſdẽ quib9 preteritũ perfectũ recipiebat. & hoc in oib9 pſonis. vt amarã. ras. rat. ram9. ratis. rãt. norã. ras. rat. noramus ratis. rãt. cupierã. ras. rat. ram9. ratis. rãt. audierã. ras. rat. ram9. ratis. rãt. Ab eo quoq; qd' eſt remoueo dixit Hora. in. ij. ſer. verũ vbi ſe a vulgo & ſcæna in ſecreta remorãt. ſed hoc fortaſſe tãtũ ĩ carmĩe. q. pſa oratio nõ admitteret. & ab eo qd' eſt ſurripio dixit idẽ Hora. iiij. car. q̃ me ſurpuerat mihi. p ſurripuerat. Idẽ. ij. ſer. vnũ me ſurpite morti. p ſurripite. ¶ Amabo. docebo. hoc ẽ qd' futurũ indicatiui mõi priæ & ſcd'æ cõiugatiõis. formãt a ſcd'a pſona pñtis idicatiui mõi ablata. s. & addita bo. vt amas. amabo. doces. docebo. Scd'a pſona eiuſdẽ nũeri. fit. o. finali mutata ĩ. is. vt amabo. amabis. Tertia quoq; fit. o. mutata in. it. vt amabo. amabit. Prima pſona plalis fit. o. mutata in im9. vt ambo. bim9. Secũda pſona eiuſdẽ nũeri fit. o. mutata in. tis. vt amabo. bitis. Tertia pſona eiuſdẽ nũeri fit. o. mutata ĩ. unt. vt amabo. amabũt. ¶ Legã. audiã. hoc eſt q futurũ ĩdicatiui tertiæ & q̃rtæ cõiugationis fit a prima verbi poſitiõe. o. mutata ĩ. am. vt lego. legã. antiquores ĩ. em. terminãbãt. Quin. li. i. Quid nõ Cato Cẽſori9 dicã & faciam dicẽ & faciẽ ſcripſit: eũdẽq; ĩ cæteris q̃ ſitr cadũt: modũ tenuit. qd' ex veterib9 eius libris manifeſtũ eſt, & a Meſſala in li. de. s. littera poſitũ. Secũda perſona eiuſdẽ numeri fit. am. mutata in. es. vt legã. leges. Tertia eiuſdẽ nũeri fit. am. muta in. et. vt legã leget. Prima perſona pluralis fit. am. mutata in. emus. ut legã legem9. Secũda eiuſdẽ nũeri fit. am. mutata in etis. vt legã legetis. Tertia eiuſdẽ nũeri fit. am. mutata in. nt. vt legã legẽt. Duo tñ verba eo. is. queo. quis miſerũt hoc tp̃s ibo. quibo. retinẽtq; alterũ. i. per vtrũq; numerũ & oẽs perſonas, vt. ibo. ibis. ibit. ibim9. itis ibũt, qbo. quibis quibit. bim9. bitis. quibũt. Antiquiores quoq; ad horũ ſilitudĩnẽ declinabãt ĩ futuro verba quartæ cõiugatiõis. vt audibo. ibis. audibit. audibim9. bitis. audibũt. Cecili9 audibis male, ſi male dicis mihi. Enni9 in Telamone, Vbi molarũ ſtrepitũ audibis. Properti9, lenibũt tacito vulnera noſtra ſono. Plaut9 in Aulularia, teſtudinũ iſtũ gradibo gradũ. ¶ Amauero. docuero. legero. audiuero. hoc eſt futurũ perfectũ indicatiui modi. qd' eſt vnũ ex circunloquijs vocis paſſiuæ. formatur a præterito perfecto eiuſdẽ indicatiui. in prima pſona. i. finali mutata in. e. & addita. ro. vt amaui. uero. docui, cuero. legi. gero. audiui. uero. Secũda perſona eiuſdẽ numeri fit a prima perſona. ro. mutata in. ris. Tertia eiuſdẽ numeri. ro. mutata in. rit. Prima pluralis fit. ro. mutata in. rimus. Secunda eiuſdẽ numeri. ro. mutata in. ritis. Tertia eiuſdem numeri. ro. mutata in. rint. Recipitq; hoc tẽpus abſciſſionem in verbis fere iiſdem, quibus præteritum recipiebat. Qua tamen ratione & autoritate hoc futurum cum alijs quibuſdam temporibus adiecerimus, ſuperius diſputauimus.

Amauerã. docuerã. legerã. audiuerã. formãtur a prima perſona ſingulari pręteriti perfecti indicatiui modi. i. mutata in. e. & addita. ram.

Amabo. docebo, formãtur a ſecũda pſona ſingulari pñtis indicatiui mõi ablata. s. & addita. bo.

Legã. audiã. formantur a prima perſona ſingulari preſentis indicatiui modi. o. mutata in am, prǽterq̃ Eo. is. ibo. Queo. quis. quibo.

Amauero docuero. legero. audiuero. formantur a prima perſona præteriti perfecti indicatiui modi. i. mutata in. e. & addita. ro.

¶ De formatione imperatiui.

AMa. doce. audi. formãtur a ſecunda perſona ſingulari preſentis indicatiui. ablata. s.

Lege formatur a ſecũda pſona præſentis indicatiui mõi. is. mutata in. e. Dicimus tñ dic. duc. fac p dice, duce. face. & eodẽ mõ d' cõpoſitis ab illis.

Amet. doceat. legat. audiat. ſimilia ſũt tertię perſonæ ſingulari futuri optatiui modi.

Amemus. doceamus. legamus. audiamus. ſimilia ſunt primę pſonę plurali futuri optatiui modi.

Amate. docete. legite. audite. formãtur a tertia pſona ſingulari preſentis indicatiui modi addita. e.

Ametis. doceatis. legatis. audiatis. ſimilia ſũt ſecũdæ perſonæ plurali futuri optatiui modi.

Ament. doceãt. legant. audiant. ſimilia ſunt tertię perſonæ plurali futuri optatiui modi.

Amato. doceto. legito. audito. formantur a tertia perſona præſentis indicatiui modi. addita. o.

Amemus. doceamus. legamus. audiamus ſimilia ſunt primę pſonæ plurali futuri optatiui mõi.

Amatote. docetote. legitote. auditote. formãtur a ſecũda pſona ſingulari eiuſdẽ futuri addita te.

Amãto. docẽto. legũto. audiũto. formãtur a tertia pſona plĩ preſentis indicatiui modi addita. o.

Cętera huius tp̃is ſimilia ſũt futuro ſubiũctiui

DE formatiõe impatiui. ¶ Ama. doce. lege. audi. Quia imperatiu9 aliquãtulũ diuerſitatis hẽt in declinatiõe, docet formare oẽs pſonas nũeri atq; tp̃is vtriuſq;. Tñ aduertẽdũ eſt tria illa dic. duc. fac. receſſiſſe a formatiõe aliorũ, ne concurrãt, vt aiũt, cũ obliqs horũ noim dica dice. dux. duce. fax. face. Et ab eis cõpoſita. vt maledic. predic. deduc. benefac. malefac q̃ apd' antiquores fuerũt dice. duce. face. Vñ & Verg. antiq̃tatis amator edũc p edũc dixit. tu Voluſ armari volſcorũ edice maniplis. a facio vero cõpoſita ſi prepoſitionẽ acceperint, ad regulã veniũt. vt inficio. Ouid. ii. metamor. Infice tabe tua natarũ Cecropis vnã deficio. defice. Virg. ij. æñ. dubijs nec defice reb9. Illud quoq; aĩaduertendũ eſt q, oẽs fere grãmatici poſuerũt in futuri tertia pſona plurali eſſe duplicẽ terminationẽ, vt amato vel amatote, doceto vel docetote, ſed terminationes illæ ſecũdæ diſceſſerũt ab vſu, atq; ideo a nobis quoq; ſublatæ ſunt.

De formatiõe optatiui. ¶ Amarē. docerē, legerē, audirē. hoc eſt q̃ pñs optatiui modi formatur à ſcđa pſona pñtis imperatiui addita rē, ut ama, utinā amarē, doce, docerē, lege, legerem. audi audirē. Secūda perſona fit. m. mutata in. s. Tertia. m. mutata in. t. Prima pluralis addita. us. Scđa eiuſdē nūeri. m. mutata in. tis. Tertia adhuc eiuſdē. m. mutata in. nt. vt vtinā amarē amares amaret, amaremus, retis. rent. Sed illa dicerē ducerē. facerē, ſequuntur regulā antiquā a dice duce face. ¶ Amarē, docerem, legerē, audirē. hoc ē præteritū imperfectū optatiui modi eodē mō formatur quo pñs eiuſdē optatiui mo-

## ¶ De formatione verborum.

VTinā amarē. docerē, legerē. audirē formant̄ a ſecūda pſona ſinglari pñtis ipatiui mōi addita rē.
Preteritum impfectū eodē modo format̄. quo pñs.
Amauerim, docuerim. legerim. audiuerim. formantur a prima perſona præteriti perfecti indicatiui modi. i. mutata in. e. & addita. rim.
Amauiſſem. docuiſſem. legiſſem. audiuiſſem. formantur a prima perſona ſingulari præteriti perfecti indicatiui modi addita. s. & ſem.
Amem formatur a prima perſona præſentis indicatiui modi. o. mutata in. em.
Doceā, legā. audiā. formātur a prima perſona præſentis indicatiui modi. o. mutata in. am.

## ¶ De formatione ſubiunctiui

AMem. doceā, legā. audiam. eodem modo formantur; quo futurum optatiui modi.
Amarem, docerem, legerem, audirem, eodē modo formantur; quo præſens optatiui modi.
Amauerim. docuerim, legerim. audiuerim. formātur a prima perſona ſingulari p̄teriti perfecti indicatiui modi. i. finale mutata. in. e. & addita rim.
Amauiſſē, docuiſſē, legiſſem. audiuiſſem. eodē mō formant̄: quo p̄teritū pluſq̄ pfe. optatiui modi.
Amauero, docuero, legero. audiuero. formantur a præterito perfecto indicatiui modi, finali mutata in. e. & addita ro.

di. ¶ Amauerim, docuerim, legerim. audiuerim. hoc eſt præteritū pfectū optatiui modi qđ eſt vnū ex circūloquijs uocis paſſiuæ, formatur à præterito perfecto indicatiuī modi in priā perſona. i. finali mutata in. e. addita. rim. ut amauerim, docuerim, legerim, audiuerim. Scđa pſona eiuſdē nūeri fit à priā pſona. m. finali mutata in. s. Tertia eiuſdē nūeri fit ab eadē priā. m. finali mutata in. t. ut amaueris amauerit. Prima pſona pluralis fit à prima ſingularis addita. us. Secūda eiuſdem nūeri. m. mutata in. tis. Tertia eiuſdē quoq; nūeri. m. mutata ī. nt. vt amaueritis. amauerint. Recipit tñ hoc tēpus eaſdē abſciſſiões quas reliqua circūloqa q̃ a præterito ĩdicatiui modi formātur. ¶ Amauiſſem, docuiſſē, legiſſem, audiuiſſem. hoc ē præteritū pluſq̃ pfectū optatiui modi qđ eſt vnū ex circūloquijs vocis paſſiuæ: formatur a preterito pfecto indicatiui modi addita. s. & ſem. vt amaui, vtinā amauiſſem, docui docuiſſem: legi legiſſem, audiui audiuiſſem. Secunda perſona eiuſdem nūeri fit. m. mutata in. s. & rurſus. Tertia. m. mutata in. t. & prima pluralis addita. us. & ſecunda eiuſdē. m. mutata ī. tis. & tertia adhuc eiuſdē. m. mutata in. nt. ut utinā amauiſſem. uiſſes, uiſſet. amauiſſemus. uiſſetis, uiſſent. Hoc tēp9 atq; etiā præteritū pluſq̃ pfectū ſubiūctiui qđ eſt in terminatiõe illi ſile, atq; ēt præteritū infinitiui qđ vtriq; m. finali ſubtracta ſimilatur, recipiunt abſciſionē in oib9 pſonis vtriuſq; nūeri: in verbis priæ cõiugatiõis mittētib9 præteritū in. aui. a. & u. cõſonāte extritis. In uerbis tertiæ & quartæ q̃ mittūt præteritū in. iui. u. tātū cõſonāte explosa aut facta ſynæreſi. i. & u. reiectis, ut utinā amaſſem: cū amaſſem, amaſſe p vtinā amauiſſem: cū amauiſſē, amauiſſe, utinā cupiſſē, vel cupiſſem, cū cupiſſem uel cupiſſem: cupiſſe: uel cupiſſe: p vtinā cupiuiſſem, cū cupiuiſſem, cupiuiſſe: utinā audiſſem vel audiſſem cū audiſſem uel audiſſem: audiſſe vel audiiſſe, p utinā audiuiſſem, cū audiuiſſem audiuiſſe. Sed he abſciſiones carminis atq; oratiõis ſolutæ cões ſunt: illæ tātū poeticæ, a uiuo uixi uixet, p uixiſſet. Verg. xi. æn. Vixet cui vitā de9 aut fortuna dediſſet. & ab extingo. is. extinxi, extinxē. Idē quarto æneidos: cū gñe extinxem: memet ſup ipſa dediſſem. Repo repis repſi, repſem. Hora. primo ſermonū nūquā repſemus p repſiſſemus. Idē in eodē. natis diuiſſe duobus: p diuiſiſſe, ſicut & in alio loco dixit: ſeruis dū munia diuit p diuidit. Abſceſſem p abſceſſiſſem. Silius lib. viij. punicorū. Neq; abſceſſem thalamo in magna minatus. Ab eo quoq; qđ eſt noui, licet in proſa oratiõe dicere vtinā noſſem, cū noſſem, noſſe. illud vero quod Hora. dixit ſecūdo ſermonū. Diſpereā ni ſummoſſes oēs: licet in carmine tantū dicere. Quintilianus libro primo, vbi de analogia diſputat etiā in proſa oratiõe nõ putat eſſe vtendū uerbo integro ex rõne pportiõis in hoc tempore & ſimilibus, permittamus (inqt) iis ſcilicet qui cõtra vſum analogiā defendūt dicere, audiuiſſe & ſciuiſſe. Et paulopoſt dicere, cõſeruauiſſe potius q̃ qđ dicimus, hoc eſt conſeruaſſe. ¶ Amem, hoc eſt q̃ uerba primæ cõiugatiõis formant futurū optatiui modi. o. aliþ præſentis indicatiui mutata in. em. vt amo, vtinā amem. ¶ Doceam, legā, audiā: hoc eſt q̃ in ſecūda tertia & quarta cõiugatione futurum eiuſdem numeri fit ab eadem prima uerbi poſitione. o. mutata in. am. ut doceo doceā, lego legā, audio audiā. Secūda pſona eiuſdem numeri fit a prima pſona eiuſdē futuri. m. mutata in. s. & tertia perſona eiuſdem. m. mutata in. t. vt amem, ames, amet. Prima pſona pluralis fit a prima perſona ſingulari addita. us Secūda eiuſdem nūeri ab eadē priā pſona ſingulari. m. mutata in. tis. Tertia eiuſdem numeri ab eadem prima perſona ſingulari. m. mutata in. nt. ut amemus, ametis, ament.

De formatiõe ſubiūctiui. ¶ Amē, doceā, legā. audiā, q̃a futurū optatiui ſile eſt pñtis ſubiūctiui modi: nõ op9 eſt hoc loco ab integro formari. ¶ Amarē, docerē, legerē, audirē. idē dicit de præterito impfecto ſubiūctiui qđ eſt ſile præterito impfecto optatiui modi, atq; hic nõ ē neceſſe iterū formari. ¶ Amauerim, docuerī, legerī, audiuerī: nõ eſt op9 formari. q̃a ſile eſt præterito pfecto optatiui: eaſdēq; patitur abſciſiões, ut amarim. ris. rit. amarimus. ritis. rint. Audierim. ris. rit, audierim9. ritis. rint. Hora. ii. ſer. ac ille qui me cõmorit. Silius quoq; qui memet finibus vnq̃ amorim Auſoniis. ¶ Amauiſſem, docuiſſem, præteritū pluſq̃ perfectū ſubiunctiui eaſdem abſciſiones formationēq; habet: quas præteritū optatiui. ¶ Amauero, docuero, ideſt futurum ſubiunctiui eodem modo formatur: eaſdemq; abſciſiones habēt quas futurū perfecti indicatiui modi.

*DE formatione infinitiui.* ¶ *Præſens eo modo formatur: quo præſens optatiui: & præteritum eo modo quo præteritum eiuſdem optatiui, vt amare amauiſſe &c.*

*DE formatiõe gerũdiorũ.* ¶ *Amãdi, amãdo, amãdũ. hoc eſt ꝗ gerũdia ſubſtãtiua formãtur a genitiuo ſingulari participij pñtis tẽporis. tis, finali mutata in. di, ꝓ primo gerũdio. & in. do. ꝓ medio: & in. dum, pro vltimo. Quẽadmodũ vero participium ipſum formetur ſtatim dicturus eſt.*

*DE formatiõe ſupinorũ* ¶ *Amatũ amatu. Quod ſupina nõ hñt aliqd priꝰ vñ formẽtur, & ꝗ de præterito ꝑfecto indicatiui modi diximꝰ ꝗ nullã ſequitur ꝓportionẽ verborũ a ꝗbꝰ deriuatur. Et ita videtur in verbo tres eſſe poſitiões: a quibꝰ tota cõiugatio deducitur: pñs idicatiui: præteritũ ꝑfectũ eiuſdẽ. & ſupinũ. et quẽadmodũ a præterito formãtur reliq̃ ſex tpa, q̃ circũloq̃mur ĩ voce paſſiua. ita a ſupĩo formatur pticipiũ futuri tpis actiuæ uocis, & pticipiũ præteriti paſſiuæ.*

*DE formatiõe pticipiorũ.* ¶ *Amãs, docẽs, legẽs audiẽs. hoc ẽ pticipiũ pñtis tpis cuiuſcũq; cõiugatiõis formatur a pria ꝑſona præteriti imperfecti indicatiui modi· bã, ſyllaba finali mutata in. ns. vt amabã amãs. Memineris tñ participia duorũ verborũ eo. is. cũ ſuis cõpoſitis, recepiſſe. e. mediã ſcdm rõem huiꝰ formatiõis. Itaq; ab eo is dicimus iens eũtis. a queo qs quiẽs queũtis, qđ magis in eorũ cõpoſitis intelligitur, ut præteriẽs. rediẽs, pãiens, nequiẽs.* ¶ *Amaturꝰ, ꝗ participiũ futuri tpis actiuæ vocis formatur ab vltĩo ſupino addita. rus. vt ab amatu. amaturꝰ amatura amaturũ.* ¶ *Amatus, ꝗ participiũ præteriti tpis vocis paſſiuæ formatur ab eodẽ vltimo ſupino addita. s. vt ab amatu. amatus, amata, amatũ.* ¶ *Amãdus amãda amãdũ, ꝗ participiũ futuri tpis paſſiuæ vocis: cui gerũdia adiectiua ꝑ oĩa ſimilãtur præterq̃ in ſignificatiõe: formatur a gtõ ſingulari participij pñtis actiuæ vocis. tis mutata in. dus. da. dũ. vt amãs, amãtis. amãdꝰ, da. dũ. Antiq̃ores tũ participia & gerundia tã adiectiua q̃ ſubſtãtiua tertiæ & quartæ cõiugatiõis i. vndus. vnda. vndũ. mittebãt. Vñ adhuc ſunt apđ iurecõſultos tituli de cõi diuidũdo, & finiũ regũdorũ & familiæ hercilcũdæ, & apđ Plautum ĩ noſtris mercimonijs emũdis vẽdũdiſq;, et ius dicũdũ. ſed hæc exoleuerũt, præterq̃ ĩ hoc verbo eo is. & ſuis cõpoſitis. ut adeundi adeundo adeundũ. adeundus. a. um.*

*DE formatiõe indicatiui.* ¶ *Amor. doceor. legor. audior. hoc eſt ꝗ pria ꝑſona pñtis idicatiui modi paſſiuæ vocis formatur ab eadẽ prima ꝑſona vocis actiuæ addita. r. vt amo amor. doceo doceor, lego legor, audio audior. Secunda ꝑſona eiuſdẽ nũeri formatur ab eadem ſcđa ꝑſona actiuæ vocis. s. mutata in. ris. vel in re. in verbis tñ tertiæ cõiugatiõis eiuſdẽ ꝑſonæ, is, mutata in. e. & addita. ris. uel. re. ut amor amaris vel amare, doceor doceris uel docere, legor legeris uel legere. audior. iris. uel. ire. Tertia eiuſdẽ nũeri fit a tertia ſimili actiuæ vocis addita. ur. vt amat amatur. docet docetur, legit legitur, audit auditur. Prima pluralis fit a pria ſili actiuæ vocis, s, mutata in. r. Secũda eiuſdem nũeri. tis. mutata in. mini, fit a ſili ſcđa ꝑſona acti[illegible] vocis. Tertia uero fit a ſili tertia ꝑſona actiuæ vocis. addita. ur. ut amamur. ini. ãtur. docemur. ini. ẽtur. legimur. ini. untur. [illegible]dimur. ini. untur.* ¶ *Amabar, docebar, hoc ẽ ꝗ præteritũ imꝑfectũ indicatiui paſſiuæ vocis format primã perſonã ſingularẽ a ſimili perſona uocis actiuæ. m. mutata in. r. vt amabar, docebar, legebar, audiebar. Secũda fit ab hac addita. is. uel. e. ut amabaris. uel. bare. docebaris vel. bare. legebaris. uel. bare. audiebaris uel. bare. Tertia fit a ſimili tertia perſona vocis actiuæ addita. ur. ut amabatur, docebatur, legebatur, audiebatur. Pria perſona pluralis fit a a ſimili perſona uocis actiuæ. s. mutata in. r. Secũda a ſimili perſona uocis actiuæ. tis. mutata in. mini. Tertia a ſimili perſona uocis actiuæ addita. ur. ut amabamur amabamini amabãtur. docebamur docebamini docebãtur, legebamur legebamini legebantur, audiebamur, audiebamini. audiebãtur.* ¶ *Amabor, docebor. ꝗ prima perſona futuri indicatiui modi uocis paſſiuæ in uerbis priæ & ſecundæ cõiugatiõis formatur ab eadem prima perſona uocis actiuæ addita. r. ut amabo amabor, a docebo docebor. Scđa perſona eiuſdem numeri fit ab his. o. mutata in. e. & addita. is. uel. e. Tertia uero eiuſdem nũeri a ſimili perſona uocis actiuæ addita. ur. ut amabor amaberis uel amabere amabitur, docebor doceberis uel docebere docebitur. Prima pluralis fit a prima ſimili actiuæ uocis. s. mutata in. r. Secũda eiuſdem numeri a ſimili perſona actiuæ uocis. s. mutata in. mini. Tertia eiuſdem numeri fit a ſimili perſona actiuæ uocis addita. ur. ut amabimur, amabimini, amabuntur. docebimur. bimini. buntur,*

¶ De formatione infinitiui.

AMare; docere; legere; audire; formantur a ſcđa ꝑſona ſingulari pñtis impatiui modi addita re. Amauiſſe; docuiſſe; legiſſe; audiuiſſe formãtur a pteriti perfecti prima ꝑſona ſingulari addita, s. & ſe.

¶ De formatione gerundiorum/ſupinorum/& participiorum.

AMandi/amãdo; amandum. Docẽdi, docẽdo docendum. Legẽdi, legendo, legendũ. Audiendi; audiendo; audiendũ; formantur a genitiuo ſingulari participij pñtis, tis, mutata in, di. do. dũ. Amatum amatu, doctum doctu; lectum lectu. auditum auditu; nõ habent vnde formari poſſint. Amans; docens, legens; audiens; formãtur a prima perſona p̃teriti imperfecti indicatiui modi, bam, finali mutata in, ns. Amaturus; docturus; lecturus; auditurus; formantur ab vltimo ſupino addita, rus. Amatus; doctus; lectus; auditus; formantur ab vltimo ſupino addita, s, littera. Amandus; docendus; legendus; audiendus; formantur a genitiuo ſingulari participij præſentis, tis, finali mutata in, dus, da, dum.

¶ De formatione indicatiui modi vocis paſſiuæ.

AMor; doceor; legor; audior; formantur ab eadem prima perſona ſingulari præſentis indicatiui modi actiuæ vocis addita, r. Amabar; docebar; legebar; audiebar; formantur ab eadẽ prima perſona ſingulari p̃teriti imperfecti Indicatiui modi vocis actiuæ, m, mutata in, r. Amabor, docebor; formantur a pria ꝑſona ſingulari eiuſdẽ futuri idicatiui mõi actiuę vocis addita, r.

Legar.audiar.formantur a prima perſona ſingu ſari eiuſdem futuri.m.mutata in.re.

¶ De formatione Imperatiui modi.

AMare.docere.legere.audire.formant̃ a ſecunda perſona ſingulari p̃ſentis imperatiui modi actiuæ vocis.addita.re.

Ametur.doceat̃.legat̃: audiatur.ſimilia ſunt tertię perſonæ ſingulari futuri optatiui.

Amemur.doceamur.legamur.audiamur.ſimilia. ſunt primæ perſonæ plurali futuri optatiui.

Amamini.docemini.legimini.audimini.formant̃ a ſecunda perſona plurali preſentis imperatiui modi actiuę vocis.te.mutata in.mini.

Amemini.doceamini.legamini.audiamini.ſimilia ſunt ſecundę perſonę plurali futuri optatiui.

Amentur.doceant̃.legant̃.audiant̃.ſimiliaſunt tertiæ perſonæ plurali futuri optatiui.

Amator.docetor:legitor:auditor:formant̃ a tertia pſona ſig̃ari futuri eiuſdẽ ĩpatiui mõi addita.r.

Amemur:doceamur:legamur:audiamur: ſimilia ſunt primæ perſonæ plurali futuri optatiui.

Amaminor:doceminor:legiminor audiminor formant̃ a ſecũda pſona plurali futuri eiuſdẽ imperatiui modi actiuę vocis.tote. mutata in minor.

Amãtor.docentor.leguntor. audiũtor.formãtur. a tertia perſona futuri eiuſdem imperatiui modi actiuę vocis addita.r.

¶ De formatione Optatiui modi.

AMarer.docerer.legerer. audirer. formãtur a prima pſona ſingulari preſentis eiuſdẽ optatiui modi actiuę vocis.m.mutata in.r.

Præteritũ impfectũ eodẽ modo format̃ quo p̃ns.

Amer.docear.legar.audiar.formãtur a prima perſona ſingulari futuri eiuſdem optatiui modi actiuæ vocis.m. mutata in.r.

¶ De formatione Subiunctiui modi.

AMer.docear.legar.audiar.eodẽ mõ formãtur quo futurũ optatiui modi paſſiuę vocis.

Amarer.docerer.legerer.audirer.eodẽ modo format̃.quo p̃ns optatiui modi paſſiuæ vocis.

¶ De formatione infinitiui modi.

AMari.doceri.audiri.fomantur a preſenti infinitiui modi actiuę vocis.re. mutata in.ri.

Legi formatur ab eodem infinitiuo actiuę vocis. .ere .mutata in.i.

Futurũ infinitiui modi circũloquimur per primũ ſupinũ.& hoc verbũ ire in voce actiua. & iri. in paſſiua.aut p participiũ futuri in.rus.& hoc verbũ eſſe in voce actiua.& per participiũ futuri in.dus.& idem verbum eſſe in paſſiua.

*¶ Legar.audiar.q̃ prima pſona futuri indicatiui modi vocis paſſiue in verbis tertiæ & quartæ cõiugationis format̃ ab eadẽ prima pſona vocis actiuæ.m. mutata in.r.vt a legã legar.ab audiam.audiar. Secunda eiuſdẽ numeri fit ab eadẽ prima.a.mutata in.e.& addita.is.vel.e.vt legar.legeris vel legere.audiar. audieris vel audiere. Tertia a ſimili tertia perſona actiuæ vocis addita.ur.vt legetur.audietur.Prima pluralis a ſimili pſona vocis actiuæ.s.mutata in.r.Secunda a ſimili pſona vocis actiuæ.tis. mutata in.mini.Tertia eiuſdẽ numeri a ſimili pſona vocis actiuæ addita.ur.vt legemur.emini.legẽtur.audiemur. emini.entur.*

*DE formatione imperatiui. Quia pſonas omnes vtriuſq; tpis atq; numeri hmõi ſatis explicate formauim⁹ in ipſa opis lectione:ad ſequẽtia pperem⁹*

*DE formatiõe optatiui.Amarer.docerer.legerer. audirer.. hoc eſt præſens optatiui modi formatur a prima perſona eiuſdẽ præſentis optatiui actiuæ vocis.m.mutata in.r.vt amarẽ.amarer.docerẽ.docerer legerẽ.legerer.audirẽ.audirer. Secũda perſona eiuſdẽ numeri formatur a prima perſona addita.is. vel.e.vt amarer.eris.vl.ere.docerer.eris.vl.ere.legerer.eris.vel ere.audirer.eris.vel.ere.Tertia perſona eiuſdẽ fit a prima ſimili perſona actiuæ vocis addita.ur.vt amaretur doceretur.legeretur:audiretur.Prima perſona pl̃is numeri fit a prima ſimili perſona vocis actiuæ.s.finali mutata in.r. Secũda eiuſdẽ numeri fit ab eadẽ ſecũda perſona vocis actiuæ.tis.mutata ĩ.mini.Tertia eiuſdẽ nũeri fit a ſimili tertia pſona vocis actiuæ addita.ur. vt amaremur.mini.rẽtur.doceremur.mini.rent.audiremur.mini.rẽt.¶ Amarer.docerer.legerer.audirer..hoc eſt preteritũ imperfectũ optatiui mõi eodẽ mõ format̃ quo p̃ns eiuſdẽ modi.Amer.docear.legar.audiar.hoc eſt futurũ optatiui modi formatur a prima perſona eiuſdẽ futuri actiuæ vocis.m.finali mutata ĩ.r.vt amẽ .er.doceã.ar.legã.ar.audiã.ar.Secunda perſona eiuſdẽ numeri fit a prima addita.is.vel.e.vt amer.eris.vl ere. docear.aris.vel.are.legar.aris.vel.are.audiar. aris.vel are.Tertia eiuſdẽ numeri fit a ſimili tertia vocis actiuæ. addita. ur.vt ametur.doceatur.legatur.audiatur. Prima perſona pl̃is fit a ſi͂li pſona vocis actiuæ.s.mutata in.r.Sed'a eiuſdẽ nũeri a ſi͂li pſona vocis actiuæ. tis.mutata ĩ.mini.Tertia eiuſdẽ nũeri a ſi͂li pſona vocis actiuæ addita.ur.vt amemur.emini.ent.doceamur. amini.ant.legamur.amini.ant.audiamur. amini. ant.*

*DE formatiõe ſubiunctiui.Amer.docear. hoc eſt preſens ſubiunctiui eodẽ modo formatur quo futurum optatiui:& preteritũ imperfectum eiuſdẽ ſubiũctiui ſimile eſt preterito imperfecto optatiui.*

*DE formatione infinitiui. Amari.doceri.audiri. hoc eſt q̃d preſens infinitiui modi primæ & ſecũdę & quartę coniugationis formatur ab eodẽ preſenti infinitiui modi actiuæ vocis.re. mutata in.ri.vt amare. amari.docere. doceri.audire. audiri.*

*¶ Legi hoc eſt preſens eiuſdẽ infinitiui vocis paſſiuæ fit ab eodem preſenti infinitiui actiuæ vocis.ere.mutata in.i.vt legere legi. uel breuius a ſecunda perſona preſentis indicatiui uocis actiuæ ablata.s. ¶ Futurum infinitiui.quæ ratio ſit circumloquendi futurum tam in voce actiua, quam in uoce paſſiua libro quarto cum de infinitiuo diſputabitur.copioſius dicemus.*

¶ Circũloquia vocis paſſiuæ. Hoc ē illa tēpora qb⁹ ſermo latin⁹ caret. circũloqmur per participiũ præteriti tpis, & hoc verbũ ſũ. es. fui. Per pñs enĩ & præteritũ ꝑfectũ indicatiui circũloquimur ipſũ præteritũ. vt amat⁹ ſum vel fui. Per preteritũ imꝑfectum & pluſq̄ ꝑfectum eiuſdē indicatiui circunloquimur ipſum preteritum pluſq̄ ꝑfectum. vt amatus erā vel fuerā. Per futurũ imꝑfectũ eiuſdē idicatiui circũloqmur ipſũ futurũ ꝑfectũ. vt amat⁹ ero. Per futurũ & Preteritũ ꝑfectũ optatiui circũloqmur ipſũ preteritũ ꝑfectũ optatiui. vt vtinā amat⁹ ſim vel fuerim. Per pñs & preteritũ pluſq̄ ꝑfectũ optatiui circũloquimur ipſũ præteritum pluſq̄ perfectũ optatiui. vt vtinā amat⁹ eſſē vel fuiſſē. Per pñs & preteritũ ꝑfectum ſubiunctiui circũloquimur ipſũ preteritũ ꝑfectũ ſubiunctiui. vt cũ doct⁹ ſim vel fuerim. Per preteritũ imꝑfectũ & pluſq̄ ꝑfectum eiuſdē ſubiũctiui circũloquimur ipm̄ preteritũ pluſq̄ perfectũ ſubiunctiui. vt cum amat⁹ eſſē vel fuiſſē. Per futurũ indicatiui & futurũ quoq; eiuſdē ſubiunctiui circũloquimur ipſũ futurũ ſubiũctiui. vt cũ amat⁹ ero vel fuero. Per pñs & preteritũ infinitiui circunloquimur preteritũ infinitiui. vt amatum eſſe vel fuiſſe.

De verbis irregularib⁹. ¶ Sunt q̄dā uerba: q̄ nō ſequunt̄ analogiā neq; formationē uerborũ regularium: q̄dā rurſ⁹ q̄ deficiũt cæteris tpib⁹ nũeris & ꝑſonis. quare viſum eſt hoc loco illa cōmodiſſime debere poni. ¶ Atq; in primis hoc verbũ fero fers. qd' cum ad tertiā cōiugationē ſit reducēdũ, ꝓ eo qd' eſſe debuit feris in ſcd'a ꝑſona ſingulari pñtis idicatiui differētiæ cauſa abſciſionē fecim⁹. ꝓ eo qd' ferit in tertia ꝑſona fert. ꝓ eo qd' feritis in ſcd'a ꝑſona pluralis fertis. ¶ In imperatiuo quoq; ꝓ eo qd' eſt fere in ſcd'a pñtis ꝑſona ſingulari dicim⁹ fer. & ꝓ eo qd' eſſe debuit ferite, in ſcd'a pl'i, dicim⁹ ferte. ¶ In futuro quoq; eiuſdē imperatiui ꝓ eo qd' eſt ferito & feritote, dixim⁹ ferto & fertote. ¶ In pñti optatiui & preterito imꝑfecto ſubiunctiui & pñti infinitiui, ꝓ eo qd' eſſe debuit ferrerē ferrere. dicim⁹ ferrē. ferre. ¶ In pñti indicatiui paſſiuæ vocis. ꝓ eo qd' eſſe debuit ferreris, dicim⁹ ferris vel ferre. ¶ In ſcd'a ꝑſona ſingulari pñtis imꝑatiui. ꝓ eo qd' eſſe debuit ferrere: dicim⁹ ferre. & i futuro ꝓ feritor fertor. ¶ In preſenti optatiui & in preterito imꝑfecto ſubiũctiui, ꝓ eo qd' eſſe debuit fererer. fereretis vl' fererere, dicim⁹ ferrer ferreris uel ferrere. ¶ Et in pñti infinitiui. ꝓ eo quod eſſe debuit fereri: dicimus ferri. reliqua tēpora & ꝑſone ſequūt̄ rōnē uerborũ tertiæ.

Volo. vis. vul' volum⁹. vultis, ꝓ volis uult. uollem⁹ uolitis. . . . ꝑatiuo caret, quē ſupplemus ex futuro optatiui. ab illi: cōpoſito nolo dicim⁹ in pñti noli nolite. Nolito. tote. . . . futuro ex ꝓportione quarta cōiugationis. Diomedes tamē in inſtātī imperatiui in ſcd'a ꝑſona fac uelis dicit. & totum plurale ponit velim⁹, itis. int. & in futuro. uelito. uelim⁹, tote. uelint. Hora. modo uelis, quæ tua uirtus expugnabilis eſt. ¶ In futuro optatiui & in præſenti ſubiunctiui. ꝓ eo quod uolim. dicimus uelim. uelis. uelit. quamquam Cicero. ij. de natura deorum dixit, quo facilius id quod docere volim⁹ intelligi poſſit, volimus ꝓ velimus ſcripſit. Alia tēpora ſequuntur rationē uerborum tertiæ cōiugationis. Phocas tamen carere hoc uerbum dicit gerundijs ſupinis & participijs. ſed quia utuntur illis iuniores. ideo poſui.

Circũloquia vocis paſſiuę nō formātur: ſed circũloquimur ea per participium præteriti tēporis paſſiuę vocis: & hoc verbum ſum. es. fui.

Verbũ imperſonale ſimile eſt tertijs ꝑſonis ſingularis nũeri paſſiuę vocis: niſi ꝙ in circũloquijs participiũ eſt quaſi ſubſtātiuũ in gñe neutro.

¶ De verbis irregularib⁹ & defectiuis, Cap. vij.

Fero. fers. tuli. ferre. ferēdi. ferēdo. ferēdũ. latũ: latu. ferēs, laturus. Feror: ferris vel ferre. latus ferendus. ¶ Indicatiuo modo.

Tēpore pręſenti. Fero. fers. fert. Ferimus. fertis. ferunt. ¶ Imperatiuo modo.

Tp̄e pñti. Fer. vl'. ras. rat. Feramus. erte vl'. atis. rāt. Futuro. Ferto vl' tuleris. ferto vel tulerit. Feram⁹ vel tulerimus. fertote vel tuleritis. ferunto vel tulerint. ¶ Optatiuo modo.

Tp̄e pñti. vtinā Ferrrem. ferres. ferret. Ferremus. ferretis. ferrēt. ¶ Subiunctiuo modo.

Pręterito imper. cũ Ferrē. ferres. ferret. Ferremus ferretis. ferrēt: ¶ Infinitiuo modo.

Tempore pręſenti Ferre.

¶ Paſſiua voce. Indicatiuo modo.

Tp̄e pñti. Feror. ferris vel ferre. fertur. Ferimur. ferimini. ferũtur. ¶ Imperatiuo modo.

Tp̄e pñti. Ferre. vel feraris. ferat̄. Feramur. feramini. ferāt̄. Futuro Ferto vel latus ſis. fertor vl' latus ſit. feramur vl' lati ſim⁹. feriminor vel lati ſitis ferũtor vel lati ſint. ¶ Optatiuo modo.

Tp̄e pręſenti. Vtinā Ferrer. ferris vel ferrere. ferretur. ferremur. ferremini. ferrentur.

¶ Subiunctiuo modo.

Pręterito imperfecto, cũ ferrer. ferreris. vel ferrere. fert̄. ferremur, ferremini. ferrentur.

¶ Infinitiuo modo. Tp̄e preſenti. Ferri.

¶ Alia tēpora declinātur per proportionē tertiæ coniugationis.

Volo. vis. volui. velle. volēdi. volēdo. volēdũ. Volitum. volitu. volēs. voliturus.

¶ Indicatiuo modo.

Tp̄e pñti. Volo. vis. vult. Volumus. vultis. volũt. Imꝑatiuo mō caret; ſed ab eo cōpoſitum nolo; hēt in pñti noli nolite. In futuro nolito nolitote.

¶ Optatiuo modo.

Tp̄e pñti. vtinā Vellē. lles. llet. vellemus. etis. ent. Futuro vtinā Velim. lis. lit. Velimus. velitis. lint.

¶ Subiunctiuo modo.

Tp̄e pñti. cum velim. lis. lit. Velimus. itis. velint. Pręterito imꝑfecto cũ Vellē. les. let. lemus. letis. lēt:

¶ Infinitiuo modo. Tēpore pręſenti Velle.

Alia tēpora formātur per proportionē. tertię cōiugationis.

De verbis defectiuis.

ES.eſt,pro eo qđ edis edit in ſecũda & tertia pſona ſinglaris indicatiui modi. Eſſem,eſſes,eſſet, eſſemus,tis,eſſent in preſenti optatiui & in preterito impfecto optatiui & ſubiũctiui. Eſſe in pñti infinitiui. Eſtur in pſenti indicatiui mõi vocis paſſiuę. Que deficiũt ſupplẽt ab hoc verbo.edo.is.

Forem.fores.foret.forẽt.p eſſem.eſſes.eſſet.eſſent. in preſenti & in pterito imperfecto optatiui modi,& in præterito imperfecto ſubiũctiui reperitur.& fore pro futurum eſſe in futuro infinitiui. In alijs locis deficit.

Aio.ais.ait.aiunt.in pſenti indicatiui modi. Aiebã. aiebas.aiebat.aiebamꝰ.aiebatis.aiebãt. in pterito imperfecto eiuſdẽ modi. Aiã.aias.aiat.in futuro eiuſdẽ. Ai.in ſecunda perſona ſingulari pſentis imperatiui modi. Aiens.in participio præſentis.

Inquio vł inquã.inquis,inquit,inquiunt,in preſenti indicatiui. Inquiſti,in ſecunda pſona præteriti eiuſdẽ indicatiui. Inquiat,in tertia ſingulari futuri eiuſdẽ indicatiui. Inque,in ſecũda pſona ſingulari pſentis impatiui modi. Alijs in locis deficit.

Quæſo quæſumus.in primis perſonis vtriuſq; numeri præſentis indicatiui modi reperitur in vſu.

Inſit pro inquit.& Ouat.in tertijs perſonis ſingularibus præſentis indicatiui modi reperiuntur.

Faxo,faxis,imus,itis,int,in futuro tantum indicatiui modi.

Auſim in prima perſona ſingularis futuri indicatiui modi tantum.

Cædo pro dic.& Cedite pro dicite in ſecũdis pſonis tantum vtriuſq; numeri imperatiui modi.

Salue.ſaluete.ſaluere. Aue;auete,auere; in eiſdẽ ſecũdis pſonis impatiui:& in preſenti infinitiui.

De verbis defectiuis.Sũt quędã verba q̃ deficiũt modis & tẽporibus aut perſonis.vt es eſt.cuius nõ mõ prima poſitio deficit:verũetiã nihil habet.q̃ es eſt.eſſẽ.eſſes.eſſet,eſſemꝰ,eſſetis,eſſent.eſſe. Verg.iiij.æñ.eſt mollis flãma medullas. Idẽ.i.georgi.vt mala culmos eſſet rubigo.& Mar.ſi vis eſſe ſatur noſtrũ põt eſſe priapũ. In voce quoq; paſſiua eſtur tãtũ p editur. Es in ſecũda perſona imperatiui nũeri ſingularis. Plautus in milite.es,bibe aio obſecro mecũ. Ouid.i.de põto. Eſtur vt occulta viciata putredine nauis. Forẽ,res,ret,rẽt. Neq; enim vſq̃ lectũ eſt foremus,etis.& qđ eſt in hoc verbo ſingulari fore p futurũ eſſe in futuro infinitiui:cũ oĩa alia verba carẽt. hñt quoq; ab eo cõpoſita affore.&c. ¶ Aio p dico diſſallabũ eſt,habetq; ſecũdũ Phocã pñs preteritũ impfectũ,ſuſtulimꝰ tñ aimus & aitis:qđ ex pportione dicẽdũ erat.quoniã eas voces uidẽtur aures noſtræ quodãmõ reformidare. Aiebã in præterito imperfecto Aiã in futuro ex proportiõe. Plautus in rudẽte.vel tu mihi aias,uel neges.Cicero de finibꝰ,quaſi ego id curẽ qđ ille aiat aut neget. ¶ Adiecimꝰ,quoq; ſcđam pſonã ſingularẽ pñtis imperatiui modi. Ai.quod apud Plautũ reperitur,an nata eſt ſpõſa prægnãs:uel ai vł nega & apud Terentiũ,ſepe ain,qđ Cice.de perfecto oratore interpretatur ain,p ais ne. ¶ Aiẽs Apul.vi.meta.ſic aiens cryſtallo dedolatũ uaſculũ tradidit. ¶ Inquio inquis quanq̃ ex proportiõe uideatur poſſe declinari per oẽs modos tẽpora & perſonas tertiæ cõiugatiõis:nos tñ illa poſuimus q̃ in uſu reperiuntur hoc eſt inquio. Cice.de.orat.Aucupari uerba oportebit inquio.Inquis Perſius,hoc iuuat hic ingś ueto quiſq̃ faxit oletũ. Inquit.Iuue qñ artibꝰ inqt honeſtis. Inquiũt,Cic.in Verrem.ubi ſunt Pãphile inquiũt ſcyphi. Reperitur tñ frequẽtius inquã in pria poſitione indicatiui modi dicẽte Diomede & Phoca. Inquã primã perſonã cõtra morẽ oĩm pfert vtriuſq; nũerũ modi indicatiui pñtis tẽporis. Inquiſti.Cicero.ij.de ora.tu uero inqt eſtimoleſtꝰ non eris.Inquiat,idẽ ad herenniũ.Quid enim tibi uis aliqs inquiat.Inque,Terẽtius.in phormi.te emittere inuitũ eã inque,pro eo qđ eſt dic. ¶ Quæſo,ut dicit Phocas, primã habet perſonã ſingularẽ pñtis indicatiui modi. Habet etiã pluralẽ eiuſdẽ tẽporis,ut Cic.in.i.de legibꝰ. quãobrẽ aggredere quæſumus.& Silius in lib.xiij.punicorũ. Nõ ardua regnis quæſumus aut in hora tuis. Quæſit quoq; dicit Lucretius.in.i.Ni diuũ pacẽ uotis adit.& prece q̃ſit.Apud Saluſtiũ quoq; referẽte Phoca quæſere lectũ eſt. Sed quẽadmodũ prioribus duobꝰ uti poſſumus:ita his poſterioribus nõ eſt utendũ. ¶ Inſit p inquit.Verg.x.æñ.Tũc pater oĩpotẽs rerũ cui ſumma poteſtas inſit.& in.xij.ita turbidus inſit.Var.apud Priſc.lib.viij.primã ponit perſonã inſio. Ouat quoq; Phoca teſte tãtũ habet tertiã pſonã ſingularẽ pñtis indicatiui & participiũ ouãs.ut Verg.i.geor.& ouãtes gutture corui. ¶ Faxo,faxis.Idẽ Phocas dicit tãtũ habere futurũ indicatiui:nos tãtũ inuenimus faxo,faxit,faxitis,faxint.Verg.lib.ix. Haud ſibi cũ Danais rem faxo & pube pelaſga.& Liuius.lib.vi.ab vrbe.faxo ne iuuet vox iſta.& Ennius apud Ciceronẽ in libro de ſenectute. Nemo me lachrymis decoret nec funera faxit. & Liuius lib.xxxiiij.Quod faxitis deos oẽs fortunare velim.Faxint frequenter apud Plautũ & Ter legitur. ¶ Auſim primã tãtũ habere perſonã futuri indicatiui modi teſtis eſt Phocas.Liuius.lib.i.Nec ſi forſan dicere auſim.Verg.quoq;.ii. georg.Auſim vel tenui vitẽ cõmittere ſulco.ubi Seruius exponit auſim p auſus ſum uel audebo.F.ſus quoq; Põpeius auſis p audeas exponit & auſit.Ouid.in.vi.meta.& nil eſt quod nõ inopino captus amore auſit.Catullus in epitha.quis huic deo cõparari auſit,ſed hoc rariſſime inuenitur apud autores. ¶ Cedo,cedite.Cice.de cla.ora.Cedo quæſo orationis ſunt enim: & Iuue.in.vi. Cedo ſi breue parui ſortitus eſt lateris ſpaciũ.Cedite quoq; in plurali p dicite Plau.eſt uſus.Cete.quoq; p cedite. Neuius in lycur.apud Mar.p induſtria cete regẽ ppugnatũ patrẽ,Ennius in me ſaluete optima coporacete,manus ueſtras meaſq; accipite. Actius in mena.ancũ aliquis cete in cõſpectũ aut nos(vbi es)ducite ad eũ.Pac.in atalanta.is ueſtrũ vter ſit eius ſignũ datũ eſt cete. ¶ Salue,ſaluete.Verg.v.æñ. Salue ſancte parẽs iterũ ſaluete recepti. Salueo tamẽ in prima poſitione dixit Plautus in truculẽto. Salue inquit ſatis eſt mihi tuæ ſalutis:nil moror nã ſalueo.Cicero quoq; ad atticũ futuro indicatiui eſt uſus,& ſaluebis(inqt)a meo Cicerone. ¶ Aue & auere a Phoca tollitur:qđ tñ apud Mar.reperitur.Mane tibi pro medicũ auere liber.Quinãtilin primo fuiſſe urũ ualde litteratũ:qui ſaluebo et ſic aucturum abuſu iam deficiſſet

Odi,odiſti,Noui nouiſti. Cœpi. iſti. Memini. iſti. in voce tm̄ habēt preteritum perfectum indicatiui: & tempora quæ formantur ab eo: ſignificationē vero, etiam omnium aliorum temporum.

Preterito & tēporibus q̄ ab eo formanť carēt Furio. is, inſaniui. Fero tuli. Ferio ꝑcuſſi. Tollo ſuſtuli. Quatio. is. Gliſco. is. cū v̄bis q̄ dicūť inchoatiua.

¶ De primis puerorū ꝑexercitamētis. Cap. viij.

PArtes orōnis octo ſunt. Nomē. Pronomē. Verbū. Participiū. Præpoſitio. Aduerbium. Interiectio. Cōiūctio. Quattuor ex his declināť. Nomē. Pronomē. Verbū. Participiū. Quattuor nō declināťur. Prepoſitio. Aduerbiū. Interiectio cōiūctio.

Nomen eſt; quod declinatur per caſus: & non ſignificat cum tempore; vt hæc muſa muſæ.

Pronomen eſt, quod ponitur loco nominis proprij vt ego. tu. ille. & ſunt illa quidecim tantum.

Verbum eſt; quod declinatur per modos & tempora ſine caſu. vt amo amas amaui, amare.

Participiū eſt; qđ declinatur per caſus cū tpe & deriuatur a verbo ſemper. vt amās: amat⁹: amatur⁹.

Præpoſitio eſt, q̄ ꝑponiť nomini per appoſitionē: & alijs etiā partibus per cōpoſitionē. vt adeo ad eū.

Aduerbiū eſt: qđ additū verbo: nomini, aut participio ſignificationē ei⁹ auget, aut minuit. aut mutat. vt valde amat. minus amat, nō amat: ſatis doctus.

Interiectio eſt, quę aliquē mentis affectum ſignificat voce incondita. vt hei mihi. heu me.

Coniunctio eſt; quæ diuerſas partes orationis coniūgit: vt Pompeius & Cæſar amat; & docet.

Genera noim; ꝓnominū & participiorū qninq; ſūt. Maſculinū, qđ declinatur cū hic. vt hic dn̄s. Fœmininū; quod declinatur cum hæc. vt hæc muſa. Neutrum; qđ declinatur cum hoc. vt hoc tēplum Cōe duū; qđ declinatur cū hic & hæc. vt hic & hęc hō. Cōmune triū: quod declinatur cū hic & hæc & hoc: vt hic & hæc & hoc fœlix: amans.

Numeri nominum, pronominum, verborū & participiorum duo ſunt. Singularis; qui de vno tantum loquitur. Pluralis; qui de pluribus loquitur.

*¶ Odi, odiſti. Hæc verba cū tātū in præterito & tēporib⁹ ab eo formatis reperiātur, hn̄t tn̄ ſenſum etiā aliorū tēporū ē cōtrario ad ea tēpora q̄ circunloquimur in voce paſſiua. Nā quēadmodū mutuamur præſens indicatiui ad circunloquendū illius præteritū perfectū & præteritū imperfectum ad circunloquēdum illius pluſq̄ perfectum, ita ediuerſo præteritū perfectum accōmodat ſuā ſignificationē præſenti, & præteritum pluſq̄ perfectum imperfecto. Itaq; præteritū perfectum horū verborum habet ſenſum p̄ntis atq; ſui ipſius. Præteritū pluſq̄ perfectum eiuſdē modi habet ſuū ſenſum & præteriti imperfecti. Præteritū optatiui habet ſuū ſenſum atq; etiā præſentis. Pluſq̄ perfectū ſubiunctiui, ſuū ſenſum atq; etiā præteri imperfecti eiuſdē modi. Præteritū ꝑfectum. ſuū ſenſum atq; p̄ntis eiuſdē ſubiūctiui cū futuro optatiui. Futurū ſubiūctiui habet ſuū ſēſū atq; etiā futuri īdicatiui modi. Præteritū infinitiui ſuū atq; etiā p̄ntis. Præterito carēt Furio, qđ aliūde aſſumpſit inſaniui. Ferio qđ a ꝑcutio ſumpſit ꝑcuſſi. Tollo qđ olim habuit tetuli a ſuſtollo ſubſtuli mutuatus eſt. Quatio, is. qđ in vſu nō habet quaſſi: vt dicemus in præteritis tertiæ coniugationis: vbi etiam de gliſco & inchoatiuis.*

*PArtes orationis octo ſunt. Poſt ſimplicē noīs & cū ꝑticipij, ꝓnoīs verbiq; declinationē: ſequens opa pueris adhibēda eſt: vt incipiāt partes dignoſcere: nō qdē adhuc exacte admodū, ſed quātum illa ætas capere pōt: deinde quō inter ſe cōſtruuntur: vt iā incipiāt quaſi deguſtationē quādā habere eorū, q̄ poſtea enodatius tradenda ſunt. Dicit igitur in primis q̄ octo ſunt orationis ptes quas enumerat. Sed nemo miretur poſtea cū dixerimus gerundia & ſupina alias eſſe orationis partes ab octo ſuperioribus: q̄ i q̄; lib. iij. dicturi ſumus alios poſuiſſe tres tātū. vt Ariſt. & Theodectes, Alios quattuor vt Stoici, Alios diſtinxiſſe vocabulū & appellationē a noīe. Alios adieciſſe aſſeuerationē attractionēq;. Sed nihil neceſſe eſt pueritiæ teneritudinē tāta veluti ciborū varietate farcire, ſatiſq; illi fuerit octo orationis partes diſtinguere, q̄ numerus primū Ariſtarcho ex græcis: deīde Palemoni ex latinis placuit: quos deinde oēs grāmatici græci et latini ſecuti ſunt. Ita tn̄ q̄ græci interiectionē partē aduerbij eſſe dixerūt: latini interiectionē ab aduerbio ſeparāt. Articulū vero q̄a latinus ſermo nō agnoſcit: ad ꝓnomē referūt. Itaq; oīno ptes eſſe octo dicūt. ¶ Quattuor ex his declinātur, qđ ex harū octo partiū numero quattuor ſunt declinabiles, & quattuor rurſus indeclinabiles: q̄s explicat. græci quoq; articulū declināt: latini quoq; gerūdiū & ſupinū. q̄ diſtingunt vocabulū & appellationē a noīe: tria illa eodē mō declināt. ¶ Nomē eſt qđ decliāt p caſ⁹, hæc nō eſt diffinitio noīs, ſed qdā ꝓprietas: ꝑ quā puer magis venit in noīs cognitionē: q̄ per diffinitionē, quā lib. iij. reddituri ſum⁹. Nomē eſt pars orationis declinabilis corpus aut rē ꝓprie cōiter ue ſignificās, & eodē mō de reliqs partib⁹ orationis [illegible] uarū ꝓprietates ponit ꝑ quas poſſint a pueris rudib⁹ [illegible]terarū dignoſci. poſtea vero. li. iij. huiꝰ operis illarū diffini[illegible]tes, q̄ magis naturā oſtēdūt, explicabimus. ¶ Gn̄a nominū. Declinabiliū orationis partiū elegit quædā accidētia: ſine qbus nō poteſt fieri illa quā diximus cōſtructio ī noīe, ꝓnoīe, & pticipio, gen⁹ nūerū & declinationē. In verbo cōiugationē, vocē: ſignificationē: etq; ī oib⁹ his ꝑſonā. ¶ De gn̄e noīm, ꝓnoīm pticipiorū, quoniā alijs ī locis copioſus diſputabitur q̄ ad hūc locū attinet: dicim⁹ gn̄a eſſe quinq;. Maſculinū qđ declinatur cū hic, &c. Sed hæc quā ſufficiēter dicātur, quis nō videt: Primū vt alijs ī locis diximꝰ, quia nō ideo nomē eſt maſculinū quod declinatur cū hic, aut fœmininū qđ declinatur cū hæc. aut neutrū qđ declinatur cū hoc ſed quia eſt uel maſculinū vł fœmininū vel neutrū, iō declinatur aut cū hic, aut cū hæc, aut cū hoc. Deinde q̄ noīa adiectiua ꝑ primam & ſcdā noīs declinationē inflectūtur, & ꝓnoīa & pticipia nō declinātur ꝑ hic & hæc & hoc. ſed ꝑ ſuas cuiq; gn̄i terminatiōes acōmodatas. Præterea ꝑ dubij & ꝓmiſcui gn̄is nullā facit mētionem. Sed; vt diximus: hæc pueris adhuc rudib⁹ ꝓponūtur, q̄ quæſtiorib⁹ accuratiꝰ magis poſtea traduntur. ¶ Nūeri noīm, nūerus cōis eſt oībus partib⁹ orationis, q̄ declinantur*

*Caſus vero nomini ꝓnomini & ꝑticipio tātū: ſed de his poſtea copioſiꝰ dicet̄. ¶ Declinatiōes noim. Sūt aūt quinq; tātū, quinuerꝰ ex gtī diuerſitate colligit̄. Pronoīa ꝑ duas ꝓprias declinatiōes: & ꝑ duas itēq̄ ad nois declinationē referūt. ꝑticipia ꝑ primā et ſcd̄am et tertiā declinationē variāt. ¶ Cōiugatiōes verborū q̄ttuor ſūt. hæc diuerſitas ex ſcd̄a pſona p̄ntis īdicatiuī moī accipiēda erat, nā verba q̄ mittūt illā i. as. ſūt primæ cōiugatiōis, q̄ i. es. ſcd̄æ. q̄ i. is. correptā tertiæ. q̄ i. is. ꝓductā q̄rtæ, quā qdē tertiā ꝓductā appellāt, q̄a pueri nōdū ꝑcipiūt qd ſit ſyllaba qd ꝓducta, qd correpta ī fine dictiōis. viſū ē hāc diuerſitatē ex īfinitiuo diſtīguere: ī quo accētꝰ pōt oñdere q̄ ſyllaba ſit lōga, q̄ breuis in penltimo loco. vt verba q̄ hn̄t a. ꝓductā, ante re. finalē ſint primæ, hoc eſt q̄ hn̄t accētū in penultima. & eodē mō de reliquis cōiugatiōnibꝰ. ¶ Voces verborū tres ſunt, Quia nōdū pueri capaces ſunt ſignificatiōis verborū: q̄ in actiuā, paſſiuā neutrā, deponētē, cōmunēq; ſpargitur. de quibꝰ li. iiij. dicturi ſumus: hoc loco tantū admonēdi ſunt tres eſſe verborū voces. Actiuā, vt amo. as. amat. Impſonalē vt amat̄. amabat̄ amabit̄. Paſſiuā. vt amor. aris. vl̄ amare loquor. loqueris vel loquere. ¶ Quælibet rurſus vox diuiditur in quinq; modos, quos Quinti. qualitates appellat. ¶ Indicatiuum, quo indicamus aliquid fieri. vt ego amo, tu doces, ille legit. ¶ Imperatiuū, quo imperamꝰ: vt o virgili audi. ¶ Optatiuū quo aliquid optamus. vt vtinā veniret Antoniꝰ. ¶ Subiūctiuū, quo verbū uerbo ſubiungimus, ut ſi legeris ſoluā tibi mercedē ¶ Infinitiuū, quo indiffinite aliqd dicit̄ qd̄ altero uerbo diffiniēdū eſt. ut opportet nos legere. bonū eſt nos audire. Modus iterum diuiditur in ſex tempora: hoc eſt præſens quod rē inſtantē ſignificat. ut ego lego. Preteritū impfectū, quo demōſtramꝰ qd̄ aliquid faciebamꝰ, ſed nō dicimꝰ an pfectū ſit. ut ego legā. Preteritū pfectū, quo oſtēdimꝰ aliqd fuiſſe pfectū. ut ego legi. Preteritū pluſq̄ pfectū, quo ſignificamꝰ an̄ factū fuiſſe aliqd poſteaq̄ aliq̄ res facta fuit, ut iā ego legerā cū tu veniſti. Futurū ipfectū: quo oñdimꝰ aliqd faciēdū eē. ut legā. Futurū pfectū, quo oñdimꝰ aliqd factū fore, vt ad duas horas legero. Meminiſſe aūt dēt puer nō oīa tp̄a eē ī oībꝰ modis, ſed ī īdicatiuo ſex. In optatiuo & ſubiūctiuo quinq;. In īfinitiuo tria, p̄ns p̄teritū & futurū. In īpatiuo duo tātū. p̄ns, et futurū, Tp̄a ꝑticipiorū tria ſūt tātū, p̄ns p̄teritū & futurū. p̄teriti īpfecti tp̄is et p̄teriti pluſq̄ pfecti ad uocē ꝑticipij tp̄is p̄teriti reducitur. ut Verg. i. aē. quaVectꝰ Abas, et qua grādeuꝰ Alethes. qd̄ exponit Ser. i. qua vehebatur: q̄a nos ꝑticipio preteritī impfecti caremꝰ, qd tū græci hn̄t. ¶ Perſonæ noim. pſona ꝓpriū accidēs eſt ꝓnois & uerbi, ſed nois & ꝑticipia cū ſint tertiæ pſonæ oīa, vtūs tū ab oībus illis eſt tertiæ pſonæ, ut paulopoſt dicturi ſumꝰ. ¶ Oīs ntūs eſt tertiæ pſonæ. ac ſi dicat, oīs dictio q̄ per caſus declinatur: hoc eſt nomē ꝓnomē e participiū eſt tertiæ perſonæ. & ficta regula er , q̄ ſunt plura: facit exceptionē huius ꝓnois ego: qd̄ eſt primæ perſonæ: atq; iterū huius ꝓnois tu, qd̄ eſt ſecūdæ perſ e, atq; huius ꝓnois rōe excipiuntur oēs vocatiui in quibꝰ ſub intelligitur in ſingulari & vos in plurali, nā quēadmodū ꝓnomē ponitur loco nois ꝓprij: ita vocatiuus omniū partium, q̄ per caſus declināt̄ur ponitur loco huius ꝓnois tu. ¶ Nomē ſubſtātiuū eſt. Quid ſit nomē ſubſtātiuū oſtēdi ex quadā illius ꝓprietate, hoc eſt, quia declinatur ꝑ vnū articulū vl̄ per duos tātū. Adiectiuū vero ex alia ꝓprietate oſtēdit quid ſit, hoc eſt, quia declinatur ꝑ tres articlos, vl̄ per tres diuerſas terminatiōes, hoc nō eſt docere, ſed quaſi per quedā ſigna vel ꝓprietates oſtēdere quid ſit nomē ſubſtātiuū, q̄ adiectiuū. Sed ſi cōſideramꝰ qualē diſcipulis inſtituimꝰ: nulla potuit aptior diffinitio excogitari: & ex qua magis poſſit diſtīguere adiectiuum a ſubſtātiuo. Nā quēadmodū alio loco dicturi ſumus, nō propterea nomē eſt ſubſtātiuum, qd̄ per vnum vel per duos articulos declinatur, neq; ideo adiectiuū, quia ꝑ tres articulos vel per tres diuerſas terminationes inflectitur: ſed quia illud ſubſtātiuo, hoc adiectiuo accidit. Accidentia aūt q̄ ſubſtantiã natura ſunt pueris, preſertim rerū omnium ignaris. Nā tamē illis plenius hac de re inſtruentur.*

Caſus noim ꝓnoim & participioꝝ: ſeptē ſūt. Ntūs. Gtūs: Dtūs; Actūs, Vctūs: Ablτūs; Effectiuus.

Declinationes noim (ad q̄s etiā reducit̄ ꝑticipioꝝ declinatio) quinq; ſunt: prima q̄ mittit gtm̄ in. æ, diphthongon; vt hec muſa muſe. Scd̄a q̄ mittit gtm̄ in. i. vt hic dn̄s dn̄i. Tertia q̄ mittit gtm̄ in is. vt ſermo ſermōis. Quarta q̄ mittit gtm̄ in. us vt ſenꝰ ſenꝰ. Quīta q̄ mittit gtm̄ i. ei. vt dies diei.

Declinatiōes ꝓnoim q̄ttuor ſunt. Prima q̄ mittit gtm̄ in. i. vt ego mei: tu tui, ſui. Scd̄a q̄ mittit gtm̄ in. ius. vt ille illiꝰ iſte iſtius. Tertia q̄ ad pmā & ſcd̄am nominis declinationē refert̄: vt meus a. ū. tuus. a. ū. Quarta q̄ ad tertiā nois declinationem refert̄: vt nr̄as noſtratis: vr̄as veſtratis.

Cōiugatiōes v̄boꝝ q̄ttuor ſunt. Prima q̄ habet. a. ꝓductā an̄. re. in infinitiuo: vt amo. as. are. Scd̄a q̄ hēt. e. ꝓductā an̄. re. in infinitiuo; vt doceo. es. ere. Tertia q̄ hēt. e. correptā an̄. re. in infinitiuo vt lego. is. ere. Quarta q̄ hēt. i. productā ante re. in infinitiuo: vt audio: audis: audire.

Voces v̄boꝝ tres ſunt. Actiua, vt amo amas. Impſonalis: vt amat̄. Paſſiua: vt amor amaris.

Modi v̄boꝝ quinq; ſunt. Indicatiuus: Imperatiuus: Optatiuus: Subiunctiuus: Infinitiuus,

Tp̄a verboꝝ ſex ſunt. Preſens: Preteritum impfectum: Preteritum pfectum: Preteritum pluſq̄ pfectum, Et futuꝝ impfectū, Et futuꝝ perfectū,

Tp̄a participioꝝ tria ſunt, Preſens vt amās, Preteritum vt amatꝰ. Futuꝝ vt amaturus: amādꝰ,

Perſone nominum ꝓnim & v̄boꝝ tres ſunt, Prima vt ego amo, Secunda vt tu amas, Tertia vt ille amat: Vergilius docet,

Oīs ntūs ē tertie ꝑſone: ꝑterq̄ ego: qd̄ ē prime: & tu: q̄ ſcd̄e: & oēs vocatiui: q̄ ſunt ſcd̄e perſonæ,

Nomē ſubſtātiuū ē: qd̄ declinat̄ ꝑ vnū articl̄m vl̄ ꝑ duos tm̄: vt hic dn̄s: hic & hec hō, Adiectiuum q̄ declinat̄ ꝑ tres articl̄os vl̄ ꝑ tres diuerſas terminatiōes: vt hic & hec & hoc fœlix: bonꝰ, a, ū,

ALEXANDER ... FERDINANDVS

Relatiuum eſt;quod refert aliqđ antecedēs. Antecedens vero eſt;qđ refertur ab aliquo relatiuo.

Adiectiuum & ſubſtantiuum in tribus cōueniunt, in genere,numero;& caſu.vt vir bonus.

Relatiuum & antecedens in tribus cōueniunt,in genere;numero;& perſona,vt ego amo qui doceo.

Nominatiuus & verbum in duobus conueniunt:in numero & perſona,vt ego amo,tu doces.

Omne verbum actiuum vel actionē ſignificans exigit ante ſe nominatiuum pro pſona agēti:& accuſatiuum vel alium caſum pro perſona patienti.

Omne v̄bum paſſiuū vel paſſionē ſignificās exigit noīatiuum pro pſona patiēti;& ablatiuum cū prępoſitione.a.vel ab.vel datiuū pro perſona agēti.

Gerūdia ſupina & participia exigunt poſt ſe caſum: cum quo cōſtruitur verbum: a quo deſcendunt.

Prępoſitiōes accuſatiuo deſeruiētes ſunt Ad apđ.ante.aduerſus.aduerſum.cis.citra.circū.circa.circiť.cōtra.erga.extra.inter.intra.infra.iuxta.ob.ꝑ.ꝓpter.prope.propi⁹.proxime.pridie.procul.poſt.ꝓpter.penes.ſupra.ſcđm.ſecus.trās.vſqꝫ.vltra.

Præpoſitiones ablatiuo deſeruientes ſunt.a.ab.abs.abſqꝫ.cum.coram.clam.de.e.ex.pro.prę.palam ſine.tenus:quæ aliquando genitiuo iungitur.

Præpoſitiones accuſatiuo vel ablatiuo deſeruientes ſunt.in.ſub.ſuper.ſubter.

Præpoſitiones quæ tātum in compoſitione reperiuntur ſunt.an.con dis.di.re.ſe.

Nominatiuus ſemper regitur a verbo expreſſo vel ſubintellecto in ratione ſuppoſiti.

Genitiuus plærumqꝫ regitur a nomine ex vi poſſeſſionis:nonnunqꝫ ex natura nominis vel verbi.

*Relatiuū eſt,aliā noīs differētiā oſtēdit.Aliud nāqꝫ eſt relatiuū,aliud antecedēs.& qđ vtrūqꝫ ſit oſtēdit.Ex quo manifeſtū eſt relatiuū & antecedēs noīa eſſe ad aliquid dicta.poſito enim relatiuo,neceſſe eſt poni antecedens,atqꝫ e diuerſo,neceſſe eſt poſito antecedēti poni relatiuū. Adiectiuū & ſubſtātiuū. Ponit tria præcepta,q̄ nō ſermōis latini ꝓpria verū etiā oībus linguis cōia publica & quodāmō naturalia ſunt:ſi quidē naturale eſt,vt inquit Ariſto.qđ apđ oēs gētes idē eſt.Primū itaqꝫ præceptū naturale & cōtra qđ ſi quis peccauerit nō tātū indoct⁹,ſed plane barbar⁹ habeatur,eſt ꝙ adiectiuū & ſubſtātiuū in tribus cōuenire debēt in gñe nūero.& caſu,hoc eſt qđ vtrūqꝫ ſit eiuſdē gñis nūeri & caſus.Q̄ ñ tñ hoc præceptū exceptionē patitur,ſuis locis dicem⁹. Relatiuū & antecedēs.Hoc eſt ſecūdū præceptū naturale,ꝙ relatiuū & antecedēs in trib⁹ cōueniūt in gñe nūero & pſona.hoc eſt,ꝙ vtrūqꝫ ſit eiuſdē gñis nūeri & pſone.De rōe aūt huius cōueniētiæ lib.iiij.copioſi⁹ diſputabitur. Nt̄us & uerbū.Hoc eſt tertiū præceptū naturale.ꝙ nt̄us & uerbū cōueniūt in duob⁹ hoc eſt numero & pſona.i.ꝙ ambo debent eſſe eiuſdē nūeri & pſone.Figurate tñ aliqñ uidetur eſſe diſcōueniētia inter ntūm & uerbū,quēadmodū li.iiij.cū de figuris cōſtructiōis agetur:plenı⁹ dicēdū eſt. Omne uerbū actiuū,ſubaudi pſonale.qđ habet vocē actiuā,vel actionē ſignificās:quale eſt deponēs & cōe,ea parte qua ſignificat actionē,exigit ante ſe,hoc eſt in rōe ſuppoſiti nominatiuū ꝓ pſona agētis:& accuſatiuū ſed nō neceſſario ꝓ pſona patiētis vl̄ aliū caſum,ſed tūc paſſio illa nō recta & trāſitiua ſed obliqua ē. Omne uerbū paſſiuū:quod etiā de pſonali intelligēdū eſt:uel paſſionē ſignificās:qualia ſūt illa exulo,uapulo,ueneo,fio.liceo.exigit noīatiuū ꝓ perſona patiētis,atqꝫ in rōe ſuppoſiti:& ablatiuū cū præpoſitiōe à vel ab,vel etiā datiuū ꝓ pſona agētis,vt ego amor à te vel tibi.exulo à rege:vbi non auſim dicere regi ꝓ a rege. Gerundia ſupina & participia.De gerūdijs qđ diximus intelligēdū eſt de gerūdijs ſubſtātiuis actionē ſignificātibus,vt veni cauſa legēdi Verg.& inſeruiēdi amicis,& carendi voluptatib⁹.& miſerēdi viduarū.De ſupinis preterea intelligēdū eſt de primis:nā vltima cū nullo caſu poſt ſe cōſtruūtur,quēadmodū lib.iiij.dicturi ſumus.vt eo venatū feras.inſeruitū amicis.Participia vero ſiue illa ſunt actiuæ vocis ſiue paſſiuæ eādē rōnem ſeruāt.Nā ꝑticipia ꝑñtis tpis cū actionē ſignificant,cōſtruuntur poſt ſe cū accuſatiuo.ut amās uirtutes.aut dtō vt ſeruiēs amicis:aut ablatiuo ut carēs uoluptatib⁹,aut genitiuo vt miſerens filiorū.Eodē modo de participio tpis futuri vocis actiuæ.Participia quoqꝫ vocis paſſiuæ paſſionē ſignificātia cōſtruūtur cū ablatiuo & præpoſitione à vel ab.aut datiuo.vt amat⁹ a te:amād⁹ ab illis. Præpoſitiōes accuſatiuo deſeruiētes.Præpoſitiōes aūt ſeparabiles ſunt aut inſeparabiles.Separabiles ſunt.q̄ poſſunt apponi caſib⁹.Inſeparabiles ſunt quæ nūq̄ reperiūtur niſi in cōpoſitiōe.De ſeparabilib⁹ itaqꝫ ponit primā regulā ꝙ præpoſitiōes acuſatiuo deſeruientes ſunt Ad apud.&c.q̄ ſecuūtur.Deinde ſubdit. Præpoſitiōes ablt̄o deſeruiētes.atqꝫ mox q̄ ſunt vtriqꝫ caſui deſeruiētes.tūc demū ponit præpoſitiōes q̄ nūq̄ reperiūtur niſi in cōpoſitiōe cū reliqs ꝑtibus oratiōis,ſed hæc vberib⁹ explicabūtur lib.iij.vbi de præpoſitiōe diſſerem⁹. Enumerauim⁹ aūt hic præpoſitiōes.vt pueri haberēt illas in ꝓmptu:cū incipiūt ꝑtes oratiōis inter ſe cōnectere. Noīatiu⁹ ſe. ꝑ regitur a verbo.Regi aliā dictionē ab alia nihil aliud eſt q̄ eſſe appēdicē illi⁹ ut in ordīe cōſtructiōis aliqđ ſignificet.Sed cū verbū,vt ait Ariſto,ſit oratiōis forma:neqꝫ ſine uerbo poſſit eſſe illud qđ græci vocāt axioma:qđ Boeti⁹ enūciationē,Cicero tū ꝓnūciatū tū ꝓloquiū interpretatus eſt:cōſequēs eſt,vt oēs ꝑtes oratiōis a uerbo regātur immediate,vl̄ media aliqua ꝑte oratiōis.Dicit igitur in primis ꝙ nt̄us a verbo &c.Nā vt verbū pſonale nūq̄ pōt eſſe ſine noīatiuo.ſic noīatiuus ſine verbo pſonali eſſe nō pōt,ergo merito ab illo regitur tanq̄ ab oratiōis forma:& dat illi ſuppoſitū tanq̄ accidēti. Genitiuus præter illā cōmunē ſignificationē:qua regitur a noīe appellatiuo ex vi poſſeſſiōis:aliqñ regitur ex natura ſpecıali noīs,vt vini plen⁹.vl̄ verbi.vt impleo vini vaſa.a noīe inquā appellatiuo:quia ſi ꝓprio iūgantur:appellatiuū ibi ſub intelligitur.Verg.i.æñ.vnius obnoxā & furias aiacis oilei:vbi Seruius notat ex figura græca dictū eſſe:quā tñ utimur circa patres & maritos tātū.vt aiacis oilei intelligam⁹ filii.Deiphobe,glauci intelligim⁹ filia.Hectoris andromachę intelligimus vxorē:quinimmo hæc figura latius patet.Nā Euſebius Pāphili dictus eſt ſubaudi amicus.& Te-*

gius in Andria, huius Byrrhiã: ſubaudi ſeruũ. nam ꝓnomen loco nominis proprij ponit. ¶ Datiu⁹ plerũq; regitur a verbo ex vi acquiſitionis atq; etiã cuiuſcũq; rei attributionis ſiue illa ſit vtilis ſiue dãnoſa: ſiue indifferens: regitur etiã nõnũq̃ a nomine ex ſpeciali ſignificatione. vt vtilis amico. difficilis vxori iucundus familiaribus. ¶ Accuſatiuus plerũq; regitur a uerbo ex vi trãſitionis, vt amo vxorẽ: vel a parte ante ex natura infinitiui. vt oportet me amare. vel media prepoſitione. vt eo ad forũ. vel ex vi ſinecdoches a nomine adiectiuo, vt niger oculos. vel a verbo: vt expleri mentem nequit, vel a participio vt nodoq; ſinus collect⁹ a fluẽtes. ¶ Vocatiuus. hæc regula multũ nouitatis attuliſſe videtur ijs qui dicebãt vocatiuũ aliq̃n poni abſolute. qđ eſt cũ oratio ex recta fit obliqua: hoc eſt ex ſecunda pſona ad quã loquimur fit trãſitus ad tertiã de qua loquimur, vt ſi dicas o Cæſar legat Põpeius, intelligitur audi vel auſculta vel intende, quod ita eſſe facillime ꝓbatur ex interpretatiõe pſalmi. xxi. cuius initiũ eſt apud hebræos idipſum qđ dñs noſter atq; ſaluator dixit in cruce, hoc eſt eli eli lama azabatani, qđ euãgeliſta interpretatur deus meus deus meus vt quid dereliquiſti me. At vero ſeptuaginta interpretes verbũ ſubintellectũ, vñ uocatiu⁹ ille regebatur: expreſſerunt dicẽtes. Deus deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti, aut quæ ratio fuit aliqđ addẽdi, qđ in hebraico nõ legebatur. ſi nõ erat in illis ipſis verbis concluſum. Illud quod adhuc maius eſt auſim affirmare: etiã ſi exprimat ſecũda imperatiui mõi pſona, adhuc verbũ qđ attentionẽ ſignificet ſubintelligendũ eſſe a quo vocatiuus ille regat. Quale eſt illud qđ marci. cap. v. legimus dicẽte dño. talita cumi. qđ interpretatur puella ſurge. at euangeliſta cũ interpretatur: tibi dico interpoſuit, quod tantũ valet quantũ audi, qđ erat incluſum in eo quod dixit puella ſurge, neq; enim ſaluator noſter dixit tibi dico, ſed aliquid moræ adiecit. qđ fere ſemꝑ facim⁹ quoties vocatiuo vtimur, vt auditor paret ſe ad ea quæ dicturi ſumus. Nã & vocatiuus a græcis rectus dicitur: quẽadmodũ & nominatiu⁹: quia vterq; recte ſtans rectã ſubſtantiã ſignificet, vnde & verbo ſuppoſitũ recte poſſunt. ¶ Ablatiuus regitur a verbo media præpoſitione, aut ex ſpeciali nominis vel uerbi ſignificatione. ut plenus uino. ¶ Effectiuus de quo plura lib. iij. cũ de caſibus nominũ diſputaturi ſumus dicẽda ſunt. plerũq; regitur a verbo. ut malo me Galatea petit. caſus ferroq; petitus, regitur etiã ex vi cõparationis, vt doctior illo. aut ponitur abſolute, vt ducẽte deo expedior. ducẽte deo nõ regitur, quia per ſe orationẽ quodãmodo facit, licet imperfectã, qualis eſt ſubiũctiui modi in quam reſolui conſueuit. Vt nato Ieſu in Bethleẽ. ꝓ quo Hieronymus vertit. Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem.

Datiuus plærumq; regitur a verbo ex vi acquiſitionis, nõnunq; vero a nomine ex ſpeciali ſignificatione.

Actũs plærũq; regit̃ a verbo ex vi trãſitiõis: vel a parte ãteriori ex natura infinitiui: vel media ꝓpoſitione: nonnunquã etiã a nomine adiectiuo vel verbo vel participio ex vi ſynecdoches.

Voatiuus ſemper regit̃ a verbo ſecundæ perſonę imperatiui modi in rõne ſuppoſiti, ſunt qui dicant aliq̃n poni abſolute.

Abltũs plerũq; regit̃ a ṽbo media ꝓpoſitiõe nõnunq̃ ex ſpeciali nõis vel verbi ſignificatiõe.

Effectiu⁹ plerũq; regit̃ a verbo vl participio ex vi inſtrumenti quo aliquid fit. aliq̃n ex vi cõparationis: aliquando ponitur abſolute.

¶ Liber ſecundus de genere & declinatione nominum, & de ꝓteritis ſupiniſq; verborum.

Liber ſecundus. In ſuperiori libro tacta ſunt prima artis grãmaticæ fundamẽta: rudia illa quidẽ & inelaborata: ſed quæ paulatim elimãda ſunt. & cũ puerorũ ætate coaleſcere debẽt. Quale eſt illud qđ de genere nominũ ꝓnominũ & participiorũ dicebamus: maſculinũ eſſe qđ declinatur cũ hic. fœmininũ qđ declinatur cũ hæc. neutrũ qđ declinatur cũ hoc. In ſermone nãq; græco, hebraico, punico. aut deniq; cuiuſq; alterius linguæ quæ articulis vtitur, præceptũ illud ſufficiens erat: cũ in ſerie orationis nomina plerũq; articulos habeãt cõnexos, At vero latini qui ex idiomate articulos ignorant, regula illa nõ ſuffragatur, neq; ob aliã cauſam fuit ꝓpoſita, niſi vt pueri cõfuſam quandã gñis haberẽt cognitionẽ. Nã ſi puero interrogãti muſa cui⁹ gñis eſt: fœminini reſpõdeas, q̃a declinatur ꝑ hæc, ſubijciet ille rurſus quare declinatur ꝑ hæc, reſpõdebis opinor q̃a gñis eſt feminini, ergo circulũ feciſti, qđ in doctrina q̃ ſit vitioſum, Ariſt. in poſterioribꝰ analyticis præclare demõſtrat. Quoniã ſi fœmininũ iccirco eſt, q̃a per hæc declinatur, & rurſus ꝑ hæc declinat̃ q̃a eſt fœmininũ, nũq̃ cõmẽmo ſcire poterimus muſa cui⁹ gñis eſt. Quare ne pueri diutius a nobis eludãtur: tradẽdæ ſunt illis regulæ, qbꝰ nõ ꝑ articulos q̃ in ſermone latino nulli ſunt, ſed ꝑ ſignificationes aut terminationes poſſint genera nominũ cognoſcere. Sed quẽadmodũ ſupra memorauimus, iccirco nominũ gen⁹ cũ declinatione & verborũ præterita cũ ſupinis, h[illegible] eſt capita quattuor ſumus carmine ꝓſecuti, qđ in tota grãmatices arte nihil eſt tã variũ, tã multiplex, tã lubricũ & [illegible]tabile, sed neq; quod magis in prõptu ſit habẽdum quã rem facilius carmine aſſequi poterimus. Illud autẽ mihi in hoc loco præfandum eſt, nõ eſſe carmina hæc talia, ex quibus laudẽ mihi poſſe cõparari ſperẽ. quippe quæ ſunt iis de rebus, quas muſæ plurimũ aduerſantur atq; reformidant. & quas plerumq; ꝓpter ſyllabarũ cõtumaciã verſus heroicus, quo facilius res huiuſmodi ſcribũtur, nõ admittit. vt atagen, cõparatiua, inchoatiua. in quibus dictionibus ſyllaba breuis duabus clauditur longis. Circuitione vero ſi vteremur, res ipſa obſcurius diceretur, qđ fecimus in illo hemiſtichio. Et quod dat ſeruis nomẽ, pro eo quod eſt ſeruit⁹ quod heroicum carmen non recipit. Cumq; nulla dictio latina per eu. diphthongon ſcribi poſſit, nos ita hoc nomine neuter neutra neutrũ vſi ſumus, perinde ac ſi græcũ eſſet. Nam, e. & u. vocales in diphthongon cogere ſæpe ſolemus, niſi mauis id per ſineræſim poſſe fieri. Cum enim ſcripſit Neutra ſiler robur. ſi eu. non coeat aut per diphthongon aut ſynæreſim, prima per proceleumaticus eſt, quem hic verſus recuſat. Cum vero dixit Dictio non nomen pro nomine ſit tibi neutra. anapæſto vſus ſum, qui paria habet tempora cum ſpondeo & dactylo.

# LIBER SECVNDVS.

## Cap. Primum de genere nominũ.

Foemina maſcq; gen⁹ nullo mõſtrãte reponẽt.
Maſcula ſũto tibi quaſi maſcula, fœmineũq;
Si quaſi fœmineũ. Mars eſt ꝑ teſte: Venuſq;.
Eſt duplicis generis recipit quod ſexus vterq;.
Eſt cõmune triũ: qđ ad hec iungis & neutro.
Menſes cum fluuijs ſexu diſtingue virili.
Arboris eſt nomen muliebre. Sed excipiantur
Hic rubus: & dumus: folijſq; oleaſter amarus.

Foemina maſcq; genus. Præmittit regulas generales, q̃ colligũtur ex nominũ ſignificatione generali: & quæ terminationũ regulis preferẽdæ ſunt. Eſt igitur ſignificationis regula, q; nõia ꝓpria ſiue appellatiua ſexus alterutrius ſi ſunt maſculorũ generis ſunt maſculini. Si fœminarũ fœminini. quã rẽ ſola natura duce poſſumus intelligere, etiã ſi nobis id mõſtrauerit nemo. Nã vt Priſcian⁹ ait: duo ſunt genera q̃ ſola ratio naturæ nouit: maſculinũ & fœmininũ. Neq; id ſolũ in humana ſpecie: vt hic vir, hæc mulier, hic papa hæc obſtetrix, hic Byrria, hæc Glicerium, ſed etiã in alijs reb⁹ in quib⁹ per generalia mẽbra aut per certa quedã ſigna marẽ a fœmina ſeparamus, quẽadmodũ equum ab equa: aſinum ab aſina, ceruum a cerua, canẽ & bouem mares a fœminis, genitali. Gallũ vero a gallina tum criſta tum cauda, tũ etiã calcarib⁹. atq; alias animãtes certis quibuſdã inſignib⁹ natura diſtinxit. In quib⁹ vero ſub altero tantũ gñe & terminatiõe vtrunq; ſexum intelligimus: qualia ſunt illa q̃ græci epicœna: latini ꝓmiſcua cõſueuerũt appellare: ſi neceſſe habuerimus ſexũ diſtinguere: additamẽto id facere poſſum⁹, ut quoniã perdix gñe fœminino ſemper latini ſermonis vſus ꝓfert, ſi fuerit grãdiuſcula, aut calcarib⁹ armata: aut fœminã inierit: aut aliud quiddã fecerit qđ ſit maris ꝓprium, recte poſſumus dicere hic perdix maſculus eſt. Ambro. quoq; in epiſtola ad Irenium tractãs illud Ieremiæ cap. xvij. clamauit perdix, cõgregauit quæ nõ peperit, græcos ſecutus ſemper perdix gñe maſculino ꝓtulit. eodẽ modo aquila maſculus, piſcis fœmina. Qui in .i. de arte. Inuenit in media fœmina piſcis aqua. Et Varro Fabiũ piltorẽ ſecutus lupũ fœminã dicit. quẽadmodum Quin. in .i. libro refert. ¶ Maſcula ſunto tibi. Secunda ſignificationis regula eſt, q; nomina earum rerũ quæ ſexũ diſcretũ nõ habent: ſi res illas tales imaginamur & fingimus: aut de illis ita loquimur quaſi ſint maſculi aut fœminæ: generis ſunt maſculini aut fœminini. vt hic mars, hæc venus: ſic enim de diis gẽtium poetæ fabulãtur. quaſi ſexum habeãt. & qđ mars venerẽ adulterauit. quodq; illa ex Anchiſe æneã genuit, & talia quedã quæ in naturã diuinã cadere nullo mõ poterãt, Sic preterea illum pingunt armatum & viriles pugnas tractãtẽ. quẽadmodum & illã fluxiori veſte & mundicijs muliebrib⁹ deditã. Quã ꝗ Varro in primo lib. de re ruſtica venerẽ inter duos mares poſuit. qđ etiã Verg. ſignificare viſus eſt cum .ii. æn. dixit. Ducẽte deo. i. venere flãmã inter & ignẽ expedior, idẽ quoq; lib. ſat. i. Macrobius cõfirmat autoritate Calui. Leuini. Ariſtophaniſq; poetarum. Eadem ratione angelorum quedã propria nõia gñis ſunt maſculini. vt Michael, Gabriel, Raphael. thronus, partim fœminina. vt virtus, dominatio, poteſtas. partim neutra. vt dæmonium, cherubin: & ſeraphin, quæ in numero multitudinis noſtri genere neutro ꝓtulerunt, cum tñ autore Priſc. in .v. lib. hebraica lingua gen⁹ neutrum nõ habeat. ſed forte fecerunt vt oſtenderent ſpirit⁹ illos nõ habere ſexum diſtinctum. quẽadmodum oſtreũ, ſcortum, mãcipium, ſeruitium. ſub quib⁹ vtrunq; ſexum intelligi voluerunt. Dicit ergo q; nomina quaſi maſcula ſunto. i. ſunt, maſcula. i. generis maſculini. & nomẽ quaſi fœmineum, ſit fœmineum. i. generis fœminini. vt Mars deus belli, & Venus dea amorum. ꝑ teſte. i. ꝑ exẽplo. Quod ſi per metonimiã mars ꝓ bello accipit. lar pro domo. neptunus ꝓ mari. aut rurſus venus ꝓ libidine. ceres ꝓ frumento. tell⁹ ꝓ terra quæ figura frequens eſt apud poetas: nihilomin⁹ ſuum genus retinent. ¶ Eſt duplicis generis. Tertia ſignificationis regula eſt, quod nomina que ex ipſa rerum ſignĩtione ad mares & fœminas pertinent: cõia ſunt duorum generum, vt hic & hæc pauper, hõ, teſtis. ¶ Nõia præterea quæ ex ipſa rerũ ſignãtione ad mares & fœminas pertinẽt: atq; etiã neutris iungi põt, cõia ſunt triũ gñrum, vt hic & hæc & hoc prudens, ſapiens, fœlix. Sed quoniã hæc regula ad innumeras ꝓpe dictiones pertinet, in quib⁹ aliqua fuerit difficultas, quo gñe ſunt profundæ: per regulas terminationum facilius explicabitur.

Dicit igitur. Illud nomen eſt duplicis gñis: quod vterq; ſexus. hoc eſt maſculinum & fœmininum recipit. Et illud nomẽ eſt cõe trium gñrum: qđ ad hec. i. vltra duo illa gña iungis neutro: quia maſculinis & fœmininis & neutris iungi põt. ¶ Menſes cum fluuijs. Quarta regula ſignãtionis eſt: q; quia menſis generis eſt maſculini: nomina quoq; menſium gñis ſunt maſculini. vt hic aprilis: quintilis, ſextilis, ſeptember. Præterea quia fluuius gñris eſt maſculini: nomina quoq; fluuiorũ generis ſunt maſculini. vt hic arar, garũna, betis, atax. Proper. lib. ij. Teſtis arar rhodanuſq; celer. magnuſq; garũna. Mar. Betis oliuifera crinem redimite corona. Item in eodem. Quem tremeret forti milite victus atax. Sequuntur tamen aliquando genus terminationis. Lu. in .vij. Et damnata diu Romanis allia faſtis. Oui. iiij. faſto. Clauiger & tanto eſt albula pota deo. nam albula is eſt qui poſtea tybris fuit appellatus. Mar. tamen libro .xi. maſculino iunxit dicens. Cui rector aquarum albula [illegible] per freta tendit iter. Luca. neutro genere lib. ij. cruſtuminumq; rapax & iuncto ſapis iſauro. Idem in .iij. Et tepidum in molles zephyros diſcurrit iader. Cruſtumium & iader etiam ratione ſignificationis poſſunt eſſe neutri quia flumina intelligũtur, qđ Horat. expreſſit in arte poetica, dicens, aut flumen rhenum aut fluuius deſcribitur arcus. Idem .iij. carmi. Teſtis meteaurũ flumen & Hannibal deuictus. nam teſtis etiã neutris iungi poſſe ſuo loco dicem⁹. ¶ Arboris eſt nomen. Quinta regula ſignificationis eſt, q; quia arbor generis eſt fœminini, nomina quoq; arborũ generis ſũt fœminini, vt hæc prun⁹, pirus, ſorbus, pinus, laurus, populus. ¶ Excipiuntur generis maſculini, hic rub⁹ dum⁹. Sed rubus quia frutex potius eſt, qđ ad arboris altitudinẽ nõ aſſurgit. Virg. in buco. ferat & rub⁹ aſper amomũ. quamq; Serenus fœmininũ etiã ꝓtulit dicens. Mãditur apta rub⁹ gingiuis. ¶ Dum⁹ vero, quia nõ tã certũ quoddã genus fruticis, q̃ fruticem ipſum ſignificat. ¶ Oleaſter quoq; quia degenerat ab oliua, maſculino genere quaſi fruticẽ protulit Verg. ij. geor. Indicio eſt tractu ſurgẽs oleaſter eodem Plurimus. Quod vero dicit amarus folijs, alluſit ad illud Vergilij folijſq; oleaſter

amaris. Calfurnius tamen neutro gñe ꝑtulit in æglogis. Me teneras ſalices iuuat aut oleaſtrā putare: aut poteſt eſſe ab eo qđ eſt hoc oleaſtrum. ſic enim poſſumus dicere ab oleaſter oleaſtrū, a pyrus, pyraſter & pyraſtrum. Pli. lib. xv. pinaſter nihil aliud eſt: q̄ pinus ſilueſtris: copioſam dat hæc materiā: gñe fœminino dixit hæc. Theophraſtus quoq;, interprete Theodoro gaza lib. iiij. de ſtirpibus, ſicut pinaſtri: inquit: q̄ in locis vmbroſis naſcūtur. Idem quoq; autor eodem interprete ſub alia terminatione in gñe neutro ꝑtulit in primo eiuſdem opis. pinaſtrū (inquit) ampliſſimū pulcherrimūq; a priscis locis emi-

Neutra ſiler; robur; cū ſubere iungere laburnū.
Inſula cincta mari; nauis, cumq; vrbe poema;
Fœminei generis ſunt cauſa ſignificati.
Dictio non nomen pro nomine, ſit tibi neutra.
Neutras pone notas ſeu græcas. ſiue latinas.
Sæpe tamen profert muliebres ſermo latinus.

grat. Idem in. iij. Exit ex pyro vitiatū pyraſtrū, cū alias pyraſter ſæpe dixerit. Spinus ſpini Ver. ij. geor. ſpinos & pruna ferentes. gñe maſculino dixit. ¶ Neutra quoq; ſunt, ſiler robur, ſuber, laburnū. Verg. ij. georgi. Molle ſiler lentæq; geniſtæ: vbi Seruius notat gen⁹ neutrum raro de arbore inueniri. Theophra. li. iij. de ſtirpibus. Theodo. interprete, quidā robur & nucē auellanā florere exiſtimāt. Idem eodem interprete libro. j. Suber etiam viride leue eſt: niſi forte hic de ligno locutus neutro genere eſt vſus, nā Pli. li. xvi. maſculino gñe dixit. Serotino aūt germine mal⁹ tardiſſim⁹ ſuber. Idē in eodē iuglādes, caſtaneæ, laburnū alpina hæc arbor nec vulgo nota: q̄ cū ſola materia cēſeatur merito gñis eſt neutri: præſertim cū gñis neutri terminatiōem habeat quēadmodū Ver. de materia hebeni dixit. India nigrū fert hebenū. Idē li. j. eiuſdē opis. & torno raſile buxū. Et. vj. æñ. mirata volubile buxū. Oui. j. de amorib⁹. At nup vile fuiſtis acer. Multa præterea arboꝝ pegrinaꝝ noīa quarum materia tātū ad nos ꝑuenit: neutro gñe inueniūtur ab oratorib⁹ ꝓlata. vt bdeliū. balſamū. cynamomū. ¶ Inſula cincta mari. Sexta regula eſt: q̄ q̄a inſula. nauis. vrbs. fabula poetica gñis ſunt fœminini: noīa quoq; inſulaꝝ, nauiū. vrbiū. fabulaꝝ ex rōne ſignificatiōis gñis ſunt fœminini. Itaq; quattuor partes cōtinet. Prima eſt: q̄ noīa inſularū fœminina ſunt. vt Samos. Chios. Lesbos. Verg. j. æñ. poſt habita coluiſſe ſamo. Hor. j. epła. qđ tibi viſa chios bullati notaq; lesbos. Sequūtur tñ aliq̄ genus terminatiōis, vt Oui. xj. meta. & mitylinæi potiūtur litore lesbi. Hor. igitur ex rōne ſignītiōis ꝓtulit lesbos gñe fœminino. Oui. tñ reſpiciēs terminatiōem gñe maſculino. Nauiū quoq; noīa gñis eſſe fœminini poetaꝝ vſus oñdit. vt cētaur⁹ piſtris. argo. Vergil. v. æñ. Cētauro īuehitur magna ſcyllaq; cloāthus cærulea. & ibidē. partē roſtro præmit emula piſtris. Ibidē ī buc. erit altera q̄ vehat argo delectos heroas. Noīa præterea vrbiū gñis ſunt fœminini. vt ſeſtos. abydos. ſaguntos. caſtulo. præneſte. Oui. ī epła Leādri. vel tua me ſeſtos. vel te mea ſumat abydos. Sil. li. j. ceu tua ſagūtos igne micet. Idē li. iij. fulget præcipuis parnaſia caſtulo ſignis. Ver. viij. æñ. preneſte ſub ipſa. Iuue. qs timet aut timuit gelida præneſte ruinā. Idē tñ. j. geor. terminatiōnē reſpiciēs dixit, pōtus & oſtriferi fauces tētātur abydi. Luca. li. iij. obſeſſum Pœno geſſit qđ marte ſaguntū. & Iu. atq; coronatū et petulās madidūq; tarētū. Ver. viij. æñ. qq; altū preneſte viri. Sil. iij. pu. & celebre oceano atq; alternis fluctib⁹ hiſpal. & Mar. fluct⁹ paſſeris aut ſup⁹ anxur. qđ oppidū etiā gñe neutro ꝓtulit. Hora. j. ſer. īpoſitū ſaxis late cādētib⁹ anxur. Noīa quoq; poematū: hoc eſt comœdiaꝝ, tragœdiaꝝ, & fabularū poeticarū gñis ſunt fœminini: vt eunuchus heautōtimorumenos. thyeſtes, æneis. ilias. Terē. eas ſe nō negat ꝑſonas trāſtuliſſe in eunuchū ſuā. Idē: hodie ſum acturus heautōtimorumenō duplex: q̄ ex argumēto facta eſt ſimplici. & ſi cū Qui. dicā varij thyeſtes cuilibet græcorū cōparāda ē. Papi. xij. the. neq; tu diuinā æneida tēta. et Perſi. nulla tibi vēdo iliada. Quod vero Iu. dixit. ſcript⁹ & ī tergo nec dū finit⁹ oreſtes, ad virū poti⁹ illū q̄ ad fabulā reſpexit. Sūt q̄ dicāt nomē fabule cū ē appellatiuū: debere eē gñis fœminini. cū vero ꝓpriū: retinere gen⁹ ſuū. Nā qđ Ver. buc. georgi. neutro gñe īſcripſit. alia figura dictū ē: cū neq; illa ꝓprie poemata dicātur: q̄ Ariſt. autore ī li. de arte poeti. debēt eē vni⁹ rei & cōtinuatæ. ad qđ videtur alluſiſſe. Oui. cū in principio ſuæ meta. ſcripſit. Primaq; ab origie mūdi ad mea ꝑpetuū deducite tpa carmē. Dicit igitur īſula cincta mari. ad differētiā īſulæ vrbanæ, hoc ē noīa īſularū, & nauis. i. noīa nauiū & poema. i. noīa fabulaꝝ. cū vrbe. i. cū noīb⁹ vrbiū. ſunt gñis fœminini ex rōe ſignītiōis. ¶ Dictio nō nomē. Septima regła ē: q̄ dictio q̄ a pria poſitiōe ſua nō ē nomē: ſi ponatur ꝓ noīe gñis ē neutri: q̄ regła nō de ꝓnoīe ſed de alijs ꝑtib⁹ oratiōis itelligitur: q̄a ꝓnomē nō poteſt ꝓ noīe ſimpl'r: ſed ꝓ noīe ꝓprio tātū. dictiōes aūt hmōi aut ſūt verba. aut ꝑticipia. aut aduerbia. vt hoc amare. viuere. aue. ſalue. vale. Terē. ī eunu. extrema linea amare nō nihil eſt. i. amoris. Per. aūt gen⁹ expſſit ī. j. ſaty. Noſtrū iſtđ viuere triſte aſpexi. i. noſtrā iſtā vitā triſtē. Mar. ē aue latinū chere nō pōt grecū exprimere. Oui. ī epła Laodomiæ. vix illđ potuit dicere triſte vale. Participia quoq; vt hoc iōuentēs. accidēs, cōtigēs. ātecedēs. cōſeq̄ns. Intelligo aūt de ꝑticipijs q̄ nō iūgūtur ſubſtātiuis maſculini aut fœminini gñis: cū exprimūtur: aut cū ſupprimūtur, nā illa oriēs, occidēs maſculia ſūt. q̄a ſubitelligit ſol. ꝓfluēs. cōfluēs. torrēs aq̄ maſculia: q̄a ſubitelligit fluui⁹ aliq̄n tñ aq̄ ꝓfluēs ē: vt apđ Liuiū. j. ab vrbe, pueros ī ꝓfluētē aquā mitti. Cōtinēs vero fœmininū ē: q̄ terra ſubitelligit: cōſonās q̄a littera. ſed de his cū de gñe ꝑticipiorū diſſeretur, plura dicem⁹. Aduerbia quoq; gñis ſūt neutri. vt decēter. belle. euge, ſophos. cras. Perſi. qn optes tepidū hoc audire decēter. Idē euge tuū & belle. nā belle hoc exue totū. Idē ecce aliud cras egerit hos ānos. Mar. audieris cū grāde ſophos dū baſia iactas. Idē alio ī loco. Quod tā grāde ſophos clamat tibi turba togata, īterpretāt aūt ſophos ſapiēter. Illa quoq; decies. vicies. cēties ponūtur ſæpe ꝓ noīe & ſūt neutrius gñis. Mar. nō plenū modo vicies habebas. Idē in alio loco. Dic vbi ſit decies mater qđ auara relīq̄t. ¶ Neutras pone notas. Octaua regła ſignītiōis ē: q̄ noīa litterarū grecæ & latinæ gñis ſūt neutri: & hoc q̄a grecæ grāmata, dñr latine vero elemēta. vt hoc alpha, beta. iota. theta. Mart. ē opa preciū diſcere theta nouum. & Perſi⁹. & potis es vitio nigrū præfigere theta. Matth. in Euāge. Nō ꝓtrāſibit neq; vnū iota. neq; vn⁹ apex. eadē quoq; rōne dicem⁹, omicrō. ypſilō. & vnū. a. & duo. b. & tria. c. Ex rōne quoq; ſignificatiōis q̄a littera gñis eſt fœminini: litterarū noīa aliq̄n gñe fœminino ꝓferim⁹, vñ alias appellam⁹ vocales. alias ſemivocales, alias mutas, alias liquidas. Dicit igitur neutras pone notas. i. litteras hoc eſt litterarū nomina, ſiue ſint græca. ſiue latina. & ſunt indeclinabilia.

# LIBER SECVNDVS.

## Regulæ terminationis.

NOmen quod ſit in.a.finitum : dic muliebre.
Accedũt marib⁹ popa vẽter:ſcriba:laniſta.
Scurraq́ꝫ cum lixa:ſinus adria:vacia:panſa.
Vernaq́ꝫ cum rabula;caculaq́ꝫ, agrippaq́ꝫ iunges.
Et quod ab. es.græco conſtat veniſſe latinum;
Cuius fœmineum plærumq́ꝫ ſit in.tria.vel.tis.
Quod declinatum dat tertia;dicito neutrum.

*NOmen quod ſit in.a. Propoſitis regulis gñalibus ad cognoſcendum genus nominum ex ratione ſignificationis, nũc qđ reliquũ eſt quodq; ſub nulla ex illis regulis cõtinetur: ꝑ terminationes ordinis alphabetarij diſponit: ſic tamẽ vt prius vocales deinde cõſonãtes digerãtur. Dicit itaq; in primis, ꝙ noĩa terminata in.a. gñis ſunt fœminini, vt hec muſa. grãmatica. terra. fortuna. Excipiũtur pauca gñis maſculini popa cum ꝓ vẽtre præpingui accipitur. nã gñis eſſe maſculi Phocas teſtatur. dixit aũt popa vẽter alludẽs ad illđ Perſi. aſt illi tremit omẽto popa vẽter. Popæ etiam dicebãtur miniſtri ſacrorũ ſiue victimarij. Prop. lib. iiij. ſuccinctiq; calent ad noua ſacra popæ. Spartia. ĩ geta. ꝑcuſſit (iquit) hoſtiã popa nomine Antonius. Perſius itaq; non tam ꝓ pingui & obeſo ꝙ ꝓ phagene & beluone vẽtre dixit. aſt illi tremis omento popa venter. Scriba laniſta.*

*¶ Scurra, lixa, quia nomina ſunt officiorũ ad ſolos mares ꝑtinentia: ideo ſub gñe tantũ maſculino ponuntur. Adria quoq; ꝓ mari ſiue adriatico ſinu ſemper maſculinũ repitur. Luc. in. v. ſonat ionio vagus adria põto. Hor. ij. car. Adria diuiſus obiecto remittas quære. & in. iij. improbo iracũdior adria. & in eodem, dux ĩnqeti turbidus adriæ. Sene. in thyeſte. aut ſeuo rapidus freto vẽtoſi tumor adriæ. Priſci. in periegeſi, necnõ ſinus adria vaſtus. Vacia. pãſa. verna. rabula. cacula, agrippa. & ſi rõne ſignĩtiõis ad mares fœminaſq; ꝑtinere poſſunt: nunq̃ tñ niſi de maſculinis dñr. Nomina quoq; Græca venientia a nominibus terminatis in. es. quæ ad primam noĩs declinationem latinam referuntur generis ſunt maſculini: quemadmodum & apud Græcos erant. vt hic ſcythes. æ. ſcytha. æ hic nautes nautæ, nauta nautæ. hic ſophiſtes ſophiſtæ, ſophiſta ſophiſtæ, & hic poetes poetæ, poeta poetæ. hic prophetes ꝓphetæ, propheta prophetæ, hic thecnites thecnitæ. thecnita thecnitæ, hic ſarmates ſarmatæ, ſarmata ſarmatæ, hic getes getæ. geta getæ. ammonites ammonitæ. ammonita ammonitæ. moabites moabitæ, moabita moabitæ. Horatius. ij. carmi. Quid bellicoſus cantaber aut ſcythes. Cice. in. v. thuſcu. Scythes anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere. Idem in academicis. ſi quis eſt nunc ſophiſtes: ſic enim appellantur qui oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſophantur. Vergilius in. v. eñ. Conſilijs pare quæ nunc pulcherrima nautes dat ſenior. nautes enim nauta interpretatur. vnde & Propertius nauta cognominatus eſt: quia ex familia nautarum fuit. Deuterono. xxiij. Ammonites & Moabites etiã poſt decimã generationem non intrabũt eccleſiã domini, & eodem modo de reliquis quæ omnia ſub hac terminatione generis ſunt maſculini. nã fœminina in tis, vel in. tria. exeũt. vt ſcytha. æ. ſcythis. idis. Ouidi. in metamor. Exercere artes ſcythides memorãtur eaſdem. Eodem modo nauta. æ. nautis. idis, ſophiſta. æ. ſophiſtis. idis, poeta, æ. poetis. idis. propheta. æ. prophetis. idis. vel propheteiſſa. Perſius cornos poetas & poetidas picas: non poetridas: vt quidã codices hñt. Iſraelita. æ. iſraelitis. idis. Leui. xx iij. Ecce nũc egreſſus filius mulieris iſraelitidis: quem pepererat de viro ægyptio inter filios Iſrael. iurgatus eſt in caſtris cũ viro iſraelita. Sedul⁹ quoq; leuitis gens dixit in paſchali. Ambroſius tñ in Euangelio Lucæ cum loqueretur de Eliſabe, & Maria cognata: inquit: quia ambæ iſraelitæ erãt. ſed ſuſpicamur mendum eſſe: quia idẽ paulopoſt dixit: vtiq; Ruth intrauit in eccleſiã: & facta eſt iſraelitis. Prudentiũ vero nulla ratio excuſare poteſt: cũ in pſychomachia dixit: ſodomita libido, & in vita Emetherij & Celedonij martyrũ hymniſtas idem dixit. Madianites. itis. Nume. xxv. Mulier madianitis: ꝙ pariter interfecta eſt: vocabatur cozbi, & pauloante. ꝙ occiſus eſt cũ madianitide. Iezraelit itis. Carmelita. itis. Paralipomenon. j. Capi. iij. Dauid habuit primogenitũ Ammon ex Achinoe Iezraelitide: ſecũdũ Daniel de Abigail carmelitide. Iudicũ. iiij. erat aũt delbora prophetis. & Lucas. eodem interprete. erat Anna propheteiſſa. pro quo in græco habetur prophetis. A moabita quoq; idem Hierony. fecit moabitis. idis lib. Ruth. ſæpe. vt hæc eſt moabitis ꝙ venit cũ Noemi de regione moabitidis. ide. a. Sauromata. atis. Põpo. mell. li. iij. Amazones: quas ſauromatidas appellabant. & a ſarmata. atis. idis. Mart. venit & epoto ſarmata paſtus equo. Ouid. j. de ponto. Terras & manes ſarmatis vmbra meas. Dicimus tamen a cythariſtes. riſta. iſtæ, & cythariſtria, iſtriæ. tympaniſtes. iſta. æ tympaniſtria. iſtriæ. pſaltes. pſalta. æ. pſaltria. æ. cymbaliſtes. iſta. æ. cymbaliſtria. æ. ſambuciſtes. ciſta. æ. ſambuciſtria. æ. Liui. ab vrbe condi. lib. xxxix. Tunc pſaltriæ, ſambuciſtriæ: & conuiuialia ludionum oblectamenta. Iuue. ꝙ pſaltria penem maiorem intulerit. Quinti. maſculino vſus eſt, lib. j. ſi pſaltes inquit & geometres multa dicit dediſſe. ab eo quoq; qđ eſt tympaniſtes. iſtria. fecit Hierony. in pſalte. In medio. inquit iuuencularũ tympaniſtriarũ. Illđ etiam conſider. quod eſt nullũ eſſe nomen latinũ: qđ in. iſta terminetur. vt ignari latini ſermonis dicũt. artiſta. terminiſta. licet tñ a græcis huiuſmodi denominatiua formare. vt hic canoniſtes vel canoniſta. origeniſtes vel origeniſta. quorum fœminina mittunt in. tis. vt canoniſtis. idis. origeniſtis. idis. Rõne quoq; ſignĩtionis inueniũtur nomina montium in hac terminatione generis maſculini. Ouid. in ibin. vtq; dedit ſaltus & fumo theſſalus oſſa. in eodem. Plurima ꝙ flammas ſicanus æthna vomit. Idem tamen alibi terminationem reſpexit dicens. Ingeſtaq; olympo ardua deuexum pelion oſſa tulit.*

*¶ Quod declinatumq; tertiæ declinationis nomina in. a. terminata generis ſunt neutri. vt hoc emblemma. atis. toreuma toreumatis. peripetaſma. atis. ſchema. tis. Antiquiores tamen per primam declinationem ſub fœminino genere protulerunt. vt Plau. in perſa. cum decora ſchema. Laberius nec pythagoream dogmam doctus. Pompo. liber diademam dedit. Ouid. tamẽ ſingulari exemplo polenta poſuit in genere neutro cum ſit latinum declinationis primæ. Ait enim meta. v. dulce dedit tecta qđ coxerat ante polenta. & paulopoſt: cũ liquido mixta ꝓfudit diua polenta. Tollerabilius noſtri mãna. mãnona. & paſcha neutro gñe protulerũt: cũ ſint barbara & ĩdeclinabilia: quãq̃ ſunt q paſcha declinari cõtẽdãt: tũ ꝑ primã: tũ ꝑ tertiã.*

¶ *Compoſitum a verbis.* .ſ. nomina a verbis compoſita:quorum ſignificatio ad mares & fœminas pertinet cōmunis ſunt duorum generum ſub hac terminatione,ut a gigno gignis,hic hæc terrigena.æ.alienigena.æ.a collo.is.hic hæc cælicola.æ. agricola.æ.a venio.is.hic hæc aduena.æ. conuena.æ.a ſequor ſequeris,hic hæc aſſecla.æ.pediſſequa.æ.a fugio fugis,hic hæc transfuga.æ.per fuga.æ.ab ago agis,hic hæc auriga.æ.a cædo cedis,hic hæc homicida.æ.parricida.æ. a lego legas,hic hæc collega.æ. Phoc. ſub genere poſuit maſculino pleraq; ex his, vt aſſecla,collega,transfuga, perfuga,homicida,parricida quaſi non & ſequi alium : & eſſe ex corpore alicuius collegij,& transfugere ad hoſtes:& parentem cædere ad fœminas etiam multomagis pertineat q̄ aurigam eſſe cum Verg.lib.xij.æñ.dicat nec currus vſquam videt aurigamq; ſororem:Quod vero quidam dicūt verbigenam ex ratione ſignificationis eſſe tantum generis maſculini:quia vnus tantum Chriſtus Ieſus eſt verbigena:nihil ad grammaticum pertinet:qui recte poterit dicere ſolem verbigenam,lunam verbigenam, quid quod nec Chriſtus verbigena debet appellari cum non ſit verbo genitus:quin potius ipſe ſit verbum genitū: quia generatione interna d'r a patre:& per quod reliqua omnia creata ſunt:dicente ſacra ſcriptura,verbo domini cœli firmati ſunt.Omnia ergo præter vnū Chriſtum ſunt verbigena,i.verbo genita,quandoquidem a gigno compoſita illo modo ſignificant:terrigena ex terra genitus,martigena ex marte genitus.Iunonigena ex iunone genitus,ex proportione igitur verbigena verbo genitus:quod de Chriſto an recte dicatur iſti viderint:quibus non magis aſſentior q̄ Prudentio qui in ode ante cibum ſcripſit:o crucifer bone omnipotens pie verbigena.quod ipſe quoq; in hymno natalis Chriſti interpretatur dicens.Ex ore quamlibet patris ſis ortus & verbo æditus:inueniuntur quædam ex his nominibus neutro generi adiuncta:vt quod paulo ante diximus omnia verbigena,ſed figurate:vel potius q. antiquiores huiuſmodi nomina per tres terminationes,& tria genera declinabant. Pacuuius.caprigeno generi gradibus greſſio eſt.& Cic.in prognoſticis,caprigeni generis cuſtos.Actius ex taurigeno ſemine ortā fuiſſe.& hac ratione Valerius Maximus in primo libro dixit.duo eiuſdem generis alienigena exempla. ¶ *Neutrum nomen in.e.* Quod nomina latina terminata in.e.generis ſunt neutri,vt hoc mare,cubile,monile,& a nominibus adiectiuis duorum generum communibus ſub hac terminatione.is.vel maſculinorum in.er.fœmininorum in.is,neutra per. e. vt hic hæc breuis & hoc breue,hic alacer,hæc alacris,hoc alacre.vel hic & hæc alacris hoc alacre. Græca tamen generis ſunt fœminini,vt hic libye.es.ſynechdoche.es,pentecoſte.es.Nerine.es. ¶ *Vnum nomen in.i.* .ſ. nomina in.i.deſinentia generis ſunt neutri,quamq̄ Priſcianū ſecuti vnum tantum poſuimus hoc gummi.Pli.lib.xiij.gummi optimum eſſe ex ægyptia ſpina conuenit,vermiculatum purum,deterius ex amygdalis amaris,peſſimum ex prunis.Colu.libro.xiij.de re ruſti.genere fœminino eſt vſus ſub terminatione.is.ſatius eſſe inquit noua dolia gummis liquida perlinere,& infra ferias craſſa gummis linerūt: & iterum talis materies:qualis eſt gummis.Eodem modo ſinapi generi neutro poſuit Phocas.vnde Serenus.ſæpius ergo decet mordax haurire ſinapi:atq; in hunc modum ſemper vſus eſt Cornelius celſus.Reperitur tamen & ſinapis genere fœminino.Plau.in pſeu.teritur ſinapis ſcelerata.& Columel.ſeq; laceſſenti fletum factura ſinapis.a mi quoq; moly,meli,& quædam alia nomina peregrina ſub hac terminatione in genere neutro reperiuntur plata.Pli.lib.xx.eſt cumino ſimillimum: quod græci vocant ami.quidam vero Aethiopicum cuminum.Vergi.in priape.quem cur moly vocant:mentula moly fuit. meli quoq; quod mel interpretatur:huius gñis eſt:ſed non repitur apud nos niſi in compoſitione.vt melilotos.melimelum. Nihili vero & huiuſmodi.huiuſcemodi genitiui ſunt caſus,ab eo qd' eſt nihilū & modus:quēadmodū frugi & mancipi datiui:ab eo qd' eſt fruges & māceps,vnde apd' Plautū ſæpe legimus.eſt vir bonæ frugi.Ergo hæc nomina non ſunt cōia trium generū:vt dixit Phocas.ſed quēadmodū Priſcia.obliqui caſus figurate cū oibus caſibus adiuncti. ¶ *O finita.* .ſ. nomina in.o.deſinētia gñis ſunt maſculini,vt hic ſermo,hiſtrio.vnio p gemma vel margarita potius grādiori. nā p vnitate ſi vſitatū repiretur.gñis eſſet fœminini,ergo addidit gemma,vt ſignificaret lapillum rem corpoream. Sed autore Phoca.ſ. ante.o.habētia q̄ rem incorporeā ſignificāt:gñis ſunt fœminini.vt hæc religio.rebellio.talio,pduellio.& q̄ dñr verbalia.vt lectio.auditio. Caro quoq; gñis eſt fœminini:quoniā antiquiores hæc carnis declinabāt. Liuius in odyſſea:carnis ait:vinumq; quod libant.Liuius.xxvij.ab vrbe con.carnis quæ dari debet data non fuerat. Cœnatio præterea.i.locus vbi cœnamus & ſi rem corpoream ſignificat,nihilominus tamen gñis eſt fœminini,Mar.mica vocor.quid ſim [illegible] nis.cœnatio parua. Portio quoq; quādo rei corporeæ pars eſt,corpus ſignificat,tñ ſemp eſt gñis fœminini:ſuperioribus [illegible]am annumerātur deſinentia in.do.vel in.go.vt hæc albedo.fortitudo,formido.farrago.fuligo.virgo.quam nemo [illegible] apud autores idoneos legit maſculino genere:etiam ſi de Ioanne euangeliſta noſtri dicant:q. illi virgini Chriſtus virginem matrem commendauit. Ab hac exceptoria regula rurſus excipiuntur pauca nomina:quæ duobus verſibus cōtinentur,quoniam generis ſunt maſculini vt hic prædo.&c.ordo.inis.pedo.onis.ideſt qui pedes habet grandiores.comedo.onis.qui nimium comedit, ſpado.onis.vdo.onis.Mart.in diſticho,cuius titul' eſt vdones Cilices:& in digeſtis titulo de auro & argēto legato.l.argumēto.alia inqt eſt cauſa vdonū,qui vſus.calciamentorū præſtant. Cardo.inis.cerdo.onis.Cudo.onis. Silius libro. viij. punico. Spicula bina gerunt capiti cudone ferino.capitis eſt armamentum ex corio.Burdo.onis.etiam his iungitur.vt digeſtis titulo de legatis.iij.l.item legato.ſellæ inquit vel burdones.iiij.quoq; regum libro,capi.v.harpago.onis. Liui.xxx.ab vrbe con.aſſeres ferreo vnco præfixos harpagonas vocant milites.Plautus,noui ego hos harpagones.mango.onis,ligo.onis.

Compoſitum a verbis eſto commune duorum.
Neutrum nomen in.e.Muliebria ſint tibi græca.
Vnum nomen in.i.ſed neutrum dicito gummi.
O.finita dabis maribus:velut vnio gemma.
Fœmineis iunges per.io.nec habentia corpus.
Additur atq; caro:cœnatio:portio:quodq;
Deſinit in.do.go.Tamē hæc ſunt maſcula pdo.
Ordo:pedo:comedo:ſpado:vdo:cardoq; cerdo.
Et cudo,burdoq;.harpago:mangoq;:ligoq;.

# LIBER PRIMVS

Ad duo cõmunis homo nemo iunge latronem.
Eſt cõmune trium præſto, quod ſum comitatur.
Neutrum nomen in.u.cornu eſt proteſte geluq;.
C.D.neutra dabis.reperis tamen hæc quoq; raro.
Al.neutrum penes.tamen hic ſal debet habere.
Et duo ſunt neutris cum melle fel annumeranda.
Nihil eſt neutrum, vigil & pugil eſto duorum.
Solus in;ol.eſt ſol.Hic conſul dicitur eſſe.
Sed tamen ad duo ſunt cõmunia preſul & exul.

¶ Ad duo cõmunis homo,q. hæc tria nomina.homo.inis.nemo.inis.latro.onis.cõmunia ſunt duorũ generum.Verg.i.æñ. Nec vox hoiem ſonat,o dea certe.Terentius in andria,hoc ego ſcio vnum:neminem peperiſſe hic. Titinius,quod rogas neminem decet bonam. Latro quoq; a neotericis cõmunis duorũ generũ ponitur:cum apud idoneos autores nunq̃ fœminino genere reperiatur,ſicut nec leo:quãq̃ dicat Seruius eſſe cõmune duorum generũ,& fullo cum eodem autore nõ mittat fœminenum in.a.niſi ſit vſurpatum. Nec diſſimulandus eſt in hoc loco circulus:quem frater vnum.Phocã grãmatici oẽs fecerunt:in genere ſupponentes declinationẽ,& in declinatione genus.Nam quemodo reliqui omnes grãmatici precepta tradiderunt:nunq̃ omni ſcire poterimus nomina in.do.vel in.go.deſinentia cuius ſint generis,aut quẽadmodũ mittãt genitiuũ. Eſt commune trium præſto,q. hoc nomen indeclinabile præſto cõmune eſt trium generum,& ſemper iungitur huic verbo ſum es fui.vt præſto ſum,præſto fui.pro præſens ſum præſens fui.Cicero in epiſtolis ad Appiũ.Fabius legatus mihi præſto fuit, reperitur etiam præſto eſt,pro efficax eſt.vt Celſus lib.vi.neq; medicamentum præſto eſt.i.præſens & efficax.Pſeudo propterea non poſuimus:qui nuſq̃ eſt niſi in cõpoſitione.vt pſeudo prophetes.pſeudoſtomos:pſeudographia.¶ Neutrum nomen in.u.q. nomina in.u.deſinentia generis ſunt neutri,vt hoc cornu,veru,pecu,gelu,penu,tonitru. Ouid.ix.meta.rigidum fera dextera cornu dũ tenet.declinatur quoq; hic cornus.us.genere maſculino. Luca in.vii.cornus tibi cura ſiniſtri. Celſus.lib.vi.ceruini cornus combuſti.& paulopoſt,quia cornum habet.Plinius quoq; multis in locis hoc genere declinationis eſt vſus. Dicimus quoq; hoc pecu,& hoc pecus.oris. Pli.lib.viii.natura.hiſto.equinoctio verno & cetera pecua admittitur,ab eo quod eſt pecu dixit pecua.hoc gelu,& hic gelus.Lucre.lib.vii.quia ſaue gelus quod continet in ſe mittit. Actius in prometheo,profuſus flammine hiberno gelus.Hoc genu & hoc genus.i. Verg.i.æñ.nuda genu nodoq; ſinus collecta fluentes. Idem in.v.genua ægra trahentem.Cicero in Ara.iam dextrũ genus & decoratã lumine ſuram.Idem in eodẽ.tertia ſub cauda ad genus ipſum lumina pandit,ac rurſus ibidem,ac propter leuũ genus omni ex parte locata.Hoc tonitru & hic tonitrus.Pli.lib.xxxvi.tonitru intus terribile exiſtat.Ouid.i.meta.humanas motura & tonitrua mentes. Idem.i.de triſtibus,hoc mihi nõ ouium fibræ tonitrus ve ſiniſtri.Silius.libro.xii.puni.fulminaq; & tonitrus & nymbos concutit aer. ¶ C.D.neutra dabis,q. nomina deſinentia in.c.vel in.d.generis ſunt neutri.vt hoc lac.halec.aliud.qđ.quid & de pronominibus id.illud,iſtud.nec alia fere inuenies. Antiquiores tamen hoc lacte lactis declinabant,a quo videtur abſciſſum fuiſſe lac.Plau.in menechmis,neq; lacte eſt lacti (mihi crede) vſq̃ ſimilius,hæc lactis,aliud ſignificat,eſt enim inteſtinum:per qđ labitur cibus.Titinius,craticula.cerebellum:lactis agnina,ſed magis vtimur in plurali.Pli.lib.xi.a ventriculo lactes in homine & oue:per quas labitur cibus. Põpeius.oro te per lactes tuas.¶ Halec quoq; & hæc halecis poſſe declinari Priſc. autoritate Probi grammatici confirmat,id quod & nos fatemur:ſed quod vtrumq; putat nomen eſſe piſcis:nos aſſeuerate negamus.cum halex piſcis ſit, ex quo ſale macerato exudat ſanies:qua vtebantur pro ſalſamento, quod dicebatur halec,ſed de piſce.Mar.halecem,ſed quam protinus illa voret.Cato de re ruſt.vbi oleæ comeſæ erunt,halecẽ dato. Colume. diminutiuo vſus eſt dicẽs:in eſcam piſciũ præberi conuenit halecula putremq; ſardinam.& paulopoſt.haleculam (inquit) modo captam.Theodo.in lib.de animal.halecẽ interpretatur menã.Halec vero pro ſalſamento poſuit Hora.in.i.ſer.ſiler. halec fæcula coa. & in.ii.ego fæcem cogitare primus & halec.Halex quoq; genere fœminino poſuit Pli.lib.ix.Mar.apicius inquit:e iecore mulorum halecẽ excogitare prouocauit:cuius nominatiuus non eſt halecis.vt Priſc. putauit:ſed halex.vt Pli.lib.xxxi.vnguium ſcabriciã tollit halex.& ibidem vitium gari eſt halex imperfecta nec colata fæx.¶ Al neutrum penes,q. nomina in al.deſinentia generis ſunt neutri,vt hoc tribunal,ceruical,vectigal,animal,lupercal. Vnũ tñ reperitur generis maſculini.hic ſal.Pli.lib.xxxi.aiunt dentes non erodi nec putreſcere:ſi quis cotidie mane ieiunus ſalẽ contineat:donec liqueſcat.Saluſ.in iugur.nec ſalem.nec alia irritamenta gulæ quærebant,& illud Teren.in eunu. qui habet ſalem quod in te eſt.i.quæ res Antiquiſſimi tñ & iuniores neutro genere protulerunt.vt Affra.quicquid loquimur ſal merum eſt.Sere.ſal niueum ſumes,beticum quod nomine dicunt.Et lucas.Hierony.interprete:bonum ſal eſt.& Auguſt. quod ſi ſal infatu- -um fuerit. ¶ Et duo ſunt neutris,q. in el.duo tantum reperiuntur nomina generis neutri.hoc mel hoc fel.¶ Nil- -hil eſt neutrum.q. hoc nomen nihil atq; ab eo abciſſum nil.generis ſunt neutri. Vigil & pugil cõmunia duorum gener- - ex ratione ſignificationis.& ſi Phocas & Priſci.pugilem ſub genere tantum maſculino poſuerunt. Auguſt.in libell.de grammatica in.l.littera nominatiuus exiens in communibus vigil & pugil. affertq; illud Terentius in eunu.ſi qua pauloeſt habitior,pugilem eſſe aiunt.nam & fœminas pugillatu exerceri ſolitas Iuue.oſtendit in.ii.ſatyra.luctantur paucæ,comedunt coliphia paucæ.& in.vi.Aſpice quo fremitu monſtratos pferat ictus,& quãto galea curuetur põdere,& pſequitur.Mugil.ilis.& mugilis,lis.declinatur. Phocas mugil declinat.vt Pli.lib.ix.natu. hiſt.mugil & lupus mutuo odio flagrant.Iuue.quoſdam mœchos & mugilis intrat. Sil.neutro genere pigmenti genus eſt.de quo multa Pli.lib.xxxiii.ſil.(inq̃t) ceruleũ.ſil proprie limus eſt.¶ Solus in.ol.eſt,q. in.ol. vnũ tantũ eſt maſculinũ: vt hic ſol. Vnũ quoq; eiuſdẽ gñis in.ul.vt hic conſul.& quod Ennius apud nonium dixit mortalẽ ſummũ fortuna repente reddit ſummo regno famul vt optim9 eſſet,p famulus.dixit,ea nãq; dignitas virorum tantũ fuit. ¶ Preſul tñ & exul cõia ſunt duorũ gñrũ.Mac.i.ſatur.lunã qa corporũ preſul ẽ.Sed Sedul9 in paſch.etiam neutro iũgit,ligno preſul dicẽs.

Sit commune trium tibi nequam.nec variatur.
Vm,neutris iunges.exemplo ſit tibi templum,
Græcũ nomẽ in.an.& in in.ſit ſemper:& eſt mas.
En dabitur neutris.ſed ſunto maſcula lichen.
R en:ſplen:atq; lyen:attagen:cũ pectine flamen.
Addis hymen.& qđ cano cõponit tibi nomen.
Nomen in.on.græcũ tibi ſit:maribuſq; repones.
Ex his pauca tamen ſunt fœmineis adhibenda.
Eſt neutrum:quod non declinat tertia:nomen.
Nomen in.ar.neutrum:ſed par tria debet habere,
Er.finita tibi ſunt maſcula.Neutra tamen ſunt

¶ Sit commune trium neq̃.q. in.am.unum tantum reperitur:quod eſt trium generum & eſt indeclinabile:quod ipſum argumento eſt nullum nomen in.am terminatum poſſe declinari. ¶ Vm.neutris iunges.q. in.um.deſinentia generis ſunt neutri vt hoc templum.regnum.donum.bellum.tectum. ¶ Græcum nomen in.an.& in.in.q. nomina in.an.& in.in.deſinẽtia omnia ſunt generis maſculini.vt hic pean.acarnan.delphin.Pean igitur ꝓ phœbo manifeſtum eſt generis eſſe maſculini. Sed & ꝓ hymno Apollinis eiuſdem generis eſt.Verg.in.vi.Lætumq; choro pæana canentes, & Sili. herculeum pæana canunt. Acarnam ꝓ populo epirotarum.Ver. v. æñ.quorum vnꝰ acarnan.Delphin q & delphis & frequentiꝰ delphinꝰ d'r. Perſi.& cæruleum dirimebat nerea delphin.Auien.in.ara.tum curuꝰ caudam ſubit inter ſydera delphis. Iuue.q̃tum delphinis balæna Britãnica maior. ¶ En dabitur neutris.q. nomina terminata in.en. generis ſunt neutri.vt hoc fulmen.flumen.nomen. ſemen.gluten.munimen.ſolamen. Maſculina tamẽ ſunt hic lichen.Mart.lib.xi.nec triſte mentum ſordidiue lichenes.interpretatur autem impetigo.Pli.lib.xx.impetiginem inq̄t & ſcabiem:quam pſoram & lichenem vocant. Vtitur quoq; hoc nomine Hippocrates in aphoriſmis & Galenꝰ multis in locis. Hic ren. Cel.lib.iiij. renes diuerſi q̃ lumbis ſub imis coxis inhærẽt a parte earũ reſimi.d'r quoq; hic rien:teſtibꝰ Phoca. & Priſ. Hic ſplen,hic lyen vel lyenis. Cel.lib.iiij.lyen ſub ipſo ſepto a ſiniſtra parte. & ibidem at lyenis vbi effectꝰ eſt. Attagen auis:q̃ & attagena d'r. Hor. in Epodo.non attagẽ ionicꝰ iucũdior. Mart.cõq; duobꝰ attagenam.in diſtichis ionicarũ guſtꝰ attagenarũ.attage. es. Hiero. in epiſtolis.tu attagen ructas. Pecten. ꝓ piſce & pube & inſtrumento quo lana & capilli pectũtur:ſub gñe maſculino poſuerũt oẽs grammatici. Pli. in.ix.pectines in mari ex eodem gñe habentur reconditi,& ipſi in magnis frigoribꝰ Seruiꝰ in illud Verg.in.vi.æñ. iam pectine pulſat eburno.pecten ꝓ plectro gñis eſſe neutri dicit. Nam qđ Iuuena.in.vi.ſatyra dixit,inguina tradũtur medicis iam pectine nigro. ꝓ pube.d'r.Verg.in.vij.æñ.arguto tenues percurrens pectine telas ꝓ inſtrumento textorio:non poteſt diſtingui genꝰ cum eadem ſit terminatio maſculini & neutri in abltõ ſecũdæ declinatiõis. Flamen ꝓ ſacerdote maſculo. Sueto.in Ceſare:flamen dialis deſtinatꝰ:nam ꝓ fœmina flaminica vel flaminia dicimꝰ. Flamen vero ꝓ vento gñis eſt neutri. Cice.in ara.inferior paulo eſt aries & flamen ad auſtri. Hymen ꝓ deo nuptiarũ præſide:gñis eſſe maſculini vel ex ſignificatiõe gñali poteſt intelligi.eiuſdem quoq; gñis eſt ꝓ tenui illa membrana qua infantes aliq̃ñ naſcuntur inuoluti. pro mẽbrana etiã poſuit Ariſt.in.ij.lib.de aĩa. Et qđ cano componit.q. ab hoc verbo cano.is.compoſita ſub hac terminatione maſculina ſunt:quia omnia mittũt fœmininũ per.a.vt hic tubicen,hæc tubicina,tibijcen,tibijcina,fidicen,fidicina, lyricẽ, lyricina.ſiticen,ſiticina,oſcen quoq; oſcinis ex ꝓportiõe oſcina mittet fœmininũ.Hora.in car.oſcinen coruũ prece ſuſcitabo ſolis ab ortu. ¶ Nomen in.on.græcũ.q. nomina in.on.deſinẽtia græca ſunt omnia gñis maſculini,vt hic canõ, dæmõ, daphnon,platanõ,lacõ,horizõ.biſon.Pli.li.xxxiiij.q̃ canona artifices vocãt lineamẽta artis ex eo petẽtes. Plinius iunior in epiſtolis,quid platanon opaciſſimus. Mart.daphnonas platanas & aerias cypariſſos. Idem, cæſus matre iubente lacon, cuius fœmininum eſt lacena. Iginius horizon circulus appellatur is:qui terminat ea q̃ perſpici, aut videri non poſſunt. Martia.eſſerunt illi bubalus atq; biſon.Pli.lib.viij.inſignia boum ferarum genera biſontes iubatos. Vnum tamen ſub hac terminatione reperitur fœmininũ ſindon.onis.nam vrbiũ nomina vt babylon,calydon,pleuron ad vrbiũ regulam generalem referenda ſunt.Barbiton vero gñis eſt tantum neutri,barbitos fœminini,quare apđ Oui.in epiſtola Sapphus legendum:nõ facit ad lachrymas barbitos vlla meas,non barbiton.Sindon generis eſſe fœminini Mart.lib.xi. demõſtrat cum dicit:quo tu quolibet ocioſe tendis cultus ſindone non cotidiana, & illud ex Euangel.Matth.xxvij.inuoluit eũ in ſindone mũda. Sydon vero vrbis nomen ad regulam generalem referẽdum eſt. Luca.in.iij.precioſaq; murice ſydon. Pythõ ſerpẽtis quem Apollo occidit nomen,plerumq; generis maſculini,vt Oui.i.met.Strauit & innumeris tumidum pythona ſagittis,tamen genere fœminino dixit Tibullus vbi delphica python. ¶ Eſt neutrum qđ.Cũ nomina in.on.deſinentia aut ſint ſecũdæ declinatiõis:aut tertiæ,aut indeclinabilia:& (quẽadmodũ diximꝰ) tertiæ declinatiõis nominatiua omnia ſint maſculina præterq̃ ſindon:reliquum eſt,vt ſecundæ declinationis omnia ſint neutra,vt hoc ilion,epitheton,antitheton. Verg. ij.æñ.cecidit:q; ſuperbum ilion:quod etiam ſub alia terminatione fœmininum reperitur,vt apud Ou[illegible] ſed mihi quid pdeſt veſtris diſiecta lacertis ilios,& quæ noſtri non ſunt auſi declinare,generis ſunt neutri,vt diapa[illegible],diateſſaron,diſpendion. ¶ Nomen in.ar.q. nomina in.ar.deſinentia generis ſunt neutri,vt hoc puluinar,nectar,[illegible]rcular,inſtar, laquear, lacunar,iubar,quod Ennius apud Priſ.maſculino genere protulit dicens, interea fugit albus iubar hyperionis curſum. Lar quoq; pro domo per metonymiã (vt diximus) generis eſt eiuſdem, cuius & deus. Par vero & ab eo compoſita compar,impar,diſpar,ſuppar,ſepar,ex ratione ſignificationis communia ſunt triũ generum. Reperitur quoq; par ſubſtantiuũ in gñe neutro. Luca.in.vi.parq; ſuum videre dei,& Hora.ij.ſer. Ludere par impar:equitare in arundine longa. Hepar græcum eſt:qđ ad nos nõ ptinet. ¶ Er.finita tibi,q. noĩa in.er.deſinẽtia gñis ſunt maſculini,ſiue illa ſint ſecundæ ſiue tertiæ declinatiõis:vt puer,eri.magiſter.tri.anſer.is.peſſer.is. Veſper.is.nuſq̃ enĩ q.(ego ſciã) gñe neutro reperitur:qđ plerique ex iunioribꝰ grãmaticis dixerũt.Verg.i.geor.deniq; qd veſp ſerus vehat. Idẽ in.iij.cũ frigidꝰ aera veſp tẽperat. Vale. Flaccꝰ.iiij.argo.iã frigidus æthera veſp. Idẽ l.vij. Te quoq; theſſalico iã ſerus ab æthere veſp. Neutra v̄o ſũt,q̃ hic digeſſit.

Spinther:iter:ruder:laſſer:piper:atq; papauer,
Et cum vere ſiſer:vber;cicer:adde cadauer.
Zinziber:& tuber:cũ matre reponito linther.
Cõmune eſt pauper cũ pubere:degener:vber.
Ir.maribus iunges;hir:gadir:ſint tibi neutra.
Maſcula ſunt & in.or.Muliebris ponitur arbor.
Neutra dabis tñ cor;ador;cunq; ęq̃re marmor.
Collatiua duplex retinet gen9,et mẽor:& autor
Et quod componit corpuſq;:colorq;:decuſq;.
Vr.neutrale dabis.Sed maſcula ſint tibi quinq;.
Turtur;auis;piſcis;vultur;ſatur;aſtur;& anxur.

¶ Spinther.eris,qđ fibulam ſiue armillam in mundo muliebri ſignificat.Plau.in Menech.iubeas ſpinther nouum reconciliarier,& ibidẽ ſpĩther nouũ nunq̃ repies.Pro cognomẽto tamẽ Lentuli ſpintheris Romani ciuis ex ſignificatione gñis eſt maſculini. Iter.quod etiã itiner d'r ab antiquioribus.Manilius.i.aſtronomicon Fecit & ignotis itiner cõmertia terris. Ruder:qđ freq̃ntius rudus.eris,declinatur:nã ruder adhuc nõ legi præterq̃ apud grãmaticos. Laſſer.eris.Pli.li.xix.laſſer picium inqt: qđ græci ſilphiũ vocãt in Cyrenaica prouincia reptum,cuius ſuccum vocãt laſſer. Et in libris digeſtorum de pe.lega.l.nõ omne,piper lyguſticũ,& carreum,& laſſer. Papauer.eris. Piper.eris.ver veris.ſiſer.eris.radix eſt edulis : quã Pli.lib. xx. etiã gñe maſculino protulit:nemo inquit tres ſiſeres poſſit edere,alibi eodẽ in li. ſiſer erraticũ ſatiuo ſimile eſt effectu, & Colu.Iam ſiſer aſſyrio venit quæ ſemine radix. Vber pro mamma & p nimia agri fertilitate.Hora.i.quodq; aliena capella gerat diſtẽtius vber.Verg.in.vij.æñ. Non vobis rege latino diuitis vber agri Troiæ ve opulẽtia deerit. Cicer.eris. Perſius. cicer ingere large rixanti populo. Cadauer.eris. ¶ Zinziber.eris.hanc alij gingiberim. Pli.lib.xij.gingiberim appellat. Tuber p terræ callo. ſic Pli.li.xix.appellat,vbi dicit.Lærtio licinio accidiſſe vt mordẽti tuber deprehenſus inde denarius primos dẽtes inflecteret.Pro tumore quoq; Oui.x.meta.Immodico ꝓdibãt tubere tali.& Hora.i.ſer. Qui ne tuberibus proprijs offendat amicũ poſtulet:ignoſcet verrucis illius,nam p re tumida:& p arbore ad regulas gñales recurrẽdum eſt,pro illi9 arboris pomo.Mart.gñe fœminino vſus eſt dicẽs,et vernæ tuberes:q tibi cũ libycis. Sueto. tñ maſculino,niſi in alterutro mendũ eſt.Ait nãq; in Domitiano:cũ oblatos tuberes ſeruare iuſſiſſet in craſtinũ. Cũ matre reponito lynther.ac ſi dicat q. lynther gñis eſt fœminini:queẽadmodũ & mater,ſed mater rõe ſignatiõis:lynther rõe terminatiõis.Liuius.vi.ad vrbe iã in altũ expulſa lynthre. Cõe eſt pauper, q. quattuor hec nõia pauper.puber.degener.vber cõia ſunt duorũ gñerũ:tametſi figurate poſſunt etiã neutris in obliquis maxime iungi.Verg.in buc.pauperis & tuguri cõgeſtũ ceſpite culmẽ.& vi.æñ. Curibus paruis & paupe regno. Idẽ.iiij.æñ.de generes aĩos timor arguit.Luca.in.i.de generẽ patiere togã. Puber.eris.ſic enim iubet Cæſar declinare in lib.de analog.cũ ꝓbus pubis.eris.declinet.Vber.eris.Lucr.in.vi.Sequr grauis imber & vber. Cato in origiu.ib9.res vber fuit,anteq̃ vaſtaſſent regiões. Idẽ quoq; de tubere dicẽdũ.¶ Ir.maribus iũges,q. nõia in.ir.deſinẽtia gñis ſunt maſculini,vt hic vir.treuir.& in.yr.p.y.pſilõ.vnũ repitur hic martyr,& ab eo cõpoſitũ ꝓtomartyr,quæ apđ græcos tãtũ gñis ſunt maſculini,noſtri tñ eo quaſi duorũ gñerũ cõi vtũtur.Abadir ſiue ſit deus:ſiue lapis ille quẽ Saturn9 dicitur deuoraſſe:ad regulã gñalẽm deferẽdus eſt. Duo tñ repiũtur neutra hoc hir & gadir,qđ neutro gñe ꝓtulit Saluſt.ij. hiſto.tarteſſum inquit ciuitatẽ quã nũc Tyrij mutato nõie gadir hñt.¶ Maſcula ſunt & in.or.q. nõia in.or deſinẽtia gñis ſunt maſculini,vt hic amor,dolor.timor.color. Arbor tñ eſt fœmininũ, quæ etiã hæc arbos.oris.declinatur. Verg.ij.geor. Herculeæq; arbores vmbroſa coronæ.ſic & plura ex maſculinis.vt vapos,colos,labos,p vapor,color,labor. Soror præterea & vxor ex ſignatiõe fœminina ſunt.Quattuor vero hæc nõia cor,ador,æquor,et mamor neutra ſunt.¶ Collatiua tñ.i. cõparatiua.nã cõferre cõparare ẽ.Diciq; qđ collatiua ſub hac terminatiõe cõia ſũt duorũ gñerũ.nã neutrũ terminationẽ hẽt ꝓpriã in.us.vt.hic & hæc nobilior & hoc nobilius.Antiq̃ores etiã gñi neutro terminationẽ in.or.iũxerũt.Valeri9 antias. Prior bellũ qđ cũ his geſtũ erat. Idẽ,cõmemorãt Graccho fœdus prior nõ eſſe ſeruãdũ.Senior.Priſcia.dicit tãtũ gñis eſſe maſculini,cũ etiã Cornelius celſus in quĩto,quaſi in cõparatiuo dixerit:corpora ſeniora tentãtur.& Pli.xi.natural.hiſto. de apibus dixerit,ſeniores intus operãtur,q flores cõportãt prioribus pedibus:nihil ergo ꝓhibet ſenior gñis eſſe cõis duorũ cũ præſertim ſenex etiã fœminino gñe ſit reptũ apud Varro.His addũtur memor.& autor.qđ vnũ cũ videatur verbalis formã habere, fœmininũ pleruq; repitur.Verg.xij.æñ.autor ego audẽdi.Macro.vij.ſatur.natura huius fabricæ autor & nutrix. Neutro etiã iũxit Luca.i.v.Italiã ſi cœlo autore recuſas.& Verg.x.æñ.dicẽs.Italiã petijt fatis autoribus eſto,quẽadmodũ & memor.Idẽ.iiij.æñ.ſi nõ qđ æquo fœdere amãtes curæ numẽ habet iuſtũ memorq; precatur.& in.ix.nulla dies vnq̃ memori vos eximet æuo:ſed figurate ſic iungi.Priſ.in.vij.dicit.Cõpoſita quoq; a corpore & colore & decore duorũ gñerũ cõia repeniũtur,vt diſcolor,cõcolor,decolor,bicolor.Ouid.etiã neutro cõiunxit.iij.elegia,diſcolor agmẽ equis.A. Gell.li vj. noct.atti,tunica mil[illegible]ri indut9 & pallio verſicolore.A corpe tricorpor fecit Verg.in.vi.& forma tricorporis vmbræ.A decore quoq; Verg.Idẽ[illegible] & Saluſ.dedecor fecerũt.¶ Vr.neutrale,q. nõia in.vr.deſinẽtia gñis ſunt neutri,vt hoc ſulphur. murmur,qđ maſculinũ[illegible] dit interpres Ioã.vij.murmur mult9 in turba de Chriſto.iecur.fulgur.guttur, qđ etiã maſculio gñe ꝓtulit.Plautus in aulularia,ne obturet gutturẽ inferiorẽ.Maſculina vero ſunt hæc quinq;.Turtur.p aue.Ouid.ij.elegi. tu tñ æñ alias turtur amice dole. Idẽ in epla ſapphus, & niger a viridi turtur amatur aue.Plau.quoq; tibi ab iſtos turtures dixit.Iuue.cariturus turture magno mulorumq; iubis.Neq; audiẽdus eſt Seruius:q dixit poſſe eſſe gñis fœminini turtur, qđ ꝓbare nititur carmĩe illo Ver.in buc.nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo:cũ aeria ex rõe carminis aptius vlmo q̃ turturi iungatur,quaſi nõ aerius p altus freqũtius repiatur,q̃ qđ ille vult,p aerij coloris.vt Verg.in buc.Aerij ſpecula de mõtis in vndas,Idẽ.iij.æñ.aeriæ quercus:aut coniferæ cypariſſi.& Mar.daphnonas.platononas & aerias cypariſſos.Sed turtur pro piſce apđ vnũ tãtũ ex ĩq autoritatẽ hñt Ambro.in.hexame.legitur,atq; hõi in gñe tãtũ fœminino deceptus eſt ex eo q. in baſilio vñ opus illđ interpretatus eſt:trygõ legitur,qđ apđ græcos tñ piſcẽ,tñ auẽ ſignificat,apđ latinos tñ nuſq̃ legitur turtur pro piſce,ſed paſtinaca,neq; eſt quã vulgus opinatur trutta,ſed ex gñe piſciũ planorum & cartilagineorũ.

*Vultur quoq; qui & vulturi⁹ & vulturis ab antiquiorib⁹ eſt appellatus. Catullus lingua exerta audio ſit data vulturio. Idē ſuſcitat a cano vulturiū capite. Enni⁹ apud Priſ. vulturis in ſiluis miſerū mādebat homonē. Satur ture. ſatur eſt cum dicit Horati⁹ ohe. cui⁹ fœmininū ſatura et neutrū ſaturū eſt. Terē. in eeyra. ſed tu cū ſatura atq; ebria eris. puer vt ſatur ſit facito. Aſtur. Lu. in iiij. erat impiger aſtur. Silius .i. punico. Aſtur auarus viſcerib⁹ laceræ telluris veſcitur imis. genus vero fœmineū ad poſſeſſiuū potius eſt referendū. vt idē lib. xvi. Leli⁹ aſturcica rapidos de gente iugales. Anxur Mar. vi. epigrā. fluctus paſſeris aut ſuperbus anxur. Idē alio loco. cādidus anxur aquis. qd' etiā neutro gñe poſuit. Hora. in .i. ſer. impoſitum ſaxis late cādentibus anxur. vtrūq; p oppido ponitur. nam cū anxur iouem imberbē ſignificat ex ratiōe ſignificatiōis maſculinum erit. Furfur poſuit Serenus in gñe maſculino numeri ſingularis dicēs. Addit exceſſus niuea ſimilagine furfur. plerumq; tñ in numero multitudinis furfur legimus: atq; ideo inter pluralem numerū tantū būtia poſuimus.*

· Communis gñis tria ſunto fur; lygur: & augur.
Fœmineum pones qd' in. as. finitur: vt æſtas.
Sed iunges marib⁹ as aſſis: vas vadis: & mas.
Neutra tamen dices vas vaſis: faſq;. nefaſq;.
Sit cōmune trium nomē gentile; dabuntur
Partim fœminea tibi: partim maſcula græca.
Eſto nomen in. es. muliebre. Virilia ſunto
Limes; pes; fomes; termes; cum palmite trames.
Et gurges; merges; verres; cum poplite magnes.

*¶ Cōmunis gñis duorum tria reperiuntur. Fur. Hora. Iulius & fragilis Pediacia fur. q; Voran⁹: fœmininū nō facile repias. Lygur, q' etiā lygus declinatur Luca. in .i. et nunc tonſe lygur qñ p colla decora. Saluſtius in iugurthā. forte quidā lygus ex cohortibus auxiliarijs. Verg. xi. æn. Vane lygus fruſtraq; animis elate ſupbis. Perſi. mihi nunc lygus ora intepet. Salu. ij. hiſt. Corſa nomeq; lygus mulier. Augur cū nomen dignitatis eſt. ad uiros tantū ptinet: quorū fuit Romæ collegiū: cum vero officiū augurādi ſignificat: cōe eſt duorum. Ver. iiij. æn. nūc augur apollo: nūc lyciæ ſortis. Venerē quoq; dixerimus augurē. cum in .i. æn. ipſa dicit: in fruſtra augurium uani docuere parentes. ¶ Fœmineum pones quod in. as. q; nomina in. as. deſinentia gñis ſunt fœminini, vt hec ætas, bonitas, pietas, pbitas, autoritas, honeſtas. Maſculina vero ſunt, as, aſſis. Priſcianus de ponderibus, ſiue aſſi ex quo quod capimus perhibemur habere. Vas vadis. Cice. iij. officiorum. vas factus eſt alter alterius ſiſtendi. idem .v. thuſcu. cum alterum vadem mortis accepiſſem, fœmineum vero nuſquā reperitur: ppterea q; fœminis iure interdictum eſt vadimonium: figurate tamen poſſumus dicere fœmina non poteſt eſſe vas, ſicut neq; conſul neq; pretor nec ædilis. Mas maris, quod ratione ſignificationis ſolis conuenit maſculis, nam fœminæ ſimiles maribus maſculæ potius dicuntur, ut apud Horatiū. temperat alcei muſam pede maſcula ſappho. Neutra uero ſunt tria. vas uaſis. vt Hora. ſyncerum eſt niſi vas. Fas & ab eo compoſitum nefas. Verg. .i. georgi. quippe ubi fas verſum atq; nefas tot bella per orbem. Sit commune trium, q; nomina gentilia communia ſunt trium generum, ut hic & hæc & hoc arpinas, priuernas, ſarſinas, caſinas, toloſas, capenas. Iuue. arpinas alius uolſcorum in monte ſolebat. Mar. metamq; lactis ſarſinate de ſilua. unde & Plautus ſarſinas eſt dictus. Liuius xxij. ut ſe in agrum caſinatem ducat. Silius lib. viij. punico. priuernatumq; manipulos. Mar. lib. xij. nec quadra deerat caſti toloſatis. Quod uero Phocas & Priſcianus hæc nomina ſub communi duorum gñe poſuerunt: refelluntur autoritate Cice. qui ſcribens ad Atticum ait, in quo fluxus eſt ad iter arpinas. Idem in alio loco, ut veni in arpinas .i. in agrum arpinatem, nomina enim prediorum ppe aliquod oppidum ex nomine poſſeſſiuo illius oppidi in gñe neutro figurabantur: ut hoc thuſculanum thuſculani, formianum formiani, albanum albani, cumanum cumani, eodem modo hoc arpinas arpinatis: predium iuxta arpinum: ſiue in agro arpinati. Plini⁹ lib. xiiij. priuernatia vina dixit. quemadmodum & Luci. oleū caſſinas, atq; ut in declinatione pnominum diximus, ex horum pportione. Cice. in epiſtolis ad Celium uerba noſtratia dicere nō reformidat. Dabuntur partim fœminea, q; nomina græca partim ſunt maſculina, ut adamas adamantis; elephas elephantis, gigas, antis. arcas. adis. Iuuena. adamas notiſſimus et beronices factus in digito precioſior. Hora. ij. epiſt. larum, ſiue elephas albus vulgi conuerteret ora. Verg. de Euand. non equidem extimui danaum quod ductor & arcas, & omnia nomina quæ ad primam declinationem latinam referuntur, ut tiaras æ. Verg. vij. æn. ſacer q; tiaras, qualis etiam uentorum, ut boreas æ. eteſias æ. cecias. æ. aperctias. æ. Plinius lib. ij. aperctias & boreas dicti, & ibidem perflant diebus quadragita quos eteſias uocant. Gellius lib. ij. eſt etiam uentus quem nomine uocant ceciam, partim ſunt fœminina: ut hec olympias. adis. Helias. adis. monas, adis, decas. adis. ¶ Eſto nomen in. es. q; nomina tertiæ & quintæ declinationis terminata in. es. generis ſunt fœminini, nā ut diximus primæ declinationis omnia ſunt maſculina, ut hec uulpes uulpis, ples plis, ſeges, ſegetis, teges tegetis, res rei. progenies progeniei, ſcabies ſcabiei. Maſculina vero ſunt, quæ hic digeruntur. ¶ Limes limitis. Verg. xij. æneidos. Limes agris poſitus litem ut diſcerneret agris. Pes pedis, cuius compoſita comm[illegible]ia ſunt trium generum, ut hic hæc hoc bipes, tripes, alipes, preterq; vulpes & compes. Fomes. itis. Luca. in. viij. Exci[illegible] validas admota fomite flammas. Termes. itis. Gellius lib. iij. Palmæ termes ex arbore cum fructu auulſus ſpadi[illegible]ur, nam quod Serui⁹ ſcribit in illud Verg. .i. georgico, aut tempeſtiuam ſiluis euertere pinum: importuno tpe arbores cæſæ cito termites faciūt. opinor debere ſcribi tereditēs: cum teredo genus ſit ligni uermis: nam termes ſurculus eſt arboris. Horatius in epodo. germinat & nunq; fallentis termes oliuæ. Palmes palmitis. Gellius libro. xviij. vberrimos, uinum palmites decidit. Trames tramitis. Verg. v. æneidos. Nulli uiſa cito decurrit tramite uirgo. Gurges gurgitis. Idem .i. æn. apparent rari nātes in gurgite uaſto. Merges. itis. qui teſte Seruio in illud Verg. ij. geor. cerealis mergite culmi: manipulus ſpicarum eſt. Verres. is. qui ratione ſexus & geniture maſculini generis eſt. Poples. itis. Luca. in. iij. niſi poplite lapſo vltima curuati procūberet vngula tauri. Magnes magnetis, cum aliis grammaticis cōe duorum poſueramus, nunc uero maſculinum eſſe dicimus: cū g nuſq; fœmininū reperiatur, cū q; etiā tñ fœmininū in magneſſa et magnetis inuiniatur: admodū in fine capitis huius dicetur.*

Et paries,aries,ſtipes,ceſpeſq;ſatelles
Atq; dies;mediuſq; dies pro tempore certo.
Et græcum primę;vel quod dat tertia nomen.
Sed communia ſunt miles,comes,atq; ſupſtes.
Antiſtes,cocles;diues;cumq; hoſpite ſoſpes.
Et pedes;interp̃s;ęques;indiges;hæres; hebeſq;.
Et teres;& præpes;locuples;& perpes;& ales.
Inquies & vates,quod format pes ſedecq;.
Eſt quoq; nomen in.is.muliebre.Sed eſto virile
Corbis & ædilis.faſcis quoq;.piſcis & axis.
Et collis.vermis & callis.follis.& enſis.
Menſis cum vecti. poſtis.glis.fuſtis & anguis.

Paries.etis.Oui.iiij.meta.Fiſſus erat tenui rima,quã duxerat olim,cũ fieret paries. Aries,etis.uõe ſexus & genituræ maſculi ni gñis eſt.Stipes.itis.Verg.in moreto.Paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus.Ceſpes.itis.Perſi.nũc & de ceſpite viuo frãge aliquid.Satelles.itis.Iuue.diruſq; a põte ſatelles. Dies.ei.p ambitu ſolis diurno:& hẽt numerũ multitudinis. vt dies natalicius,dies luſtricus,dies dñicus,nõ natalicia.luſtrica,dñica.Pro tempore uero fœmininũ eſt:& caret plurali.ut lõga dies homini docuit parere leones.Verg.ij.æñ.venit ſumma dies & ineluctabile tẽpus.A die p eo qđ eſt ſolis ambitus diurn9aut latio eius ſup horizõta dicitur meridies:quaſi medius dies eiuſdẽ gñis cũ ĩ eadẽ ſignatiõe accipiatur. Sed po ſuit medius dies p meridies qđ in carmine heroico vix recipĩt.Pli.frequẽtius vtitur medio die q̃ meridie.ut de fõte Cyrenaico,a medio die ad mediã noctẽ aqs feruẽ ti9 toridẽ horis ad mediũ diẽ rigẽtib9.Et græcũ prĩe, q. noia græca p primã vel tertiã declinationẽ latinam inflexa,gñis ſunt maſculini.vt planetes.æ. cometes.æ. priamides.æ.pelides.æ.& vẽtorũ noia.vt apeliotes.æ. & q̃ ſupra nũerauimus:cũ de terminatis in.a.diſſerui mus.Lebes.etis.tapes.etis.cres.etis.Oui.in epiſtola bri ſeidis,addidit & fuluos precioſo ex ære lebetes. Verg. li.x.æñ.arma crateraſq; ſimul pulchroſq; tapetas. Sed excipiũtur etiã in.es.terminata neutri gñis.ut hippoma nes.cacoetes.ſcyllites.myrtites. Iuue. tenet inſanabile multos ſcribẽdi cacoetes.Verg.iij.geor.hinc demũ hippomanes vero qđ noie dicũt paſtores:lẽtũ diſtillat ab inguine virus: hippomanes qđ ſæpe malæ legere nouercæ.Iuue.hippomanes carmẽq; loquar coctũq; venenũ.Pli.li.xxx.in aceto ſcyllite de cocti.& xxxiiij.idẽ.xxxij.ex aceto ſcyllite.Idẽ.lib.xiiij.multa de vino myrtite quõ fiet ex autoritate Catõis.Sed cõia ſunt.q. ncia hic explicata cõia ſunt duorũ generũ,ut hic & hæc Miles.Oui.ij.meta.de Calliſto.miles erat phœbes,nec menalõ attigit vlla gratior hac triuiæ.Comes.itis.Verg.ij.æñ.nec comitẽ hinc aſportare Creuſa.qđ etiã neutris iũgi põt.vt Luc.rerũ nos ſumma ſeq̃tur,impiũq; comes.Supſtes.itis.Oui.i.meta.O ſoror,o cõiux,o fœmina ſola ſupſtes.Etiã neutro idẽ iũxit.iij.elegia. poſt mea mãſurũ fata ſupſtes opus.huic etiã põt annũerari præſtes.itis.Mar.capella.geniũ etiã præſitẽ qđ præſit gerendis oib9vocauerũt.& Macr.i.ſatur.deos præſtites hoĩ naſcẽti quattuor eſſe.ſed a præſtãdo potiuſq̃ a præſidẽdo Saluator Matt. autoritate deductũ videtur.Antiſtes.itis.Cic.i.de ora.virũ q ſit primus eius artis antiſtes.fœmininũ frequẽtius repitur in.a. antiſtia.æ.Cic.in verrẽ.ſacerdotes Cereris atq; illius fani antiſtiæ maiores natu pbatæ.Verg.i Ciri.iſta ve barbarico Cibele antiſtia buxo.Oui.iij.meta.tractiſq; comis antiſtia phœbi.Cocles.itis.qđ rõe ſignatiõis ad vtrũq; ſexũ ptinet.Pli.li.xi.ab ocu lis q altero lumĩe orbi naſcũtur coclites vocãtur. Diues.itis.Verg.carthago diues opũ.iũgitur etiã neutris,vt apud Vale. maxi.in.ij.diues & præpotẽs naturæ regnũ ſeruatũ.Oui.ij.faſto.pietas p diuite grata eſt mũere. Hoſpes.itis.Lu.i.v.hoſpes ĩn externis audiuit curia tectis.cui9 fœminũ etiã ĩ.a.repitur apđ eũdẽ.lib.iij.tũc obtulit hoſpita tellus puppibus acceſſus faci les.Verg.iij.æñ.bellũ o terra hoſpita portas.iũgitur etiã neutris.Hor.i.epla.nãq; deſerta & inhoſpita teſqua credis.Soſpes itis.cuius fœmininũ etiã in.a.exit.Ouid.ij.faſt.de iunone.ſoſpita de lubris creditur aucta nouis.Pedes.itis. Verg.iiij.æñ.cõ greſſus pedes hũc veniẽtẽ cuſpide lõga.Interpres.etis.Verg.iiij.æñ.nũc ioue miſſus ab ipſo interpres diuũ.Eques.itis.qđ cũ nomẽ dignitatis ẽ ad viros tãtũ ptinet,cũ vero inſidẽtẽ equo ſignat:ad fœminas etiã ptinet:ſicut et pedes.itis.Indiges.etis. Ouid.xiiij.meta.quẽ turba quirini nuncupat indigetẽ.Hæres.dis.cuius ſignationẽ manifeſtũ eſt vtriq; ſexui cõpetere.He bes.etis.qđ etiã neutris iũgitur. Iuue.hebeti lautiſſima ferro.Teres.etis.qđ neutris quoq; iũgitur.Verg.vij.æñ.ſed hæc tereti mos ẽ aptare flagello.Colũ.aut teretis mali,aut tectæ cortice glãdis. Præpes.etis.Luca.in.ix.de pſeo.& ſubitus præpes cylle nida ſubſtulit harpẽ.Cũ neutro etiã iũxit Enni9 apđ.vi.ſaturnaliũ nec reſpirãdi ſit copia præpete ferro. Locuples.etis.Iuue. vidua eſt locuples q̃ nupſit auaro.qđ etiã autore Priſci.neutris iũgi põt.Perpes.etis.ppetuus & cõtinuus.Iuſti.li.v.ppetẽ nocte fortunã publicã q̃ſtibus iterãt.& in hymno.perpes corona præſulũ.põt etiã quẽadmodũ & ſuperiora neutris apta Ales.itis.Verg.in moreto.excubitorq; diẽ cãtu prædixerat ales.Mart.alitis eximiæ cauda ſupba fuit. Inq̃es triũ generũ eſt teſte Priſcia.Gel.lib.viij.Labor hic vigiliarũ inq̃es.Saluſt.apud Priſci.in.i.hiſto.vitio hũani ingenij:quo inquies atq; indo mitũ ſemp.Eius quoq; ſimplex apud antiq̃ores repitur triũ generũ.Ennius.nãq; eius mentẽ fecerat fortuna quietẽ. Licini9. nõ minimo opę mil tes q̃etes volebãt eſſe. Vates.is.Iuue.ſed vatẽ egregiũ cui nõ ſit publica vena.Verg.iij.æñ.Ait quẽ tũ va tes Caſſandra mone Quod format pes ſedecq;.q. cõpoſita ab hoc noie pes.dis.et ab hoc verbo ſedeo.des.ſuperib9 annũe rãda ſũt.ſed de cõpoſitis pede paulo añ dixim9.et a ſedeo hic et hæc pſes.idis.reſes.idis.obſes.idis.deſes.idis. Lu.i.ix.natu ra deſide torpet.& a ſedeo quoq; Martia.capella.præſtes.itis.deduxit.ait nãq; de philologiæ nuptiis.geniũ præſitẽ qđ præ ſes gerẽdis oĩb9,vocauerũt.Macro.i.i.ſatur.deos præſtites hoĩ naſcẽti q̃tuor eẽ.¶Eſt quoq; nomẽ in.is.q.noĩa ĩ.is.deſinẽtia fœminĩa ſũt.vt hæc avis.puppis.claſſis.nauis.meſſis.Maſculĩa vero ſũt,q̃ ponũtur ĩ ſerie quiq; verſuũ ſequẽtiũ. hic Corbis.is Seruius tñ.i.geor.fœmininũ eẽ dicit Cic.autoritate.qui ait:meſſoria ſe corbe cõtexit.Aedilis.is.qđ magiſtrat9 nomẽ ad viros tãtũ ptinet.Faſcis.is.Verg.in buc.ego hoc te faſce leuabo. Piſcis.is.p fœmina.Oui.in.ij.de arte dixit. inuenit in media fœmi na piſcis aquæ.Axis.is.Idẽ ij.meta.aureus axis erat.Collis.is.Verg.collẽ qui plurimus vrbi imminet.Vermis.is.cuius dimi nutiuũ vermiculus maſculinũ eſſe oñdit.Callis.is.Verg.in.vi ſecreti celãt calles.Follis.is.a quo diminutiuũ eſt folliculus par uus follis.Enſis.is.Iuue.enſe velut ſtricto quoties lucili9 ardẽs,cui9 diminutiuũ enſiculus & enſicula ẽ.Mẽſis.Verg.totoſq; ex ordine mẽſes.Vectis.is.Verg.poteſq; ſub ipſos nitũtur gradib9.Poſtis.is.Idẽ.Poteſq; ſub ipſos Nitũtur gradib9.Glis.itis.

Mart. ſomniculoſos ille porrigit glires. Fuſtis is. Iuue. fuſtis huc ocius (inquit), a quo diminutiuum fuſticulus. i. Anguis. is. Vergil. ij. æn. gemini immēſis orbibus angues. Va. le. maxi. lib. i. fœmininū ꝓtulit hæc anguis. Torris. is. Flaccus. iij. argo. viuoq; reluxit torre focus. Caulis q etiā colis dicitur, vñ coliculꝰ. Hora. ij. ſer. cole ſuburbano q ſiccis creuit ī agris. Torqs, q̄ frequētius gñe fœminīo repitur. Gel. li. viij. torqs ex auro quā ex hoſte quē occiderat detractā induit, & pauloποſt torquē detraxit: eamq; ſanguinolentā ſibi in colum imponit. Iuſti. libro. xliij. torque aurea donatus. Apul. ij. floridorū circulo mineo veluti aureo torq̄. Hier. quoq; multis in locis. vt Iudicū. viij. preter torq̄s aureas camelorū. ſed & maſculinū repitur, vt apd̄ Siliū. iiij. puni. colla viri fuluo radiabāt lactea torq̄. et Liui. vij. ab vrbe cōdita. ī tātū vno torq̄ ſpoliauit, quē reſpſū cruore collo circūdedit ſuo. Sueto. in auguſto. lapſu debilitatū aureo torq̄ donauit.

· Et torris; caulis; lapis: vnguis, torquis & orbis.
Et ſanguis; cucumis; ſūges cum vomere puluis.
Quæq; ſilent alij lybis atq; canalis, aqualis.
Et quibus. n. præit. is. Et quod componis ab aſſe.
Adiectiua dabis communia, iunge triſcupis.
Samnis. dis; iuuenis; ciuis; teſtis; canis; hoſtis.
Nomen in. os, dabitur maribus, ſed fœmineis ſunt
Hęc addenda duo; dos; cos; Neutris epos; argos.
Et chaos; atq; melos; iunges; os oris; & oſſis.

Quæq; ſilēt alij, cū oēs grāmatici libys & canalis & aqualis cuiꝰ ſint gñis ſiluerint: dicit q gñis ſūt maſculini. nā cū libys gētile ſit: poſſet qſpiā putare q. eſt cōe duorū gñerū, nos dicimꝰ nuſq̄ repiri niſi gñe maſculīo. Mar. et libys ī lōgo puluere ſudet eq̄s. et Luc. i. vi. cū iacuſſū parua libys amētauit arena. cꝰ fœmininū libyſſa ē, vl̄ libyſtis. vt ī ſra dicemꝰ. Canalis quoq; cū oēs ſub gñe fœmin. reliq̄rit. Seruius grāmaticus id expreſſit. ait enī in illud. Verg. iij. geor. currētē ilignis pōtare canalibꝰ vndā. canalis melius gñe fœminīo pferimus. Ego cōtradixeri, vſitatius gñe maſculino eſſe ꝑcredū. vt Verg. ī Aetna. q̄ſi diuerſos emittit terra canales. et iterū. nec tñ ī rigēdos exit cōtenta canales atq; iterū adhuc, preſſoq;, canali huc illuc agere vētos. Sene. iij. na. q. amiſſo canali ſuo flumīa primū reſidūtur. Idē in. iiij. tādē tenuiſſimos canales tenēt: ꝑ quos anguſta rupiū effugiūt. Idē. in. iiij. ſulphuratā aquā circa canales ſuos durarī. & in eodē: qbus torrēs in canali ſuo curſus eſt. Pli. li. viij. ſanguiſuga vbi ī ipſo amne canalē ſe fixit. Li. xxiij. ab vrbe. vtraq; ē in capitolio canali vno diſcreta. Cel. li. iiij. vulua recta cōtinuataq; ceruice: quē canalē vocāt. Sene. ī epla. cviij. illū turba ꝑ lōgi canalis anguſtias tractū. Apu. vj. meta. canali directo ꝑgas ad ipſā orci regiā, & ibidē, anguſti canalis exerto cōtētū tramite, & ī libris digeſtorū. ti. de riui. l. ſeruiꝰ: ſi qs canalē nouū vel phyſtulā. Et quoq; diminutiuo vſus ē Celſus. li. viij. excipiēda ſūt ex ferula facto canaliculo. Nō inficior ego apd̄ antiq̄ores inueniri aliq̄n etiā fœmininū vt apud Cato. & apd̄ Varr. ſed ego de optimorū vſu loquor. nā Cato, & Varro. q̄tū auctoritatis haberi debeat: initio teſtatiſumꝰ. Aqualis præterea nemo eſt q ex reglis traditis nō dicat eſſe gñis fœminini, ſed q̄uo Varro dixit de origīe līgue latinæ: ab aqua aq̄lis ē dictus: vñ etiā ꝑ diminutionē aqualiculꝰ ſit q̄ ipſum argumēto fuerit aqualis eſſe gñis maſcu. Et quibꝰ. n. præit. is. q noīa hñtia. n. añ. is. gñis etiā ſunt maſculini: vt hic panis. cinis. ignis. funis. q̄ gñis eſſe maſculini. Qui. ex illius diminutiuo funiculꝰ oñdit. Tametſi Luc. fœminīo ſit vſus apd̄ Gel. li. xij. aurea de cælo ſubmiſit funis et arua. Clunis. is. Iuue. ad terrā tremulo deſcēdūt clune puellæ. Hor. tñ. i. ſer. fœmininū eſſe oñdit. q̄ pulchræ (inq̄t) clunes. Amnis antiq̄ores quoq; gñe fœminino dixerūt. Et q̄ cōponis ab aſſe. q. ab aſſe cōpoſita ſub hac terminatiōe gñis ſunt maſcu. quēadmodū & as aſſis. vt ſemis. centuſſis. beſſis. treſſis. octuſſis. decuſſis. bigeſſis. In libris digeſtorum titu. de vulgari & pupillari ſubſtitutione. l. ſi pater. vt vnus ſemis apd̄ te maneat. Perſi. curto cētuſſe licetur. & Lucil. apd̄ Gel. lib. ij. fauni cētuſſeſq; miſellos. Adiectiua dabis cōia. q̄ noīa adiectiua ſub hac terminatiōe cōia ſunt duorū gñerū. vt hic & hæc nobilis. fortis. breuis. tricuſpis quoq; & ſi nō habet genꝰ neutrū tricuſpe: pōt tñ in obliqs caſibus etiā neutris iūgi. Oui. i. meta. poſitoq; tricuſpide telo. Sānis. itis. nō ſolū vtriq; ſexui aptari pōt autore Ceſ. in. lib. de analogia, verū etiā antiq̄ores hoc ſanite ꝓtulerūt: vt Neuiꝰ in carmīe belli punici. Liuius tñ. lib. x. ab vrbe. nō eſt auſus gñi fœminīo aptare: cū nuſq̄ repiatur niſi maſculino. ait enim cohortiū ſanitarū paulīſꝑ recrudauit pugna. Dis. tis. q̄ etiā neutro iūctū inuenitur. Hor. i. ſer. bruto prætore tenēte ditē aſiā. Lu. in. viij. nō illic lybi cæ poſuerūt ditia gētes tēpla, atq; etiā in ſingulari hoc ditē q̄ Priſ. negat repiri poſſe. Flac. tñ. ij. argonau. nō ꝑplos nō dite ſolū nō vlla parēti regna peto. Teſtis plærūq; gñi neutro cōiūctū repitur, vt Lu. in. ix. teſte tulit cælo victi decꝰ oriōis et Hor teſtis metaurū flumē. et Propꝰ ſydera teſtes. et Hier. ad euſtochiū. teſtis ē tribunal: añ q̄ iacui. Sūt q putēt his præceptorībꝰ deeſſe pauca noīa q̄ iuniores grāmatici poſuerūt. bipēnis, altilis. molaris. Sed opinor hi nō putabāt hæc noīa triū gñerū eſſe, ſed cōia q̄ ſi vſpiā q̄ſi ſubſtātiua repiātur: illius erūt gñis cuiꝰ ē ſubſtātiuū q̄ ſubītelligitur: vt hic et hæc bipēnis et hoc bipēne decliāt. Ver. xi. æn. ferro ſonat alta bipēni fraxinꝰ. Idē tñ q̄ſi ſubſtātiuū poſuit, ij. æn. corrupta dura bipēni robora ꝑfringit. Eodē mō hic et hæc altilis et hoc altile decliātur. Pli. lib. xix. heu ꝓdigia vētris, ecce altiles ſpectātur, aſparagi. Idē in. ix. cochleæ quoq; altiles ganeā implerēt. Cū vero. Iuue. dixit ad nos iā veniet minor altilis: gallina i[n]telligitur: q̄ Mar. expreſſit ī diſt. cuius titulus ē gallinæ altiles. Eodē quoq; mō hic hæc molaris declinatur a mola poſſ[...]: ſed cū dixit. Iuue. preſſoq; diu ſtridere molarē. intelligitur. dēs. & cū Papi. v. theba, vaſtaq; ſudes fractiq; molares int[...]gūtur lapides, q̄ Verg. expreſſit: Aetna. q̄ppe mollaris illiꝰ incēdiȷ lapidis, et paulopoſt ardēti lapidē cauſa eē molarē. Græca noīa ſub hac terminatiōe fœminīa ſūt plerūq;: ſed repiūtur aliq̄n maſculina: vt apd̄ Verg. iij. geor. et lapidis arua timaui. ¶ Nomē ī. os. q. noīa hoc. finitæ gñis ſūt maſculini, vt ros. mos. flos. labos. vapos. lepos. colos. ꝓ eo q̄ color. Pli. li. xxxv. glebis ſuꝰ colos: et fere nūq̄ aliter ī caſu noīandi vtitur. Heros. ois. cuiꝰ fœmin. ē heroina vl̄ herois vl̄ heroiſſa. Fœminīa vo ſūt duo hæc cos, tis, hæc dos. tis. q̄ alio mō hæc cautes. is declinatur ꝓpter eā affinitatē q̄ ē īter. au. diphthō. & o. Arbos quoq; alteriꝰ terīatiōis genꝰ ſequtur. ſed neutra ſūt hoc epos. i. genꝰ carmīs. Ho. i. ſer. forte epos acer vt nemo variꝰ dicit. Mar. ſcribebamꝰ epos. cœpiſti ſcribere: ex[...] Argos, Ouid. i. de reme. vaccā lītibꝰ argos erat. Lu. i. vi. vbi nobile quōdā nūc ſup argos arāt. Chaos. i. Idē. i. ij. ī chaos āt[...]uū cōſtītimur. Melos. i. Perſiꝰ cātare credas pegaſeium melos. q̄ q̄ rō carmīs nō melos ſed carmē recipiat. Os. oris. Verg. virgīs os, habitūq; gerēs. Os. oſſis. Cato. ſi q̄s vīberī rupſiſ[...] os fregit. q̄ etiā oſſū ā antiq̄oribꝰ declinabāt ſic. Pac. oſſū īhūatū dixit.

Eſt commune duum bos, cuſtos, atq; ſacerdos.
Et quæ cōponit potis & pote, cōpos & impos.
Vs, declinatum per quartam ſiue ſecundam
Dic maribus iunctum. Sed fœmineis referātur
Aluus, humus; vānus, ficus, dom⁹ & col⁹ addes.
Porticus; atq; trib⁹, ſuperaddis acuſq;, manuſq;.
Et quæ vertentes permutant græca latinis:
Hoc plærūq; gradu; maribus quādoq; reponis.
Hæc tria neutra facis, virus; vulgus; pelaguſq;.
Tertia quod nomen declinat; dicito neutrum.
Sed duo maſcula ſunt lepus & mus. iūgitur illis
Pus podos; hoc eſt pes: & quę componis ab illo.

¶ Cōmunia duorū generū ſunt bos. bouis. Verg. ille meas errare boues. Cuſtos. dis. cōmune duorū eſſe cū oēs fatētur: tū maxime Seruius exponēs illud Verg. vi. æn. cernis cuſtodia qualis, nā cum de Teſiphone poeta loqueretur: cuſtodia ꝓ cuſtos vſurpatū eſſe dicit. Iuue. etiā neutro iunxit, dicens. tituliq; cupido hæſuris ſaxis cinerum cuſtodibus. Sacerdos. tis. Verg. in. i. æn. donec regina ſacerdos Marte grauis. Gel. lib. ix. fœmininū protulit ſacerdotiſſa. ædem (inquit) cerimoniæ ſunt quas flamina ſacerdotiſſas diales ſeorſum aiūt obſeruitare. Superioribus etiā iunguntur ab hic & hæc potis & hoc pote cōpoſita. ſunt aūt duo. hic & hæc cōpos. tis. impos. tis. Ouid. i. de arte. I ſequere & voti poſt modo cōpos eris. Hora. in poe. poſt etiā incluſa eſt voti ſentētia cōpos. Gell. in. i. non idoneus ad dicendū, ſed ad tacendū impos. ¶ Vs. declinatum, q. noīa ſecūdæ & quartæ declinatiōis. in. us. finita generis ſunt maſculini: vt hic deus. i. dñs. i. ſenſus. ui. auditus, us. Fœminina uero ſunt quæ hoc loco explicātur. hec Aluus. i. Verg. ij. æn. in latus inq; feri curuā cōpagib⁹ aluū. Actī⁹ maſculinū protulit. Maia nemus retinēs graui lo cōcepit in aluo. Humus. i. quod generis fœminini ſemp reperitur. Vannus. i. Verg. i. geor. & myſtica vannus Iacchi. Ficus. i. vel ficus. us. qđ ꝓ arbore ex generali ſignatiōe. ii. & iiij. declinatiōis fœmininū reperitur. Iuue. ad quæ diſcutienda valēt ſterilis mala robora fici. Cice. de ora. vxorem ſuā ſe de ficu ſuſpendiſſe dixit. Pro pomo quoq; reperitur vtriuſq; declinationis gñis fœminini, aliqñ etiā maſculini: ſed ſecūdæ declinatiōis. tamen Sueto. in Aug. caſeū bubulū manu præſſum & ficus biferas petebat. Pli. quoq; lib. xv. ficos & ficus ſub gñe fœminino protulit ꝓ pomo. Var. in. i. de re ruſt. fici (inquit) quē edim⁹, et Lucil. apud Noniū Marcellū ſicuti cū primos ficos: propalā recētes ꝓtulit precio ingēti dat primitus primos. Pro morbo vero gñis eſſe maſculini atq; ſcđæ declinatiōis teſtatur Mart. cū. i. epiſtola. li. ſcribit: dicem⁹ ficus Ceciliane tuos. quē verſum ego nō ignoro a diuerſis autorib⁹ aliter atq; aliter legi. Priſ. etiā ꝓ morbo quartæ declinatiōis eſſe putat gñis maſculini, atq; ita legit. dicemus ficus Ceciliane tuos. Valla ꝓ morbo gñis maſculini. Priſ. aſtipulatur: ſed de declinatiōe ab eo diſſentit: cōtendit. ꝗ ſic debere legi carmen: dicemus ficos Ceciliane tuos. Geor. Merula nō putat Mar. in loco de morbo ſenſiſſe, ſed de ipſo arboris pomo. Neq; n. vt ait: illi erat cū Ceciliano contentio: niſi de nominis declinatiōe: quēadmodum voluit Ariſt. interpres in lib. ele. ac ſi poeta voluiſſet dicere. neq; dicemus ficus: quas ſcimus in arbore naſci: ſed dicemus ficos tuos. i. quēadmodū tu ſentis. quod. ſ. ficus ꝓ pomo gñis ſit maſculini. Nā quod Galeotus Martius expoſuit. dicemus ficos tuos. i. ſeruos & familiares ficoſos: ridiculū eſt. Quod vero Geor. putat Martialem non fuiſſe adeo impudentē: vt tā illoto atq; illiberali loco vteretur: ego nō entelligo cur tā bene de illo ſentiat: cū ſint illius poetæ alij loci multo turpiores, neq; in eo Merulæ aſſentior: qđ putat ficū ꝓ morbo nō ꝑtinere ad ani circulū, ſed tātum ad caput: eūq; eſſe, quē græci ſycoſim vocāt: cū Mar. idē, atq; Verg. in priape. in illū podicis morbū ſepe iocentur, qđ de morbo capitis ꝑ frigidū ſane diceretur. Groſſus quoq; ꝓ fico cum pomū ſignat tū gñis maſculini tū fœminini reperitur. Celſus. lib. v. groſſi (inquit) in aqua cocti. Pli. lib. xv. deprehēſaſq; in his hyeme groſſos. Domus quoq; & Colus vtriuſq; declinatiōis reperiuntur, ſed de domo lib. i. diximus. de colo. Iuue. ſed graue tardas expectare colos. Cic. ii. de ora. quō ad me venis cū tua colu & lana. Porticus. us. tribus. us. acus. us. manꝰ. us. fœminina ſunt quartæ declinatiōis: niſi qđ acus. i. ꝓ piſce gñis eſt maſculini declinatiōis ſcđæ. Et quæ vertētes, q. noīa græca in. os. finita q̄ traſeūt ad noſtrā declinationē, os. mutata in. us. plerūq; ſunt fœminina, vt hæc papyrus. i. Mar. perdite niliacas muſæ mea dāna papyros. Hæc biblios. biblus. i. Luca. in. iij. Nōdum flumineas memphis cōtexere biblos. Cryſtallos. allus. i. Verg. in priape. rigetq; dura barba iuncta cryſtallo. Coſtos coſtus. i. Catullus. Regia quā ſuaues expirās coſt⁹ odores. & Luca. in. ix. eoaq; coſtus. Smaragdos. ſmaragd⁹. i. Pli. li. xxxvij ſmaragdus in qua exculpta fuerat Amymone. quāq̄ idē autor frequentius utitur gñe maſculino. quēadmodū & Mar. ſcythas ſmaragdos appellauit. Phaſellus quoq; & ſi gñis ſit fœminini apud græcos, Catullus gñe maſculino dixit. Phaſellus quem uidetis hoſpites: aiunt fuiſſe nauiū celerrimū. Dicit igitur: tu repones plerūq; in hoc gradu. i. inter fœminina illa quæ uertentes. i. interpretes, qui ex ſermone græco in latinū interpretātur q̄ñq; terminationē latinā reſpiciētes: repones illa maribus. i. inter maſculina. ut in illo uerſu, inſula cincta mari dixim⁹. Tria uero reperiūtur gñis neutri. hoc Virus. i. Mar. Vir⁹ ut hoc allo fallax ꝓuteti odore. Vulg⁹. i. Verg. ij. æn. Scinditur incertū ſtudia i cōtraria uulg⁹. Idē in eodē quoq; maſculino gñe ꝓtulit dicēs: & [illegible]ergere uoces in uulgū ambiguas. Saluſt. i iugur. uulgū effuſum oppido cedere. Pli. li. viij. id uulgū credidiſſe uideo. Pelagus. [illegible]pecus quoq; antiquores tū gñe fœminino, tū neutro ꝓtulerūt. Gel. li. vij. ſpecū quādā nactus remotā tenebroſāq; penetro & Pac. aduenio in ſcripuloſam ſpecū. Cato ſpecu oppoſita quo aqua deuia abiret. frequētius iā maſculinū reperitur. Hora. iij. car. quos agor in ſpecus. Oui. iij. meta. Eſt ſpecus in medio ſiluis & vimine dēſus. Genus. i. ꝓ eo qđ eſt genus: quēadmodū ſupra de noīb⁹ in. u. terminatis dixim⁹, gñis eſt neutri. Penus. i. pen⁹. us. ꝓ ſcđam & quartā gñis ſūt maſculini uel fœminini. hoc penꝰ, oris, tertiæ ſemꝑ eſt neutrū. Plau. i pſeu. niſi mihi annu⁹ penus ab amatorib⁹ cōgeritur. Lucil. magno pen⁹ paruo ſpacio cōſūpta peribit. Eſt præterea titulus i lib. digeſt. de penu legata ſed ibidē frequētius hoc pen⁹. oris. legimus, quēadmodū apđ Hora. portet frumēta penuſq;. Affranius quoq; in penus herile dixit: ab eo qđ eſt hoc penus. Secus quoq; neutro gñe Plau. in Rudēte ꝓtulit, dicēs. virile ſex⁹ nūq̄ ullū habui. ¶ Tertiæ qđ nomē, q. noīa in. us. deſinētia tertiæ declinatiōis gñis ſunt neutri: vt hoc lepus, oris. corpus. oris. ſydus. eris. vulnus. eris, rudus. eris. q. (ut diximus) ruder quoq; rudetis declinatur. Maſculinū vero ſunt duo. hic lepus. oris. hic mus. ris. Iungitur illis, q. hoc nomen pus podos, quod ex græco

interpretatur pes pedis. & ab eo cõpoſita ſunt gñis fœminini.vt dipus.odis.tripus.odis.decap9.odis. daſipus.odis.lagop9. odis.imantopus.odis.ſcropus.odis.ſacropus.odis. Fœminina ſunt octo tantum hæc virtus.utis.iuuentus.uti.palus.udis.ſa lus.utis.& quod dat ſeruio nomen.i.verbale ſiue participiale nomẽ ab hoc verbo ſeruio.is.hoc eſt ſeruitus. utis.pecus.udis. ꝓ vna tantũ gregis animãte.nam ꝓ toto grege hoc pecus.oris. dicitur.incus.udis.ſenectus.utis. Subſcus.udis.fœmininum quoq; eſſe oſtendit Pacu.apud Feſtum dicẽs,nec vlla ſubſcus prohibet cõpagem.require in declinatione. Sint coniuncta tribus.q. huius ordinis duo noĩa reperiuntur cõia trium generum.hic hæc hoc vetus.eris.pro quo antiquiores, veter.eris.dicebant. Actius. veter fatorũ terminus ſic iuſſerat:vnde etiã ſuperlatiuum declinatur veterrim9. Intercus quoq; intercutis cõmune trium eſt.Gell.libro xviij.liberatũ ſe eſſe aquæ intercutis morbo.Idẽ.lib.ix. intercutib9 ipſi vitijs madentes.quemadmodũ & Cato dixerat intercutibus ſtupris inquinatus. Duobus ſint coniuncta,quod duorum generũ cõia tria tantum reperiuntur.hic & hæc Sus.is. Verg.iij.Geor.denteſq; exacuit ſabellicus ſus.Idem.iij.æñ.inuenta ſub ilicibus ſus.Ligus vel lygur vt ſupra diximus.cõmunis duorũ generũ eſt.ſed vt ego ſuſpicor lygur gñis eſt maſcu. lygus vero cõis duorũ. Grus.is.Verg.j.Geor.ſtrymoniæq; grues.Hor.ij.ſer.diſcerpta ferẽtes mẽbra gruis ſparſi.¶ Maſculus eſt hic præs.q. in.æs.diphthõgõ finita duo tantũ reperiuntur:hic præs.dis.maſcu.& hoc. æs.eris.neutrum. Et in.aus. quoq; diphthongon.itidem duo fœminina,hæc laus,laudis. fraus,fraudis.¶ S.muliebre datur.qđ noĩa finita in.s.habentia conſonantem anet.s. gñis ſunt fœminini.vt hæc puls.tis,hyems.is.glans.dis.ars.tis.frons,dis.pro arboris folio:qđ etiã hæc frondis declinatur. frons.tis.Verg.j.æñ.frõte ſub aduerſa ſcopulis pẽdentibus antrũ.Idem in.vj.ſed frons læta parũ & deiecto lumine vultu. Gel.iñ.lib.xiiij.tũ rõe analogiæ tũ autoritate antiquorũ cõtendit rectius debere proferri frons in gñe virili ꝙ in fœminino: citatq; Cęciliũ qui ait.nã ij ſunt inimici peſſumi fronte hilaro.& Cato.in.vj.originũ dicentem. poſtridie ſignis collatis æquo fronte pugnauit. Probat etiã ex proportiõis rõe:quia oĩa noĩa in.ns.terminata ſi adiectiua nõ ſunt: maſculina ſemꝑ reperiuntur.vt hic mõs,põs,fons,dẽs,ꝙ ꝓcul dubio maſculina ſunt. Seps quoq; ſepis maſculinũ eſt ꝓ ſerpẽte.addidit igitur tabificus alludẽs ad illud Luca.lib.x.oſſaq; diſſoluẽs cũ corpore tabificus ſeps.huc Pli.lib.xx.ſepa in gñe fœminino poſuit. multipedem (inqt) ſepã græci vocãt oblõgã,piloſis pedibus pecori præcipuæ nociuã.Idẽ.xxxij.ceraſtẽ aut quas ſepas vocãt. Chalybs.bis.ſiue ꝓ illis ponti prope Paphlagoniã populis:ſiue ꝓ metonymiã ꝓ ferro.Verg.j.geor.at chalybes nudi ferrũ: quod ex porportione eo modo facit fœmininũ chalybiſſa:quo arabs.iſſa.Hiero.in prolo.Iob.& accepit vxorẽ arabyſſam. Lybs quoq; pro vento quem latini aphricũ appellãt:ex ſignificatione gñali maſculini gñis eſt:vt reliqua ventorũ noĩa.Polyſyllaba iunges.q. noĩa pluriũ ſyllabarũ in.ps.deſinentia maſculini generis ſunt.vt hic hydrops:opis.merops.opis, epops. opis.europs.opis.cyclops,opis.adeps.ipis.manceps.ipis.æthiops,opis.cuius fœmininum Hiero.poſuit æthiopiſſa. æ.numeri.xij.locutaq; eſt Maria & Aaron cõtra Moyſem ꝓ vxore eius æthiopiſſa.Reperitur tamen forceps genere fœminino.vt apud Ouid.ij.meta.quẽ forcipe curua faber duxit.Per labefacient forcipe adunca.Et partes aſſis.q. partes aſſis ſiue ꝓ libra duodecim vnciarũ:ſiue pro ſolida hereditate gñis ſunt maſculini.vt hic triẽs,entis.quadrans.antis:quincuns.uncis.ſextãs. antis,ſeptuns.cis.dodrãs.antis.dextans.antis.decuns,uncis.deuns.uncis,Iuue.nec habet quem porrigat ore trientem.Mart. & quadrans mihi nullus eſt in arca.Priſ.de ponde.ſeptũcem dempto quincũce vocarunt. Dodrantem reliquũ vocem quadrãte retrato.At ſi dextãtem retrahas erit illi decunces.Tamẽ eſt cõe dorũ,quod quinq; noĩa ꝙ vno verſu cõplexus eſt:cõia ſunt duorũ generũ. Cælebs.Hora.de ſeipſo.iij.car.martijs.cælebs quid agã calendis.Idem.j.epĺa.nil ait eſſe prius,melius nil cælibe vita.Princeps.Iuue.cytharœdo principe natus.Verg.x.æñ.tu mihi nũc pugnæ princeps:& puella tu diua ſecundo. Pro quo iuniores dixerunt principiſſa:ſicut a dux duciſſa:a comes comitiſſa. Infans pro puero & puella,qui per ætatem nõdum fari poſſunt:nam ꝓ non loquente cõmune eſt triũ generũ.& ſic dicimus ora infantia:& homo infantiſſimus. Bifrons duas habens facies.Verg.xij.æñ.ianũq; bifrontem:& ſic rem quãpiã bifrontẽ poſſumus dicer[illegible] & Dianam trifrontẽ,quẽadmodũ.Verg.iiij.æñ.tria virginis ora Dianæ,& eundẽ ianum quadrifrontẽ:autore M[illegible]o.& Mar. Parẽs vterq;.i.pater & mater.Verg.v.æñ.ſaluę ſancta parẽs.Idem in.ij.alma parens confeſſa deã.¶ Adiectiua tribus.q. nomina adiectiua rõe ſignificationis cõmunia ſunt trium generũ,vt hic & hæc & hoc prudẽs.ingens,diſcors.iners.inops. & a capite compoſita.vt biceps.anceps.& a capio.is.vt particeps.municeps.quãq̃ in plurali vix poſſent neutris iungi:quod aliud ſignificare viderentur municipia.participia.ſed manceps.ipis.(vt diximus) eſt generis maſculini:quod tantũ viris eius ſignificatio cõpetit:quemadmodũ ediuerſo forceps generis eſt maſculini:tametſi a capio declinetur. Quod vero de torrens quidã obijciunt.ij mihi nõ videntur intelligere quid torrens ſignificet:neq; enim tantũ eſt fluuius tẽporarius:ſed etiã quicquid fluit.vt Iuue.torrens dicẽdi copia.& alio loco.Ipſo inquit torrentior.Vergilius. in buc.torrentia flumina dixit.Nefrens quoq; ꝓ ablactato porcello ab eo dictus.vt Varro in.ij.de re ruſti.ſcribit:qđ nõdũ fabã aut glandẽ frẽdere (hoc eſt) frangere poteſt.ex ratione ſignificationis nunꝗ̃ reperitur niſi gñis maſculini,quia ſemꝑ ſubintelligitur porcellus:nec de alia re dicitur.

Fœminei generis ſunt virtus: atq; iuuentus.
Et palus:atq; ſalus.& quod dat ſeruio nomen.
Atq; pecus pecudis;incus;ſubſcuſq;ſenectus.
Sint coniuncta tribus vetus,intercuſq;. Duob9
Sint coniuncta tibi tria tantũ;ſus,lygus & grus.
Maſculus eſt hic præs.Sed neutrũ dicitur hoc æs.
Et duo fœminea laus laudis; fraus q̃q; fraudis.
S.muliebre datur:ſi conſona iungitur illi.
Attamen eſto mas fons;dens;põs;tabificus ſeps
Et cũ mõte calybs;& arabs.polyſyllaba iunges:
In quibus anteuenit.p.littera,qđ ꝓbat hydrops.
Et partes aſſis. Tamen eſt commune duorum
Cælebs & princeps.infanſq;;bifronſq;; parẽſq;:
Adiectiua tribus iungunt ſua ſignificata.

Neutrum pone caput;git;ſinciput;ociput;& frit.
Si monoſyllaba ſunt & in.x.finita;referto
Fœmineo gñi;ſed thrax;phryx maſcula.rex.grex
Et calx cũ pedis eſt.nam calx hæc ſtringit arenã.
Ad duo dux facies cõmune.huic adijce cõiux.
Sunt polyſyllaba in.ax.tibi tantũ maſcula thorax;
Nicticorax;limax;dropax; cum ſtorace abaxq;.
Et duo fœminea tibi ſunt cum ſmilace fornax.
Ex.finita tibi ſunt maſcula.fœminea halex:
Et forpex,vibex;carex;imbrexq; ſupellex.
Quod fit in.ix.nomẽ muliebre eſt.Excipe fornix.
Atq; cilix; phœnix & onyx;maſtix & iapix.
Atq; calix & oryx;natrix;calixq;;varixq;.

¶ Neutrum pone caput.in.t.neutrũ reperitur hoc caput.itis.& duo cõpoſita ab illo.ſinciput.pitis.& occiput.pitis.nã interciput quod quidã dixerunt nõ eſt latinũ.Iuue.comedã ego flebile nati ſinciput.& Perſius.occipiti cæco poſticæ occurrite ſannæ.Plinius,& Celſus nunq̃ occiput,ſed ſemper occipitiũ appellant.& Sueto.in Caiũ.comatos quoties ſibi occurrerẽt:occipitio deturpabat.Duo quoq; reperio neutra indeclinabilia.hoc git.frit.Plinius.lib.xx.Git ex græcis alij melãthiõ,alij melanſpermõ vocãt,optimũ q̃ excitatiſſimi odoris,& q̃ nigerrimũ.Eſaiæ cap.xxviij.Seret git.& ciminũ ſparget.Varro.i.de re ruſt.illud.autẽ in ſumma ſpica iã matura,qđ ẽ minus q̃ granũ:vocatur frit.¶ Si monoſyllaba.q.monoſyllaba i.x.deſinẽtia gñis ſunt fœminini.vt hæc pax.fax.lanx.nix.nox.lux.Maſcula vero ſunt hic thrax.Hora.thrax eſt gallina ſyro par.eius fœmininũ eſt thraiſſa.nõ threiſſa,nã ai dephthõgus eſt græca quæ ſoluitur.nõ.ei.vt notauit Geor.merula in illud Verg.i.æñ.Vel qualis equos thraiſſa fatigat harpalice.Phryx.ǵis.cuius fœmininũ eſt phrygia.Verg.x.æñ.O veræ phrygiæ.neq; enim phryges:hoc eſt,o veræ fœminæ Troianæ,& non Troiani.Rex.gis.Grex.gis.Calx.cis.pro ea pedis parte,qua terrã calcamus.vt Seruius inquit in illud.Verg.v.æñ.Calceq; terit iã calce diores.Apul.vij.meta.Expugnata patiẽtia mea calces validos extulerã.Repitur etiã fœmininũ in hac ſignatiõe.Verg.ix.æñ.Quadrupedeq; citum ferrata calce fatigat.Cice.i.thuſ.Nunc video calcem.ad quã cũ ſit decurſum.Gel.lib.xiij.Curſus eorum ad eandẽ virtutis calcẽ tẽdentiũ.nã vtrobiq; ꝑ translationẽ pro fine ſiue extrema alicuius rei parte accipitur,ſicut plãta corporis eſt terminus.Calx quoq; ꝑ lapide in cineres ignibus ſoluto,qua vtimur in ſtructuris gñis eſt fœminini.ideo dixit hæc calx ſtringit arenã,quia ſine calce intritũ ex terra ſiue argilla facile ſoluitur.Vñ Caius Cæſar autore Trãquillo Senecæ genꝰ dicẽdi aiebat eẽ arenã ſine calce.Duorũ generũ cõmune eſt hic & hæc dux.Verg.i.æñ.Dux fœmina facti,ꝓ quo (vt ſupra memorauimus) quidã perperã dicũt ducissa.Coniux quoq; duoꝝ generũ cõmune eſt,quod extra ordinẽ inter monoſyllaba poſuit,quia ſolũ cũ duce in genere cõueniebat.¶ Sunt polyſylla in.ax.q.noĩa polyſyllaba in.ax.deſinẽtia pauca reperiũtur.hæc fere.thorax.acis.Silius.lib.iiij.Paſſurus dextera atq; irrita vulnera thorax.Verg.xi.æñ.Bis ſex thoraca petitũ perfoſſumq; locis.Nitticorax.acis.qđ generis eſt maſculini apud græcos quẽadmodũ & corax vnde deriuatur,interpretatur enim nycticorax coruus noctis.Limax.acis.Colu.Implicitus cõchæ limax hirſutaq; campe.Dropax.acis.Serenus.nec nõ oppoſito curãtur dropace mẽbra.Mart.lib.x.Leuis dropace tu quotidiano.Storax.acis.Verg.in ciri.Nõ ſtorace ideo flagrãtes picta capillos.declinatur etiã ſtyrax.acis.ſtirace.es,ſed hoc vltimũ genere fœminino.Abax.acis.q.teſte Priſcia.idẽ eſt quod abacus.ci.Iabole.lib.xxxij.digeſt.qui eſt de legatis.iij.l.heres.Cui corinthia (inquit) vaſa legata eſſent,abaces quoq; eorũ vaſorũ collocãdorũ cauſa paratos videri,ꝓ quo in oĩbus fere codicibus extrita.a.littera,baces nihili verbũ reperitur.Duoq; dicit fœminina reperiri,Smilax.acis,ſpecies hederæ eſt.ut refert Pli.lib.xvi.In quam puella fuiſſe cõuerſa dicente.Ouid.iiij.meta.Et crocon in paruos verſum cũ ſimilace flores.Fornax.acis.eſt q̃ græce dicitur caminus.¶ Ex finita tibi.q.noĩa deſinentia in.ex.maſculina ſunt,vt hic pulex.veruex.pollex.vertex.Fœminia vero ſũt halex.ecis.nã ꝑ piſce et ꝑ garo gñis eſt fœminini:quẽadmodũ probauimꝰ cũ de noĩbus in.c.finitis dictũ eſt.Forpex quoq; ſicut forceps gñis eſt fœminini.nã alterũ ab altero per antiſtechon dictũ eſt.Vibex.icis.Perſi.ſi putea multa cautus vibice flagellas.Carex.icis.Verg.iij.geor.Et carice paſtus acuta.Imbrex.icis.Pli.lib.xxxv.Primuſq; perſonas regularũ extremis imbricibus impoſuit:quæ inter initia ꝓtotypa vocantur.Seruius in illud.Verg.iiij.geor.Anguſtiq; imbrice tecti licet (inqt) hic imbrex lectũ ſit:melius ſecũdũ Plau.hæc imbrex dicitur (ait enim) fregiſti imbreces meas.Idem in milite.q.meas fregiſti imbrices & tegulas.Supellex lectilis.Perſi.noris q̃ ſit tibi curta ſupellex,Culex Plau.i caſſina.gñe fœminino ꝓtulit,dicẽs.Eho tu nihili cana culex.¶ Quod fit in.ix.q.noĩa in.ix.deſinẽtia fœminina ſunt.vt hæc perdix.cornix.filix.lodix.Iuue.Magnæ mentis opus nec de lodice parãda.q̃q̃ Aſinius Pollio ſermõis latini autor exactiſſimus hos lodices genere maſculino protulit.vt Quin.lib.i.refert.Maſcula vero ſunt hic fornix.icis.Auienus in arato.Demittat gemino ſe fornice circulus.Cilix.icis.Luca.O nunq̃ pacate cilix.a quo fœmininũ eſt ciliſſa.Ouid.i.f[illegible]to.Et ſonat accẽſis ſpica ciliſſa focis.Phœnix.icis.pro aue.& pro vento.& pro quacunq; re maſcula ex phœnice region[illegible] fœmininũ mittit phœniſſa.Verg.i.æñ.hunc phœniſſa tenet Dido.& in.iiij.æñ.atnõ infœlix animi phœniſſa.Onyx.chis.Luca.[illegible]x.totaq; effuſus in aula calcabatur onyx.& Mart.vnguentũ quod paruus onyx.ab eo cõpoſitũ ſardonyx.vt ſtatim dicemus etiã fœmininũ reperitur.Maſtix.gis.qđ flagellũ interpretatur:a maſtico,vel maſtizo,quod eſt flagello,as.hinc dictus Homero maſtix.Vergiliomaſtix.Cicero.maſtix Homeri,Vergilij,Ciceroniſq; reprehẽſor,ſiue flagellũ.Pli.in proœmio librorũ natu.hiſto.Vt obiter hos fugiã homeromaſtiges.Gell.lib.xvi.Lartiũ licinius:cuius liber etiã fertur infando titulo ciceromaſtix.Iapyx.igis.pro vento:qui ſpirat ab Apulia.Hora.in.iij.car.Ne quid albus peccet iapyx.Calix.icis.pro vaſe potorio.Iuue.Fecũdi calices quẽ nõ fecere diſertum.Oryx.igis.Iuue.& getulus oryx & phœnicopterus ingens.Natrix.icis pro ſerpente.Luca.in.ix.& natrix violator aquæ.q̃q̃ Luci.fœmininũ ꝓtulit,dicens.Si natibus natricẽ impreſſit craſſam,& capitatã.Calyx.ycis.pro echino glãdis ſiue caſtaneæ.Pli.lib.xv.armatũ his echinato calyce vallum.dicitur autẽ calyx a calypto quod eſt velo.as.vnde eſt Apocalypſis,reuelatio.Varix.icis.Celſus.lib.ij.At varix ortus vel per

*ora venenarũ ſubdita profuſio ſanguinis. Spadix.icis.Vergilius in.iij.Geor.honeſtæ ſpadices.Gell. libro.iij. Palmæ termes ex arbore cum fructu auulſus ſpadix dicitur. Bombyx pro materia illa: ex qua fiunt veſtes, generis eſt fœminini. vnde & Plinius.libro.xi.Caput inſcripſit de bombyce coa. Et in eodem. Aſſyria inquit bombice fœminis credimus. pro verme,ad genus generale referri debet:vt ſit hic bombyx vermis. hæc bombyx lanugo illa. Martialis.bombyx pendulus vrget opus. ¶ Voluox.ocis.ex terminatis in.ox. tantum maſculinum eſt:eſt.n.vermis:qui & conuoluolus & inuoluolus dicitur. ¶ Fœminina vero ſunt Solox.ocis. pro lana hirta:quãq̃ poteſt etiam trium generum eſſe commune.vt apud Lucilium.montano hirco atq; ſoloce, & Tintinius, lana ſoloci ad purpuram data. Celox.cis. quoq; quod eſt genus nauis apud Plinius in ſeptimo alioſq; autores.Phalanx quoq; additur ſuperioribus.Vergiliꝰ.ij.æneid.& iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat. & Iuue.iunctæq; vmbone phalanges.¶ Sirynx pro fiſtula ſic dicta a ſyringe nympha in calamum paluſtrem conuerſa. Ouidius.ij.meta. nymphæ ſyringa vocanbant. Menynx,menyngis.pro panniculo cerebri: quo verbo etiam nunc vtuntur medici. nam pro inſula Aegypti ad regulam generalem refertur. Iynx.auicula eſt quæ latinæ dicitur torquilla ſiue turbo.de qua Ariſt.libro.ij.de animalibus.& Theocritus. Generis quoq; maſculini ponit quattuor thominx.cos.quam nos appellamus thomicen. Spelinx.gos.q. interpretatur ſpelunca.Pharynx.gos.pro fauce gutturis, & Larinx.gos.pro ipſo gutture: quas Galeni interpres pharyngas & laryngas appellat.*

Que dãtibus maribꝰ;voluox quoq; iungitur illis.
Fœmineis addes ſolox;celoxq;phlanxq;.
Sirynx & menynx,& iynx. Sed maſcula ſunto,
Thominx thomicos;ſpelinxq; pharinxq;larinxq;.

## ¶ De Genere dubio.

AMbigui generis tibi tradunt pauca poetæ.
Cum talpa;dama;cardo; panthera;cupido.
Et margo;bubo;finis;cum puluere clunis.
Torqs;ſtirps & adeps;cũ ſcrobe ſpecuſq; penuſq;.

*DE genere dubio. Septem ſunt gña nominum quemadmodũ libro inſequenti dicturi ſumus,maſculinũ.fœmininum neutrum,cõmune duorum,cõmune triũ,promiſcuum,dubium.ſed de quinq; prioribus hucuſq; dictum eſt.promiſcuum etiã ad genus terminationis refertur. Nunc vero de genere dubio dicit eſſe pauca nomina:quæ autores alio genere auſi ſunt proferre:quã vſus atq; grammatices regulæ exigebant.vt Talpa.Dama.cũ ratione terminationis generis ſint fœminini.vt apud Hora.i.carmi.& ſuperiecto pauidæ natarunt æquore damæ.Vergiliꝰ.autoritate ſua vtrũq; ſub genere maſculino protulit.vt in bucco.cum canibus timidi venient ad pocula damæ.& i. Geor.aut oculis capiti fodere cubilia talpæ.Quint.lib.ix.fiũt & circa genus figuræ in nominibꝰ.nam & oculis capti & damæ timidi a Verg.dicuntur,ſed ſubeſt ratio,quia ſexus vterq; altero ſignificatur: Panthera nuſq̃ niſi gene fœminino legi.vt apud Hora.ij.epiſtola.diuerſum confuſa genus panthera camelo.apud græcos tñ panther.eris.maſculinum eſt.Cardo.inis.cũ pleriq; omnes genere maſculino protulerunt:Grachus in atalanta proportionem ſecutus dixit.o grata cardo regiũ egreſſum indicans. Cupido.inis. pro deo amoris.generis eſt maſculini vel ex regula ſignificationis generali cõpertum habemus:nam pro cupiditate fœmini tum eſt ratione terminatiõis.Hora.tamen in hac etiam ſignificatione maſculinũ protulit.ij.carmi.dicens,cupido ſordidꝰ aufert. ¶ Margo.quoq; ratione terminatiõis fœmininũ eſt:vt apud Iuue.ſummi plena iã margine libri. Papi.tñ.ij.the. dixit:ſoluerat heſperij deuexo margine põti. Bubo e diuerſo generis eſt maſculini. Ouid.v.meta.ignauus bubo dirũ mortalibus omen.Idem in.xv.eiuſdem.ſtygius dedit omnia bubo. Pli.lib.x.bubo funebris & maxime abominatur. Verg.iiij. æñ.autoritate ſua fœmininum protulit dicens.ſolaq; culminibus ferali carmine bubo. Finis & Clunis ideo ſunt maſculina quoniam.n.habent ante.is. Verg.v.æñ.feſſiq; ſub ipſum finem aduentabant.& Iuu.ad terrã tremulo deſcendunt clunæ puellæ.Verg.tamen.ij.æñ.dixit,hæc finis priami fatorũ & Hora.i.ſer.quod pulchræ clunes breue quod latus. miror q; Seruiũ in illud Verg.hæc finis Priami putaſſe,neq; dici poſſe hic finis,neq; hæc clunis.ait namq; his verbis,omnia latina nomina in anima.ſimplicia,a verbis non venientia,in.nis.ſyllaba terminata maſculina ſunt.in anima propter canis.ſimplicia propter bipennis,a verbo non venientia propter finis.ergo Iuue.bene dixit tremulo deſcendunt clunæ puellæ. Hora.atalesq; quod pulchræ clunes. Puluis.eris.maſculinũ eſt.Hora.i.car aut puluere troico nigrũ melionem:quod etiã ab illo diminutiuum confirmat puluiſculũ. Apul.pro magia.tenuem.candificum.nobilem puluiſculum. Proper.tamen.lib.elegi.i.fœmininum protulit.d.ſit mihi præcipue puluis ethruſca dolor. Idem libro.ij.& duo ſint verſus,qui nunc iacet horrida puluis. Clunis.is.Hora.i.ſermo,quod pulchræ clunes,breue quod latus.Iuue.Ad terrã tremulo deſcendunt clunæ puellæ.Plau.quaſi lupus ab armis valeo,clunes inflatos fero.¶ Torquis etiã:vt ſuo loco diximꝰ:frequẽtius fœmininũ q̃ maſculinũ reperitur. Stirps quoq; p arbore.tũ maſculinũ,tũ fœmininũ eſſe teſtatur Ser.in illud Verg.vij.æñ.quorũq; a ſtirpe nepotes. ſtirpẽ (inquit)cũ de gñre dicimꝰ,tãtũ fœmininũ eſt.vt idẽ in eodẽ.heu ſtirpẽ inuiſam:cũ de arbore maſculini & fœminini gñis inuenitur.Hor.ſtirpes raptas & pecudes & domos.Sed de maſculino.Verg.ij.geor.admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.Idẽ lib.xij.ſed ſtirpẽ teneri nullo diſcrimine ſacrũ.Adeps.ipis.apud Celſum ſemp fœmininũ reperio.vt.v.lib.adipis anſerinæ.apud Pli.vero ſemp maſculinũ:niſi quid me fallit.nũq̃ enim aliter loquitur,niſi adeps anſerinus.verrinus.humanus.& li.xxviij admixto anſeris adipe ſeuoq; taurorũ. Scrobs.bis.ex gñali regula fœmininũ eſt.Luca.lib.viij.exigua poſuit ſcrobe.Seruũ quoq; cõtra artem a Lucano poſitũ miror,cum etiam Ouid.vij.meta.dixerit.ſcrobibus tellure duabus.ait namq; in illud. Verg.ij.Geor.ſcrobibus mãdet mutata ſubactis.nos ſcrobes dicimus gñe maſculino,ſed Luc.dixit cõtra artẽ.exigua poſuit ſcrobe.neq; enim quia Plau.in amphy.dixit ſcrobes effodito ſexagenos ſperum.latine Lucanũ Ouidiumq; dixiſſe putandi ſunt,immo magis tarte ſcrobẽ fœminino gñe protuliſſe. Specus.penus.de vtroq; ſatis multa in genere dicebamus.*

¶ Cortex.cis,ſilex.icis.pumex.icis,latex.icis.rōne terminatiōis maſculina ſunt.Verg.raptus de ſubere cortex.& Martial.cortice depoſito mollis echinus erit.Iuue.nec melior ſilicē pedibus quæ cōterit atrū.Verg.vj.æn.latebroſo in pumice nidi.Idē.in.j.æn.laticeq; lyæū.& .iij.geor.latices infundere cornu lenæos.Iueniūtur tū autores etiā genere fœminino ꝑtuliſſe.Verg.in buc.muſco circūdat amaræ corticis.vbi Seruius ait maſculino potius eſſe vtendū. In illud quoq; Verg.vij.æn.ſtabat acuta ſilex:his verbis ſcribit,pene oēs hūc ſilicē dixerūt.nā & Varr.& Lucre.ita dicūt.Tāta tū eſt Verg.autoritas.vt perſuadeat nobis etiā hāc ſilicē dici.Idē quoq; Seru.ſcribit in illud Vergilij,Ecce maris magni claudit nos obice pōtus,meli9 inquit dicitur hic obex ꝗ hæc obex.Ouidius,quas obice firmo clauſerat iliades,ſed de hoc noīe in defectiuis dicetur.atq; ea cauſa hic nō poſitū ē.Eo modo Catull.poſuit ſub gñe fœminīo pumicē,quē admodū & Ennius laticē.Et actius apḋ Priſcianū lib.v.nō calida latice lautus.dixit.Lynx præterea cū ex regula fœmininū ſit,vt apud Verg.iij.geor.qd lynces bacchi variæ.Hora.tū in.ij.carmi.maſculinū ꝑtulit dicens:nec curat oriō leōes aut timidos agitare lynces.Et lapidis nomen,quia ſardonyx hoc genus carminis nō recipit,circuitione vtitur dicēs.ꝙ ille lapillus:cuius nomen eſt cōpoſitū ex ſardus & onyx,eſt gñis dubij.Iuue.radiāt teſtitudine denſi ſardonyches.Idē tū alio loco dixit.atq; ideo cōducta Paul9 agebat ſardoniche.Alia fortaſſe repeniūtur noīa gñis ambigui,ꝗ ſcriptores autoritate ſua freti cōtra vſum artemq; ꝑtulerūt gñe diuerſo,ſed nos hæc tantū annotaſſe ſufficiat.

Cortex, atq; ſilex;cum pumice:lynxq; latexq;.
Et nomen lapidis quod gignit ſardus onyxq;.

DE nominibus maſculinis ꝗ ex diuerſis terminationibus mittūt fœminina in,a.vel in.is.

| | |
|---|---|
| Draco dracæna. | Flamen flamina. |
| Caupo capona. | Aſtur aſturica. |
| Leo leæna vel lea. | Sambuciſtes:ciſtria. |
| Fullo fullona. | Cytariſtes.riſtria. |
| Lacon lacæna. | Cymbaliſtes.liſtria. |
| Fidicen fidicina. | Tympaniſtes.paniſtria. |
| Lyricen lyricina. | Pſaltes pſaltria. |
| Siticen ſiticina. | Prophetes prophetis. |
| Tibijcen tibijcina. | Poetes poetis. |
| Tubicen tubicina. | Scythes ſcythis. |
| Cornicem cornicina. | Sarmates ſarmatis. |
| Oſcen oſcina. | Magnes.etis.vel.neſſa. |
| Cretes cretis;vł creſſa. | Chalybs chalybiſſa. |
| Moabita moabitis. | Aethiops æthiopiſſa. |
| Amonita amonitis. | Thrax thraiſſa. |
| Nepos neptis. | Cilix ciliſſa. |
| Heros heroina. | Phœnix phœniſſa. |
| Lybs lybiſſa. | Phryx phrygia. |
| Arabs arabiſſa. | Rex regina. |

Quedā ſunt noīa;ꝗ tametſi cōmunia duorū gñrū repiūtur;habēt tū aliā ꝓpriā terminationē gñeris fœminini;vt Hoſpes hoſpita.Soſpes.ſpita.Sacerdos ſacerdotiſſa.Cuſtos cuſtodia.Antiſtes antiſtia

DE noib9 maſculinis.Quoniā illa regula ſignificatiōis,quā pricipio hui9 libri poſuim9,ꝙ noīa ꝗ ad mares ꝑtinent gñis ſunt maſculini,& ꝗ ad fœminas fœmin.& ꝗ ad vtrūq; cōis duorū,nimis cōfuſe atq; inſufficiēter fuit poſita,partim explicata eſt a nobis ꝑ regulas terminationū,partim etiā hoc loco explicabitur.Nō dico nūc de illis noībus quæ hñt vtriuſq; ſexus diſtinctas terminationes,vt magiſter,magiſtra,lupus,pa.roman9.romana,ſed de illis ꝗ cū poſſint eſſe gñis fœmini ex ratiōe terminatiōis atq; illorū ſignificatio,ad vtrūq; ſexū ꝑtinere,tū habēt ꝑ alterutro ſexu diuerſas terminatiōes,vt ecce draco rōne terminatiōis ita potuit eſſe cōe duorū gñrū,quēadmodū hic & hæc homo:& quaſi epicenū ſub gñe maſculino cōprehēdere fœmininū:maſculinū tū appellam9 draconē.fœmininū vero dracenā.Eodē mō de leōe lea vel leæna dicim9.Ouid.iiij.meta.vt lea ſæua ſitim multa cōpeſcuit vnda.Verg.in buc.torua leæna lupū ſeqtur.Strabo,ſtraba.teſte Priſc.iiij.car.facit.A caupone quoq; fullone & latrone,quia nunq̄ niſi de viris dicuntur:vſurpantur(vt inquit Ser.)fœminina in a.vt caupona,fullona.& latrona,ſed caupona in vſu eſt.fullona & latrona nondū legē:ſed ſi mihi eſſet neceſſe illā noīare,ꝗ nobis lintea polire ſolet ego potius fullonā ꝗ fullonē appellarē:quīquidem fullo maſculorū eſt propriū,& eodē modo latronā fœminā potius ꝗ latronē:& ſi cū grāmaticorū vulgo ſupra dixi,hō nemo īige latronē.Lacō tātum ſignificat marē ex lacedemōe vrbe.Mar.nondū adhuc matre iubente lacō.fœmininū ab eo.Vergilius protulit.ij.æn.nec tibi tyndaridis facies inuiſa lacæne.¶ Cōpoſita quoq; a cano,nis.in,cen.finita maſculina ſunt,fœminina vero mittūt in.a.vt ſupra diximus:cū de noīb9 terminatis in en.diſputarem9. Flamē.inis.ſacerdos tantū de viris dicitur,nā ſacerdotiſſa flamina dicitur.Aſturicū maſculinū eſſe dixerim9. Sābuciſtes.æ.vel ſambuciſta.æ.fœmininū mittit ſambuciſtria. Cymbaliſtes vel cimbaliſta.liſtria. Cythariſtes vł.riſta.riſ. Tympaniſtes vel.niſta.niſtria.Pſaltes vel pſalta.tria. Prophetes vel ꝓpheta.etis.tidis.vel ꝓphetiſſa.Poetes vel poeta.etis. r.quidā etiam dixerūt poetiſſa. Scythes vel ſcytha.this.thydis. Sarmates vel ſarmata.atis.tidis.de quibus oībus cōplura diximus cū de genere nominū in.a.terminatorū diſſerebamus. Magnes.itis.ſemꝑ ſub hac terminatione maſculinum reperitur ſiue ꝑ lapide ſiue pro populo Theſſaliæ.nā fœmininū mittit magnetis.tidis.magneſſa.Ouid.in epiſt.Medeæ.cur vnq̄ colchi magnetida vidim9 argo.nauis.n.cū ſit nomē:fœminini gñis eſt.Hora.iij.car.magneſſam hippolytē dū fugit abſtinēs.Pari rōne.Cres.tis.cretis.dis.vel creſſa.æ.mittit fœmininū.Silius.ij.pu.cres erat æſonis Curetū educt9 ab antris.& Tibul.de dædalo lib.iiij.phoebo gratiſſima dona cres tulit.Auſo.quoq; in monoſyllabis.ꝙ Dedalo cres poſuit.Ouid.j.de arte.creſſa Thyeſtro ſi ſe abſtinuiſſet amore.Verg.v.æn.creſſa gen9 pholoe gemini circū vbera nati.Iuue.nec minus ſthenoboea:ꝗ creſſa excādvit.Ex terminatis in.bs. Lybs.yſſa.vel libyſtis,idis.Verg.v.æn.horridus in iaculis & pelle libyſtidis vrſæ.Sili.lib.j.vrſaq; libyſſæ inſignis ſagulo duris certare manipilis. Arabs.iſſa. Chalybs.biſſa.& in.ps.æthiops.piſſa,quēadmodū in gñe terminatorū in.bs.& .ps.dictū eſt,Ex terminatis in.x.thrax.aiſſa.cilix.iſſa.phœnix.iſſa.

phryx.igia.rex regina,q̃ oĩa ſuo quoq; loco in gñe terminationũ requirẽda ſunt. Quædam ſunt nomina. Seruius in illud. Verg.vi.æñ.cernis cuſtodia qualis,loquẽs enim de Cteſiphone inqt.cuſtodia eſt qui cuſtodit.vſurpatũ eſt autẽ ſicut hoſpitanã hic & hæc cuſtos facit.Idem quoq; dicendũ de ſoſpes.antiſtes & ſacerdos. Cap.ij.

De quinq; nominũ declinatiõibus. Iam puer eo videtur adoleuiſſe:vt quod ante hac faciebat,nõ debeat inflectere nomina per ꝓportionẽ illorũ,quæ in principio huius operis poſita ſunt:cũ declinãdi modus ille ſit paulo incertior atq; confuſus,ſed per regulas & præcepta quæ in hoc cap.ij.traduntur.

## ¶ De nominum declinatione. Cap.ij.

Ne ſit opus toties eadem præcepta reſumi:
Accipe,quæ teneas in nominibus variãdis.
Compoſiti formam ſimplex,& cõpoſitiuum
Simplicis obſeruant.Exanguis dat tibi ſanguis.
A pede ſit vulpes & apes;nec regulas ſeruit.
Impubis dat.eris.ſed pubes dat tibi pubis.
Eſt requies quintæ;declinat tertia ſimplex.
Quartus cum quinto ſemper recto ſimilantur
In neutris.Sed in.a.pluralem ponis vbiq;.
Eſtq; vocatiuus recto ſimilis prope ſemper:
Præterq̃ quintæ pluralibus in genitiuis:
Syllaba nonnunq̃ colliditur,u.capitales.
Tertius & ſextus plurales aſſimilantur.

¶ Principio itaq; ponit documenta omnibus quinq; declinationibus cõmunia:deinde ſingulatim de vnaquaq; illarũ quinq; declinationũ regulas proſequtur. ¶ Dicit igitur,q̃ ne oporteat autorem ſæpius eadem præceptionẽ repetere:hoc eſt in qualibet declinatione idem dicere,o auditor accipe quæ teneas memoria in nominibus variãdis.i.indeclinando nõia. ¶ Cõpoſiti formam.Primum præceptũ ad analogiam grãmatices pertinet:q̃ (vt ait Quin.) nõ ratiõe nititur:ſed exẽplo,& ex certis incerta probare nititur.vt cum exploratũ habueris,q̃ iber facit in genitiuo iberi,intelliges q̃ celtiber compoſitũ a celta & iber facit in genitiuo celtiberi. Atq; ediuerſo ſi exploratum tibi ſit q̃ celtiber facit celtiberi intelliges etiã q̃ iber facit in genitiuo iberi. Hæc regula quia declinationi ſeruit maxime,viſum ẽ autori hoc loco illã ponere. Dicit itaq; q̃ nomẽ ſimplex ſeruat formã cõpoſiti.i.proportionẽ & cõpoſitũ ſeruat ecõtrario formã ſimplicis. Habet tñ regula exceptionem,quia non vſq;q̃q; vera eſt,vt ſanguis genitiuum fecit ſanguinis vna ſyllaba creſcente,exanguis,vero fecit exanguis parium ſyllabarum. ¶ Præterea cum vulpes & apes a pede compoſita videantur:quoniam vulpes autore Quin.quaſi volipes dicta eſt,apes quoq;,vel quia ſine pedibus naſcantur:vel potius quod pedibus per mutua nexis. vt Verg.vij.æñ.ait in vuæ modũ pendeãt,debuerunt facere in genitiuo vulpedis & apedis,ſed amiſſa vna ſyllaba fecerũt vulpis & apis,quãq̃ pro cypſelo aue apedis quoq; facit. Lepus quoq; ſi(vt autor eſt Quin.) quaſi leuipes dicitur, leuipedis debuit facere:ſed fecit leporis. ¶ Pubes quoq; mittit genitiuum parium ſyllabarum,ſed ab eo compoſitum impubis,vt Probus & Phocas voluerunt,vel impuberis:vt Cæſar in lib.de analogia impuberis in genitiuo facit. Cice.iiij.inuectiuarum. Filium eius impuberem legatum a patre miſſum. Verg.tamẽ regulã ſecutus impubis Iuli dixit. & Hora.ij.carmi.nec impubem parentes Troilũ & Ouid.ix.meta.facietq; viros impubibus annis. ¶ Quies.etis.præterea cum ſit tertiæ declinationis,ab eo compoſitũ requies quintæ reperitur.vt apud Verg.iiij.æñ.tempus inane peto requiem ſpaciumq; furori.quãq̃.& quies quieti antiquiores etiã per quintam declinabãt.vt Afranius.ſolicito corde corpus non potitur nec quie. & Næuius.cõplexo ſummo corpora operiuntur ac ſuaui quie. Atq; econtrario Cicero in Catone maiore dixit: vt meæ ſenectutis requietem oblectamentumq; noſcatis. Macro.quoq; in.i.de ſomno Scipionis,quia & illa(inquit)requietis eſt inſcia. Multa quoq; alia ſunt quæ non ſequũtur ſimpliciũ declinationẽ:vt centimanus Giges dictus eſt ab Hora,ſed in genitiuo cẽtimani gigæ dicemus. Alia quoq; complura paſſim reperies,quæ non ſequuntur ex regula proportionem. ¶ Quartus cum quinto. Secunda regula eſt q̃ nõia neutra.ij.iij.& .iiij.declinationis quoniam primæ & quintæ nullum eſt neutrum:habent accuſatiuũ & vocatiuũ ſimiles nominatiuo,& in plurali ſemper terminãtur in.a.vt hoc templum tẽpla,hoc corpꝰ corpora,hoc veru verua. ¶ Eſtq; vocatiua recto ſimilis. ¶ Tertia regula eſt,q̃ vocatiuus omniũ quinq; declinationum in vtroq; numero ſimilis eſt nominatiuo. Sed dixit non ſemper ſed prope.i.quaſi ſemper,propter nomina ſecũdæ declinationis terminata in.us.quæ alio modo exeunt.& propter nomina græca de quibus ſuo loco diſſeremus. ¶ Præterq̃ quintæ. Quarta regula,q̃ genitiuus pluralis omnium declinationum præterq̃ quintæ poteſt recipere ſyncopam,hoc eſt abſciſionem,vt in prima æneadum pro æneadarum. graiugenum pro graiugenarum. Verg.i.æñ.quis genus æneadum:quis Troiæ neſciat vrbem? Idem in.viij.optime graiugenũ: cui me fortuna precari. In ſecunda virum pro virorum,diuum pro diuorũ. Vergilius.i.æñ.arma virumq; tabulæq;. Idem in.ix.Turne quod optanti diuum promittere nemo. In.iij.agreſtum pro agreſtium.cœleſtum pro cœleſtium. prudentum pro prudentium.menſum pro menſium. Ouid.xij.meta.& quos ſuſtinui bis menſum quinq; labores. V[illegible].i.geor.& vos agreſtum præſentia numina fauni. & Ouid.i.meta.vltima cæleſtum terras aſtrea reliquit. In.iiij.paſſ[illegible] pro paſſuum.nurum pro nuruum,currum pro curruum. Mar.ſed.duo ſunt que nos diſtingunt millia paſſum. Lucill.apud Macro.in.i.ſatur. hunc mille paſſum qui vicerit atq; duobus campanus ſonipes. Idem lib.xij.cõctaq; adeſt virgo matrũq; nuruumq; caterua. Verg.vi.æñ.quæ gratia currũ armorumq; fuit viuis. Neq; ſolum in carmine fit huius caſus abſciſſio, verũetiam in proſa oratione.vt Cic.in ora.pro Sextio,veſtrarũ(inquit)ſedũ templorũq; cauſa.& in nominibus numeralibus,vt duũ pro duorũ. quadragenũ pro quadragenorum,tricenũ pro tricenorum,ediuerſo alæ in genitiuo plurali u.ſuſcepit tantum metri cauſa: vt dixit Seruius in illud Verg.viij.æñ.alituũ pecudũq; genus,alituũ enim per epentheſim pro alitum poſuit. ſicut & Maniꝰ. In vltimo aſtro.alituũq; genus ſtudiũ cenſuſq; vocabit. ¶ Tertius & ſextus,q̃ datiuus & ablatiuus numeri pluralis in terminatione ſimiles ſunt in omnibus quinq; declinationibꝰ. Itaq; cum ſemel datiui terminationem poſuimus,ablatiui eãdem eſſe intelligemus.vt datiuo muſis,ablatiuo a muſis.

# LIBER SECVNDVS.

De prima nominis declinatione.

Cvm ſint quinq; puer declinandi tibi formæ:
Quas vnus varijs ex rectis dat genitiuus:
Prima ſit in.as.es.ſed.græcis.a.q; latina.
Eſt genitiuus in.æ.diphthongon.ſed tamen.ai.
Dat tibi nonnunq̃.dat &.as.ſed & id quoq; raro.
Octo trium generum ſunt nomina.& dant.in.ius.
Pone datiuis in.æ.diphthongon.ſed genitiuus
Cum tibi fiet in.us.us.rapta pone datiuum.
Omnibus ex rectis finitur in.am.tibi quartus.
Atq; vocatiuus ſit in.a.Cui iungito ſextum.
Rectus pluralis ſit.æ.Genitiuus in.arum.
Atq; datiuus in.is.finitur.Pauca tamen ſunt:
Quę faciunt abus,velut eſt equa,filia nata,
Mula,dea;liberta,ambabus iunge duabus.

*De prima nois declinatiõe. Formæ declinationũ vt quibuſdã (Diomede referente) viſum eſt:ſeptẽ ſunt. Nã ex ſecũda noſtra duas fecerunt,alterã eorum quæ genitiuũ in.i.ſimplex alterã eorũ,q in.i.duplex terminãtur. Duas quoq; ex quarta noſtra,alterã eorũ quæ mittũt genitiuũ in.us.alterã ex aptotis in.u.deſinẽtibus q̃ non declinatur in nũero ſingulari. Qui declinationũ numerus ad quinariũ redactus eſt:quoniã tot videbãtur eſſe genitiui diuerſitates. ¶ Dicit igitur q pria nois declinatio,terminatiões habet noiatiui tres in.as.es.a. Sed in.as.& in.es.tãtũ grecorũ,vt æneas.æ.archias.chiæ. anchiſes.chiſæ.planetes.netæ. In.a. vero tã grecorũ q̃ latinorũ,vt muſa.æ.helena.enæ,terra.æ,fabula.æ. Itaq; dexit.a.latina.non q oia noia primæ declinatiõis in.a. deſinẽtia latina ſint:ſed q cũ in.as.et in.es.oia ſint greca in.a.finita ſunt etiã latina. Eſtq; illud etiã hoc loco repetẽdũ q in cap.ſupiori dictũ eſt,q noia huius declinatiõis in.as.& in.es. finita omnia ſunt græca:& maſculina.in.a. vero partim greca,ptim latina,ptim maſculina,partim fœminina:nã neutrũ nullũ eſt priæ declinatiõis:preterq̃ quod Ouid.v.meta.bis poſuit in neutro genere polẽta.idq; ſingulari,vt diximus exẽploq; quẽ opinor noſtri ſecuti ſunt.cũ hoc paſcha.chæ. in neutro gñre poſuerũt. ¶ Eſt genitiuus in.æ.diphthõgon.q noia primæ declinatiõis a quacunq; veniat nominatiui poſitiõe mittũt genitiuũ in.æ. diphthõgo.vt æneas,eneæ.anchiſes.æ.muſa.æ.terra.æ.ita tñ,vt gtũs ſit pariũ ſyllabarũ. Poetæ vero aliqñ ſoluũt diphthõgõ illã i.ai.ſyllabas. Ver.iij.æñ.aulai in medio libabãt pocula bacchi. Idẽ in.vj.aurai ſimplicis ignẽ.& in.ix. Diues pictai vectis & aurai. Cic.in.ara. Atq; oculos vrget pedib9 pecuſq; nepai,p aulæ,auræ,pictæ,nepæ,ſed hoc poetis tantũ licitũ fuit.neq; oibus quidẽ,ſed antiq̃oribus:aut antiq̃tatũ amatoribus,quales fuerũt Vergili9,Lucre.Cice. Exit etiã hic gtũs in.as.ſed id quoq; apud antiquos,& quidẽ raro. Liuius andronicus,atq; eſcas habemus mẽtionẽ p eſcæ,ab eo qd' eſt eſca. Neuius rũcus atq; purpureus filij terras p terræ. Vñ etiã nũc pater familias,mater familias,filiuſfamilias dicimus p familiæ,qđ antiqui ſic loq̃bantur. Deĩde dicit q illa noia adiectiua quæ p primã & ſcđam nois declinationẽ inflectũtur,mittũt genitiuũ in.us.a quacũq; noiatiui terminatiõe exeãt ſiue priæ ſiue ſcđæ ſint declinatiõis. Ea ſunt vnus.a.um.vnius.i. Vllus.a.um.vllius.li. Nullus.a.um.nullius.li. Solus.a.um.ſolius.li. Totus.a.um.totius.ti. Alius.a.ud.alius alij. Alter.a.um.alterius.ri. Vter.a.um.vtrius.ri. Et ab his cõpoſita,vt Neuter.a.ũ. Vterq;.aq;.ũq;. Vterlibet.alibet.vtrũlibet. Vteruis.auis.vtrũuis. Vtercũq; vtracũq; vtrũcũq;. Alteruter.utra.utrũ,quæ oia mittũt genitiuũ in ius,& datiuũ in.i. Sequũtur tñ aliqñ pportionẽ noim adiectiuorũ priæ & ſecũdæ declinatiõis. Cicero nõ vnæ rei,ſed omnibus cõſuli putetur,pro vni. Idẽ ad Herẽniũ,nõ res totæ rei neceſſe eſt ſimilis ſit,pro toti. Terentius in Heautõti. Alteræ dum narrat forte audiui,pro alteri. Idem in eunucho. Mihi ſolæ ridiculo fuit,pro ſoli. Cecilius. Nullæ nationi tot victorias tã breui ſpacio datas arbitror,pro nulli. Sed in hoc noie neuter frequẽtius reperitur genitiu9 regularis:q̃ genitiuus in.ius.& datius in.i. ¶ Pone datiuis.æ.q datiuus in.æ.diphthõgon terminatur,ſimiliſq; eſt genitiuo. Noia tñ quæ miſerunt genitiuũ in.ius.ablata.us.faciũt datiuũ in.i.vt vnus vnius vni. ¶ Omnibus ex rectis,q accuſatiuus primæ declinationis a quacunq; exeat terminatiõe noiatiui in.am.deſinit:fitq; a genitiuo.æ.diphthõgon mutata in.am.vt muſa.æ. muſam. Sed in noibus græcis accuſatiuus grecus pleruq; a latinis vſurpatur queãdmodũ in declinatione græca dicemus. ¶ Atq; vocatiuus ſit in.a.q vocatiuus in.a.terminatur:etiã cũ venit a noibus græcis in.as.& in.es.deſinẽtibus.vt æneas o ænea.anchiſes o anchiſa.atrides o atrida. Verg.x.æñ. Vigilias ne deũ gẽs æneæ vigilia. Idẽ.ij.æñ. Cõiugis anchiſa veneris dignitate ſuperbo. Hora.ij.ſermo. Nequis humaſſe velit aiacẽ atrida vetas cur. Ablatiuus quoq; ſimilis eſt vocatiuo in terminatiõe. Sed quod de accuſatiuo diximus,idẽ quoq; de vocatiuo & abltõ dicẽdũ eſt:frequẽtius in noibus græcis in.as.& in.es.deſinẽtibus vſurpari caſus græcos,vt ſuo loco dicem9. ¶ Rectus pluralis,q noiatiu9 pluralis huius declinatiõis in.æ. diphthõgõ deſinit,& eſt ſimilis genitiuo & datiuo nũeri ſingularis,ſicut muſa.æ.plurali noiatiuo muſæ. ¶ Genitiuus in.arũ.q gtũs pl[illegible]alis in.arũ.terminatur,fitq; ab ablatiuo ſingulari addita.rum.vt hæc muſa a muſa.arum. ¶ Atq; datiuus in.is.q dtũs plu[illegible]s terminatur in.is,fitq; ab ablatiuo ſingulari.a.mutata in.is.vt muſa.is. Excipiũtur tñ q̃ differẽtiæ cauſa faciũt datiuũ in.abus.& quæ ſunt illa ſubiũgit,equa.abus,filia.abus,nata.abus.mula.abus,dea.abus,liberta.abus.ambæ.abus.duæ,duabus. Priſcia.inter hæc numerat aſina aſinabus,qđ Valla poſſe dici negat. Antiquiſſimi quoq; ab is ea id, eabus dixerũt. Caſſius. Hemina põtifici quicũ eabus ſtuprũ fecerat. Iuniores etiã ab dia diabus dixerũt,vt Seru9 multis in locis & noſtræ religiõis autores. Nec diſſimulandus eſt hoc in loco illorũ error,q nõ intelligẽtes verba Priſciani qđ ille de paucis noibus ſcripſit,ad infinita pp̃e noia extendũt. Dicit enim lib.vij. Vbi de datiuo & abltõ pluralibus primæ declinationis diſſerit. Inueniũtur tñ pauca gñeris fœminini,q̃ ex maſculinis tranſfigurantur nõ habẽtibus neutra,q̃ adđtũ ſunt demõſtratiua naturaliter diuerſum ſexũ habentia:q̃ differẽtiæ cauſa in ablatiuo ſingulari.bus.aſſumpta faciũt datiuum & ablatiuũ plurales,& quæ ſunt illa pauca,ſubdit.natabus,filiabus,deabus.mulabus.libertab9.aſinabus.ambabus,duab9. iſti vero dũ putãt ſe latinũ ſermonẽ locupletare,funditus euertunt:cũ artis grãmaticæ precepta cõtrahẽda atq; limitãda potiꝰ ſint,q̃ ampliãda. Quis enim vnq̃ apud autores idoneos legit quod iſti faciunt ab agnus.agna.abus.ab iuuencus.ca.abus.*

a lupus.pa.abus.a,ceruus cerua.abus. & alia innumera,quæ ſolent ſine autoritate in exemplũ deducere. Quid quod neq; illa ipſa quæ Priſc. & Valla dicũt exire in.abus.ſemper ita factũ niſi tãtum differẽtiæ cauſa,quæ ſi aliunde percipi poteſt, nihil neceſſe eſt illa nomina in.abus. terminari, vt equa, ratione diſcriminis potuit mittere equabus.vnde & Varro in.ij. de re ruſt. fecit caput de equis & equabus.vt vtrũq; ſexũ complecteretur. At vero Papiñ.lib.xxij. digeſt.titulo de vſuris & fructibus.l.equis.equis (inquit) per fideicomiſſum relictis poſt morã fœtus quoq; præſtabuntur. Vulpianus in titulo de varijs & extra ordinarijs cog.l.de vſu. Item de equis alienis a ſciente poſſeſſis fœtuq; earum, non dixerunt equabus, quia de partu earum vterq; iure conſultus mentionem fecit,neq; ambiguum erat, de quo ſexu loquerẽtur. Colum.quoq; lib.vij.de re ruſt.cũ de admiſſura equorũ in equas loq̃retur admiſſarũ (inqui) ceteris equis facit inimicum. Quod ſi ex adiũctis non ſatis conſtat:de quo ſexu loquimur:equabus potius q̃ equis dicemus.vt Seruius.iij.geor. Equabus (inquit) eius immiſit furorem. Filia præterea differentiæ cauſa potuit

Accuſatiui plurales.as.tibi mittunt.

De ſecunda nominis declinatione.

Altera dat rectis tibi ſex.er.ir.ur.vl.us.aut.ũ.
Atq; eus diphthõgõ.ſed & hãc tñmõ grecis:
Fit genitiuus in.i.Sed rectum non ſuperabit.
Excipias gibber,lacer;& ſocer;aſper;adulter.

facere filiabus. Ennius tamen in andromeda dixit:filijs propter te innocens obiecta ſum nerei,non dixit filiabus,quia de nereidibus loquebatur. Plau.quoq; in ſticho,ego intrabo & gratulabor aduentum veſtrũ filijs,non dixit filiabus:quoniam antiphe ſenex de duabus filijs Panegyri & Pinacio ad generos duos loq̃batur. Hierony.quoq; interpres Geneſos.cap.xxxi. Quid poſſum facere filijs & nepotibus meis: cũ Labam de Lia & Rachel deprehenſis loqueretur. Nata quoq; & ſi differentiæ cauſa poteſt aliquando exire in.abus. Papiñ.tamen in achilleide dixit.chariſq; paraconnubia natis: quas tibi ſidereis diuarũ vultibus æquas ſors dedit.nõ dixit natabus,quia Lycomedes rex ſcyri filias tantũ habuit,cum præſertim, vt ſexus ambiguitatem tolleret,adiunxit,quas æquas vultibus diuarũ. Ouid.quoq;.xiij.meta. Eubœa duabus & totidem natis andros fraterna potita eſt, quia duabus dixit:nihil neceſſe habuit natabus dicere. Quod vero Laurentius aſina ab hac regula excluſerit illa forte ratio fuit,quod non habuit autores,quorum teſtimonio fretus auderet dicere aſinabus:præter vnum Priſcia.cui non ſolet multum fidei adhibere. Nam Pli.lib.xi. Aſinis (inquit) a fœtu mãmæ dolent,ideo ſexto menſe arcent partus nihil neceſſe fuit dicere aſinabus,quia ſtatim ſubiunxit de mãmarum dolore atq; illarum fœtu. In.i.etiam lib.regum Hierony.interprete legimus:& de aſinis quas perdidiſti ne ſolicitus ſis.non dixit aſinabus,quia ſtatim adiecit quas perdidiſti. Eadem præterea ratione. Cicero ſcribens ad filiam & vxorem dixit. duabus animis ſuis,non animabus,quia illud adiunctum duabus tollebat ſexus ambiguitatem. Nam quod Seruius,atq; religionis noſtræ autores dicunt ab anima animabus, ne coincideret cum animis quod eſt ab animus:recte id feciſſent ſi autoritate niterentur. Et quod a domina quidam faciunt dominabus facile refellitur teſtimonio. Q. Curtij.qui de vxore & filia Darij ſcribens dixit actum.eſt de dominis:niſi forte velint dicere,qđ quia hyſtoricus de fœminis loquebatur, ideo dixit dñis,nunq̃ tamen iſti autorẽ idoneũ mihi monſtrabunt,qui vnquam dixerit dominabus. Nam qđ nonnulli afferunt ex epiſtola diui Hierony.ad demetriadẽ: dominabus,ille nõ dñabus,ſed dominis ſcripſit:incedentib9 (inquit) dominis ancilla virgo procedit ornatior. Atq; vt vno verbo colligã quod ſentio,tũc vtemur datiuo & ablatiuo.in.abus.cũ poteſt eſſe dubiũ de quo ſexu loquimur,neq; id paſſim, ſed in illis tantũ nõibus, in quibus optimi autores hoc fieri voluerunt. Ambæ vero & duæ quãuis nulla ſimili differentiæ cauſa cogente (vt Priſc.ait) habent datiuũ ablatiuũ ambabus,duabus. ¶ Accuſatiui plurales,q. accuſatiuus numeri pluralis exit in.as.addita.s.ablatiuo ſingulari,vt muſa.as.

De ſecunda nominis declinatione. ¶ Secũda nominis declinatio terminationes habet nõiatiui ſex.er.ir.ur.um.us.eus. quæ omnes mittũt genitiuũ in.i.vt,puer.eri,caper.i.vir.iri,treuir.i.ſatur.uri.quod in.ur.ſolũ reperitur,nã matur. latine non dicitur,etiam Priſci.autore,qui dicit in.ur.vnũ tantum reperiri ſatur. Templũ.li.lignũ.i.deus,dei. In.eus. diphthõgon finita omnia ſunt græca,vt pẽtheus.ei,orpheus.ei. Reperiũtur etiã duæ terminationes in.os.& in.on. nõim tantum græcorũ quæ ad hanc declinationem referuntur quemadmodũ in declinatione græca diſſeremus,vt hic logos.gi.hoc ilion.ij. Sed rectũ nõ ſuperabit. Omnes genitiuos ſecundæ nominũ declinatiõis in.i.terminari diximus, ſed quia partim creſcunt vna ſyllaba,partim ſunt æqualiũ ſyllabarũ,vt tollat hanc ambiguitatẽ,dicit,q. genitiuus huius declinationis æqualis eſt ſuo nõiatiuo in numero ſyllabarũ,vt hoc templũ.li.hic dñs.ni. Excipit pauca nõia q̃ hic numerantur.gibber.eri. Sueto. de orbilio grãmatico,gibberoſos ſe de ſole in vmbrã transferre reſpondit.erat enim Murena gibber. Pli lib.viij. Syriacis nõ ſunt palearia ſed gibber ꝓ gibbo.poſuit. Mart.in.diſt.ſigillũ gibberi ꝓ gibberoſo. Nã quẽadmodũ gib[illegible]tũ ipſum tumorẽ ſignificat ſiue dorſum naſi.vt Iuue, mediiſq; in naribus ingens gibbus,tũrẽ ipſam gibbũ habẽtẽ.v[illegible]art.nõ aliter videtur Atlas cũ corpore gibbo. & Celſus.lib.iiij. Extrinſecus gibbũ,intrinſecus cauũ eſt iecur:qui tumore habet,quẽ gibberoſum appellat iurecõſulti9 in titulo de ædilitio edict.l.vel ꝑterui vel gibberoſi. Lacer.i. Verg.vi.æñ.lacerũ crudeliter ora. Socer.eri. Idem in.ij.æñ. Ad ſoceros & auo puerũ aſtyanacta trahebat. Aſper.eri,q. etiã per ſyncopã obliquos habet aliq̃ñ æquales, Verg.ij.æñ. Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem preſſit. Adulter adulteri. Liber liberi,pro eo q̃d eſt Bacchus, & pro eo quod eſt ingenuus ſiue non ſeruus. Nam pro libro ſcripto & pro cortice libri facit. Iber iberi, pro Hiſpanus. Lucanus in.vi. Si tibi durus iber,aut ſit tibi terga dediſſet. Vergil.iij.geor. aut implicatos a tergo horrebis iberos. Nam pro flumine iberus iberi poſuit Luca.in lib.iiij. Qui præſtat terris aufert tibi nomen iberus. Iber iberis,per terciam populus eſt ſeptemptrionalis iuxta armeniã. Ab iber iberi.fit celtiber.eri.nomen cõpoſitum a celtis & iberis. Luca.in.iiij.gallorum celtæ miſcentes nomen iberis:non vt hiſtoriographi noſtri delirantes dicũt quaſi cetus tubalis.

# LIBER SECVNDVS.

Preſbyter atq; liger,miſer& gener;&tener addes
Et proſper.dexter.puer.Et quod ſit tibi nomen
Agero ſiue fero.vir.treuir.iunge saturq;.
Liber & ingenuus,Bacch⁹:cui iunges Iberũ.
Sed dipthongus in.eus.ei.dat vel.ei.genitiuo.
Atq; datiuus in.o.dabitur, Cui iungito ſextum.
Accuſatiuo.um.dat declinatio noſtra.
Vs recti mutans in.e,caſum pone vocandi.
Sed dices fili.fluuius.deus atq; latinus.
Si tamen eſt propriũ per.ius.tuncus,rapiatur.

¶ Preſbyter.eri.pro eo quod greci dicunt præſbyteros,interpretaturq; ſenior, apud noſtros pro eo qđ eſt ſaceros: quemadmodũ & abbas,pro eo quod eſt pater. & pappas pro eo qđ auus:noĩa ſunt honoris. Liger.eri.nomẽ eſt celebre apũ Verg.x.æñ. fraterq; liger,ſed frater anhelos flectit æquos,& paulopoſt genitiuũ expreſſit dicẽs,veſani talia late dicta volãt ligeri. Miſer.eri.gener.eri.tener.eri.neceſſitate ordinis litterarũ creſcunt vna ſyllaba in genitiuo,quoniã.n.vel.s.nõ poſſunt in eadẽ ſyllaba r.litterã præcedere. Proſper.eri.quod etiã proſperus dicit Cice.in.vi.de repu.ſcribẽs,Deinde hominũ generi proſperus & ſalutaris. Dexter.i.qđ etiã per ſyncopẽ dextri facit in genitiuo. Puer.eri.pro quo antiquiſſimi puerus.eri.faciebãt.Ceci.age puere duce me ad patrios fines. Affranius,o puere puere ſine me proſpicere mihi. Et noĩa cõpoſita agerẽdo & ferẽdo.vt armiger.eri.ſetiger.i.corniger.eri.furcifer.eri.armifer.eri.Vir.iri & ab eo cõpoſita duumuir.iri.leuir.iri.Treuir.iri.popul⁹ eſt Galliæ. Luc.in.i.tu quoq; letatus conuerti prælia treuir. Satur.uri.Iuue.ſatur eſt cũ dicit Hor boe. Minuuntur etiã genitiui vna ſyllaba per ſyncopã,ſiue mauis apocopẽ:quoties gtũs in.i.duplex deſinit.altero.n.ex illis detracto gtũs vna ſyllaba decurtatur,vt Antonius.oni.pro antonij.peculiũ.uli.pro peculij.tuguriũ.uri.pro tugurij.Iuue.Antoni gladios potuit cõtemnere,ſi ſic oĩa dixiſſet.Verg.i.buc.nec ſpes libertatis erat:neq; cura peculi.Idẽ in eodẽ ope.pauperis & tuguri cõgeſtũ ceſpite culmẽ. ¶ Sed diphthõgus in.eus.q̃ noĩa in.eus.diphthõgõ deſidentia,q̃ oĩa diximus eſſe græca,duplicẽ habẽt genitiuũ in ei diphthõgon copulatũ,vel in.ei.ſyllabas diuiſum. Nam in.eos.mere græcus eſt,vt tereus.ei.vel terei, tereos.prometheus.thei,vel promethei,theos. Verg.in bucco.aut vbi mutatos terei narrauerit artus. Idem in eodem opere, caucaſeasq; refert volucres furtumq; promethei. Mart.flet Philomela nefas inceſti tereos & quæ, ſed hic genitiuus ex græco vſurpatur:quare in ſuum locum referendus eſt,ambiget vero quiſpiam mulciber quomodo mittet genitiuum,nam ſi mulciberi facit turpe eſt a nobis fuiſſe prætermiſſum,cum ab alijs quibuſdam grammaticis hoc in loco poſitum ſit. Ad quod illud eſt reſpondendum: hoc nomen Priſc.teſte duos habere genitiuos ,ſed vtrumq; tertiæ mulcibris & mulciberis: quemadmodum ſuo loco dicemus. Cicero. tamen.ij.tuſ.mulcebri dixit in ſecunda declinatione,quod colligitur ex ratione carminis ſenarij quod ex Aeſchilo poeta Græco vertit in latinum ſermonem in hunc modum.iouiſq; numen mulcibri aſciuit manus;vbi neq; mulcibris,neq; mulciberis,ſed neq; mulciberi eſſe poteſt,vt in quibuſdam codicibus,neceſſe eſt enim vt iambus ſit in quarto loco. Conferte obſecro vos nunc,qui alios autores admirari ſoletis: breuitatem noſtram ſimul & facilitatem & copiam cum aliorum præceptis inextricabilibus,& cũ multa verborũ perplexitate diminutis. ¶ Atq; datiuus in.o.q. datiuus & ablatiuus ſingularis in.o.terminantur:fiũtq; a genitiuo,i.finali mutata in.o.vt dñs.i.dño a dño.puer pueri puero a puero. ¶ Accuſatiuo,q. accuſatiuus in.um,deſinit:fitq; a genitiuo.i.finali mutata in.um.vt domini dominum,pueri puerum,quod de nominibus latinis,aut græcis latine declinatis eſt dicendum,atq; ideo adiecimus declinatio noſtra.i.latina. Nam ſi quæſieris a me Theſeus quemadmodũ mittit accuſatiuũ,reſpõdebo theſeũ vel theſea,ſed theſeũ declinatione latina,theſea declinatione græca qui caſus vt alias dicemus a latinis vſurpatur.Vergil.in.vi.quid theſea magnum quid memorem alcidem. Cicero.de natura deorum accuſatiuum latinum protulit.theſeum (inquit) & hippolitum. ¶ Vs. recti mutans,quia ſuperius poſuit regulam generalem, q. vocatiuus eſt ſimilis nominatiuo.immo apud antiquiores idem fuit in terminatione: atq; a græcis vterq; rectus appellatur:& quia in regula illa generali adiecimus temperamentũ prope, nunc præceptum illud limitans dicitq, cum nominatiuus terminatur in.us.vocatiuus exit in.e,us.noĩatiui mutata in.e.vt dñs o dñe. Marcus o marce. Patitur tñ regula illa exceptionẽ:quoniã hoc nomen filius debuit facere filie,& facit fili,qđ etiã apud antiquiores filie fecit. Liuius andronicus.pater noſter ſaturni filie. fluuius quoq; deus & latin⁹ atq; etiam ſi vis populus & fortaſſe alia hmõi noĩa apud antiquores in vocatiuo ſimiles noĩatiuo reperiũtur. Verg.viii.æñ.corniger heſperidũ fluuius regnator aquarũ.pro o fluuie. Idẽ in priap. de cera facta.dat tibi poma deus.ſed hoc nomẽ de antiquitate nihil videtur mutaſſe,nemo enim dixit o dee.Idem ſocer arma latin⁹ habeto pro o latine,ſic quoq; Luca.dixit in.ij.de gener.o ppl̃s vix ſecula lõga deorũ. & qđ in re diuina cotidie audimus.agn⁹ dei q tollis peccata mũdi,pro agne,& alio in loco.attẽdite pple me⁹.pro o mi popule. ¶ Si tñ ẽ pprium,q. noĩa propria in.ius.finita mittũt vocatiuum in.i.ablata.us.noĩatiui,vt vergilius o vergili. Mercurius o mercuri.larius o lari.qui lacus eſt Italiæ.de Verg.ij.geor.te lari maxime teq; fluctib⁹ aſſurgens.Genius quoq;(& ſi nomẽ eſt appellatiuũ)plures cui ſunt genii homin locorũ,tamen quaſi nomine pprio Tibullus vocat eũ lib.iiij.mane geni cape thura libens. Antiquiores tamen quod de filius diximus,hæc quoq; noĩa in.e.terminabant,vt vergilius o vergilie.Mercurius o mercurie. Illud quoq; animaduertendũ eſt vocatiuũ hunc qñq; deſinere in i.vocalem,quãdoq; in.i.cõſonãtem.Nã ſi in noĩatiuo.i.cõſonãs eſt ante.us.ablata.us,relinquitur in fine.i.cõſonãs,vt vulteius o vultei.Hor.i.epla.dur⁹ ait vultei nimis attẽtuſq; videris,vbi vultei diſſyllabũ eſt rõne carminis,ergo in.i.cõſonãtẽ deſinit.Nã in accuſatiuo q noĩatiuo par eſt in nũero ſyllabarũ vulteiũ triſſyllabum poſuit dicẽs,vulteiũ nomine menam.Quod ſi ante.us.in nominatiuo eſt vocalis, in vocatiuo quoq; ablata.us,vocalis erit.vt caius o cai. Mar.quod peto da cai,non peto conſilium.Nam in nominatiuo triſſyllabum poſuit idem autor alibi dicens. Caius vt fiat Iulius & proculus. Quod vero Ouid, pompei triſſyllabum poſuit in.iiij.libro de ponto cum dicit.Accipe Pompei deductum nomen ab illo,eadem ratione potuiſſet Pompeius in nominatiuo quadriſyllabum ponere. Quod ſi rectus triſſyllabus eſt,vt apud Lucanum Pompeius ſuperem, neceſſe eſt vocatiuum duarum eſſe ſyllabarum.

¶ Rectus pluralis.q. noĩatiuus pluralis ſecũdæ declinationis in.i.terminatur,eſtq; in terminatione ſimilis genitiuo ſingulari.vt dñs dñi,plurali dñi.¶ Genitiuus in.orũ.q. genitiuus eiuſdẽ numeri & declinatiõis in.orum.terminatur.fitq; ab ablatiuo ſingulari aſſumpta.rũ.vt a dño dñorũ.¶ Atq; datiuus in.is.q. datiuus pluralis eiuſdẽ declinationis terminatur in.is. fitq; ab ablatiuo ſingulari.o.finali mutata in.is.vt a dño dñis.Ambo vero & duo,quæ noĩa ad hanc declinationẽ potiſſimũ referũtur:quẽadmodũ in alijs quoq; locis diximus:in hoc caſu ambobus.abus.obus.& duobus duabus duobus fecerũt.Sed deus ĩ noĩatiuo atq; cõſequẽter in vocatiuo pluralibus facit dei regulariter:& dij per ſyneresim.atq; eadem ratiõe in datiuo deis vel dijs.Luca.in.ij. o vtinã cœliq; deis herebiq; liceret.¶ Accuſatiui.q. accuſatiuus in.os. terminatur,fitq; ab ablatiuo ſingulari additta.s.vt a dño dños.¶ Noĩbus neutris,quia in principio huius ſecũdi capitis dict ũ eſt,q. noĩa neutra tres caſus habẽt ſimiles noĩatiuũ,accuſatiuũ,& vocatiuũ:& in plurali terminabãtur in.a.nunc regula illa contrahitur magis atq; limitatur:dicitq; formari a genitiuo ſingulari.i.finali mutata in.a. Nã ſi gtũs in.i. duplex deſinit: neutra pluralia in.a.purũ.i.vocali antecedẽte deſinũt.vt hoc augurium augurij.hæc auguria.hoc pæculiũ.lij. hæc pæcula,ſi vero in vnico.i.deſinit gtũs ſingularis: plũlia neutra in.a.mixtũ cũ cõſonãte q̃ precedit illud.i. deſinũt.vt hoc tẽplũ tẽpli tẽpla. hoc donũ doni dona.

Rectus pluralis fit in.i.Genitiuus in.orum.
Atq; datiuus in.is.Sed dat tibi dij deus & dijs.
Accuſatiui plurales.os.tibi mittunt.
Nominibus neutris.in.a.vertitur.i.genitiui.

De tertia nominis declinatione.

Tertia diuerſos dat declinatio fines:
Et quamq̃ varie,tamen exit in.is.genitiuus.
Ex.a.ponit.atis.Ex.e.facit.is.genitiuus.
Onis.ab.o.fiet.Per.inis.nonnulla dabuntur:
Cardo,ordo,turboq;homo,nemo,iungis appollo.
Et quod fœminei generis datur in.do.vel in.go.
Vnedo.dat.onis:ſeu pomum,ſiue ſit arbos.
Aſt Anio & Nerio dant.enis.dat carocarnis.

De tertia noĩs declinatiõe.Quẽadmodũ prĩa declinatio tres habuit noĩatiui terminatiões.ſecũda vero ſex.ita tertia habet multo plures,q̃ oẽs mittũt gtũm in.is.atq; ideo dicit tertia diuerſos dat declinatio fines,qa quãq̃ litteræ terminales huius declinatiõis ſint vndecim.a.e.o.c.d.l.n.r.ſ.t.x.terminatiões quĩquaginta ſunt & eo amplius,quas cũ de genitiuo diſputabimus,ex ordine pſequemur.¶ Ex.a.ponit.atis.q. noĩa tertiæ declinatiõis in.a.deſinẽtia:ſup.a.noĩatiui.tis.aſſumpta mittũt genitiuũ in.atis.vt hoc toreuma toreumatis.ſchema.atis.pægma.atis.ſyrma.atis.pneuma.atis.hæc antiquiores etiã p primã declinabãt:ſuntq; oĩa græca,vt in gñe diximus.¶ Ex.e.facit.is.gtũs.q. huius declinatiõis noĩa ĩ.e.finita mittũt gtũm.e.mutata in.is.vt hoc mare maris.cubile lis.mãtile.ilis.ſuntq; oĩa neutra atq; latina:nã græca fœminina ſunt:reducũturq; ad primã declinationẽ latinã.¶ Onis.ab.o.fiet.q. noĩa tertiæ declinationis in.o.deſinẽtia mittũt genitiuũ in.onis.ſuper.o.noĩatiui aſſumpta.nis.vt hic ſermo ſermonis,harpago.gonis.vnio.onis,porphyrio.onis.¶ Per.inis.nõnulla dabuntur.q. hæc noĩa q̃ vno verſu cõplectuntur:mittũt genitiuũ nõ in.onis.ſed in.inis.hic cardo cardinis,ordo.inis.turbo.inis.pro ventorũ vertigine,aut p puerorũ trochiſco.Verg.in.i.turbine corripuit:ſcopuloq; infixit acuto.Hora.in epodo: citũq; retro ſolue turbinẽ.Nã cũ propriũ eſt nomẽ gladiatoris cuiuſdã,generalem regulã ſequitur. Idẽ.ij.ſer.rides turbonis in armis ſpiritũ.Homo.inis.& nemo.inis.qđ ab homine cõpoſitũ eſt apud antiquiores genitiuũ miſit in.onis.Ennius apud Priſcianũ. vulturis in ſiluis miſerum mandebat homonẽ.Ipſe quoq; genitiuus neminis antiquus eſt:quo vix vti poſſimus.Plautus in captiuis.neminis miſerere certũ eſt,& Lucillius,neminis ingenio queq̃ confidere oportet.Apollo apollinis.cuius genitiuus atticus eſt apollo,vt Paulus in epiſtola ad Corinth.i.Hierony.interprete.ego quidẽ ſum Pauli,ego aũt Apollo,ſed de hoc in declinatiõe græca dicemus,antiquiores quoq; Feſto autore apellinis dicebãt.¶ Et quod fœminei gñis,q. noĩa etiã deſinẽtia in.do.vel in.go.q̃ ſunt gñis fœminini,mittũt genitiuũ in.inis.vt hæc teredo teredinis.formido.inis.virgo.ginis.vligo vliginis.Vnedo tñ pro arbore & p pomo,& ſi gñis eſt fœminini:genitiuũ facit vnedonis.Pli.lib.xvi.quibuſdã arboribus cortex cadit.vt malo.vnedoni. Idem libro.xv.de vnedone arbore ipſa fructicoſa cui nomen ex argumento ſit vnum tantum edendi.Mendum eſt incredibili conſenſu in omnibus libris receptum,quod a me primũ eſt deprehenſum in expoſitione Seruij ſup illud Verg.i.geor.arbuta ſacræ deficerẽt ſiluæ.ait nãq; arbuta ſunt rubra poma ſiluarũ,quæ Plinius oredones vocat qđ aſperitate ſua plures edi nõ poſſunt.atq Pli.nõ oredones,ſed vnedones appellat.ergo vel meo piculo emendãdus eſt iſte locus:atq; fidei priſtinæ reſtituẽdus.¶ Aſt.anio.& nerio,q. hæc duo noĩa,hic anio vel aniẽ,& hæc nerio vel neriẽ:mittunt genitiuũ in.enis:vt anienis nerienis.Hora.i.car.& præceps anio ac tiburti lucus,quod antiquiſſimi ſecũdũ analogiã declinabãt anien.anienis.Cato.nõ minus quã quidecim millia anien abeſt.Papi.etiã in ſiluis,priſcos imitatus præceps anien dixit.Declinatur etiã hic anienis.vt Sili.l.i.puni.qua pater acceptis anienis ditior vndis,quãq̃ põt eſſe genitiuus anienis: ſiue igitur prĩa noĩatiui poſitio ſit anio ſiue aniẽ ſiue anienis.genitiuũ habet anienis.Luc.in.ij.gelidas ar[illegible] ad vndas.Ouid. xiij.met.quãq̃ anienis aqua curſuq; breuiſſimus almo. Nerio quoq;,vt.A. gellius lib.xij. noct. att[illegible] ſcribit. a veteribus ſic declinabatur quaſi aniotnã perinde (inquit) vt aniené.ſic neriené dixerũt tertia ſyllaba producta.Plau.in truculento. Mars peregre adueniens ſalutat neriené vxorem ſuam.Mar.innuptijs philologiæ,certumq; eſſe gradiuum nerienes cõiugis amore terreri,declinatur etiã hæc nerienes.is.vt Var.in ſaty.menipea,nerienes (inquit) minerua fortuna ac ceres. Caro præterea a regula excipitur facitq; in gtõ carnis,quoniã apđ priſcos hæc carnis.is.declinabatur. Liuius andro.carnis ait vinũq; quod libãt.T.Liuius.xxv.ab vrbe.laurentibus carnis quæ dari debet,data nõ fuerat.Itaq; ab eo quod eſt caro carũcula,& ab eo qđ eſt carnis carnicula diminutiua deſinata ſunt.Animaduertẽdũ hoc in loco,qđ in græcorũ declinatiõne diximus: noĩa græca feminina.in.o.lõgum deſinẽtia,in.onis.fecisse genitiuũ apđ priſcos atq; reliquos caſus cõſequẽter.vt.io.ionis. calypſo.onis,dido.onis.Plau.in aulu.argus quem quodã ioni iuno cuſtodẽ dedit.Liuius andro,apud nymphã atlantis filiã.

calypſonē. Ennius pœnos didone oriūdos. Sed hmōi declinatiōe iā nō eſſe vtendū oſtēdit Quin. li. i. his verbis. mihi aūt placet latinā rōnē ſequi quouſq; patitur decor, neq; enī calypſonē dixerim aut iunonē. q̄q̄ ſecut⁹ antiquos Ceſar vtitur hac rōne declinādi. Illud preterea eſt annotādū. maſculina græca in. on. finita in. hāc. terminationē plerūq; a latinis referri. vt tarchō. cho. raphō. pho. agamenō, eno. Verg. ix. æñ. hic tarcho & thyrrheni tuta tenebāt. Idē in. x. parthenīūq; rapho & prædurū virib⁹ orſen. Papi. in. archi. ſtimulatq; agamēno volētes. ¶ Lac tibi dat lactis. q. in. c. duo tātū noīa repiūtur huius declinationis. hoc lac lactis, q̄d antiquiſſimi hoc lacte lactis declinabāt. Plau. in. menech. nec lacte eſt lacti vſq̄ ſimilius. nā lactes ī plurali, vt alias dixim⁹, ſunt inteſtina per q̄ labitur cibus. vt ſcribit Pli. li. xi. natu. hiſt. ſingulariter quoq; lactis ī noīatiuo dixit Pōponius inferctinati cerebellū (inqt) lactis agnina. ¶ Halec queādmodū in gñe memorauimus ſalſugo eratex piſciculis halecib⁹ ſale maceratis cōfecta: q̄d etiā garū vocabatur: facit in gtō halecis. queādmodū & halex. ecis. vt infra dicemus, ſed halec caret nūero multitudinis: queādmodū & alia multa hmōi noīa. ¶ Bogud format. udis. q; in. d. vnū tātū repitur nomē hui⁹ declinatiōis bogud qui fuit Rex Mauritaniæ, facitq; in genitiuo bogudis. Liui⁹ apd̄ Priſ. lib. cxiij. ab vrbe cōdi. caſſius (inqt) & boguā caſtra adorti. Idem in eodem. bogudis cauſa exercitum in Aphricam traijcere conatus ſit. Opius in commentijs. rex bogud cōiunctis ſuis copijs & cognito regis Iubæ egreſſu, & ibidem pauloante: profectus ab Vtica in Mauritaniam regnūq; bogudis eſt ingreſſus. ¶ Noſtri dixere dauidis. ac ſi dicat, q. hoc nomē dauid cū finalem ſyllabā acuat: neq; poſſit declinari, quia barbarū eſt, tñ noſtri hoc eſt religiōis Chriſtianæ ſcriptores aliq̄n auſi ſunt hic dauid. idis. declinare penultima in gtō lōga: quia dauid vltimā acuit, ergo neceſſe eſt, vt gtūm habeat penultima pducta, vt Michael. elis. Daniel. elis. vtitur illa rōne declinādi Iuuēcus in quattuor euāgelia. ¶ Additur. is. poſt. l. q. hui⁹ declinatiōis noīa in. l. litterā finita: faciūt gtūm aſſūpta. is. ſup noīatiui termīationē, vt hoc aīal. alis. tribunal. alis. vectigal. alis. Michael. elis. vigil. ilis. ſol, olis. cōſul. ulis. Deide dicit q. hæc duo noīa mel & fel in genitiuo aſſumūt. lis, p. is. itaq; gtūs & reliqui caſus qui pēdēt a gtō duplici. l. ſcribūtur, vt mellis. fellis. melli. felli. a melle felle. ¶ Nomē q̄d fit in. n. q. noīa ī. n. finita mittūt gtūm. is. aſſumpta, vt hic titā. is. hæc ſyrē. is. delphin. is. canō. is. ſed queādmodū in gñe diximus in. an. & in. in. & in. on. finita oīa ſūt græca, in. en. vero partim græca partim latina. ¶ Men. finita, quia ſuperior regula tātū finali ſyllabæ genitiui pſpexit. dicit nūc q. noīa terminata in. men. vt hoc fulmē, numē, & in. cen. vt cōpoſita a cano. is. qualia ſunt tubicē, fidicē. cū his quattuor noīb⁹, vnguen, pectē, inguē, glutē, mutāt. e. noīatiui in. i. vt fluminis. numinis. tubicinis. fidicinis. vnguinis. pectinis. inguinis. glutinis, q̄d Pli. lib. vij. glutinū dixit, glutinū (inquit) ppēdiculū & terebrā. Hymē vero quō mittat genitiuū nō expreſſit: quia nuſq̄ eius obliqui a me repti ſunt, q̄d' ſi declinaretur nihil dubiū eſt quin hyeminis genitiuū faceret: & reliquos caſus cōſequenter. ¶ In. on. vero q̄, vt diximus, oīa ſunt græca, partim mittūt genitiuū in. ontis. vt lacoō, ontis. demophoō. ontis. hippocoō, ontis. hippomedō. ontis, phaetō. ontis. acherō. ontis. tarchō. ontis, biſon. ontis. Partim in. onis. vt dæmō. onis. canō, onis. daphnō, onis. ſindō. onis. ſidō. onis. ſinō. ōnis. hieron. onis. Euā quoq; vnum de bacchi noībus autore Priſci, tis. in genitiuo aſſumit. dicimuſq; Euantis. Papi. v. theb. & a ſummi auditus mōtibus Euā. Vergil. vi. æñ. illa chorum ſimilans euantis orgia circum. Seruius, participium eſſe vult euātis, quaſi bachātis. Sed de his vbi de græca declinatione plura. ¶ Is. poſt. r. iunges, q. huius declinationis nomina in. r. litteram terminata aſſumunt in genitiuo. is. quacunq; vocali præcedente. vt puluinar. aris. torcular. aris. anſer, eris. paſſer. eris. gadir. iris. amor. oris. decor. oris. murmur. uris. fur. furis. Far vero accipit in genitiuo. ris. itaq; per. r. duplex ſcribitur. far farris. & reliqui cōſequenter caſus, qui a genitiuo formantur. farris autē ideo putāt. r. in genitiuo ſumpſiſſe: ne coincideret cum ſecunda perſona huius verbi for faris. Deinde dicit, q. tria noīa in. cer. deſinentia mittunt genitiuū, cer. mutata in. cris. ea ſunt acer acris, pro fortis, vehemens & acutus, nam pro arbore aceris in genitiuo facit. Solinus de thure ſcribens, ramis (inquit) ad aceris æqualitatem. Volucer. cris, alacer. cris. Deinde q. hoc nomen imber, & ab eo cōpoſita ſeptember, october, nouember, decēber, mulciber formant genitiuū, ber. mutata in. bris. vt imbris. ſeptembris, octobris, nouēbris, decēbris. mulcibris, nam a mulcendo & imbri cōpoſitum videtur: & recte ſimplicis declinationē ſ[illegible]uat. ſed Ouid. in. ij. de arte mulciberis poſuit dicens: mulciberis capti Marſq; Venuſq; dolis. Cic. vt in. ij. declinatione diximu[illegible]nitiuum mulcibri protulit. ij. thuſ. Celeber quoq; & ſaluber genitiuos faciunt celebris & ſalubris. Poſſunt autem hæc duo adiectiua cū illis tribus acer. volucrer. alacer. & cum illis quæ terminantur in. ſter. etiā & ſub terminatione in. is. p genere maſculino & fœminino declinari, vt hic & hæc alacris & hoc alacre. hic & hæc acris & hoc acre. Verg. vi. æñ. anchiſes alacres palmas vtraſq; tetendit. Ennius apud. Priſ. ſomnus repente in campo paſſim moliſſimus perculit acris. ¶ In. tris. plura dabis, q. in. ter. deſinentia nomina multa reperiuntur mittentia genitiuum in. tris, nō tamen omnia, vt quidā putauerūt: quoniā græca omnia mittunt genitiuū in. eris. vt ſoter. eris. pāther. eris. character. eris. phyſeter. eris. ſtater. eris. luter. eris. ſpinther. eris. non ſpinthris. & cōplura alia: de quibus lib. v. cum de crementis nominū dicitur plenius differēdū eſt. ¶ Quæ vero in. tris. mittūt genitiuū hæc ſunt fere. frater. tris. mater. tris. pater. tris. & ab eo cōpoſita. vt dieſpiter. tris. marſpiter. tris, opiter. tris. Iupiter. tris. quod etiā Iouis facit. ſed hoc a noīatiuo iouis eſt queādmodū Iupitris a Iupiter: qua declinādi rōne Iginius frequēter vtitur, vt vter. tris. accipiter. tris. venter. tris. lynter. tris. etiam ſi græcū ſit.

Lac tibi dat lactis. halec halecis habebit.
Bogud format. udis. noſtri dixere Dauidis.
Additur. is. poſt. l. Sed lis mel felq; recepit.
Nomen quod fit in. n. aſſumit. is. in genitiuo.
Men. finita dabunt. inis. & quod deſinit in. cen.
Atq; vnguen. pecten. iūges cūq; inguine glutē.
Et quandoq; datur ex. on. genitius in. ontis.
Is. poſt. r. iunges. Tamen. r. tibi far germinabit.
Cris dat acer. voluer; alacer, bris, accipit imber.
Et ſua compoſita; celeber. quibus adde ſaluber.
In, tris. plura dabis. frater. mater. pater. vter.

¶ Et nomina adiectiua p gñe maſculino deſinentia in.ſter.mittunt quoq; gtūm in.ſtris,vt ſiluester.ſtris.qd' cum eſt viri ꝓprium ſiluester.ſtri.ꝑ ſcd'am declinatur.rureſter.ſtris.equeſter.ſtris.pedeſter.ſtris.paluſter.ſtris.campeſter:ſtris.ſequeſter,ſtris,qd' etiam ꝑ ſcd'am & primam declinatur ſequeſter.ſtra.ſtrum.Sed q̃ret fortaſſe qſpiam cur nõ fecit mẽtiõem hoc loco huius nois iter.At qd' illd' dicim⁹ hoc nomẽ in vſu noſtro ex duob⁹ rectis cõſtare hoc eſt iter iteris.itiner.eris.ſed in ntõ et duobus reliqs caſibu,qui in neutris noibus ſunt ntõ ſiles.magis eſt in vſu iter.in obliqs magis eſt itiner,ſed de hoc infra iterum dicem⁹ cum de hñtibus duplex cremẽtum diſſeretur.

Accipiter:venter:linther;quod deſinit in.ſter.
Iuppitris atq; Iouis dat Iuppiter.O.facit.ex.u.
Femur:ebur;robur;iecur;at cor dat tibi cordis.
Suſcipit.atis.ab.as.gtūs.Demitur inde
Vas vadis & vaſis,as.aſſis.mas maris;Atqui
Græcum ponit.adis.gtõ ponit & antis.
Cum ſit in.es.nomẽ mas;aut cõmune duorũ.
Dat gtūs.itis.Sed verres dat tibi verris.
Et vates vatis.Dat.etis.parieſq;;areiſq;.
Perpes & interpres;teres;indiges,ꝑpes;hebeſq;
Inquies & locuples;magnes.Hæreſq; dat.edis.
Pes pedis,At nomen dat.idis.qd' de ſedeo fit.
Græcum nomẽ in.es.gtū̃ mittit in.etis.
In proprijs ex.es.facit.is.quãdoq; dat.etis.

Eadem rõne:cum Iupiter & Iouis in ntõ dicatur;atq; in gtõ Iupitris & Iouis,Iupiter in ntõ magis eſt in vſu queadmodum & Iouis in gtõ,q eſt ab eo qd' hic Iouis.Cecilius apd' Priſci.non nobis qdem deus reptus eſt Iouis,& Actius apd' eundem,Lucifera lãpade exurat Iouis arietẽ. O.facit ex.u.q. hec quattuor noia femur,ebur,robur,iecur,& ſi regulã ſequuntur terminatoꝝ in.r.q̃tum ad ſyllabã genitiui terminalẽ attinet:tñ in penultima mutãt.u.nominatiui in.o.dicimuſq; femoris,eboris,roboris,iecoris,qd' etiam in gtõ iecinoris vel iocinoris fecit,q̃q̃ videatur ab eo qd' eſt iecinus vel iocinus declinari.Perſi.rupto iecore exierit caprificus.Liui.viij.ab vrbe.caput iocineris a familiari parte cæſum.Antoni⁹ gniſoq̃ quẽ Cicero poſt fori laborem freq̃nter audiebat;ab eo quod eſt ebur & robur ebura & robura faciebat;autor eſt Quint.in.i,deinde dicit q. hoc nomẽ cor accepit.d.litterã mediã:fecitq; in gtõ cordis.Hepar vero qd' apd' grecos hepatos gtūm facit:ideo nõ poſui qa hoc nomẽ a latinis receptum nõ eſt:cum proprium hñt iecur,& qd' ex antiquiorib⁹ grãmaticis nullus poſuit,qd' ipſum argumẽto eſt eo nõ eſſe vtẽdũ.Lar quoq; prege veientũ:qd' Priſ.poſuit facere gtūm lartis:ego nõ poſui,qd' hui⁹ nois tãtũ obliquos repio.Liui.li.iiij.larte toluinio rege veientoꝝ,& Oui.larte ferox,cæſo coſſus opima tulit.¶ Suſcipit.atis.ab.as.q. noia tertiæ declinatiõis in.as.finita mittunt gtūm in.atis.s.noiatiui mutata in.tis.vt pietas.atis.ſanctitas.atis.ciuitas.atis.veritas.atis.& noia gẽtilia,vt arpinas.atis.altinas.atis.toloſas.atis.q̃ antiqores ꝑ.is.&.e.declinabãt,vt arpinatis.ate.altinatis.ate.Excipiũturquattuormonoſyllaba q̃ aliter exeunt in gtõ,ea ſunt vas.dis.Cice.iij.offi.vas fact⁹ eſt alter ei⁹ ſiſtẽdi.Hora.i.ſer.ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem.Vas vaſis,qd' etiam antiquiores hoc vaſum vaſi declinabãt.atq; ideo in plurali tãtum ſcd'æ repitur declinatiõis,Cato apd' Gel.li.xij.noctiũ atti.neq; vaſum neq; veſtimentũ vllũ eſt in manu precioſum.As.aſſis.ꝑ libra,duodecim vnciarũ ſiue ꝑ ſolida hereditate. Mas maris,ꝑ maſculo in qualibet ſpecie,qd' aliqñ figuratæ etiã neutris iũximus quia maſculinũ ſicut & fœmininũ verſus heroic⁹ nõ recipit,itaq; aliqñ nomẽ.mas,aliqñ maſculũ diximus qd' vtrũq; improprium eſt. Atqui grecum ponit.adis.q. noia greca partim mittũt gtūm in.adis vt arcas.adis.pallas.adis.monas.adis.ogdoas ogdoadis.decas decadis.hellas.adis.arcas.adis.Partim in.antis.vt pallas.antis.calchas.antis.thoas thoantis.elephas elephãtis,gigas gigãtis,adamas adamãtis.atlas.ãtis.Sed q̃ ſunt illa q̃ mittunt in.adis.q̃ in.antis.a declinatiõe greca petẽdum eſt,nã q̃ illi mittũt in.ados.nos in.adis,quæ illi in.antos.nos ĩ.antis.vertere debem⁹.¶ Cũ ſit in es nomẽ.q. noia maſculina,aut cõia duorũ generũ terminata in.es.mittũt genitiuũ in.itis.e.noiatiui mutata in.i.& s.mutata in.tis.vt hic ſtipes ſtipitis,hic trames,itis.hic & hæc miles.itis.hic & hæc ſoſpes.itis.Excipiuntur duo,hic verres,hic & hæc vates,q̃ formãt genitiuũ,es.muta in.is.vt verres.ris.vates.tis.In.etis.vero mittũt genitiuũ vndecim noia q̃ ſequuntur.paries.etis.aries.etis,perpes perpetis,interpres.etis,teres,etis.indiges.etis.præpes.etis.hebes.etis.Inquies inquietis.locuples.etis.magnes.etis.manſues.etis.quod apud priſcos fuit.Actius in meleagro,miſericordia manſues fit.Plautus in aſinaria reddam ego te fera fame manſuetẽ.Apul.vij.meta.manſuetes ac mãſues inde factos.idem in.xi.vide & vrſam mãſuem ab eo quod manſuis.e.videtur feciſſe vtrobiq;,impes impetis.tantũ in ablatiuo ſiue ſeptimo caſu reperiuntur,atq; ideo ad defectiua nomina rejecimus.apud Columelã quoq; reperi in.ij.de re ruſt.cõpitibus ab eo quod eſt cõpes cõpetis.a vepribus (inquit) cõpitibuſq; congeſta colligere.Duo tñ ponit mittentia genitiuũ in.edis.heres.edis.& pes.dis.Cõpoſita quoq; a ſedeo.es.exeunt in idis,vt obſes.idis.reſes.idis.preſes.idis.¶ Græcum nomen in.es.q. noia greca in.es.finita plerũq; mittũt geni[illegible]ũ in.etis.vt cres cretis.lebes.etis.tapes.etis.quod etiam hoc tapete,vel hoc tapetũ declinari poteſt.Silius.iiij.puni.illum [illegible]onio fulgentem ardore tapeta.Verg.in.ix.eñ.pulchroſq; tapetas.Pli.lib.viij.in tapetis antiquiſſima gratia.& ſ.in.ti[illegible]o.de auro & argento legato.I.argumẽto.tapeta (inquit) veſti cedunt:quæ aut ſterni,aut inijci ſolet,q̃q̃ tapeta poſſe legi alibi diximus.nam quod Vrg.ix.eñ.dixit,qui forte tapetibus altis.ab eo quod eſt tapes tapetis.vel tapete tapetis eſſe potest.¶ Noia vero propria vl' eorũ quãdoq; mittũt genitiuũ.es.mutata in.is.vt ioãnes ioãnis,diomedes diomedis.vlyſſes vlyſſis.achiles achillis,quãdoq; mittunt genitiuum.es.mutata in.is.atq; etiam in.etis,vt dares daris,vel daretis.thales thalis vel thaletis.chremes chremis vel chremetis,rhamnes.is.vel rhamnetis.pheres,is.vel pheretis.Verg.v.eñ.vaſtis cum viribus effert ora dares.Atq; iterum præcipitem darem ardẽs agit,& paulopoſt,feſſumq; dareta eripuit mulcẽs dictis.Iuue.& mitte thaletis ingenium.Terentius.in andria,puerum inde abiens conueni Chremis.Idem in eadem.Chremetis affinitatem effugere potero.Verg.ix.æneid.Euriadus phaleras rhamnetis;& aurea bullis,Papinius.ix.the.inde pheres acerq; ictibus,ſed caſſa pheretis.

Es.tibi ſœmineum conuertit in.is.genitiuum;
Sed teges:atq́ſeges,abies.quieſq́ dat.etis.
Merces mercedis facit.in cereris Ceres exit.
Is.finita tibi mittunt ſimilem genitiuum.
Cuſpis format.idis,caſſis.lapis additur illis.
Semis ſemiſſis dat,ſanguis ſanguinis.Et quæ
Dāt.eris;vt cucumis.vomis;&cinis;addito puluis
Impubis iunges.glis.gliris;liſq́ dat.itis.
Samnis ſamnitis.dis.ditis.adde quiritem.
Græcum mittit.idis.Simois pyroiſq́ dat.entis.
Quod ſit in.in.& in.is,dabit.inis,iūgito pollis.

*¶ Es.tibi fœmineum,q; nomina fœminina in.es.deſinentia mittūt genitiuū.es.mutata in.is.vt apes.is.vulpes.is.proles.is.ſoboles.is.quattuor vero fœminina q̄ hic explicantur.mittunt genitiuū in.etis.ea ſunt teges.etis.ſeges.etis.abies.etis.quies etis,q̄d(vt ſupra diximꝰ)veteres per quintam nominis declinationē proferebāt,merces facit mercedis,& ceres cereris.Quod vero iuniores ab eo quod eſt agnes.etis.in genitiuo fecerunt,varie exemploq; caret.nullū enim græcū fœmininū eſt huius declinationis q̄d facit genitiuū in.etis.& diuus.Ambro.q nobis vitā atq; hiſtoriā beatæ Agnes ſcriptā reliquit:cū frequenter nomen virginis repetat:nunq̄ agnetis agneti agnetem ab agnete dixit:ſed agne agnes & reliquis caſibus græcæ declinationis ſemper vſus eſt,nam cum agne nomen ſit græcum:interpretatur namq; caſta,aut declinatione græca flectendum eſt,agne agnes vel agneos,aut latina agna agnæ.vt Hortius.i.ſer.delectat veluti balbinum polypus agnæ,quid quod in codicibus antiquis atq; fidei probatiſſimæ in quibus rei diuinæ myſtica pertractātur,cum virginis martyriiq; cōmemoratio fiat:nō agnetis & agnete.ſed agnes & agne legitur:quā ſcripturam adhuc retinēt viri religioſi,atq; antiquitatum veræq; lectionis diligentiſſimi indagatores,qui habitu moribus & vitæ ſanctimonia diuum nobis Hiero.repreſentant. ¶ Is finita tibi mittunt,q; nomina in.is.deſinentia habent genitiuum ſimilem nominatiuo,vt panis panis,ignis ignis.nauis nauis.claſſis.is. Tria tamen nomina mittunt genitiuū in.idis.Cuſpis.idis.atq; ab eo cōpoſitum tricuſpis.idis.Ouid.i.meta.poſito tricuſpide telo.Caſſis,idis,quod etiā hæc caſſida declinatur.Verg.li.xi.æn.aurea fuit caſſida:lapis.idis a quo Ennius in.vij.caſu fecit lapi.dicens occūbunt multi letum ferroq; lapiq;.Semis præterea facit ſemiſſis.vt in digeſtorū libris de vulgari & pupillari ſubſtitutiōe.l.etſi.Per bonorū(inqt)poſſeſſionē ſemis ei ablatus ſit.Genitiuū poſuit Priſcia.de ponder.& mēſuris.d.poſt hæc ſemiſſis ſolidi pars maxima fertur.Cum vero non ſex vncias,aut aſſis medietatem:ſed tantum alicuius integri dimidium ſignificat:ſiue ſit aduerbiū ſiue ſit nomen,indeclinabile eſt. Sanguis.inis.a quo exanguis compoſitum exanguis fecit in genitiuo nō exanguinis,vt ſupra memorauimus. Et quæ dant,eris,q; quinq; nomina quæ hoc in loco explicātur mittūt genitiuum in.eris.Cucumis.eris.Verg.in copa,& pēdet iunco ceruleus cucumis.declinatur etiam cucumer.eris.immo quātū ſuſpicamur hæc noīa duplices habuere caſus ex duplici nominatiui terminatione profectos cucumer vel cucumis.eris.vel cucumis cucumeri vel cucumi,cucumerē vel cucumin.Pli.lib.xix.cucumin vero & in odore & in colore ſimilem.Idem lib.xx.cucumin ſilueſtrem eſſe dicimus multos infra magnitudinem ſatiui,& paulopoſt cucumin qui magnificant.Vomer vel vomis vomeris.Seruius.i.geor.vomer(inquit)vel vomis ab vtroq; vomeris.Et eodem modo ciner vel cinis.eris.pulver vel puluis.eris.impuber vel impubis.eris.quemadmodum in principio huius libri diximus,Ceſar in libro de analogia puber puberis declinare præcepit. Probus vero grāmaticus eruditiſſimus pubis puberis,nos tamen cum apud Cice.in.ij.de orat.legamus:q; niſi puberem te iam (inquit) haberem.& apud Saluſt.in iugur.deinde omnes puberes numidas atq; negociatores interfecit:ſuſpicamur ex analogia quam habent inter ſe dictiones ſimplices & ab eis compoſitæ duplices fuiſſe nominatiui terminationes,atq; vtramq; regularem habuiſſe genitiuum puber puberis,a quo ſit compoſitum impuber.eris.quemadmodum Cicero in.iiij.inuecti.dixit,filium eius impuberem legatum a patre miſſum.& hic & hæc impubis & hoc impube,quam declinandi rationem.Vergil.ſecutus ait.impubis iuli.& hora.ij.car.impubem parentes troilum,& idem in epodo.tremēti quæſtus ora conſtitit puer impube corpus.Glis.iris.dial notum eſt de quo Martia.in diſticho.cuius lemma eſt glires:(inquit)tota mihi dormitur hyems & pinguior illo tempore ſum:quo me nil niſi ſomnus alit.Quod vero quidā glitis & gliſſis ab eo quod eſt glis fecerunt.adhuc nuſquam legi.Lis,litis.ſamnis.itis.dis ditis.genitiuum in.tis.miſerunt.Quirites quoq;,q̄d Phocas in numero tātum multitudinis declinat,ex ꝓportione in ſingulari quiris quiritis declinari poteſt,quā rationē Ouidius ſecutus in elegijs dixit.an ſi pulſaſſem minima de plæbe quiritē.& Perſius,quibus vna quiritem vertigo facit.¶ Græcū mittit.idis.q; noīa græca huius declinationis terminata in.is.mittūt genitiuū in.idis.vt paris paridis.adonis adonidis.eupolis eupolidis.doris.idis.thetis.idis.iaſpis.idis.Aliqñ habēt genitiuū parium ſyllabarum:cum.ſ.genitiuus apud græcos in.os.purum deſinit.vt paris parios.paris paris.adonis adonios.adonis adonis.neapolis neapolios.neapolis.neapolis. Pleraq; tamen ex his quæ græci termināt in.ios.in genitiuo.mittunt apud nos genitiuū in.idis.vt tigris tigrios vel ti[illegible] tigridis. Simois pyroiſq;,q; hæc duo nomina græca pyrois & ſymois reperiuntur apud latinos facere genitiuū in.entis.[illegible] pyrois pyroentis.ſimois ſimoentis.Ouid.ij.meta.interea volucres pyrois eous & æthon.Vale.flaccus in.v.argonautica.& formidantē patrios pyroenta dolores. Verg.i.æn.vbi tot ſimois correpta ſub vndis.Idem in eodem.alma venus phrygij genuit ſimoentis ad vndam.¶ Quod ſit in.in.q; nomina græca quæ in nominatiuo duplicem habent terminationem(hoc eſt) in.in.vel in.is.mittunt genitiuum in.inis.vt eleuſin.eleuſis eleuſinis.ſalamin vel ſalamis.ſalaminis.trachyn vel trachys trachynis.delphin vel delphis delphinis.phorcyn vel phorcys phorcynis.Ouid.in epiſtola Phædræ.tempore,quo nobis initaeſt cerealis eleuſis. Idem.vij.meta.cerealis eleuſis iterum dixit. Seruius in illud Verg.i.Georgicorū.vomis & inflexi primum graue robur aratri:græci (inquit)delphin delphis dicunt eleuſim & eleuſis.ſed veteres in.n.deſinunt quod in obliquis habent.n.delphinos.eleuſinos.dicitur etiam & eleuſina. Iuſtinus libro.v.tyrannos (inquit) eleuſina emigrare iuſſerat.Ouidius.xiiij.meta.domine ſub imagine ſignū ſeruat adhuc ſalamis. Horatius.i.carmi.teucer*

ſalamina, patremq; cum fugeret. Trachyn & trachys qđ interpretatur aſpera vrbs eſt Boeotiæ. Lucanꝰ trachyn præcioq; nefandæ lampados, & Ouid. in. xi. meta. herculeam trachyna iube. quod vero dicit iungito pollis, quantum ad terminationem. is. intelligendum eſt: nam illa in. inis. penultima longa faciunt: hoc penultima breui. illa præterea græca ſunt: hoc latinum. Declinatur etiam pollen pollinis autoribus probo & Ceſare in lib. de analogia. Phocas vero & Cariſius pollis. inis. declinant. ſed quemadmodum de recto non ſatis conſtat: ita de obliquis exploratum eſt. Serenus. pderit et madida frumentum polline turgens. Celſus. lib. ij. ex polline infra miſſumꝰ cibarius panis. Pli. li. xxxiiij. illinunt (inqt) cū polline. ¶ Otis. nomē in. os. alij hāc regulā de terminatis in. os. aliter poſuerūt dicentes mittere freqntius genitiuum in. oris. nos autem illam inuertentes diximus generaliter facere genitiuum in. otis. quod plura in. otis. facere reperiuntur q̄ in. oris. vt rhinoceros. otis. monoceros. otis. niceros. otis. ægoceros. otis. heros. otis. phileros. otis. nepos. otis. dos dotis. cos cotis. ſacerdos. otis. cōpos. otis. impos. otis. Mart. in. i. quæ non promiſit. prælia rhinoceros. Idem in eodem, & pueri naſum rhinocerotis habent. Pli. lib. viij. aſperrimam autem feram rhinocerotem. Luca. humidus ægoceros, nec plus leo tollitur vrna. Mart. cum placeat phileros tota tibi dote redemptus & paulopoſt, perpetuam dij te faciant philerotis amicam. & in libris digeſto, titulo de fideicommiſſis. l. Lucius. heros herotis liberum nō dedit. In. oris. vero exeunt pauca: quæ hic enumerat. ros roris. flos. oris. mos moris. lepos leporis. os oris. & quæ terminantur etiam in. or. vt arbor vel arbos arboris, color vel colos coloris. vapor, vel vapos vaporis, odor. vel odos odoris. honor vel honos honoris. Vergil. in bucco, nunc omnis parturit arbos. Pli. xxxv. glebis inquit ſuus colos, atq; ibidem ſepius ea declinandi ratione vtitur. Lucre. libro. v. & volitans permanat ad hos frigusq; vaposq;. Plau. in captiuis. cuius odos ſub baſilica nos omnis adegit in forum. Verg. i. æneidos, hic pietatis honos: ſic nos in ſceptra reponis? timor etiam vel timos apud Marcel. legitur. Os quoq; in alia ſignificatione oſſis facit. cuſtos cuſtodis. bos bouis. Et tamen. ois. q. quædam nomina græca reperiuntur mittentia genitiuum in. ois. vt minos. ois. tros trois. thos thois. heros herois, ab eo quod eſt minos. onis. fecit Saluſtius apud Priſcia. in. ij. hiſto. dædalus (inquit) e Sicilia pfectus quo Minonis fugerat iram, ſed poteſt eſſe hic genitiuus ab eo quod minon. Verg. i. æneidos, tros tiriusq; mihi nullo diſcrimine agetur. Et in eodem. troas reliquias danaum: & troes te miſeri ventis maria omnia vecti. Pli. lib. viij. nam thoes luporum id genus eſt. ¶ Vs. tibi mittit. ſæpe de hac quoq; regula inuertenda cogitauimus: propterea q. aliquanto plura excipiebantur: q̄ continebat, ſed ne ſimus tantæ nouitatis autores dicamusq;, huius declinationis nomina terminata in. us. mittunt genitiuum in. oris. ea fere ſunt corpus corporis. decus decoris, lepus leporis, litus litoris. fœnus fœnoris. frigus frigoris. nemus nemoris, pectus pectoris. pignus. oris. pecus pecoris. ſtercus ſtercoris. tempus temporis. tergus. oris. facinus. oris. & nomina comparatiua ſub terminatione. us. vt nobilius nobilioris. breuius breuioris. Excipiuntur vero ſeptemdecim nomina: quæ tribus verſibus cōtinētur: quoniā gtūm mittūt in. eris. vlcus vlceris. acus aceris. viſcus. eris. fœdus. eris. pōdꝰ. eris. ſydus. eris. vellus. eris. holus. eris. ſcelus. eris. funus. eris. genus, eris. vulnus. eris. munus. eris. onus. eris. latus, eris. vetus veteris. opus operis. Illa quoq; duo pignus & fœnus etiam in. eris. quoq; exeunt. Iuuena. milia fœnus pigneribus poſitis. a fœnere quoq; fœneror & fœnero declinata ſunt. Et tamen. udis. q. huius declinationis quattuor tantū nomina exeūt in. udis. ſubſcus. udis. incus. udis. palus paludis. pecus pecudis. Quattuordecim anni ſunt ex quo hanc regulam magno honoris noſtri periculo cepimus edere, vt aliorū autorū perplexitatem fugeremus: qui hac in parte genus cū declinatiōe atq; vtrūq; cū ſyllabarū quātitate cōfundūt. in quo quāto breuiores faciliores q; fuerimus q̄ cæteri, addo etiā copioſiores, etiam maleuolis iudicandū relinquo. Sed in tanto temporis interuallo ex freqnti librorū lectiōe quos lexici mei gratia excuſſi: vnū tantum reperi nomē: qđ regulis a me traditis nō cōtinebatur: cuius neq; alij quoq; grāmatici mētionem fecerant. Id erat ſubſcus. udis. Ennius apđ feſtū. neq; vlla ſubſcus prohibet compagem. Cato. de re ruſti. ſubſcudes ilignas addito. Quod vero dixit pecus hec muliebre, dictum eſt ppterea q. hoc pecus pecoris facit in genitiuo. Cætera fœminei gñis. ſunt autē tantū quoq; vt in genere diſputauimꝰ. virtus virtutis. iuuentꝰ iuuentutis. ſenectꝰ ſenectutis, ſalus. tis. ſeruitus. tutis. monoſyllaba dantur. q. nomina monoſyllaba huiꝰ declinationis terminata in. us. mittūt gtūm in. uris. vt mus. ris. ius. ris. crus cruris. thus thuris. pus puris. quo freqnter etiam in obliquis Celſus vtitur. Grus tamen facit gruis. & ſus ſuis. Lygus vero rationē monoſyllabarum ſequitur. aut gtūm ab altera terminatione hoc eſt lygur accepit. fecitq; cū illo lyguris. Hoc nomen intercus. tis. in gtō accepit: propterea qđ ab inter & cutis componitur. ¶ Græcū nomen in. us. q. nomina græca terminata in. us. mittūt gtūm in. ūtis. vt amathus. ūtis. ſipus. ūtis. phycus. ūtis. hiericus. ūtis. opus. ūtis. trapezꝰ. ūtis. hydrus. ūtis. philꝰ. ūtis. Verg. x. æneidos. amathus eſt celſa mihi paphos. Ouid. x. metamor. at ſi forte roges fœcūdam amathūta metallis. Luca. in vij. & ſubdita ſipus montibus. Silius. in. punico. terras & littora ſipus: vrbs eſt Apuliæ. q. poſtea ſipontus dicta eſt. Pli. in cyrenaicæ deſcriptiōe. promontorium (inquit) phycus per creticum mare excurrit. Luca. in. ix. ſeuus merita phycunta ruinas ſparſit. Ptole. in. paleſtinæ deſcriptiōe. hiericus in recto poſuit. accūm vero Pli. libro. v. hiericunta (inqt) palmetis cōſitā

Otis nomen in, os, mittit. Tamen exit in, oris,
Ros, flos; mosq; lepos, os, tranſit in. oris. & oſſis.
Cuſtos cuſtodis dat. bos bouis. Et tamen. ois.
Greca dabūt, vt tros; thos; minos; additur heros.
Vs. tibi mittit. oris. Per. eris ſed plura dabuntur.
Vlcus. acus, viſcus. fœdus; cum pondere ſidus.
Vellus; holusq;; ſcelꝰ; funus; genꝰ; addito vulnꝰ.
Munus; onusq;, latꝰ; vetus; atq; opus. Et tū. udis.
Dāt ſubſcus, incꝰ; palus; & pecꝰ. Hec muliebris.
Telluris Venerisq; dabunt tellusq; venusq;:
Cætera fœminei generis mittuntur in. utis,
Que polyſyllaba ſūt, monoſyllaba danē in, uris.
Grus & ſus dat. uis. Intercus. utis. tibi mittit.
Græcum nomen in, us. gtūm mittit in, untis.

fontibus irriguam. Opus,untis.oppidū a Ptolemæo ponitur in Achaia. Ouid.in.i.de ponto.cede puer, facta patroclus opūta reliquit. Plinius.lib.vi.a phenice centū millia paſſuū trapezus, & paulopoſt,a trapezūte (inqt) centū quadraginta mille paſſus. Curtius,regionē eam vſq; ad trapezunta defendere. Luca.in.vi.quas auius hydrus antiquuſq; bares. Pli.in.iii.ab hydrūte in primis Italiæ porta nobili. Cice.in epiſtolis.ab hydrūte(inquit)ludibūdi peruenimus. Phlius quoq; ab Ptolemæo in Sicyonia ponitur,pythagorā vero ad leontē phliūta veniſſe legimus. ¶ De pus exit odis,q noīa cōpoſita a pus podos græ

De pus exit.odis.tibi ſit pro teſte melampus.
Dat diphthōgus in.æs.pręs prędis.&.ęs.dabit.ęris
Dat dipthōg⁹ i.aus.laus laudis,fraus quoq; fraudis.
Si.b.p.phi.præit.s.mediam dabis.i.genitiuo.
E.mutatur in.i.quando præponitur illis:
Si polyſyllaba ſunt. Tn̄ aucupis exit ab auceps.
Ponit hyemps hyemis. Puls pultis mittere debet.
Si præit.n.aut.r.mediam dat.ti.genitiuus.
Lēs lendis mittit.frōs frōdis,glans quoq; glādis.
Nefrens nefrendis. Quod pendo libraq; gignit.
Vt cordat cordis:ſit quæ componis ab illo.
Vncia quod nomen componit.mittit in.uncis.
Dat capitis caput.incipitis ſua compoſitiua. Et
Quę dāt cremētū tibi duplex. Adde ſuppellex.
Atq; iter aut itiner.dant.lectilis.hæc.in.eriſq;.

ce quod interpretatur pes:mittūt in.odis.vt tripus tripodis.vt indocti grāmatici dicunt. oedipus oedipodis. Martia.qui legis oedipodem caligantemq; thyeſtem. Plautus in penulo per ſecūdam declinauit. Iſti inquit orationi oedipo opus eſt coniectore. Suetonius quoq; in Ceſare eadem declinatiōe vſus eſt. Papinius etiā in primo thebaidis.cū dicit oedipodę cōfuſa domus.ab eo qđ eſt hic oedipodes.ode Melāp⁹.odis.hic diuin⁹ fuit Amithaonis filius,a quo melāpodiū herba dicitur reperta. ¶ Dat diphthōgus in.æs.q duo reperiūtur noīa in.æs dipthōgon finita hoc.æs.qđ facit in genitiuo.æris.& hic præs qđ facit prædis. In.aus.quoq; duo hec laus, hæc fraus.quod vtrūq; facit genitiuū in.dis.fraudis, laudis. ¶ Si.b.p.phi.præit.s.& q nomina habētia.b. aut.p.aut.ph.quæ a græcis dicitur.phi.ante.s.formant genitiuū interpoſita.i.inter.b.p.ph.& s.vt arabs.bis, plebs.bis.chalybs.ybis. Lelaps.apis.ſeps.ſepis.ſtirps. ſtirpis.inops.opis.gryphs.yphis.cinipihs.phis.q fluuius eſt Aphricæ ad garamātes,quā q̄ græci in recto per.p.exile ſcribāt.in.obliquis p.ph.aſpiratū. ¶ E.mutatur in.i.hec regula ad genitiui penultimā ptinet.dicitq; q noīa pluriū ſyllabarū habētia.e.ante.bs.aut.ps.mutant illud.e.in.i.genitiuo.vt cælebs.ibis.princeps,pis.q ſi monoſyllaba ſunt,non mutant.e.in.i.vt plebs.bis.ſeps.pis. Auceps tn̄ neq; fecit aucepis:nec fecit aucipis,ſed aucupis. Probus tamen eos dicit errare:qui dicunt auceps aucupis:cum dicendū ſit aucupes aucupis. Sed ego neſcio quid ſibi voluerit vir doctiſſimus:cū nunq̄ aucupes,ſed frequēter auceps reperiatur,vt apud Ouid.xi.meta.laqueis quos callidus abdidit auceps. ¶ Ponit hyems hyemis,q in.ms.vnū tātū reperitur nomē hæc hyems, quod fecit hyemis:& in.ls.vnum quoq; hæc puls.qđ fecit pultis. Pli.lib.xviii.videtur tā puls ignota Græciæ fuiſſe,q̄ Italiæ polenta. Iuue.& grādes fumabāt pultib⁹ ollæ. ¶ Si præit.n.aut.r.q noīa habētia.n.aut.r.ante.s.mittūt genitiuū inter poſita.ti.iter.ns.aut.rs. vt hic dodrans.antis.ſextans.antis.ſapiens.entis.mens.entis.tyrins.this.quod.th.aſpiratū recipit.frons.ontis.arūs,untis. In.dis.tn̄ genitiuum faciunt quinq;. Lens.dis.animal illud ſiue beſtiola,quæ in capillis palpebriſq; innaſcitur. Serenus. vnda maris lendes capitis deducit iniquas. Pli.lib.xxxv.item lendes in palpebris tollit.lens vero cū facit lentis.legumē eſt notum. ¶ Frons.dis.Verg.ii.geor.precipue dū frons tenera.vbi Seruius ait,verā lectionem eſſe frondis,ſed a fronte & a frōde vnū ait eſſe noīatiuū. Varro quoq; in libris de re ruſt.etiā frons in noīatiuo protulit,cū vero facit frontis:partē capitis aut faciē alicuius rei ſignificat. ¶ Glās.dis.Ouid.xiiii.meta.miſſa ſolet medio glās intabeſcere cælo. Ceſar in cōmentariis,eodem tēpore glās miſſa eſt inſcripta.& digeſtis de glāde legata.glādis noīe oīs fructus cōtinetur. Verg.tamē pluit ilice glādis,dicit. ¶ Nefrens.dis.pro porcello,vt in genere diximus:qui cum ablactatus ſit nōdum tn̄ fabam aut glādem frendere,hoc eſt frangere poteſt. ¶ Libripēs.dis.q a libra & pendo pendis,a quo eſt appendo & ſuſpendo. Pli.lib.xxxiii. ſtipis ponderandæ penſatores dicuntur libripendes. Liuius Andronicus apud Priſcia.impubis libripens eſſe nō poteſt. ¶ Vecor dat cordis,q etiam compoſita a corde faciunt in genitiuo quemadmodum ſimplex cor cordis:vt concors.odis.diſcors, diſcordis,vecors.dis.ſecors.dis,prauicors.ordis.miſericors.ordis. ¶ Vncia qđ nomen,q compoſita ab vncia mittunt genitiuum in.uncis,vt quincuns.uncis.ſextuns.uncis.decuns,uncis.deuns.uncis. Sunt qui per.x.in fine præcipiant ſcribere quincunx.ſextunx.deunx.decunx.illa opinor ratione ducti:quod propriū eſt deſinentium in.x.mittere,genitiuum in.cis. ¶ Dat capitis caput. In.t.finitum nomen, quod declinetur, vnum tantum reperitur caput,facitq; in genitiuo capitis. & duo ab illo compoſita ſinciput & occiput facientia genitiuum in.cipitis.ſincipitis & occipitis. Dicit præterea in capitis mittere gen... um compoſita a capite.habentq; duplex genitiui crementum.vt biceps bicipitis.triceps.itis.anceps.itis. preceps.itis.quæ etia... antiquiſſimi ancipes.itis.& præcipes.itis.declinabant. Plau.apud Priſc.in commorientibus,faliam in puteum miſiſti præcipes. Idem in rudente.altrinſecus.eſt ſecuricula ancipes,atq; e diuerſo præcipes.ipis.atq; anceps ancipis declinabant. Liuius Andronicus apud Priſci.ſeq; in alta maria præcipem inops dedit.& Ennius apud eundem.Intra muros, aut extra præcipe cauſa. ¶ Superioribus quoq; annumerantur duo nomina duplex crementum habentia. ſuppelex ſupellectilis.& iter itineris, ſed iter,vt ſupra diximus,iteris fecit,quēadmodū itiner itineris,ex quibus duobus eruditior ætas vnum conflauit iter.eris.itaq; non dicimus itiner in recto,neq; iteris.iteri.iterē.in obliquis. Supellex vero ideo fecit ſupellectilis,q antiquiores hæc ſupellectilis declinabant.ſic Cato apud Priſcia.quaſi ſupellectilis(inqt) ſolet, nunc vero hac ſupellex dicimus. vt Horatius campana ſupellex,& Perſius,quam ſit tibi curta ſupellex. Vergilius.i.Georg.virgea preterea celi viliſq; ſupellex,vbi ait Seruius,ſupellex vſurpatum eſt:nam artis ſupellectilis eſt,quia genitiuus,aut par eſſe debet,aut maior vna ſyllaba,ſi duobus contra artem iā eſt.

¶ X. finita dabunt. q. nomina deſinẽtia. in. x. faciũt genitiuũ ablata. x. & cis addita vt hæc pax pacis. fex fecis. merx mercis pix picis. vox vocis lux lucis. ¶ Deĩde dicit q. ſi noĩa pluriũ ſyllabarũ terminata in. x. habuerit. e. ante illud. x. mutatur in. i. vt hic iudex iudicis. polex. cis. index. cis. ilex. cis. vindex. cis. cortex. cis. q̃ vero vniꝰ ſyllabæ ſunt: nihilominus. e. retinẽt. vt fex fecis. nex necis. Duo quoq; noĩa ponit, q̃ cum ſint pluriũ ſyllabarũ: etiã in genitiuo & in reliquis obliq̃s: qui ab eo formãtur. e. retinẽt. ea ſunt veruex veruecis. Iuue. ſutor & dixi veruecis labra comedit: & alio loco. veruecũ in patria craſſoq; ſub aere naſci. Halex halecis, de quo require ſupra; quod in capite generis noĩm terminatorũ in. c. diximus. Duo præterea reperio terminata in. ex. quæ genitiuũ æque mittunt in. ecis. ſed ideo no poſui quoniã apud autores rara ſunt inuẽtu. ea ſunt myrmex myrmecis propriũ ſerui nomẽ apud Apul. ix. lib. meta. reſex. ecis. quo vtitur Colume. in lib. de re ru. pro ſubſidiario palmite. ¶ In. gis multa dabis, q. & ſi noĩa in. x. finita mittũt plerumq; genitiuũ in. cis. multa ſunt tñ quæ in. gis. exeunt, ea ſunt fere. lex legis. rex regis. grex gregis. remex. gis. quod ſecutum eſt rationem habentium. e. ante. x. plurium ſyllabarum. Impetix. tigis. pro eo qđ impetigo. ginis. autore Feſto, quã nos impetiginem dicimus græci lichenem, diciturq; ab impetendo. Sed quia ſyllaba breuis poſita eſt inter duas longas. vſi ſumus

X. finitã dabunt, x. rapta, cis. genitiuo,
E. mutatur in. i. quando præponitur illi:
Dum polyſyllaba ſint. Veruex; halexq; dat. ecis.
In. gis, multa dabis, lex, rex; grex; addito remex.
Inq; petix & frux; A coniux coniugis exit,
Ilex atq; aquilex, compluraq; nomina græca:
Syrinx & menix & iynx; iapixq; lelexq;. (rixq;
Sphinx phryx atq; phalãx; ſtyx ſtryxq; pharixq; la
Allobrox; maſtyx & oryx; cũ põpholige & ia
Et reges Galli, quorũ ſit rectus in orix. (zyx.
In. chis. dant maſtix & onyx: thomynxq; diorix
Et duo dant, actis. hipponax, aſtianaxq;.
Nix niuis; atq; ſenex ſenis, infert nox quoq; noctis.

Frux frugẽs. Ennius, dictum factumq; facit frux. Idem ſi iam epentheſi (hoc eſt) ſyllabæ interpoſitione, vel potius thmeſi. data ſit frux. Auſoniꝰ quoq; Burdegalẽſis inter monoſyllaba poſuit. frux. gis. dicẽs. Ante eqdẽ cãpis quã ſpicea ſuppeteret frux. Coniux. gis. q. nõ a coiungo coniũgis venit: ſed a coniugo, gas. quod multis rationibus probauit Laurẽtiꝰ Abſtemiꝰ contra Priſc. & alios autores. ¶ Illex. gis. per. l. duplex, quia p vnũ. l. arbor eſt: cũ vero facit genitiuũ illicis ẽ res blãdicijs & illecebris ad ſe trahẽs. at vero cũ legibus inobediẽtem ſignificat. e. atq;. g. ſimplicis vnde cõponitur retinet. Plau. in Perſa ãmpure inhoneſte, iniurie. illex. Eadem quoq; rõne exlex. exlegis facit. Cice. pro Cluẽtio. nõ qđ illi exlegẽ Syllã arbitrentur. Aquilex. gis. Varro hoc pacto (inquit) vtilior thuſcus aquilex. Senec. iij. natu. q. ſudorẽ aquileges vocant, quia guttæ quedã vel preſſura loci elidũtur, vel æſtu euocantur. Pli. xxvi. tuſſilago vbi naſcitur ſubeſſe aqua credũt. hoc habent ſignũ aquileges, ſunt aũt putearij. hoc eſt qui putei effodiendi certis in locis rõnẽ habẽt. Cõpluraq; noĩa, q. multa noĩa græca terminata in. x. mittũt genitiuũ. in. gis. vt ſyrinx. gis. nympha in calamũ paluſtrẽ verſa, de qua Ouid. i. meta. Naias vna fuit nymphã ſyringa vocabant. Meninx. gis. pro cerebri pãniculo, quã medici corrupte vocant miringam. fuit & meninx lotophagorum in Aphrica regio & ibidem nympha. Iynx. gis. auicula eſt, de qua in genere diximus, quã latini vocãt torquillã veneficicijs adhibi ſolitã, vt eſt apud Theocritum. Iapyx. gis. ventus qui ſpirat ex Apulia nauigãtibus Athenas, de quo Hora. i. car. ventorũ regat pater obſtrictis alijs præter iapyga. Lelex. gis. Oui. viij. met. naricuſq; lelex. Verg. viij. æñ. hinc lelegas carraſq;. Sphynx. gis. animal ſiue monſtrũ ſolitũ viatoribus enigmata proponere ab Oedipode occiſum. Phryx. gis. Ouid. in epiſtolis. phryx erat & noſtro geniꝰ de ſanguine. Verg. i. æñ. hac phryges inſtaret curru criſtatus Achilles. Phalãx. gis. Verg. ij. æñ. & iã argiua phalãx inſtructis nauibus ibat. Et ibidẽ. Agamẽnoniaſq; phalãges. Styx. gis. p palude inferorũ filia Tethyos & Oceani. Verg. in. vi. ſtyx interfuſa coercet. Oui. xv. met. quid ſtyga quid manes. Strix. gis. auis nocturna. Sere. Præterea ſi forte premit ſtrix atra pellos. Tibullus. & e tectis ſtrix violenta canat. Ouid. vij. meta. ſtrigis. & infames ipſis cum cronibus alas. Pharinx & larinx. in. gis. quoq; mittunt genitiuũ, de quibus vbi genere diximus. Allobrox allobrogis. Horatius in epodo, nobiſq; rebus infidelis allobrox. Iuuenal. ruffus, qui toties Ciceronem, allobroga dixit. Maſtix maſtigis. quod interpretatur flagellum. vnde Homeromaſtyx homeromaſtygis, ciceromaſtyx. aſtigis, vergiliomaſtyx. igis. i. flagellatores ſiue reprehenſores Homeri, Ciceronis, Vergilij, Oryx, orygis. Mart. ſæuus oryx conſtat quot mihi morte canum. Pli. origem (inquit) appellat ægyptus. Pompholix. gis. Pli. lib. xxxiiij. etiam nunc in ærarijs reperiuntur, quæ vocãt pompholigem & ſpondion differentia: quod põpholyx lotura paratur, ſpondios illota eſt. Hiſpane dicimus atutia, iazix iazigis. iaziges. populi ſunt ſeptentrionales. ¶ Et reges Galli, q. etiam nomina quorundã regulorũ galliæ in. orix finita mittunt genitiuũ in origis, vt orgẽtorix. igis. dunnorix dunnorigis. ambiorix ambiorigis. vercigẽtorix vercigentorigis. Ceſar in commenta. belli gallici primo. nobiliſſimus & ditiſſimus fuit Orgentorix. & paulopoſt o[r]gentorigẽ ex vinculis cauſam dicere coegerunt. Idem in eodem, dunnorix gratia & largitione apud ſequanos plu[rim]um poterat. & ibidem legatos ad dunnorigem heduum mittunt, reliqua adhu[n]c in modum in eodem opere frequ[en]ter declinata reperies. ¶ In. chis. dant maſtyx, q. quattuor hic expoſita mittunt genitiuum in. chis, hoc eſt per. ch. aſpiratum. maſtyx maſtychis pro gũmi lentiſci, onyx onychis. & ab eo cõpoſitũ ſardonix. ichis. Thominx. chis. quã nos tomicẽ vocamus, & diorix diorichis, qđ interpretatur foſſa. Põponi. mela. ex nili alueo dioriche adductus. ¶ Et duo dant, actis, q. duo hæc noĩa hipponax & aſtyanax mittunt genitiuũ in. actis aſſumpta. t. ſuper. c. dicimuſq; hipponax. actis. aſtianax. actis. Ruffinus, vtitur hipponax hoc metro ſæpius autor. Pli. lib. xxxvi. quod hipponax indignatus, & ibidẽ hipponactis ætate poeta, atq; iterũ hipponacti notabilis fœditas vultus erat. Ouidius. xiij. meta. mittitur aſtyanax illis de turribus. Idem ad Liuium & pater & coniunx aſtyanaxq; puer. Verg. iij. æñ. O mihi ſola mei ſup aſtyanactis imago. Et in ſcdo eiuſdẽ, puerũ aſtyanacta trahebãt. ¶ Nix niuis. & ſenex. nis. præter aliorũ pportionẽ miſerunt in genitiuũ. nox præterea quod in genitiuo. t. accepit dicimuſq;

Fitq; datiuus in.i.ſi tollas .s.genitiui.
Accuſatiuus fit in.em.Sed in.im.tibi mittunt
Hęc.ſitis & tuſſis;vis;buris,peluis.At iſta;
Dantur in.em.vel in.im.reſtis,turriſq; ſecuris.
Et puppis.febris. Sed in.im, tantū modo gręca;
In quibus eſt recto non diſſimilis genitiuus.
Quæ dāt & in.in,plęrūq; (vt Naſo) charydin.
Nomen in.e.vel in.al.vel in.ar.(mō ſit tibi neutrū)
Exit in.i.ſexto.Sed.in.e.perpauca dabuntur.
Far,præneſte,iubar,ſoracteq; gauſape;nectar.
Mittis in.i.menſes,& in.as.gentilia iunges.
Et quæ fecerūt vel in.im.;vel in.in.tibi quartū.
Nam q̄ dātur in.em.vel in.im.dāt.i.vel.e.ſexto.
Ciuis,auis.auis.nauis;clauis;iungatur & anguis.
Vnguis & amnis;vectis;poſtis,neptis;& ignis.

fitq;.ē.poſita.ī noctis atq; ab eo cōpoſitū pnox.ctis.Sed et nix apū antiqores ninguis fecit,quos imitās Apu.in hermago.dixit oīa ningue cādebāt.Et ab eo quod eſt ſenex.ecis.in genitiuo ptulerūt.vt in ciſtellaria.Plau.doctores belliſſimi negocioli ſenecis ſoletis eſſe.Noctis quoq; genitiuus a grecis pēdet,qui nix nyctos declinant.¶ Fitq; datiuus in.i.q datiuus ſingularis tertiæ declinationis in.i.terminatur,fitq; a genitiuo eiuſdem numeri ablata.s.vt patris.i.corporis.i.fœlicis.i. ¶ Accuſatiuus fit in.em.q accuſatiuus eiuſdem declinationis atq; numeri terminatur in.em.fitq; a genitiuo.is. mutata in.em.vt patris patrem.fœlicis.cem.hoīs hoīem.Quedam tñ q̄ hic explicātur mittūt accuſatiuū in.im.ea ſunt.Sitis.im.Verg.in buc.dulcis aq̄ ſaliēte ſitim reſtigere riuo.Tuſſis.im.Pli.li.xxvi.tuſſim ſedat bechion q̄ & tuſſilago dr.Vis vim. Verg.vi.æñ.nec vim tela ferunt.Buris.im.Idem.i.Geor.domatur in burim & curui formā accipit vlmus aratri.Peluis.uim.quod oēs dicūt mittere accuſatiuū in.im.ſed exēplū nō mihi ſuccurrit. At vero in.em.ſimul & in.im.faciunt hec. Reſtim reſtem vel reſtim.Teren.in Eunu. ad reſtim mihi quidē res rediit.ab eo quod eſt reſtē reſte fecit in ablatiuo.Iuue. dicens puteus nec longa reſte mouendus.Turris turrem, vel turrim.Verg.ii.æñ.turrim i præcipiti ſtātem.Securis ſecurem,vel ſecurim.Idem in eodē & incertā excuſſit ceruice ſecurim.Puppis.im. Idem.i.æñ.in gēs a vertice pōtus in puppim ferit.Febris febrem vel febrim.Mar.nō habuit febrim,ſymache nūc habeo. De terminatiōe in.em.vbiq; reperies exempla. Verg.ix.æñ.ęratā quatiens tarpeia ſecurē.Iuue.deſcendūt ſtatuæ,reſtēq; ſequitur.Aqualis quoq; apud Plau.date(inquit)iſti ſedē:vt ſedeat aqualim cū aqua.¶ Sed in.im.tantū modo græca,q noīa græca terminata in.is.habentia genitiuū nominatiuo ſimilē,accuſatiuos in.im.mittūt.vt eclipſis.ſis.ſim.leucaſpis.is.im.mephitis.is.im.opis.is.im.magudaris vel magydaris,magudarim.i. magydarim.Verg.vi.æñ.leucaſpim & liciæ ductorē claſſis orōtem.Idem in.vi.ſæuāq; exhalat opaca mephitim. Idē.xi.velocem interea ſuperis in ſedibus opim.Pli.lib.xix.alterū genus ſilphii eſt,quod magudaris vocatur.Colu.lib.vii.radix(inquit) quā græci vocāt magudarim:noſtra conſuetudo laſerpiciū appellat,qđ ſi græcū eſt,quid opus fuit a grāmaticis inter noīa latina explicari:cū ad regulā græcorū potuerit reduci?Quod vero Verg.in buc.dixit,aut ararim parthus bibet,aut germania tigrim ararim,non eſt ab eo quod arar:ſed ab eo quod araris:nā in vtrāq; terminationē deſinēs reperitur.Sed in.im.accuſatiuus latinæ declinatiōis eſt.In.in.vero p.n.græca declinatio eſt,vt ſuo loco diximus.vt charybdis.is.in.acis.idis,vel acis.in.Oui.de pon.caribdin achei.Idem.iiii.meta.acin.amas perferſq; meis amplexibus acin. ¶ Nomen in.e.ablatiuus tertiæ declinatiōis:quoniā in.e.vel in.i.deſinit.Primo ponit regulas nominū deſinētiū in.i.tantū,aut in.e.vel in.i.deinde terminatorū in.e.tantū.Dicit igitur imprimis:q huius declinationis noīa deſinentia in.e.vel in.al.vel in.ar.ſi gñis ſunt neutri,mittūt ablatiuū in.i.tantū,vt hoc mare a mari,hoc rete a reti:quæ ipſa etiā antiquiores in.i.termabāt, vt Plau.in Rudēte,in mare cōmuni captos.Oui.v.faſto.cur tibi pro lybicis claudūtur rete leænis.Sueto. quoq; in Nerone.rete aurato dixit,qđ videri poſſit ab eo quod eſt noīatiuo hæc retis,quod Plau.in truculē.genere poſuit maſculino dicens,nō vides proferre me vuidū retem:& ibidē iterū,vt dimiſi retem atq; hamū.In.e.tamen ablatiuū mittūt quæ ſequūtur,hoc far a farre.Iuue.cum farre,& vino Ianū Veſtamq; rogabat. Præneſte a præneſte.Verg.vii.æñ.quiq; altū præneſte viri,atq; idem in.viii.cū primā aciem præneſte ſub ipſa,figurate enim ad vrbem retulit ſub ipſa.Iubar a iubare.Verg.iiii.æñ.it portis iubare exorto delecta iuuentus.Soracte a ſoracte.quāq̄ Pli.lib.viii.maſculino genere dixit,quod fit ad mōtem ſoractē,nam.Hora.hoc ſoractē.is.dixit.in.i.car.vt alta ſtet niue candidum ſoracte.Gauſape,a gauſape.Per.balanatum gauſape pectis.Hora.ii.ſermo.gauſape purpureo menſam perterſit.Nectar,a nectare.Verg.i.æñ.dulci diſtendūt nectare cellas.¶ Mittis in.i.mēſes,q noīa menſiū,quæ per tertiam declinationem inflectuntur,mittunt ablatiuū in.i.vt quintilis a quinili,ſextilis a ſextili. ſeptember a ſeptembri,decēber a decembri.Iuue,medio ſeruare minutal ſeptembri.Idem alio loco toto vinū neſcire decembri. Et in.as.q noīa gētilia terminata in.as.mittunt etiā ablatiuū in.i.vt arpinas ab arpinati. caſſinas a caſſinati.nam & Priſc.lib.vi.(inquit)pfecta eorū reperiūtur apud antiquos in.tis.deſinētia,vnde neutra quoq; eorū in.e.deſinūt & ablatiuū in.i.more eorū q̄ in.is.deſinū[illegible]in.e.q̄ etiā apū priſcos in.e.terminare ablatiuū reperiꝰ.vt apū Oui.in epl'a paridis.hoc mihi nā recolo fore,vt a cœleſte ſagitta. Et q̄ fecerūt vel in.im.q noīa mittētia accuſatiuū in.im.p.m.vl'in.in.p.n.mittūt ablatiuū in.i.q̄ vero fecerūt in.em.vel in.im.mittūt in.e.vel in.i.vt tuſſis.tuſſim.a tuſſi.puppis puppē,vel puppim,a puppe vel puppi.charybdis charybdim,a charybdi.In.e.præterea & in.i.mittūt ablatiuū noīa hic poſita.Ciuis a ciue vel ciui.Iuue.qđ illo ciue tuliſſet.Cic.in philippi,in pricipe ciui nō eſt ſatis.Auis ab aue vel aui.Hora.i.car.fatam ala dulcis aui domū.Nauis a naue,vel naui.Teren.in andria,naui fracta apud Andrū.Clauis a claue vel claui.Verg.i more,& referat clauſa q̄ preuidet oſtia claui.Anguis ab angue vel angui.Hor.i.epl'a.alter mileti textus cane peius & angue.Vnguis ab vngue,vel vngui.Idem in eodē.acuto ne ſecer vngui.Amnis ab amni.Verg.i.geor.prono rapit alueus amni. Vectis a vecte vl' vecti.Terē.in Eunu.in mediū huc agmē cū vecti.Poſtis a poſte vel poſti.Oui.v.meta.raptaq; de dextra robuſta repagula poſti.Neptis a nepte,vel nepti ſuperiorib9 auctoribus[illegible] exēplū nō ſuccurit.Ignis ab igne vl' igni.Verg.iiii.æñ.[illegible]

¶ Strigilis à ſtrigile vel ſtrigili. Hora.ij.ſer.qui puer vuã furtiua mutat ſtrigili. Claſſis a claſſe vel claſſi. Verg.viij.æñ. aduectũ eneã claſſi.victoſq; penates. Pugil & vigil,a pugile vel pugili,a vigile vel vigili. Iuue.præterea lateris vigili cũ febre dolorẽ. Suppellex a ſupellectile vl' ſupellectili.vñ eſt in lib.digeſt.titu.de ſupellectili legata. Imber imbre vl' imbri. Verg. in buco. Iuppiter & leto deſcẽdet plurimus imbri. Verbaleq; qđ' facit in.trix.ꝙ noĩa verbalia ſiue participalia fœminina terminata in.trix,mittũt etiã ablatiuũ in.e.vel in.i.vt victrix a victrice,vl' victrici. Luc.i.ſ.in ſua victrici cõuerſum viſcera dextra.vnde etiã in plurali cum figurate neutris cõiungimus victricia & vltricia dicimus. Idẽ in codẽ,tollite iãpridẽ victricia tollite ſigna. Verg.ij.æñ.res agamẽnonias victriciaq; arma ſecutus. ¶ Adiectiua triũ,ꝙ noĩa adiectiua huius declinatiõis nõ habentia genus neutrũ in.e.terminatũ mittũt ablatiuũ in.e.vel in.i vt hic & hæc & hoc prudẽs a prudẽte vel prudẽti,fœlix a fœlice vel fœlici. velox a veloce vel veloci. Quodſi genus neutrũ habẽt in.e. mittũt ablatiuũ in.i.tantũ vt hic & hæc breuis & hoc breue a breui. hic acer hæc acris hoc acre:ab acri. Deĩde dicit ꝙ noĩa quinq; vno verſu explicata(& ſi neutris iungi poſſunt)quẽadmodũ in genere diximus ablatiuũ tñ per.e.tãtum mittunt:vt degener a degenere,pauper a paupere, vber ab vbere. hoſpes ab hoſpite.ſoſpes a ſoſpite. Illud etiã aĩaduertẽdũ noĩa propria ab adiectiuis in.is.& in.e.deſinentibꝰ deducta,mittere etiã ablatiuũ in.e.tantũ vt iuuenalis a iuuenale,ab eo quod eſt hic & hæc iuuenalis & hoc iuuenale. Eodẽ modo Mar.laterenſis annalis Mar.cũ Iuuenale meo quid me cõmittere tentas? Cicero ꝓ Plancio,cõfiteor in Laterẽſe ſumma ornamẽta eſſe. Idẽ ꝓ Fũdanio apud Priſciã.nõ hoc mõ a Iulio annale factũ ꝓbare põt. Reperiuntur quoq; adiectiua in.is.& in.e.deſinẽtia,mittere ablatiuũ in.e. Oui.xv.met.finẽ ſpecie cæleſte reſumpta luctibꝰ impoſuit. Idẽ in ep'la Paridis,fore vt a celeſte ſagitta: Idẽ quoq; in faſtis.amne perẽne latẽs anna perẽna vocor. ¶ Aſt abltõs,ꝙ reliqua oĩa huius declinatiõis noĩa mittũt ablatiuũ in.e.a quacũq; veniãt terminatiõe.vt emblẽma ab emblẽmate, ſermo a ſermone.lac a lacte,aſdrubal ab aſdrubale.titã a titane.ceſar a ceſare:pietas a pietate:caput a capite.pax a pace.

Strigilis & claſſis;pugil & vigil.atq; ſuppellex.
Additur his imber;verbaleq; quod facit in.trix.
Adiectiua trium generum vel in.i.vel in.e.pones:
Dum modo neutra per.e.nõ declinet tibi rectꝰ.
Quæ ſic declinans per.i. tantum mittere debes.
Degener,& pauper;vber cumq; hoſpite ſoſpes.
Dant ablatiuos per.e.tantum:plus quoq; pluri.
Aſt ablatiuos per.e.tantum cætera mittunt.
REctus pluralis fit in.es.cui iungito quartum.
Quod ſi mittis.iũ.pluralibus in genitiuis;
Accuſatiui quandoq; per.is.tibi fient.
Cum dedit.i.ſextus;per.ia.tibi neutra dabuntur.
Collatiua tamen per.a.ſolum mittere debes.
Plus & apluſtre; vetuſq; adduntur cõparatiuis.
Dat genitiuus.ium.ſi fecit in.i.tibi ſextus.
Tolle vigil,pugil,& ſupplex,opifexq;,vetuſq;.
Artifici memor & conſors addatur inopſq;.

REctus pluralis fit in.es.ꝙ noĩa tertiæ declinatiõis maſculina vel fœminina,vel cõmunia duorũ generũ mittunt noĩatiuũ & accuſatiuũ atq; etiã conſequẽter vocatiuũ plurales in.es.is.genitiui ſingularis mutata in es.vt hic pater patris hi patres o patres,hæc mater matres o matres,hic & hæc breuis breues o breues. Illa vero quæ fecerunt genitiuũ in yos.vel in.yis,diphtõgon a noĩbus deſinẽtibus in.ys.mittunt in pluralẽ in.yes,vt hic libys.yos.vel libys,plurali libyes.hæc Erinnys.nyos.vel erinnys.yes. Proper.lib.ij.tum me vel tragicæ vexent erinnyes. Saluſt.in iugur. Africã in initio habuere Getuli & libyes. Reperiuntur etiã pauca nomina græca mittentia prædictos caſus in.is.vt hæc trallis,ſyrtis,alpis, ſardis. Euſebius interprete Hiero.trallis (inquit) terræmotu cõciderunt. Hora.ſ. epiſtola.quod Crœſi regia ſardis. ¶ Quod ſi mittũt.iũ.ꝙ noĩa huius declinatiõis mittẽtia genitiuũ pluralẽ in.iũ.quorũ gẽtus ſingularis nõ creſcit ſup noĩatiuũ,plærũq; mittunt accuſatiuũ pluralẽ in.is.vt.hic & hæc omnis:genitiuo plurali omniũ:accuſatiuo omnis.horũ rationẽ ſequuntur pluraliter declinata,quæ ſi haberẽt numerũ ſingularẽ ex illorũ proportione declinarentur:vt plurali noĩatiuo tres accuſatiuo tris.Verg.ſ.æñ.tris notus arreptas in ſaxa latentia torq̃t,& paulopoſt.tris eurus ab alto in breuia & ſyrtis vrget:eo modo dicit tris,quo Salu.in cati.omnis hoĩes,qui ſeſe ſtudent cæteris præſtare animãtibus,antiquiores terminationẽ illam per.ei.diphthõgon ſcribebãt,quo deſignarẽt illam eſſe longã quod etiã docti noſtri ſæculi obſeruãt. ¶ Cũ dedit.i.ſextus,hæc regula limitatio eſt illius quartus cum quinto ſemper recto ſimilantur in neutris,vbi dixit neutra in plurali tribus in caſibꝰ terminari in.a.nũc vero dicit ꝙ noĩa illa quæ fecerũt ablatiuũ in.i.accepta.a.habẽt in plurali.i.ante.a,vt a puluinari.aria. a breui breuia,q̃ vero fecerunt ablatiuũ in.e.tantũ mutant illud.e.in.a.vt a tẽpore tẽpora.ab emblẽmate.ata. ¶ Deinde dicit,ꝙ noĩa cõparatiua quãq̃ fecerũt ablatiuũ in.i.nõ tamen in plurali mittũt neutra per.ia.ſed tantũ per.a.vt a breuiore vel breuiori nõ breuioria:ſed breuiora dicimus,præterea hoc nomẽ plus,quod(& ſi quantũ ad vocẽ comparatiuum nõ videatur:) quantũ ad ſignificationem cõſtructionemq; attinet,cõparatiuũ eſt:cum fecerit in ablatiuo pluri:in pl[illegible] neutro non tantum pluria & compluria,quod apud antiquiſſimos frequenter legimus,ſed etiam plura & com[illegible]ra dicimus. Apluſtre quoq; quod in ablatiuo fecit apluſtri,nõ tãtum apluſtria.ſed & apluſtra fecit in numero multitudinis. Silius lib.x.puni. laceroq; apluſtria velo. Cicero in.ar.nauibus aſſumptis fluitantia quærere apluſtra. Vetus quod fecit vetere vel veteri.nõ veteria, ſed vetera facit. ¶ Dat genitiuus.ium.ꝙ nomina quæ fecerunt ablatiuum ſingularem in.i.mittunt genitiuum pluralem in.ium.vt ab animali, aliũ,a prudente vel prudenti prudentiũ,quæ tñ plærũq; abſciſſionẽ recipiũt:vt ſupra diximus: & dicimꝰ hoc modo verba ſapientũ,reſponſa prudentũ,pro ſapiẽtiũ & prudentiũ. In.um.vero mittũt ea,q̃ ſunt hic poſita, a vigili vigilũ. Vergilius.ix.æñ.interea vigilũ excubijs obſidere portas. Ex proportiõe quoq; a pugili.um.dicemus. Supplex a ſuplici ſupplicum ne coinciderct cum hoc nomine ſupplicium.ij. Opifex ab opifici opificum,ne cõcideret cũ hoc nomine opificium.cij. Cicero pro Ligario.nos iacentes ante pedes ſupplicum voce prohibetis. Verg.ſ.æñ.artificumq; ma-

nus inter ſe operumq; laborem. Memor quoq; a memori, non memorium, ſed memorũ facit, & conſors a conſorti non cõſortium, ſed conſortũ, & inops ab inopi nõ inopiũ, ſed inopũ. Et nomina cõparatiua, vt a breuiori, breuiorũ, a meliori, orum. ¶ Præterq̃ plus, q. cum ſit comparatiuũ, qua ratione ſuperius diximus: feceritq; in abltõ pluri: in gtõ plurali non plurũ ſed pluriũ fecit: & ab eo compoſitũ compluriũ, vt Cicero ad heren. compluriũ negociorum. A capio etiam compoſita quis abltũm in. e. & in. i. fecerint. in gtõ plurali non in. ium. ſed in. um. faciunt. vt particeps a participe vel participi participũ, ne coincidat cũ hoc noĩe pticipiũ participij. Municeps a municipe vel municipi municipũ, ne coĩcideret cũ hoc noĩe municipiũ municipij. Mãceps mãcipe vel mancipi mãcipum, ne coĩcideret cũ hoc noĩe mãcipiũ mãcipij. ¶ Abltũs in. e. ſi deſinit. q. noĩa q̃ fecerũt abltũm ſingularẽ in. e. mittũt gtũm pluralẽ in. ũ. e. ablatiui mutata in. um. vt a toreumate toreumatũ, a Cicerõe ciceronũ, a cõſule. ũ. a noĩe nominũ, a ceſare ceſarũ, a ſacerdote ſacerdotũ, a capite capitũ, a fornace fornacum. In. iũ. vero faciũt (vt vult Priſcian⁹) nomina latina in. as. finita, vt ciuitas ciuitatiũ, probitas probitatum, bonitas bonitatiũ: ſed per ſyncopam fecere bonitatũ ciuitatũ pꝛobitatum, qđ ego non auderem dicere: cũ illa ſuperiora nunq̃ legerim: hec vero inferiora plerũq; reperiantur. In. iũ. vero mittũt gtũm pluralẽ q̃uis miſerunt abltũm in. e. q̃ ſequuntur. as. aſſis. ab aſſe aſſium, mas maris a mare mariũ, vas vadis a vade vadiũ, nam vas vaſis in plurali per ſcḋam declinationem effertur vaſa vaſorum. Caro carnis a carne carniũ. Cor cordis a corde cordiũ. Os oſſis ab oſſe oſſiũ. Nix niuis a niue niuiũ. Nox noctis a nocte noctium. Samnis ſamnitis a ſamnite ſamnitium. Lis litis a lite litium. Dis ditis a dite ditium. Glis gliris a glire glirium, & ex analogia. Quiris quiritis a quirite quiritium. ¶ Et quæ dantur in. s. q. nomina in. s. deſinentia non creſcentia in genitiuo ſingulari, quæ ſunt fere in. es. & in. is. finita: genitiuum pluralem mittunt in. iũ. licet ablatiuum ſingularem in. e. fecerint: vt hic verres a verre verrium: hic vates a vate vatium, hæc cædes a cæde cædiũ, hec ſedes a ſede ſediũ, hic collis a colle colliũ, hic menſis a menſe menſiũ: q̃ (vt ſupra memorauim⁹) aliq̃n ſyncopã recipiũt, vt Cice. p Sextio, veſtrarũ ſedũ temploꝛũq; cauſa, Verg. iiij. æñ. heu vatũ ignare mentes qđ vota furentem. Oui. v. faſt. cũ tua ſint cedatq; tibi cõſinia mẽſum. Ab hac rurſus regula exceptoria excipiũtur hec pauca mittentia gtũm pluralem in. ũ. vt panis a pane panũ, ſi modo panis numerũ habet multitudinis, iuuenis a iuuene. ũ. canis a cane ũ. ¶ Quæ monoſyllaba ſunt: ab illa quoq; regula, abltũs in. e. excipiũtur noĩa monoſyllaba terminata in. bs. aut. ps. aut. ls. aut. ns. aut. rs. aut. lx. aut. nx. aut. rx. deſinẽtia, q̃ & ſi fecerũt abltũm in. e. nihilominus tñ mittũt gtũm pluralẽ in. iũ. vt hæc trabs a trabe trabiũ, plebs a plebe. iũ. ſcobs a ſcobe. iũ. vrbs a vrbe. iũ. daps a dape. iũ. ſeps a ſepe. iũ. ſtirps a ſtirpe. iũ. puls a pulte. iũ. glans a glande. iũ. gens a gente. iũ. mons a monte. iũ. ars ab arte. iũ. ſors a ſorte. iũ. falx a falce. iũ. lanx a lance. iũ. lynx a lynce. iũ. arx ab arce. iũ. merx a merce. ium. ¶ Nomen in. es. tantũ, q. noĩa huius declinatiõis pluraliter declinata mittũt gtũm in. iũ. vt manes. iũ. penates. ium. caſſes. iũ. hæ vires. iũ. fores. iũ. tres. iũ. Dicit tñ & hæc & alia cõplura poſſe mittere gtũm in. ũ. ſi gtũs ille in iũ. foret abſonus: quare dicit cõſulendas eſſe aures penitus. i. pfunde, ſed non quorũcũq; ſed tantũ eruditorũ, quemadmodũ & muſici facere cõſueuerunt: q non oĩa permittunt rationibus & arti: ſed aliqđ etiam ſenſui auditus putãt eſſe tribuẽdum. Ego namq; potius dicerem penatum & procerum & ciuitatum q̃ penatium: procerium ciuitatium. ¶ Atq; boum dat bos, q. hoc nomẽ bos cũ abltõ a boue fecerit debuit facere gtũm pluralẽ bouum & facit boum. u. cõſonãte extrẽ ta. Preterea cũ ex aliorꝫ pportiõe in dtõ & abltõ debuerit facere bouibus: expuncta. ui. ſyllaba fecit bobus aut bub⁹ quẽadmodũ apđ Catonẽ, Varronẽ, Columellã & Pliniũ ſepe legimus. Verg. iij. æñ. læta boum paſſim cãpis armẽta videmus. & Hora. in epo. paterna rura bobus exercet ſuis. ¶ Datq; dtũs ibus, q. dtũs pluralis huius tertiæ declinatiõis in. ibus, terminatur, fitq; a gtõ ſingulari, bu. interiecta, inter. i. & . s. finales, vt hoĩs hoĩbus, patris patrib⁹ Sed noĩa in. a. deſinẽtia, q̃ oĩa græca eſſe dixim⁹: hũc caſum nõ in. ibus. ſed in. atis. plerũq; mittũt, vt hoc peripetaſma peripetaſmata. atis. emblẽma emblẽmata. atis. p[illegible] poemata. atis. Cice. in Verrẽ, nunc de peripetaſmatis quẽadmodũ expedias nõ habes. Idẽ ĩ codẽ, ſcaphia (ĩnqt) cum emblẽma[illegible] & in. iiij. ad Herennium de oratiõibus aut poematis. Sed q̃q̃ hec declinatio videtur eſſe ab eo qđ eſt in nõ hoc peri[illegible]etaſmatũ pipetaſmati, emblẽmatum emblẽmati, poematum poemati, illuđ eſt certiſſimum autores idoneos potius vſos in his noĩb⁹ tertiæ declinatiõe atq; dtũm & abltũm in. atis. potius q̃ in. ibus. terminaſſe.

Præterq̃ pluri; quod comparat; additur illis,
Et quæ de capio componis iungere debes.
Ablatiuus in. e. ſi deſinit. um. tibi mittit.
Sed p. iũ. dabit as: mas: vas vadis: & caro corq;.
Os: nix: nox: ſamnis: lis: dis: glis; adde quiritem.
Et quæ dantur in. s. nec creſcunt genitiuo.
Excipias; tamen hæc iuuenis: paniſq; caniſq;.
Quę monoſyllaba ſunt: q̃bus. s. b. p̄uenit aut. p.
Et quibus. l. aut. n. aut. r. ſubit, s. ſubit aut. x.
Nomen in. es. tantum pluraliter & variatum;
Mittit. ium. ſed & um. penitus ſi conſulis aures
Atq; boum dat bos: ſed bobus pone datiuo.
Datq; datiuus. ibus. dat. atis. ſed cũ dat. a. rectus.

De quarta nominis declinatione.

QVarta dat. us. recto. dat & . u. ſed dic variari
Plurali tantum. Genitiuus in. us. tibi fiet.

De quarta declinatione. ¶ Quarta dat. us. recto. q. quarta noĩs declinatio duas habet noĩatiui poſitiões in. us. & in. u. ſed in. us. maſculinorꝫ & fœmininorꝫ, in. u. neutrorꝫ tãtum: q̃ cum in ſingulari aptota ſint: in plurali p hãc declinationẽ infectuntur, vt hic ſenſus ſenſus, hæc manus manus, hoc cornu cornu, plurali cornua cornuum. Gtũs in. us. tibi fiet. q. genitiuus hui⁹ declinatiõis in. us. terminatur, eſtq; nõ ſiĩs in terminatiõe litterarꝫ, nõ tñ in tpib⁹, vt ſuo loco dicem⁹. In. u. vero finita, vt diximus, nõ declinãtur: nã qđ Luca. li. vij. dixit cornus tibi cura ſiniſtri lentule, & Celſus, li. vi. cornum cornus cõbuſti, & paulopoſt, q̃a cornum habet, & Plini⁹ multis in locis nõ eſt ab eo qđ cornu in ntõ, ſed potius ab eo qđ eſt hic cornus. us. Reperitur quoq; gtũs hui⁹ declinatiõis in. uis. ſyllabæ terminat⁹, vt apđ Terẽ. in heautõ,

eius annis opinor cauſa: q̃ erat mortua. Cato. Annis enim vt ſanguis deterior, ſic & lac. Varro. ij. de re ruſt. eius ſaluam eſſe fructuis veneno, ꝓ anus & fructꝰ, & genitiuꝰ ille eſt a quo exit datiuus in.ui. diuiſas: vt ſtatim dicemꝰ. ¶ Sæpe dtũs.ui. q. datiuus huius declinationis in.ui. ſyllabas terminatur, vt hic ſenſus ſenſus ſenſui. hæc manus manui. Exit tñ aliqñ in.u. vt Verg. iij. geor. nãq; alia victu inuigilãt & fœdere pacto. & paulopoſt, qđ nec cõcubitu indulgẽt, prouiſui, & cõcubitui dixit Seruius Verg. poſuiſſe. Idem. i. æñ. flectit equos curruq; volans dat lora ſecundo: vbi Seruius his verbis ſcribit. ars antiqua volebat q. nõiatiuus pluralis regat genitiuũ ſingularẽ: vt hæ muſæ huius muſæ. & datiuus ſingularis regatur a genitiuo ſingulari, ergo hi currus huius currꝰ facit, & huic curru nã huꝰ curruis huic currui hoc modo irregularia ſunt. ſed vſus obtinuit vt in gtõ currus frequenter, curruis raro & in datiuo curru raro, currui frequenter dicamus. Gell. tñ. lib. iiij. noc. affirmat. Mar. Varronẽ. & P. nigidium viros illo ſeculo omniũ doctiſſimos non aliter fuiſſe locutos atq; etiam ſcripſiſſe q̃ ſenatuis: domuis fluctuis in genitiuo ab eo qđ eſt ſenatus, domꝰ fluctus. ¶ Accuſatiuo dabis.um. q. accuſatiuus huius declinationis in.um. deſinit nõiatiui.s. mutata in.m. vt hic ſenſus, um. hæc manus, um.

Sæpe datiuus.ui.ſed &.u.non ſæpe reponit.
Accuſatiuo dabis.um. Dabis.u.quoq; ſexto.
Rectus pluralis fit in.us.cui iungito quartum.
Dat genitiuus.uum. Sed.ibus. tu pone datiuo.
Dant.ubus.hæc tãtũ; ficus; tribus, arcus; acuſq;.
Et partus, portus; lacus; & quercus; ſpecus, artus.
Cumq; veru queſtus, qđ quæro dat tibi nomẽ.

De quinta nominis declinatione.

Qvinta dat.es.tantũ rectis. Genitiuus in.ei.
Atq; datiuꝰ erit. Em.quartis. E.dato ſextis.

¶ Dabis.u.quoq; ſexto. q. ablũs huiꝰ declinatiõis finitur in.u. fitq; a ntõ ablata.s. vt hic ſenſus a ſenſu: hæc manꝰ a manu. ¶ Rectus pluralis. q. ntũs & actũs plurales quartæ declinatiõis terminãtur in.us. et ſunt ſiles gtõ ſingulari, vt hic ſenſus, hi ſenſus ſenſus, hæc manꝰ, hæ manꝰ.us. ¶ Dat gtũs.uũ. q. gtũs pluralis in.uũ. termĩatur, fitq; ab abltõ ſinglari addita.ũ. vt a ſenſu ſenſuũ. a manu manuũ. Sed.ibus. tu pone dtõ. q. dtũs pluralis in.ibus. terminatur, fitq; ab abltõ ſinglari.u. mutata in.ibus. vt a ſenſu ſenſibꝰ, a manu manibꝰ. Pauca tñ nõia q̃ hic explicãtur: exeunt in.ubꝰ. abltĩ.u. retẽta, ea ſunt ficꝰ ficubꝰ. ſed in hac terminatiõe adhuc nõ legi: ſed neq; ficubꝰ ſed tãtum ficis ꝑ ſcđam. ſed idcirco poſui, qđ video artis grãmaticæ ſcriptores ficubꝰ poſuiſſe. Tribꝰ tribubꝰ: Sueto. i augusto, legauit ꝑ ꝓ Ro. quadrĩgẽties tribubꝰ quinquies tricies ſeſtertiũ. Seneca i eplis, q̃ putas eẽ iucundũ tribubꝰ vocatis. Arcubꝰ ab eo qđ eſt arcꝰ ideo ſic exire grãmatici dicũt ne coĩcideret cũ arcibꝰ ab eo qđ eſt arx arcis. ſed cur acubꝰ ab eo qđ eſt acus acus nõ fecit acibꝰ: qñquidẽ a nulla alia nĩ poſitiõe venire poterat, nimirũ qa totũ hoc vſu cõſtat. Partꝰ partubꝰ, queadmodũ. Seruꝰ. iij. geor. exponẽs illđ Verg. aut fœtus nixibꝰ ædũt, nixibꝰ ꝓ partubꝰ exponit. & Hora. i epo. ſi vocata partubꝰ lucina veris affuit. Portꝰ portubꝰ. Põpo. i. ij. de coſmographia mare caſpiũ eſt atrox ſine portubꝰ. Priſci. i perihegeſi, auris difficilis nautis vel partubꝰ apta. Lacus lacubꝰ. Oui. iij. faſt. premia de lacubꝰ ꝓxima muſta tuis. Idẽ. xij. meta. qđ forcipe curua cũ faber eduxit lacubus demittit. Quercꝰ quercubꝰ, cũ oẽs ſic exire dicãt: nulliꝰ autoris mihi ſuccurrit exẽplũ. Specꝰ ſpecubꝰ: Verg. iij. geor. ipſi idefoſſis ſpecubꝰ ſecura ſub alta. Artꝰ artubꝰ. Seruꝰ i illđ Ver. iij. geor. micat auribꝰ et tremuit artus, artꝰ ꝓ artubꝰ exponit. Veru verubꝰ. Idẽ. i. æñ. verubuſq; tremẽtia figũt. Queſtꝰ q̃ſtubꝰ. a. q̃ro q̃ris, nã a q̃ror. eris. q̃ſtibꝰ exire, nemo vnq̃ dubitauit. Ver. ix. æñ. celũ de hic queſtibꝰ implet. Idẽ. iiij. geor. itegrat, & mœſtis loca late queſtibꝰ iplet. Seneca i thyeſt. faſq; oẽ ruptũ q̃ſtibus vanis agis. Flacꝰ. li. ij. argonau. tũ voce deos, tũ queſtibꝰ implet. Idẽ. li. i. queſtibꝰ & magni numẽ maris excitat ille. Idẽ in. vij. cõmotis queſtibꝰ æſtus. Et i eodẽ, hic celum queſtibus iplẽt. Inſti. lib. v. ꝑpetim nocte fortunã queſtibus iterat. Ego nõ inficior, repiri ſemel apđ Ciceronem de artificijs & queſtibus: & iterum apud Ouidium. iiij. faſtorum. multa profeſſurum queſtibus apta Venus. Seneca de vita beata, opes ſiue tanq̃ iniuria partas ſine ſordidis quæſtibus, ab eo qđ eſt quæro quæris. Sed aut noſtra, vel potius Laurentij differentia nihil eſt: aut credibilius eſt vnum aut alterum, q̃ centum locos fuiſſe deprauatos.

De quinta declinatione. Quinta dat.es.tantũ. q. quinta nõis declinatio vnã tantũ habet nõiatiui terminationẽ in.es. ſemꝑ fœmininorũ, præterq̃ in vno maſculino hic dies, & eius cõpoſitũ hic meridies. ¶ Cuius genitiuus & datiuus ſemꝑ exeũt in.ei. vt hæc progenies. niei. hæc materies. riei. hæc ſpecies. ei. Antiquiores tñ hũc genitiuũ in.e. tũ in.es. tum in.ij. duplicẽ terminabant. Saluſt. dubitauit acie pars, ꝓ aciei. Verg. i. geor. libra die ſomniq; pares vbi fecerit horas. vbi Seruius dicit, hũc eſſe genitiuũ regulerẽ, quia (vt paulo ante diximꝰ) nõiatiuus pluralis debet regere genitiuũ ſingularẽ: vt cũ illo ſit pariũ ſyllabarũ. Gelliꝰ. lib. viij. noctiũ attica. multis teſtimonijs probat atq; confirmat hũc genitiuũ in.es. quoq; & duplex.ij. aliqñ exiſſe. Ennius. poſtremæ lõginqua dies cũ fecerit ætas. ꝓ diei. Cic. pro ſextio. equites daturos illius dies pœnas. Adducit quoq; Gell. teſtes, qui dicebant ſe vidiſſe librũ Verg. idiographũ. i. ꝓpria illius manu ſcriptũ, in quo legebatur libra dies ſomniq; pares vbi fecerat horas, atq; eiuſdẽ Verg. manu fuiſſe ſcriptũ in. i. æñ. munera letitiãq; dij non deeſt quidã legũt, neq; die vt Ser. ſed dij ꝓ diei. Nã ſic dies dij a veteribus declinabatur, vt fames. ij. pernicies. icij. ſpecies. cij. progenies. nij. luxuries. rij. acies acij. Cato. pueri atq; mulieres extrudebãtur famij cauſa, ꝓ famei, nã ꝑ quintã hoc nomẽ antiqui declinabãt, cuiꝰ ablatiuus adhuc in vſu reptitur. Luci. rugoſum (inquit) atq; famij plenũ. Seſenna Romanos ferẽda pernicij cauſa veniſſe, pro pniciei. Cic. etiã, ꝓ ſextio. Quorũ nihil pnicij cauſa diuino cõſilio, ſed vt ipſa & magnitudie rerũ factũ putamꝰ. Pacu. pater ſupremæ noſtræ ꝓgenij patris pro ꝓgeniei. Næuiꝰ, en manet ſpecie, ſimulachrũ i more ſilẽtũ. Gracchꝰ, ea luxurij cauſa aliter ſibi tui, ꝓ luxuriei. ¶ In datiuo quoq; eodẽ Gellio teſte, q puriſſime locuti ſũt: nõ faciei vt nũc dicimus: ſed facie dixerũt. Luci. & primũ (inquit) facie honeſtas accidit. Idẽ q te diligit: ætati faciq; tuæ ſe fautorẽ oſtendit. Quĩ. lib. i. videtur excludere ex vſu etiã genitiuũ ſingularẽ huius nõis progenies quaſi durũ, qui (inquit) refert nulla ſunt aa praduca, nã quid progenies

…XANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS…

genitiuo ſingulari, quid ſpecies pluralē facit: quaſi velit ꝓgeni nō poſſe dici. ¶ Em. quartis, q. accuſatiuus ſingularis in .em. deſinit .s. noīati mutata in .m. vt hic dies diem, hæc ſpecies ſpeciem. ¶ E. dato ſextis, q. ablatiuus in .e. terminatur: fitq; a nominatiuo ablata .s. vt hic dies a die, hæc ſpecies a ſpecie. ¶ Rectus pluralis fit in .es, q. noīatiuus & accuſatiuus plurales huius declinationis in .es. terminantur: ſuntq; ſimiles noīatiuo ſingulari. vt hic dies. hi dies. ¶ Erum. ebuſq; dabis, q. genitiuus pluralis in .erum. deſinit. fitq; ab ablatiuo ſingulari aſſumpta .rum. vt a die dierū. ¶ Datiuus in .ebus. deſinit. fitq; ab eodē ablatiuo addita .bus. vt a die diebus, a re rebus. nā hæc duo nomina tantū habent numerum pluralem integrum. deficiunt, vt paulopoſt cum de deficientibus in certis caſibus agetur, cætera.

Rectus pluralis fit in .es. Cui iungito quartum,
Erum. Ebuſq; dabis genitiuis atq; datiuis.

## Da nominibus anomalis. Cap. iij.

SVnt quædā nomina: quę dicūtur anomala, hoc eſt irregularia; aut quia mutant genus; aut declinationem, aut carent altero numero; aut deficiunt certis caſibus in alterutro numero.

### Maſculina in neutra.

Mænalus, i. męnala, orum. Iſmarus. i. iſmara, orum.
Gargarus. i. gargara. orū. Dindym⁹. i. dindyma. orū
Pangæus. i. pangæa pangæorum.
Tænarus. i. tenara. orum, Tartarus. i. tartara. orum.
Auernus. i. auerna. orum. Pileus. i. pilea. orum.
Intybus, i. intyba. orum. Baltheus. i. balthea. orum.
Sibilus. i. ſibila. orum. Supparus. i. ſuppara. orum.
Locus. i. loca. orū. vel loci. Iocus. i. ioca. orū, vel ioci.
Cetus. i. Cete indeclinabile. Euētus. us. euenta. orū.
Iuſſus. us. iuſſa. orū. Permiſſus. us, permiſſa. orum.

DE noibus anomalis. ca. iij. Anomalā voco omnē varietatē aut generis aut declinationis aut caſuum defectus. nā dictiōes aliquæ inueniuntur accidentibus qbuſdā orbatæ, qđ fit aut ſignificatiōis repugnātia, neq; .n. dicim⁹ puerperus quēadmodū dicim⁹ puerpera, aut incōſonātia ſiue litterarū incōſequētia, vt ab eo qđ eſt curſor: nō recte dicimus curſtrix, nec a nutritor nutritrix: vt fas nō habet genitiuū faris, aut fatis, aut faſſis: ne cū alijs dictionibus coincideret, aut deniq;, quia præclara in vſu nō ſunt. Itaq; cū ſuperiora duo capita ad noīa regulariter atq; ſolide inflexa pertinerent: in hoc .iij. cap. de illorū irregularitate atq; defectu ꝑ tractabitur, atq; declarabimus in qbus noīb⁹ aliqua eſt declinatiōis diuerſitas, qđ fit, aut quia genus a ſingulari in pluralē mutatur, vt hic mænalus. i. hæc mænala. orū. aut quia mutat declinatio. vt hoc vas, hæc vaſa: aut qa vtrūq; mutatur: vt hic euētus, us. hæc euēta orū. aut qa caret altero nūero, vt acetū plurali & manes ſinglari, aut deficiūt caſib⁹: vt tabi tabo. ¶ Maſculina in neutra, ſunt quædā noīa in ſinglari maſculina, in plurali vero neutra: qualia ſunt quæ hic deſcribūtur. Mænalus. i. mænala. orū. Verg. in buc. mænalus argutūq; nemus pinoſq; loquētes. Idem. i. georg. ¶ Pan ouiū cuſtos: tua ſi tibi mænala curę. mōs eſt Arcadiæ. ¶ Iſmarus. i. iſmara. orū. Idē in buc. nec tantū rhodope miratur & iſmarus orphea. Idē. ij. geor. iuuat iſmara baccho cōſerere atq; olea ingentem veſtire taburnū. ¶ Gargarus. i. gargara. orū. gargarus autore Macro. v. ſatur. vrbs eſt in imis radicibus idæ ſiluę poſita. gargara autem ſunt ipſa montis capita. Verg. i. geor. ipſa ſuas mirantur gargara meſſes. Pangæus mōs Thraciæ in ſingulari ponitur a Plinio. Ptholæmeo in plurali pangæa. orū. Verg. iiij. geor. altaq; pāgæa, & Lucanus in. i. video pāgæa niuoſis cana iugis. Dindymus. i. Ouid. iiij. meta. dindymon & cibelen. teſte Ptolemeo mons eſt phrygiæ, quem etiā in plurali dindyma appellāt. Verg. x. æñ. alma parens idæa deūcui dindyma cordi. & Sillius lib. xvij. punicorum, gemino qui dindyma mōte. ¶ Pangæus. i. mons eſt Thraciæ. vnde pangæus. a. um. Lucanus in. vij. Pāgæaq; ſaxa reſultant. Pangæa. orū. ſiue Pangæum. Idem eſt q. pangæus. i. Autor. Idem in primo, video pangæa niuoſis cana iugis. Verg. iiij. Geor. Altaq; pangæa & Rheſi mauortia tellus. ¶ Tænarus. i. mons eſt Laconiæ qui etiam in plurali tænara. orū. dicitur. Luca. in. ix. & apertā tænaron vmbris. Tartarus. i. tartara. orū. Verg. vi. æñ. tum tartarus ipſe bis patet in præceps tantū. Idem in. v. nō me impia namq; tartara habent. ¶ Auernus. i. auerna. orū. Idē in. vi. inde vbi venere ad fauces graueolentis auerni, atq; ibidem & auerna ſonantia ſiluis. Pileus. i. pilea. orū. declinatur autē hic pileus in ſingulari teſte Seruio. ij. æñ. qui dicit tyara phrigius pileus eſt, quāq; Lauren. in Raudēſem negat genere maſculino reperiri, & apud Feſtū legimus albogalerus capitis pileum eſt, hinc igitur Perſi. dixit. hæc mera libertas hanc nobis pilea donant. & Mar. totis pilea ſarcinis redemi. Intybus. i. intyba. orum. Celſus. lib. ij. radicula intybus acymū. Virg. i. geor. & amarys intyba fibris. Baltheus. i. balthea. orum. Verg. xij. æñ. infœlix humero cum apparuit alto baltheus. Iuue. quoties rumoribus vlciſcuntur balthea. Sibilus. i. ſibila. orum. Virg. in buc. nam neq; me tantum venientis ſibilus auſtro. Idem. ij. æñ. ſibila lambebant linguis vibrantibus ora. Seruius tamen in. buc. res (inquit) ipſa ſibilus eſt: ſibila vero participaliter accipitur pro ſibilantia. Supparus. i. ſupp[illegible]rum. Luca. in. ij. ſupara nudatos cingunt anguſta lacertos. ¶ Cetus. i. cete indeclinabile. Auienus in ara. diſtantem Andromedam prolixo tramite mundi perterret cetus. Plinio, libro. ix. hoc genus ſolum, vt ea quæ cete appellant, animal parit. Verg. immania cete. Locus. i. loca. orum. Verg. i. æñ. loca feta furentibus auſtris. Idem in eodem, deuenere locos vbi nunc ingentia cernis mœnia. Iocus. i. ioca. orum. Ouid. & cum iunone remiſſos agitaſſe iocos. Salu. in iugur. ioca ſeriaq; cum humillimis agere. Permiſſus. us. permiſſa. orum. vt in digeſtis titulo de acquirendo rerum. d. l. in laqueum. permiſſu (inquit) eius cuius fundus erat. Iuſſus. us. iuſſa. orū. a quo eſt etiam iniuſſus. us. vt Cice. in. vi. de repub. neq; iuſſu eius a quo ille eſt vobis datus. Euētus, us, euenta. euentorum. Ouid. quiſquis ab euētu facta notāda putat. Non tamē dicimus in plurali permiſſibus, iuſſibus, euentibus, ſed permiſſis. iuſſis. euentis, vt Valla oſtendit. Vergil. in bucco. accipe iuſſis carmina cœpta tuis. Cice. in lib. de orat. ex aliorum factis, aut dictis & euentis. Idem ad Lucretium, fabulam rerum euentorumq; notorum, ad cuius ſimilitudinē Ouid. dixit. ij. meta. ſucceſſorumq; Mineruæ indoluit. qđ vtrūq; reperitur, etiam quarta.

Fœminina in neutra.

Paſcua.e.paſcua.orum.Carbaſus.i.carbaſa.orum.
Supellex ſupellectilis;ſupellectilia ſupellectilium.
Pergamus pergami;pergama pergamorum.

Neutra in maſculina.

Porrum.i.porri.orum.Raſtrum.i.raſtri.orum.
Cœlum cœli:cœli.orum.Argos.i.argi.orum.
Frenũ freni. freni vl' frena,orum. Capiſtrum.i.ca
vel capiſtra,orum,piſtri capiſtrorum.

Neutra in fœminina.

Epulum.i.epulę.arum.Delicium,ij.deliciæ.arum.
Balneum.i.balneæ.arum. Cepe indeclinabile;ce
pæ.arum.

Variæ declinationis nomina.

Iugerum.i.iugera iugerum.Vas vaſis;vaſa vaſo
rum.Penus penoris.Penus penus.Specum.i.ſpe
cus.us.Laurus lauri:laurus laurus.Pinus.i.pinus.
us.Quercus.i.quercus.us. Cornus.i.cornus.us.

¶ Fœminina in neutra,ſunt præterea q̃dam nomina ĩ ſingulari fœminina & in plurali neutra,vt paſcua paſcuæ,paſcua.orũ.vt in pſal.xxij.Hiero.interprete,In loco paſcuæ:ibi me collocauit.Oui.iiij.metã axe ſub heſperio ſunt paſcua ſolis equorum. Carbaſus.aſi.aſa.orũ.Verg.viij.glauco velabat amictu carbaſus.Luca.in.iij.fluxa coloratis aſtringũt carbaſa gemmis.ſupellex.ctilis.ctilia.ctiliũ.qđ Diomedes inter plurali numero carentia numerat:& adhuc re vera nõ memini me legere.Pergamꝰ pergami.a.orũ:ſed q̃q̃ hoc nomen inter heteroclita ponatur a grãmaticis:re vera non eſt.Eſt enim Pergamus ciuitas in Aſia minori:q̃ fuit Attali regia:& cuiꝰ meminit diuus Ioã.in Apoca.Pergama vero Phrygiæ vrbs fuit regia Priami:de qua Vergi. nãq; videbat vti bellãtes pergama circũ.Reperio tamẽ apđ vnũ Senecã in troade pergamꝰ pro pergama poſitũ.¶ Neutra, in maſculina q, ſunt q̃dã nomina in ſingulari neutra:& in numero multitudinis maſculina,vt hoc porrũ porri,porri.orũ.Iuue.qs tecũ ſectile porrũ ſutor, a quo ẽt in plurali porra neutro gñe repitur.apđ Verg.in moreto.ait enim & ſiſer & capiti nomẽ debentia porra. Codices tamen vergiliani quos non dubitarem caſtigatiores eſſe ſic hñt,hic cicer & capiti debẽtes nomia porri,ſic ediuerſo apđ Celſum porrus in ſingl'ari genere maſculino legimꝰ.Ait enim libro.iij.porrus cũ pullo gallinaceo coctus ſit.Raſtrũ.i.raſtri.orũ.Verg.in bucoli.non raſtros patitur humus,non vinea falcem.Cœlũ cœli,cœli cœlorũ. Cœlũ q͞a vnũ tantũ eſt nũero multitudinis carere Cæſar in libro de Analo.ad Ciceronem ſcribit,referente Gel.libro.xviij.noc.atti.Varro. tñ in plurali vſus eſt in origine linguæ latinæ dicens. Cœli dñr loca ſupa & ea deorũ.Lucre.quoq; dixit,qs totidẽ vertit cœlos.Argos.i.argi.orũ.Luca. vbi nobile quondã deſuper argos arãt.Verg.ij.æñ.ſi patrios vnq̃ remeaſſem victor ad argos.Frenũ.i freni.orũ.Cicero de cla.ora.alteri ſe calcaria adhibere:alteri frenos.Vergi.iñ.iiii.georgicorũ,dixit.frena pelectronij lapithæ giroſq; dedere.Eodem modo dicimus capiſtrũ.i.capiſtri.orũ.& capiſtra capiſtrorũ.filũ fili,fili.orũ.vel fila.orũ.clauſtrũ.i.clauſtri.orũ.vel clauſtra.orũ. ¶ Neutra in fœminã,q, repiũtur q̃dam nomina in ſingulari neutra:in plurali vero fœminina,vt hoc epulũ.i.epulæ.arũ.q̃q̃ autore Valla.epulũ ſit conuiuiũ numeroſis ciuibus paratum.Gel.libro,xi.ſolemni die Ioui epulum libaretur.& Iuue. vnde epulũ poſſis centũ dare pythagoreis. epulæ vero ſunt etiam ſingulis non modo hominibus:ſed & reliquis animantibus paratæ.Vergi.iiij.æneidos, epulaſq; draconi q̃ dabat.Deliciũ delicij,deliciæ deliciarũ Catullus, paſſer deliciũ meæ puellæ:atq; illũ imitatum Martia. ſtellæ delicium mea colũba.Vergi. in bucco.delicias domini,nec qđ ſperaret habebat.Reperiũtur tamen etiam apđ Plau.delicia in ſingulari,mea inquit voluptas,mea delicia.Balneũ balnei,balneæ balnearum,Gel.libro.ix.parum cito balneas ſibi traditas eſſe: & parum lautas fuiſſe.dicuntur etiam balineæ, vt apđ Pli.libro.xxxiij.ſtratas argento mulierum balineas. Reperitur etiam in plurali balnea ab eo quod eſt balneum.Iuuenalis,& crudum pauonem in balnea portas. Cepe indeclinabile in ſingulari.Hel.libro.xix.cepe(inquit)reuiueſcit:& congeminat decedenti luna,Iuuena, porrum & cepe nefas violare & frangere morſu.declinatur etiam cepa cepæ.Vergi.in moreto,cepa rubens ſectiq; famen domat area porri. ¶ Variæ declinatiõis nomina.Reperitur etiam varietas in declinatione:quoniam quædam nomina reperiuntur alterius declinationis in ſingulari.alterius in plurali.Præterea quædam reperiuntur per duas atq; etiam plures declinationes inflexa,& ponit aliqua:cum alia multo plura reperiantur. Dicit igitur in primis:q, iugerum in ſingulari ſecundæ eſt declinationis. Varro.in.i.de re.ruſti.iugerum dictum quod quadratos duos actus habeat. Idem de origine linguæ latinæ, iugerum dictum iunctis duobus actibus quadratis, & Colu.duos actus iugerum efficiunt.Et ibidem,actus duplicatus facit iugerum. In plurali vero eſt tertiæ.Martia.& caſa iugeribus non onoroſa ſuis.& illud iureconſulti,ex mille iuge[illegible] qui vnum iugerũ pro indiuiſo ſolidũ habet. Reperimꝰ tamen in ſingulari etiam tertiæ apđ Proper. vt mult[illegible] annumeram iugere paſcat ouem. Econtrario vas vaſis in ſingulari tertiæ eſt declinationis,in plurali ſecũdæ,q̃q̃ etiam in ſingulari apđ antiquores reperitur ſecũdæ.Cato apđ Gel.xij.noc.atti. neq; vaſum neq; veſtimentum vllum eſt in manu precioſum. Penus penoris, vel penus penꝰ. ſpecũ ſpeci, vel ſpecꝰ ſpecꝰ,de generis atq; declinationis varietate in his duobus nominibus (cũ de genere nominũ terminatorũ in.us.diſſerebamꝰ) abũde dictũ eſt. Laurus.i.hæc nomina q̃ ſequũtur & ſecũdæ & quartæ declinationis reperiũtur in vtroq; nũero:ſed q̃dam ſunt caſus in alterutro freq̃ntiores. Vergi.in buccoli. & vos o lauri carpam & te proxima myrthe,& ibidem.fragilis incendẽ & bitumine laurus.Pinus. i. vel pinus. us. Vergi.in bucco.mænalꝰ argutũq; nemus pinoſq; loq̃ntes.Idem.in.xi.altas ad ſydera pinus.Quercus querci, vel quercus.us.Cicero in chronographia. ibi quercorũ rami ad terram iacent.Vergi.viij.æneidos,arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu.Cornus corni.vel cornus cornus.Serenus. vel corno ex arbore ſertum.Papi.vij.thebai.cornu depreſſus acliua.

¶ Ficus.i.vel ficꝰ,de hoc multa in gñe diximꝰ. Lacus.i.vel lacus. Seneca.iiij.natura.q̃ſtionũ,continuatis aq̃s in faciem laci ac turbidi maris. Colo.i.vel colꝰ. Verg.viij.æñ.cui tolerare colo vitã tenuiq; minerua. Papi.vi.thebaid',extra iã colu ſila datur ordo. Domꝰ .i.vel domꝰ,de varietate declinationis & quos ex vtraq; caſus habet lib.j.diximꝰ. Neq; ab re fuerit hoc loco dicere qd' Sueto.tranquillꝰ animaduertit in ep̃lis Auguſti Cæſaris:ſemp in gtõ ſingulari domos & nunq̃ domꝰ ſcriptũ: qd' eſt cõſentaneũ epitaphio antiqtatũ multarũ pleno:qd anno ſupiori Romæ erudera tũ eſt:cuꝰ etiã mihi copiã fecit amicꝰ harũ rerũ curioſus indagator:ſcriptio aũt fuit hmõi.

C. MAN. C. F. INFERNO MAN
PLOTONI TRICORPORI OXO
RI CARISSIMAE PROSERPI-
NAE TRICIPITIQVE CERBE-
RO MVNVS MECVM FE-
RENS DAMNATAM DEDO
ANIMAM VIVAM; QVAE
HOC ME CONDO MONIMEN
TO, NE OBRVTIS DOMOS
LAPSV FILLIS SEX. QVOS
P. SCIPIO PATRIIS CAMERTI-
BVS ASALE EX LYBIA INCO-
LVMES RESTITVERAT, INDE
SOLATA ORBITATE SVPER-
SIM MISERA. VIXI. ANN.
LVI. M. I. D. V. HORAS SCIT
NEMO: VALE VITA.

Ficus.i.ficus.us. Colus.i.colus.us. Domus.i.domꝰ.us; Acus.i.acus acus. Arcus arci,arcus arcus. Faſti faſtorum;faſtus faſtuum.

Maſculina plurali carentia.

| | |
|---|---|
| Sanguis ſanguinis. | Arena. æ, Bilis bilis. |
| Limus limi. Fumꝰ fumi. | Cholera.ræ. Culpa.æ. |
| Fimꝰ fimi. Muſcꝰ muſci, | Caries cariei |
| Mundus mundi. | Diligentia diligentiæ. |
| Pontus ponti. | Dementia dementiæ. |
| Nemo neminis. Sol ſolis | Dies diei pro tempore. |
| Veſp.eris, Carcer.eris. | Eloquentia eloquentiæ. |
| Fœminina p̃ſali carẽtia. | Fames famis. Fides fidei. |
| | Fuga fugę; Fama famæ. |
| Auaritia auaritiæ. | Gaza gazę. Humꝰ humi |
| Amentia amentiæ. | Infamia infamiæ. |

Quod eſt. Caia mãlia. Caij mãlij filia inferno Plotoni tricorpori, Oxori chariſſimæ, Proſerpinæ tricipitiq; cerbero munꝰ mecũ ferẽs dãnatã dedo animã viuã:q̃ hoc me cõdo monimẽto:nec obrutis domos lapſu filijs ſex:quos.P.ſcipio. patrijs camertibꝰ a Sale ex libya icolumes reſtituerat:ideſolata orbitate ſupſim miſera,vixi ãnos qnquagita ſex, mẽſem vnũ.dies qnq;,horas ſcit nemo,vale vita. Acus.i.vel acꝰ. Mart.& fatiꝰ tenuẽ ducere credis acos. Iuue.emerita q̃ ceſſat acu. Arcus.i. vel arcꝰ. Cice.l.iij.de natu.deorꝝ cur arci ſpecies i deorꝝ nũero præponatur Ennꝰ.apd' Priſci.arcꝰ vbi aſpiciũt mortalibꝰ q̃ phibẽtur. Faſti.orũ.faſtꝰ.uũ.vtrũq; in p̃lali tãtũ p libro i quo cõtinẽtur ãnales,atq; faſti & pro feſti dies,vñ Oui.opꝰ illud ſuũ faſtorũ iſcripſit. Luca.l.x.p quartã ptulit dicẽs,nec meꝰ eudoxi vicetur faſtibꝰ ãnus,qd' ex errore ſcripſiſſe Luca.teſtatur Ser.l.iij.li.æñ.vergiliane. Cæterũ ipſe fallitur:cũ Hor.quoq; l.iij.car.dixerit,p memores genꝰ oẽ faſtꝰ. Varro præterea in ephemeride.cauſa Iulij Ceſaris q faſtꝰ porrexit:mẽſis Iulꝰ appellatꝰ eſt,faſtꝰ i ſinglari ſupbiã & arrogãtiã ſignificat.
¶ De plurali carẽtibꝰ & primo de maſculinis. Sãguis.inis.cuꝰ pluralis eſt abuſus freqñter in ſacris litteris,vt i pſal. Libera me de ſanguinibꝰ,& alio loco:virũ ſanguinũ & doloſum abominabitur dñs, Limꝰ.i.fumꝰ.i.quo i nũero multitudinis vſus eſt i cõme. Ceſar p ſignis illis q̃ inter hoſtes p diẽ fumis ſolẽt fieri:quẽadmodũ p noctẽ ignibꝰ. Mar.quoq; i alia ſignificatiõe dixit,vẽdere nec vanos circũ palatia fumꝰ. Fimꝰ.i.muſcꝰ.i.mũdꝰ.i.qa cũ nõ ſit niſi vnꝰ mũdꝰ:merito caret numero p̃lali:ſicut ſupra de celo diximꝰ:ſed figurate dixit Pli.l.ij.natu.hiſto,alios inũerabiles tradidiſſe mũdos. Põtꝰ.i.nemo.inis. Sol.is. Veſp.is.qd de celo et mũdo diximꝰ idẽ de Sole et lũa & veſpe & phoſphoro & reliqs ſtellarũ planetarũq; noibꝰ dicẽdũ eſt,qd' qa ſinglares ſunt,nũero multitudinis carẽt,ſed figurate pñt habere. Ver.i.æñ.qd tãtũ oceano pperẽt ſe tingere ſoles hiberni,& qd' legimꝰ tris ſoles Romæ ſimul ortos paulatim i eũdẽ coiſſe orbẽ,& Pli.li.ij.totidẽ tñ ſoles:totidẽq; lũas,& Claudia.i eutropiũ,binaſq; polo cõcurrere lũas:& gemios ſoles mirari deſinat orbis. Addit quoq; ſupioribꝰ Phocas geniꝰ.ij.cũ Pli.li.ij.dixerit:totidẽ faciat iunones genioſq; adoptãdo ſibi. Alij addũt veſpe.is.& heſperꝰ heſperi.q̃ p ſtella ſiue diei parte carẽt p̃lali,nã veſpi veſporũ:qd' iſti dicũt,q̃ rõne poſſet dici ego nõ video.ſed neq; veſpe veſparũ:cũ potiꝰ dicere debeãꝰ illos pſalmos veſptinos:qa veſpi canũtur,has horas veſptinas,qa eo tpe agitur aut agi debeat res diuĩa quo veſper pp̃ter ſolis occaſum icipit apparere. Nã multa hmõi qa i cõpẽdiũ ſcripta ſunt,ppterã legũtur vt qd' in re diuĩa canitur:dñs vobiſcũ ſacerdos i pſona ppli corpꝰ chriſti Ieſu deguſtat:qd' cõicare a noſtris d'r:& pro eo qd' impiti legũt poſt cõicãdã:debet legi poſt cõionẽ,hoc eſt oratio illa quã ſacerdos i pſona ppli atq; ſua recitat,eodẽ mõ dicũt preſa p eo qd' eſſe debet pſa,nã diſtiguitur a verſu,& capitula p capitulũ,& alia cõplura de qbꝰ alias. Carcer.eris.p loco vbi detinẽtur in cõpedibꝰ noxij:nũero multitudinis caret,nã carceres i plurali,vt paulopoſt dicemꝰ,aliud ſignificat. ¶ Fœminina plurali carẽtia, Phocas & Diome.pauca huiꝰ ordinis noĩa ponũt q̃ alij multo plura repiũtur plerũq; i nũero multorũ,vt vita p aĩa. Verg.vi.æñ.tenues ſine corpe vitas,& p viuẽdi mõ Laer.ſcripſit vitas philoſophorũ. Hiero.vitas patrũ. Glorias quoq; in plurali dixit Gel.li.i.has(inqt)ille glorias cũ iactaret. Plau.i trinũmo,haſcine i me pp̃ter res maledicas famas ferũt. Et eodẽ mõ de reliqs q̃ ſequũtur:q̃ etſi raro iueniãtur i nũero multitudinis:aliqñ tñ autores illis vſi ſunt,vt Luca.l.vij.Eoaſq; premũt tẽtoria gazas.& Sene.in hercule furẽte,gazis inhiãs:& eſt cõgeſto paup in auro. Arenas quoq; etſi Ceſar in lib.de analogia ad Cicero.dicat vitioſe dici in nũero multitudinis. Lucanꝰ tñ lib.x.dixit:& diras calcauit Ceſar arenas. Humores quoq; i plurali dixit Opius ſiue Hirtꝰ i cõmẽtario hiſpanieñſi,mortibꝰ inqt mortes exaggerabãt. Auguſt.li.iij.de ciuitate

| | |
|---|---|
| Inſania inſanię. Iuuenta iuuentę. | Ador indeclina. Aeuum æui. |
| Indoles indolis. | Barathrum barathri. |
| Lues luis. Labes labis. | Cænum cæni. Fœnum fœni. |
| Mors mortis. | Fas & nephas indeclinabile. |
| Negligentia.æ. | Halec halecis. Iuſticium iuſticij. |
| Parſimonia.æ. | Inſtar inſtaris. Lœthum lœthi. |
| Pax pacis. Proles .plis. | Luthum luthi. Neceſſium & neceſſe. |
| Paupertas paupertatis. Pix picis. | Nihil; nihilum; nil. |
| Pernicies perniciei. Rabies rabiei. | Pelagꝰ pelagi. Pus puris. |
| Senecta ſenectę. | Salum ſali. Senium ſenij. |
| Stultitia ſtultiæ. Salus ſalutis. | Solium ſolij. Vulgus vulgi. |
| Strues ſtruis. Tabes.is. | Viſcum viſci. Ver veris. |
| Tuſſis tuſſis. | |
| Neutra plurali carentia. | |

Plurali præterea numero carent propria nomina deorum hominum; montium; ſiluarum; fluuiorum; inſularum; vrbium; cæterarumq; rerum niſi quæ pluraliter declinantur. Dicimus tamē ſcipiones; fabios; metellos & eiuſmodi propria virorum nomina in numero plurali, ſed tunc appellatiua potius q̄ propria dicenda ſunt.

n

Carent quoq; numero multitudinis nomina elementorum vt aer; ignis; aqua; terra; æther. Et nomina metallorum vt aurum; argentum; plūbum; ſtannum; orichalcum. Et nomina ſignificantia res liquidas & aridas; quæ in pondus & menſuram referuntur, vt triticum; tipha, cicer, panicum; acetum; ſapa; defrutum; paſſum. Quę tamen nonnunq̄ pluraliter efferuntur. maxime cum illarum rerum genera ſignificare vo-

*ſe inuicē haberet mortiam roma quæ vicerat. & iterum infra. Seneca.i. natural. q̄ſt. ergo tu in tantis erroribus eſſe exiſtimes deos morti... ſigna præmittere. Pax etiam & ſi Diomedes & Phocas ſcribant plurali carere: Hora. tamen.i. epiſto: dixit. belliq; & paces longū diffundis in æuū, & Plautus in perſa etiam paces dixit. Sic & philoſophi dicūt tres eſſe labes rerū publicarū. cū grammatici dicant labem carere numero plurali. ¶ Neutra plurali carentia. Diomedes tantū ponit hęc pauca inter ea q̄ numerū pluralem non habent. virꝰ viri. pus. ris. barathrū barathri. aliū. alij. crocū.i. ingeniū ingenij. halec halecis. iuſticiū. ſinapi. ſed aliū & ingeniū in frequēti vſu habent pluralem. Crocū & ſinapi ad res q̄ menſurantur pertinent. Halec pro ſalſamento caret plurali ſicut & garū. Halex quoq; pro eo qd' halec etiam plurali caret, nam pro piſce numerum multitudinis habet. Phocas addit cœnū.i. fœnū.i. lutū.i. viſcū.i. æuū.i. vulgꝰ.i. pelagꝰ.i. penꝰ. oris. ſiue penꝰ.i. vel penꝰ. us. Soliū quoq; ſoli pleriq; his annumerant. cum Verg.i. georgico. dixit, ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola. Sic Apule. in. iij. metamor. in aſini inqt faciem fœna rodebamus. ¶ Plurali præterea carent nomina ꝓpria deorū. vt Iupiter. Mars. Vulcanꝰ. hoīm vt Priamus, Hector. Achilles. montiū, vt Apeninꝰ, pyreneus, ſyluarū, vt Ida, Hercinia. fluuiorū, vt Anas, tagus, Inſularū: vt Sardinia, Sicilia, Vrbiū vt Corduba, Hiſpalis, cæterarūq; rerū, vt Canū, equorū, boū, Caprarū. vt apd' Ouid'. lelaps. apd' Vergi. rhebꝰ. Inueniūtur tamē q̄dam propria ex his pluraliter declinata & tūc carēt nūero ſingulari. vt gades. iū. baleares. iū. athenæ. arū. celenæ. arū. cythera. orū. etiam aliqñ ſub diuerſis generibus inueniūtur declinata in vtroq; nūero vt ſupra diximꝰ mænalꝰ .i. mænala. orū. tænarꝰ. ari. tænara. orū. Aliqñ etiā ſub eodē gñe. vt mycene. es. mycenæ. arum. Verg. v. æñ. argolico ve mari deprehēſus & vrbe mycene. Idem in. ij. & nūc qd' patrias vento petiere mycenas, ſed cū dicimꝰ Scipiones. Fabios. Metellos. Camillos Curios. Scauros. iā deſinūt eſſe ꝓpria; & incipiūt eſſe appellatiua. nā cum ſit nomē ꝓprium qd' de vno d'r appellatiuum qd' de pluribꝰ, cum dico ſcipiones intelligo: plures ex ea familia: vt Cneium. & Publium ſcipiones ergo Scipio tunc appellatiuum eſt: cū de omnibꝰ illis dicatur. ſic Iuue. dixit. q curios ſimulant & fictos contemnūt ſcauros, & Luca. ad ſyllas marioſq; redis. ¶ Nomina elementorū carēt etiā nūero multitudinis. vt aer aeris, ignis ignis. dicimꝰ tñ in plurali ignes. iū. ꝓ particulis ipſiꝰ elemēti. vt apd' Verg. crebris micat ignibꝰ æther & alio loco. aut ignibꝰ ægra dolere. Et nomina metallorū. vt aurū, argētū, plūbū. neq; enim dicimus in plurali aura, argēta, plūba. dicimꝰ tñ æra in tribꝰ caſibꝰ ꝓ rebꝰ ex illa materia fabricatis: vt paulo poſt dicturi ſumꝰ. Et nōia ſignificātia res aridas & liquidas: q̄ in pondꝰ & mēſurā refer[...]tur. vt triticum. cicer. Piper. crocū. neq; .n. dicimꝰ [...]tica. cicera. pipera. croca. Dicimꝰ tñ ordea. vt Verg. in buc. grādia ſæpe qbꝰ mādauimꝰ ordea ſulcis ꝓ granis ordei. ſic etiā dicimus fabas. lupinos & piſa ꝓ granis illorū leguminū. & Iuue. ſpirāteſq; crocos & in vrna ꝑpetuū ver. ꝓ flores. Viniī quoq; & muſtum. ſapa, defrutū, paſſum, lac, ſerū, amomū, & alia liqda hmōi numero plurali carent pleriq; dicimꝰ tamen in plurali. vina, muſta, defruta, mella, balſama. cinnama, cum partes aut genera illarum rerum ſignificamus. Verg. in bucco. vina nouū fundam calathis aruiſia nectar. Idem. iiij. georgi. aut igni pinguia multo defruta. Idem. i. eneidos. redolentq; thymo fragrantia mella, Iuuena. ſpirans opobalſama collo q̄ tibi, & Mar. cinnama q redolent. hec Ser. in. ij. geor. dicit in plurali tātū habere tres caſus nam Ouid'. nimis licenter in plurali muſtis dixit ab eo qd' eſt muſtum. Itaq; in hmōi nominibꝰ multo minꝰ ſignificat pluralis nūerus q̄ ſingularis, nam cū dixit terram totū elemētū intelligo, cū vero terras particulas quaſdā aut terre gña. Verg. ij. geor. difficiles primū terre colleſq; maligni. multo ergo minꝰ diminutiū dicis habeo duas aut tres terras.*

# LIBER SECVNDVS.

lumus, vt cum dixi vinum ſimpliciter; omne vinum ſignificaui. Cum ver o dixi vina in plurali multas vini diuerſitates puta falernum; albanum; fundanum; ſignaui.

Maſculina ſingulari carentia.
Antes antium. Artus artuum.
Cancelli cancellorum.
Cani canorum.
Carceres carcerũ. Caſſes caſſium.
Codicilli codicillorum.
Cœlites cœlitũ.
Faſti faſtorum; vel faſtus faſtuum.
Fori fororum. Furfures furfurum.
Inferi inferorum.
Loculi loculorum.
Liberi liberorũ. Lemures lemurum.
Manes manium. Maiores maiorum.
Minores minorum.
Natales natalium. Optimates optimatum.
Penates penatium. Poſteri poſterorum.
Primores primorũ. Proceres procerum.
Pugillares pugillarium.
Quirites quiritum. Sales ſalium.
Superi ſuperorum.
Vepres veprium.

cũ dicis habeo terrã, Eodẽ quoq; mõ aera dicimꝰ. vt Mar. aera. ſed acuneis vlteriora petis. Cato quoq; vt (igr) Peſſꝰ cribꝰ dixit. ¶ De maſculinis ſingulari carentibus, primo ponit maſculina. vt plurali nominatiuo antes antium pro vitium ordine. Vergi. ij. georgi. iam canit extremos effœtus vinitor antes. Artus artuũ, nam quod Vergi. iij. georgico. dixit micat auribus & tremit artus. artus accuſatiuus pluralis eſt figurate iunctum cum verbo tremit, vnde Seruius exponit artus pro artubus. Cancelli cancellorũ, pro ſignis tranſuerſis feneſtrarum vel ſeptorum. Cicero. v. in Verrẽ. circundati cancelli videntur in ſua iudicia. Cani canorũ, ꝑ capillis canis. nã de vno capillo cano recte diceretur, hic capillꝰ canꝰ eſt. Carceres carcerum pro repagulis equorum, Vergi. primo georgico. vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigę. Idem tamẽ. v. æneidos in ſingulari carcere pro carceribus poſuit dicens, ruuntq; effuſi carcere currus, quod & Seruius adnotauit dicens, carcerem vſurpauit, nam carcer in ſingulari eſt cuſtodia noxiorum carceres in plurali oſtia quibus equi arcentur. Caſſes caſſium. Ouidius de arte. decidit in caſſes præda petita meos. Seneca tamẽ in agamemnone in ſingulari poſuit dicens. at ille vt altis hiſpidus ſiluis aper cum caſſe vinctus. Codicilli codicillorum, pro teſtamento illo ſecundario, nam pro paruo codice vel libro ſingulariter dici poteſt codicillus, vnde Cato. de re ruſt. in tabulato (inqt) condito codicillos oleaginos. Cœlites cœlitum, & ſi communis duorum generum eſſe poteſt, ab autoribus tamen inter maſculina ſingulari carentia ponitur. Faſti faſtorum vel faſtus faſtuum ſecundæ & quartæ declinationis pro eo quod eſt liber annalium. vt paulo ante diximus ſingularem numerũ non habet. Fori fororũ. pro parte illa nauis ꝑ quam a prora in puppim diſcurritur. Vergil. vi. æneidos, deturbat laxatq; foros ſingulari vſus eſt dicens, multa foro ponens ageaq; longa repletur. Furfures furfurum. pro puſtulis qui ex capite reſoluuntur, nam ꝑ farinæ purgamento ſingulari numero dixit Serenus. additur excuſſus niuea ſimilagine furfur. Inferi inferorum. pro dijs infernis. Liuius androni. in odyſſea in ſingulari dixit, inferus aut ſuperus tibi fert deus funera vlyſſes. Loculi loculorum pro nummorum receptaculo. vnde Martialis in diſti. cuius tema eſt loculi. locellus in ſingulari protulit dicens: ipſe locellus erit. Liberi liberorum. pro filijs & nepotibus poſteriſq; vſq; adeo ſingularem numerum reformidat: vt de vno tantum liberos dicamus in plurali. Lemures pro phantaſmatis nocturnis. Horatius in epi. nocturnos lemures incendia magas. Manes manium. pro dijs manibus quamq̃ Apuleius in libro de deo Socratis ſingulariter protulit lemurem & manem. hunc (inquit) vetere latina lingua inuenio lemurem dictitatum: & paulo poſt. vtrum lar ſit in larua nomine deum manem vocant. Maiores maiorum, pro iis qui nos præceſſerunt: ſicut minores pro illis qui nos ſequuntur. vtrumq; numero ſingulari caret: quia de pluribus ſemper illo modo loquimur. Natales natalium, pro generis nobilitate. vt putauit Diomedes vel potius vt Valla pro conditione naſcendi, nam in ſingulari diem natalitium ſignificat. Optimates optimatum, & dicuntur principes ciuitatis ſi boni ſunt ciues in republica. Penates penatium, pro dijs priuatis cuiuſq; domus aut ciuitatis aut gentis. Poſteri poſterorum, pro nepotibus & iis qui nos ſequentur. alias poſterus poſtera poſterum, integrum eſt pro re ſequenti. Primores primorum, pro principibus ciuitatis. Horatius primores populi diripuit populumq; tributum. Silius tamen libro vndecimo punicorum ſingulariter dixit exciſſum primori in parte Saguntum. Proceres procerum, pro principibus ciuitatis. Iuuenalis tamen in ſingulari dixit: agnoſco procerem ſalue getulice. Pugillares pugillarium, pro tabellis ſcriptorijs quæ quia plures ſunt merito pluraliter declinantur: alioqui hic hæc pugillaris declinatur pro re quæ pugillo continetur. aut pugilli magnitudinem æquat. Quirites quiritum. ꝓ Romanis a quirino hoc eſt Romulo dicti. a poetis tamen in ſingulari dicitur in obliquis maxime. vt apd' Horatium prima epiſtola. & amici dona quiritis, & apud Perſium, heu. ſteriles veri quibus vna quiritem vertigo facit. Sales ſalium pro facetijs. Lucanus in ſecundo. non ſoliti luſere ſales: & Iuuenalis, & ſalibus vehemens intra pomœria natis. In hac quoq; ſignificatione dixit Terentius in eunucho, qui habet ſalem qui in te eſt. Superi ſuperorum. pro dijs ſuperis ſicut dicimus inferi inferorum, pro inferis dijs, alioqui ſuperus ſupera ſuperum declinatur. Vepres veprium, autores in numero plurali tantum reperiri dixerunt, Ouidius tamen ſingulari vſus eſt ablatiuo, & quod plus eſt. Columel. libro duodecimo dixit manifeſtum eſt hunc veprem interiri non poſſe.

¶ Fœminina ſingulari numero carentia. argutiæ. arũ. Phocas in hoc ordine poſuit. Apu. tñ in. i. meta. argutia inquit nilo=tici calami ſcripta. & ab eo diminutiuũ fecit. Gel. argutiola lib. ij. argutiola quippe hæc (inquit) friuola & inanis eſt. Antiæ arũ. Apule. in meta. crines, inquit, Appollinis præmulſis antijs. Aedes. iũ. ꝓ priuata domo, nã in ſingulari tẽplũ ſignificat. vñ ſemꝑ additur cuiꝰ dei eſt, aut cõſecratio, vt ædes caſtoris ædes ſacra. Antẽnæ. arũ q̃q̃ Hier. ĩ ep̃la ad Heliodorũ dixit, & antẽna crucis figatur in frõte. Bigæ. rũ. quadrigæ. arũ. addit etiã Phocas trigæ. arũ. Pli. tñ. lib. xxxv. biga dixit in ſingulari. Eucilies, inquit, pinxit bigã regis cũ victoria. & Papi. xij. the. tenuauerat æra biga. Quadrigas quoq; & ſi Cæſar lib. de analo. ad Ciceronẽ, referẽte Gelio, dicat ſemꝑ nũo pluratiuo dicẽdas eſſe, Pli. tñ li. xxxiiij. quadriga, inqt, regitur ab alcibiade. Et in eodẽ diminutiuũ ꝓtulit dicens leæna tribꝰ digitis quadrigulã tenuit. & in li. digeſt. de legatis tertio. l. peculiũ quadrige legatũ equo poſtea mortuo. Gel. l. xxviij. qđ vnũ rariſſimũ videbatur inuenimus quadrigã nũero ſingulari dictam in. l. ſatyrarũ Varronis qui inſcriptus eſt Demetrius. Copiæ. arũ. ꝓ exercitu teſte Valla nũro ſingulari caret. nã Virg. qđ dixit in. ij. æñ. reſpicio, & ſit me circũ copia luſtro, ibi etiã Serui. notat quaſi autoritate ſua fretus de exercitu copiã in ſingulari dixit, cum copias de exercitu nũro plurali dicamꝰ, vt Saluſt. memorare poſſum quibꝰ in locis maximas hoſtiũ copias ꝑplo roma. parua manu fuderit, ſed Virg. excuſare poteſt metri neceſſitas, quoniam copiæ. arũ. in plurali carmẽ heroicũ nõ recipit. Cunæ. arũ. Phocas & Diom. ĩ hoc ordine poſuerunt. ¶ Cerimoniæ. arũ. Diome. etiã poſuit: Cicero tñ in. ij. de legibus, magnã inquit religionẽ cerimoniemq; declarat, quãq̃ Frõto apud Gel. li. xviij. dicat ſcriptores veteres nũq̃ cerimoniã ſingulari numero appellaſſe. Diuitiæ. arũ. delitiæ. arũ. a Phoca & Diome. inter ſuperiora numerãtur. ſed quẽadmodũ ſupra diximus, delitie & delitia & delitiũ in ſingulari habuit. Diræ. arum, furiæ. arũ. & Eumenides ſemper in numero plurali reperiũtur, qa triplices ſunt quẽadmodũ & gratiæ, niſi de vna illarũ loq̃ris. Verg. in. iiij. æñ. vltriceſq; ſedẽt in limine diræ, & ibidẽ heu furijs incẽſa feror, atq; etiã ibidẽ. Eumenidũ veluti demẽs videt agmine pẽtheꝰ. Excubiæ. arũ. exuuiæ. arũ exequiæ arũ. a Phoca & Diome. & Frõtone ĩ hoc nũro ponũtur. Verg. l. iiij. æñ. excubias diuũ æterna, & ĩ eodẽ, dulces exuuiæ dũ fata deuſq; ſinebãt. & in. vij. at pius exequijs Aeneas rite ſolutis. Ambro. in euãg. Lucæ cap. xij. nõ enim ſolicitã deus curæ numeratis intẽdit excubiã, in ſingulari dicit. Feriæ. arũ. a Phoca & Diome. & Gellio nũq̃ niſi in pluratiuo nũero efferri dicũtur. noſtri tñ aliter accipiũt. cũ dicũt, feria ſecũda: feria. iij. feria. iiij. Facetiæ. arũ. Phocas inter hæc numerat. Diome. fores, ium. Hora tñ in. i. ſer. dixit excluſus fore cũ Lõgarenus foret intus. Fortunæ. arũ. ꝓ diuitijs ac fortuna proſpera. vt apud Terẽ. in andria. laudare oẽs fortunas meas, in ſingulari media eſt. & ad bonã & ad malã. Genæ. arum. Phocas inter hæc poſuit. Diomedes vero gingiuæ. arũ. poſſis tñ ſi opus fuerit dicere hic habet genã dextrã eminẽtiorem ſiniſtra, & Iuue. dixit frãgendus miſero gingiua panis inermi, atq; eius diminutiuo Apuleiꝰ, ꝓ magia eſt vſus cõplanatorẽ (inquit) tumidæ gingiuulæ. Quod vero Cæſar in libris de analogia. atq; Diomedes & Phocas inimicitias in plurali tantũ declinari putãt, ego nõ video cur nõ eadẽ rõne dicamus inimicitiã, qua inſcitiã, impotentiã, iniuriã, vt Cice. thuſ. iiij. dixit inimicitia eſt ira vlciſcendi tẽpus obſeruans, atq; ibidẽ ſæpe ſingulari vtimur numero. Illecebræ. arũ. ab omnibus grãmaticis fere ponũtur ĩ hoc ordine. Cice. tñ in. i. de legibꝰ dixit, q̃ & ſi eſt illecebra turpitudinis, & Gell. li. ij. cũ audiẽdi quãdã illecebra induit. Plau. in aſinaria illecebra exijt tandẽ. Induciæ. arũ. inſidiæ. arũ. Idus, iduum quẽadmodũ & calẽdæ. arũ. & nonæ. arũ. ſemper pluratiua reperiũtur. Latebræ. arũ. Phocas ſuperioribus annumerat. Cicero tñ in epiſtola ad Appiũ ne in tabellæ quidẽ latebra abſcõditã maliuolentiã, & Gell. lib. xi. dixit impunitatẽ ex ea latebra ſperarẽt. Lactes, iũ. ꝓ inteſtinis hoĩm atq; ouiũ ꝑ quas labitur cibus. vt ſupra ex Plinij verbis annotatũ eſt cũ de hoc nomine lac diſſerebamus. Litteræ. arũ. pro epiſtola, vt dicit Diomedes. numero tantũ plurali vtimur, excuſantur tñ poetæ carminis neceſſitate. vt Oui. in epiſtola briſeidis, quã legis a rapta briſeide littera venit. vnde fit, vt quia heroicũ atq; elegum carmen, litteræ, arum in plurali nõ recipit, frequentius vtamur eius diminutiuo litterulæ, arum. Minæ. arum. manubiæ. arum. ſemper plur[illegible] reperiuntur, quẽadmodum. & nundinæ nundinarum, & nugæ nugarum, & nuptiæ nuptiarum. Nam næniæ. arum, & nares narium. etiam in ſingulari declinantur aliquando. Hora. i. epiſtola, an puerorum nænia, quæ regnum recte facientibus offert. & in odis dicetur merita nox quoq; nænia. Ouidius. v. meta. acta retro naris, medioq; eſt fixa palato. Opes opum. pro diuitijs. nam in ſingulari opis. opem. ab ope. vt infra dicetur auxilium ſignificat. Paleæ palearum. quod & ſi a grammaticis inter nomina pluratiua ponitur, Vergilius tamen in ſingulari eo vtitur. primo georgi. at pinguis palea terit area culmos. vbi Seruius notat paleam dictam eſſe ſingulari numero contra artem, quia vt dicit quæ ex pluralibus conſtat, numeri ſunt tantum pluralis. vt cancelli, bigæ, ſcopæ. Præſtigiæ. arum. phaleræ. arum. plagæ plagarum. pro reti. primitiæ primitiarum, huius eſſe ordinis. Diome. & Phocas teſtantur. nam quod Ouidius. xij. meta. dicit primicium torrem, ab eo quod eſt primicius. a, um, adiectiuum ſubſtantiui tamen exceptum pro re primicia primiciæ primiciarum declinatur.

¶ Feminĩa ſigl̃ari carẽtia.

| | |
|---|---|
| Argutię, argutiarũ. | Inferiæ inferiarum. |
| Antiæ antiarum. | Inimicicię inimicitię. arũ. |
| Antẽnę antennarum. | Illecebre illecebrarum. |
| Aedes ædiũ. Bigę. arũ. | Indutiæ indutiarum. |
| Calendæ calendarum. | Inſidię. arũ. Idus iduũ. |
| Cerimoniæ. arum. | Lactes. iũ. Letebræ. arũ. |
| Copiæ. arũ. Cunæ. arũ. | Litterę. arum. Minę. arũ. |
| Diuitię diuitiarum. | Manubiæ manubiarũ. |
| Dirę. arũ. Excubię. arũ. | Nares nariũ. Nenię. arũ. |
| Exuuię exuuiarum. | Nonę. arum. Nugę. arũ. |
| Exequię exequiarum. | Nundine nundinarum. |
| Ferię. arũ. Facetię. arum | Nuptiæ nuptiarum. |
| Fortunæ fortunarum. | Opes opum. Paleę. arũ. |
| Genæ genarum. | Plagæ plagarum. |
| Gingiuæ gingiuarum. | Præſtigiæ præſtigiarum. |
| | Primitiæ primitiarum. |

# LIBER SECVNDVS.

*Quiſquiliæ.arum.pro purgamento atq; re parui aut nullius precij: & quæ proijcienda eſt quaſi inutilis. Apule.i.meta. at has quiſquilias quanti paraſtide piſcibus minimi precij dixit:quiſquiliam vero pro arbuſcula ſiue frutice:quæ coccū procreat,dixit. Pli.l.xvi.omnes(inquit) has dotes ilex ſolo prouocat cocco, granum hoc primoq; ceu ſpecies fruticis paruos aquifoliæ ilicis,quiſquiliam vocant. Reliquiæ.arum.ſuperioribus a Phoca additur. Apul.tamen pro magica dixit.conuerris torem pridianæ reliquiæ ne qua viſatur tetra labes ſordium,ſed poteſt excuſari quia eſt carmen.nam in proſa oratione vix dici poſſet.Sortes.ium pro oraculo atq; deorum reſpōſo a Diomede & Phoca inter hæc nomina ponitur,ſu ea tamen ſignificatione etiam ſingulariter dictum eſt illud ex actibus apoſtolorū:cecidit ſors ſup matthiā.i. ſpūſſancti oraculū, quo apoſtolus eſt declaratus:neq; enim de tanta re viri ſanctiſſimi ſortirentur:ſed poti⁹ expectare debuerant,quæ in ea re diuina erat volūtas. Sordes.ium.pro auaricia & immundicia.Scopæ.arū. & ſcalæ.arum. Ceſare, Gellio, Phoca, Diomede & Seruio,inter pluraliter declinata numerantur. Hiero. altero vſus eſt in ſingulari in Eſaia. altero in lib.Gn̄. iureconſultus in dige.titulo de furtis.l.ſit prius armarium(inquit) vel ſcalam. Suppetiæ. arum. immo vero ſuppetias tantum in accuſatiuo plurali cum his verbis fero& mitto,vt Valla putat.Ceſar etiam in comē. cum venio venis iunxit dicēs auxilia magna equitat⁹ oppidanis ſuppetias venire. Sētes.ium.tenebræ.arum. thermæ.arum.tricæ.arum. valuæ.arum.nunq̄ niſi in nūero multitudinis reperiūtur.¶ Neutra ſingulari carētia, Arma.orū qđ ideo Priſcia.numero ſingulari carere putat,q. varias res hoc nomē ſignificat:quarū ſingula habēt ſua noia,vt ſcutū.galea.tibiale.Caſtra.orū p exercitu,aut exercitus ſtatiuis:qđ etiā de ſimilib⁹ eſt dicēdū,vt æſtiua.orū.hiberna.orū.ſtatiua.orū.Caſtrū i ſingulari idē eſt qđ caſtellū,vt apđ Verg.in.vi.caſtrū Inui:bclāq; corāq; Crepundia.orū.cibaria.orū.quorum prius inter huius ordinis nomina poſuerunt Diomedes & Phocas: poſterius diomedes tantū,quemadmodū & exta extorū Phocas ſolus.Cunabula.orum.incunabula.orū.ſemper pluralia reperiuntur,& ilia iliū:nam quod Seruius dicit,hoc ile ilis in ſingulari declinari.nō magis reperitur in vſu quā q. Marylus mimographus eodem Seruio referente ad fabulā alludens dixit,tu vt Hector ab ilio nunq̄ diſcedis.Iuga.orum. pro montiū ſummitate.Verg.tamen lib.vj.vot ſuperate iugū dixit Iuſta.orū.pro exequijs numero ſingulari caret.Flaccus in.v.argonauticæ.tum comiti pia iuſta tulit. Saluſt.in iugur.poſtq̄ illi more regio iuſta magnifice fecerant.Luſtra.orum.pro ferarum atq; meretricum latibulis, Verg.ij.georg.non abſunt illi ſaltus ac luſtra ferarum. pro lupanari apud Plautum q̄ ſæpiſſime in ſingulari vero quattuor annorū ſpacium ſignificat quæ græce dicitur olympias.Mœnia.ium. magalia.ium.& mapalia mapaliū,ſemper pluralia ſunt. Præcordia.orum.nō præcordiū ſic enim apud Celſum legitur ſemper,vt lib.i. Qui crudū(inquit) ſine præcordiorū dolore ructat,& diuus Thomas in hymno,& ex præcordijs ſonent preconia.Spolia.orū. licet Verg.in ſingulari ſpoliū dixerit.Serta.orum.pro corona ex floribus.ſerta.æ.in ſingulari poſuit Cato. de re ruſt. pro herba quā græci melilothon medici ſertulam campanā vocant. Ait nāq; iris aridæ contuſæ heminam & ſertā campanicā. Sponſalia.orum.vel ſponſalium Gel.lib.iiij.hoc ius ſponſaliorum obſeruatū dicit,& de ſponſalibus eſt titulus apud iureconſultos.Tripudia.orum.teſqua.orum.tempe indeclinabile ſicut.tot.quot. & pondo cuius ſingulare,vt Phocas dicit in libra eſfertur.Itaq; dicimus vna libra, & nō vnum pondo:& econtrario duo & tria pondo:non duæ,aut tres libræ.Feſtorū quoq; nomina,vt ſaturnalia.orū.vel ſaturnaliū,ſed quēadmodū Macrob.in.i.ſatur.deducit in genitiuo plurali frequentius vtimur ſecunda declinatione,in datiuo & ablatiuo frequentius tertia.Nā ſaturnaliū & ſaturnalijs vix poteſt dici.at vero ſaturnaliorum[illegible] ſaturnalibus fere ſemp.Verrius Flacus ſaturnaliorū(inquit)dies apud græcos quoq; feſti habentur. Atq; iterum de conſtituto[illegible] ſaturnaliorum ſcripſiſſe arbitror.Item Iulius Modeſtus de ferijs ſaturnaliorū(inquit)feriæ.Hor.ij. ſer.quid fiet ab ipſis ſaturnalibus huc fugiſti.Eadem ratiōe Saluſtius apud Gell.lib.iij.hiſtoriarū bachanaliorum dixit,cuius ſingulare Plautus in bacchidibus ꝓtulit dicēs,quia bacchis bacchas metuo & bacchanal tuū.Maſurius quoq; ſabin⁹ vinaliorum(inquit) dies Ioui ſacer eſt,& Valerius Antias,agonaliorum repertorem Numā pompilium refert. Eodem præterea modo quinquatria.orum.quinquatribus.Hora.ij.epiſtolarū.feſtis quinquatribus olim.& nunc.totis quinquatribus. optat. Cicero in epiſtolis ad Cælium.ita tumultuoſe concionem ita moleſtæ quinquatrijs afferebantur,niſi forte mendum eſt quinquatrijs pro quinquatribus.at vero econtrario dicimus potius floralium quā floraliorum:liberalium q̄ liberaliorum,lucarium q̄ lucariorum. Varro ferialium(inquit) dies a ferendis in ſepulchra epulis dicti,& idem alio loco, floralium,non floraliorum dixit.Maſurius quoq; Sabinus,liberalium (inquit)dies a pontificibus agonium Martiale appellatur,& idem alio loco,tam noctem deinceps in ſequentem diem q̄ eſt lucariū,erāt añlucaria feſta in quibus fiebāt lucorū ſacra.*

| | |
|---|---|
| Quiſquiliæ.arum. | Præcordia ꝑcordiorum. |
| Quadrigæ.arum. | Serta.orū.Spolia.orum. |
| Reliquiæ reliquiarum. | Sponſalia ſpōſaliorum. |
| Scalæ.arum.Sentes.ium. | Tripudia tripudiorum. |
| Sortes.ium.Sordes.ium. | Teſqua indeclinabile. |
| Scopæ ſcoparum. | Tempe indeclinabile. |
| Suppetiæ ſuppetiarum. | Tot indeclinabile. |
| Tenebræ tenebrarum. | Quot indeclinabile. |
| Thermæ thermarum. | Pondo indeclinabile. |
| Tricæ.arum. Valuæ.arū. | Feſtorū quoq; noia.vt. |
| ¶Neutra ſingulari carentia. | Saturnalia ſaturnaliorū. |
| | Bacchanalia.orum. |
| Arma.orū. Caſtra.orū. | Vulcanalia.orum. |
| Crepundia crepundiorū. | Neptunalia.orum. |
| Cunabula cunabulorū. | Lupercalia lupcaliorum. |
| Cibaria. orū. Exta. orū. | Quinquatria.orum. |
| Incūabula icunabulorū. | Agonalia agonaliorum |
| Iuga.orum.Iuſta.orum. | Vinalia vinaliorum. |
| Ilia ilium. Luſtra.orum. | Dyoniſia dyoniſiorum. |
| Magalia.iū.Mapalia.iū. | Et ſimilia quæ omnia ſere & in.ium. |
| Mœnia mœnium. | |

Libri quoq; eorum qui græce, aut ad imaginē græcorum opera ſua inſcripſerunt, vt rhetorica rhetoricorum œconomica œconomicorum, ethica ethicorum; bucolica bucolicorum.

Communia trium generum ſunt nomina numeralia, carentq; numero ſingulari, vt duo duæ duo. tres & tria quattuor; quinq;, ſex, & quæ ſequuntur præterquam vnus vna vnum, quod caret numero multitudinis; niſi cum iungitur nominibus pluraliter declinatis. Sunt autem omnia indeclinabilia vſq; ad centum preterq̄ tria illa, hoc eſt; vnus vna vnum, duo duæ duo; tres & tria.

Singulari præterea numero carent nomina diuidua ſiue; per certos numeros diſtributiua vt ſinguli ſingulæ; ſingula; bini; binæ; bina; terni; ternæ; terna; quaterni; quaternæ; quaterna; quinqueni; quinquenæ; quinquena; ſeni; ſenæ; ſena, ſepteni; ſeptenæ; ſeptena; octoni; octonæ; octona; noueni; nouenæ; nouena; deni; denę; dena.

Nomina certis caſibus deficientia.

Vocatiuo carent nomina interrogatiua, vt quis? qualis? quantus? cum interrogatiue proferuntur. Et infinita, vt quidam; aliquis. Et nomina relatiua vt qui; qualis quantus cum aliquid referunt. Et nomina negatiua vt nullus; nemo, Et diſtributiua. vt ambo, vterq;; & que ſupra memorauimus diuidua vt bini; binæ, bina; terni; ternæ; terna.

Os oris, ius iuris; rus ruris, æs æris; mare maris; & nomina quintæ declinationis; præterq̄ hic dies. & hæc res genitiuo datiuo & ablatiuo numeri pluralis deficiunt.

¶ Libri quoq; eorum, vt rhetorica rhetoricorum, nam ſi de arte rhetorica plures libri partiales ſunt rhetoricorum inſcribuntur in numero multitudinis, ſin tamen eſt tantum vnus rhetoricus potius in ſingulari, dicitur. Sic enim citare ſolemus Ariſtotelē in rhetoricis ad Theodecteme & in rhetorico ad Alexandrum quia nomine illius tres libros de arte rhetorica ſcripſit, ad hunc vero vnum duntaxat libellum. Duos præterea quos de re familiari libros ſcripſit œconomicorum appellant. at vero Xenophon qui ea de re vnum compoſuit œconomicon inſcripſit, vt Hierony. in Euſebij interpretationem de temporibus cum Aratum (inquit) hexametris verſibus Romanum feciſſet: in Xenophontis œconomico luſit. Sic præterea dicimus bucolica Vergi. quia decē ſunt. & georgica quia quattuor libros opus illud continet. at vero cum de vno loquimur dicemus & citabimus Vergil. in. prima. vel ſecunda bucco. ¶ Communia trium generum, carent etiam numero ſingulari nomina numeralia, præterq̄ vnus, vna, vnum, quod caret numero multitudinis, niſi cum iungitur nominibus pluraliter declinatis. Saluſtius in catilinario, hi poſteaq̄ in vna mœnia conuenere. Idem in Iugurtha, vbi vnæ & alteræ ſcalæ comminutæ ſunt, & in digeſtis titulo de damno infecto. l. ſi ædibus, & ſi vnas inquit ædes cones, nam vt ſupra diximus mœnia. ſcalæ. ædes. pluraliter declinantur. ¶ Nomina quoq; diuidua ſiue in ſingulos diſtributiua carent numero ſingulari, vt ſinguli ſingulæ ſingula, bini binæ bina. &c. vt ſi dicas pedices eunt ſingulæ. aut binæ. aut ternæ. dicis q̄ quælibet incedit ſingularis aut ſolitaria. aut quælibet duæ, aut quælibet tres incedunt, aut ſi rurſus dixeris ciuibus diſtribuuntur ſinguli aut bini, aut terni aurei, dicis q̄ cuilibet ciui datur vnus aureus, aut duo aurei, aut tres aurei. Poetæ tamen aliquando ponunt diſtributiua pro numeralibus. Vergil. æneidos, bina manu lato criſpans haſtilia ferro. bina dixit pro duo. & Lucanus in. viij. gurgite ſepteno dixit, pro ſeptem gurgitibus. Iunguntur etiam huiuſmodi nomina diſtributiua nominibus pluraliter declinatis eo modo quo vnus: vna: vnum, cum pluraliter declinatur. vt Cicero. binas litteras tuas accepi. & Vergil. viij. æneidos, terna arma mouenda. ter loco ſternendus erat.

¶ Nomina certis caſibus deficientia, dictum eſt huc vſq; de nominibus integris aut altero numero deficientibus, nunc de illis agit quæ certis caſibus deficiunt, dicitq; in primis q̄ nomina interrogatiua, & infinitiua, & relatiua, & negatiua, & diſtributiua, ſiue diuidua carent vocatiuo, Omnia enim hæc vocatiuū habere non poſſunt: quia vt Priſcia. ait vocatiuus ad aliquam præſentem perſonam atq; finitam fit. ad quam ſermo dirigitur. Ius iuris. q̄ hæc quatuor nomina cū nominibus quintæ declinationis preterq̄ hic dies hæc res carent genitiuo datiuo & ablatiuo pluralibus. Plinius tamen iunior: in epiſt. ... fontibus. ruribus, & agro dixit. Vergil. viij. æneidos, componens manibuſq; manus atq; oribus ora. & rurſus l ... co, x. quinquaginta oribus ignem pectoribuſq; arſiſſe. In genitiuo etiam plurali orium dixit Plinius libro. xx. vitia inquit orium ſanare affirmat. Aes æris æribus. Politianus dixit in ruſt. & tundunt æribus æra. Cæſar in commen. paulo latiores (inquit) q̄ quibus in reliquis maribus vtimur. Eiſdem quoq; caſibus deficiunt nomina quintæ declinationis. neq; enim dicimus ſpecierum ſpeciebus, facierum faciebus. q̄q̄ apud antiquos & antiquarios legamus hæc & alia huiuſmodi. Apuleius in libro de Mundo. perſeuerantia (inquit) amicitiæ inter ſe dedit elementis ſpecierum ipſarum partitio. Cato Cenſorius apud Priſcianum, earum facierum ſigna domi pro ſuppellectili ſtatuere, iuniores quoq; non dubitant dicere faciebus & ſpeciebus. quod Cicero, reformidat. ſcribit enim in topicis. in diuiſione formæ ſunt quas græci ideas vocant: noſtri ſi qui hæc forte tractant ſpecies appellant. non peſſime id quidem ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo. nolim enim niſi latine dici poſſit ſpecierum & ſpeciebus dicere: & ſæpe his caſibus vtendum eſt. at formis & formarum velim.

# LIBER SECVNDVS.

Satias vel ſaties tantū ntm̄ ſingularem habet.
Preſto ntm̄ vtriuſq; numeri tantum habet.
Expex o expes ntm̄ & vctm̄ tantum habet.
Fors o fors a forte nominatiuum, vocatiuum & ablatiuum habet.
Vis, vim, o vis, a vi, nominatiuum; accuſatiuum; vocatiuum & ablatiuum tantum habet; in plurali vires virium viribus; integrum eſt; ſiue ſit a vi ſiue aliunde.
Tabi a tabo genitiuū & ablatiuū tantum habet.
Ditionem a ditione. Laterem a latere. Vicem a vice. actm̄ & ablatiuū ſingularem tantum habet. In numero plurali integra ſūt duo poſteriora.
Tantundem & tantidem ntm̄ gtm̄ & actm̄ ſingularis tantum habet.
O macte macti; vctm̄ vtriuſq; numeri tātū habet.
Sponte. Impete. Obiice. Natu. Diu. Noctu. Ablatiuum ſingularis numeri tantum habent.
Suppetias & inficias accuſatiuum pluralem tantum habent.

*¶ Satias & ſaties, nam vtrumq; legitur. nominatiuū tantum ſingularem habere dicit Phocas. Sil. iiij. puni. nec finis ſaties ve noui ſed ſanguinis ardor. & Gell. li. vij. quorum ſatias nunq̄ eſt. Accuſatiuum tamen ſecuti proportionem fecimus in quodam diſticho in quo ſolonis celebrem ſententiam complexi ſumus. diuitiæ gignunt ſatiem. ſatieſq; ſuperbum. ¶ Præſto quoq; pro eo quod eſt præſens Valla dicit ſemper iungi verbo ſum, es, fui, in vtroq; numero in ratione ſuppoſiti. Cice. pro murena laborauit. præſto multis fuit. Idem ad herēnium. hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt: hyeme pulſæ recedunt. Memini me tamen legere in actō præſto cum infinitiuo huius verbi ſum, es, fui cōſtructum, idq; notauerā opinor in epiſtolis familiaribus Ciceronis. ¶ Expes pro eo qd' eſt ſine ſpe nominatiuū habet & cōſequēter vocatiuū tantū. Hora in poe. qd hoc ſi fractis enatat ſpes nauibus. ¶ Fors nīatiuū habet & vocatiuū & ablatiuū tātū. In ntō ab Auſonio inter monoſyllaba numeratur. Teren. vocatiuū poſuit dicēs. o fors fortuna. Ver. i. æn. ablatiuum. forte ſua lybicis tēpeſtas appulit oris. ¶ Vis gtō & dtō caret. in ntō Verg. i. Geor. ni vis hūana quotānis. & Salu. in Catil. oīs nr̄a vis in aīo & in corpe poſita eſt. Ver. vi. æn. nec vim tela ferūt. Et in. i. vi ſuperū & ſeuæ memorē Iunonis ob iram. In numero multitudinis vires viriū viribus vires o vires a viribꝰ dicimus, ſed an ſit a prima poſitione nominatiui ſingularis hoc eſt vis, an nomē p ſe pluraliter declinatū: ſiue ab alia poſitione numeri ſingularis quæ nō ſit id vſu grāmatici dubitare videntur. nā Lucre. antiquitatē ſecutus has vis in plurali dixit. ¶ Tabi a tabo. Phocas & Diom. hoc nomē ablatiuū tantū habere dicunt, & re vera genitiuū nō memini me legere. Tabes vero in ntō actō & abltō tantū reperi. itaq; ſi gtō eſſet opus potius vteremur tabi quā tabis dtūs a neutro eſt. Ditionem a ditione. hæc tria nomina duos tantū habere caſus accuſatiuū & ablatiuū numeri ſingularis, Diomedes & Phocas teſtantur. Ditionis tamen in gtō & ditioni in datiuo frequēter vtitur Hiero. in interpretatione ſacrarū litterarum quēadmodū Geñ. cap. xxxvij. nunquid rex noſter eris aut ſubijciemur ditioni tuæ. Lateres quoq; & lateribus vtitur. Pli. lib. xxxv. lateres inquit non ſunt e ſabulo, & ibidem, luto & lateribus crudis extrui quis ignorat? Idem quoq; ab eo quod eſt vicē a vice in plurali dicimus vices vicium vicibꝰ. Tantūdem a tantum & dem particula cōpoſitum in ntō gtō & actō ſolū reperitur. nemo enim tātodem dixit, at tantidē ſæpe reperies. vt apud Teren. in adel. tantidem emptam. & in digeſtis titulo de diuor. tantidem æſtimata redderes.*

*¶ O macte. eſt autē mactus vt ſic dixerim autore Feſto magis auctus, ſed nunquam reperitur niſi in vctō cum exortatione quadam ad virtutem & gloriā. Verg. ix. æn. macte puer virtute noua ſic itur ad aſtra. & Hor. in. i. ſer. macte virtute eſto inquit ſententia dia Catonis. & in plurali. Pli. lib. ij. macti ingenio celi interpretes. ¶ Sponte ablatiuū tantū habere Phocas dixit. Verg. ij. geor. ſponte ſua veniūt. vbi ſeruius dixit: nomē eſſe non aduerbiū. quia iunctū eſt ei genus cum dixit ſua. Sed & Gell. lib. xij. genitiuū poſuit dicens. ſpontis ſuæ mortē. & Colume. lib. xij. de ruſt. neq; ſuæ ſpontis aquam miniſtrare patitur. Spons quoq; in nominatiuo Auſonius poſuit inter monoſyllabe. Impete idem Phocas & cum eo alij complures grammatici in ablatiuo tantum plurali poſuerunt. Oui. iij. met. impete nunc vaſto ceu concitus imbribus amnis fertur. Idem in. viij. ſic impete vulnificus ſus fertur. genitiuum etiam protulit Sillius lib. vi. punico, nec fruſtra rapidi ſtimulante dolore fuiſſet impetis. & Lucretius lib. i. ablatiuum pluralem poſuit dicens, quālibet in partem trudunt res ante ruantq; impetibus crebris. Natu quoq; quod videtur eſſe ab eo quod eſt natus, in ablatiuo tantum reperitur. vt cum dicimus grandis natu, maior natu. minor natu. pro eo quod iſt ætate. Obijce inter ablatiuum tantum habentia poſuit Phocas in numero ſingulari. Sillius tamen lib. iiij. puni. dixit in accuſatiuo plurali: & firmos certant obijce arceſſere ſilua. & ablatiuum eiuſdem numeri. Verg. po... ij. geor. dicens. qua vi Maris alta tumeſcāt obijcibus ruptis. Noctu, diu. quā caſus ablatiui nō ſunt a nox & dies, ſed ab alia forſan poſitione venerunt: quæ in vſu non eſt, ſed neq; ſemper aduerbia ſunt: quamuis aliquando aduerbialiter poſita reperiantur. Ennius apud Gellium. qua galli furtim noctu ſumma arcis adorti mœnia cōcubia. ex duobus igitur adiunctis noctu & concubia colligitur noctu eſſe nomen. Idem quoq; in. iij. annalium. hac noctu filo pendet hetruria tota. & etiam quadrigarius apud eundem Gellium. ſenatus de noctu plurima conuenire & noctu multa domum demitti. Illud adhuc quod omnem ſuperat antiquitatē reperi in quadam lege. xij. tabularū. Si nox inquit furtū factū ſit, ſi tra aliquis occiſit, iure cæſus eſto. nox poſuit pro noctu vel nocte. De diu non ita ſuccurrit exemplum, vt ex adiunctis poſſit oſtendi eſſe nomē. nam illud Saluſt. diu noctuq; laborare: & illud Gell. lib. xvi. fumare noctu etiam flammigare. Ser. in primo geor. aduerbia eſſe dicit. ¶ Suppetias & inficias, vt ait Valla, ſemper in accuſatiuo plurali reperiuntur, ſed illud conſtructū fere cum his verbis fero, mitto, eo, venio. hoc vero cum eo it tantum. Plau. tamen in epidico. auxilia inquit & ſuppetiæ mihi ſunt domi. Inficias ire idem eſt quod inficiari & negare.*

*¶ Grates ĩ pluralitãtũ reperiũt: nemo tñ vnq̃ legit gratiũ et gratibꝰ: ſed grates. Verg. i. æñ. grates pſoluere dignas, & ſi dixeris magnæ grates bñdæ ſũt bñfactori q̃q̃ Laurẽtiꝰ hoc nomẽ poeticũ eſſe dicit. et ſic Cicero in. vi. de repub. ſcripſit: grates tibi ago ſumme ſol. ¶ Opis opẽ ab ope gtũm, actũm, abltũm ſinglaris nũeri habet p eo q̃d eſt auxiliũ. Verg. i. æñ, nõ opis eſt noſtræ Dido, & in. ij, nec ſpes opis vlla dabatur. In plurali vero p diuitijs vt Auxilio tutos dimitcã opibuſq; iuuabo. Ops opis eſt cybele Saturni vxor. Opis opis nympha, de qua Ver. iiij. geor, atq; ephyre, atq; opis. Idem. xi. æñ. velocẽ interea ſupis in ſedibꝰ opim. ¶ Verbere ab eo q̃d eſſe debuit verber, eris. tãtũ in abltõ nũeri ſinglaris reptur, nã in plurali verbera verberum verberibus integrũ eſt.*

Grates nominatiuum accuſatiuum & vocatiuum
Tm̃ numeri pluralis tantum habet.
Opis opem ab ope ntõ dtõ & vocatiuo caret.
Verbere abltm̃ in ſingulari tantum habet; in plurali vero verbera verberum integrum eſt.

## De Præteritis verborum.

### Caput. iiij.

Compoſiti formam ſimplex & compoſitiuum
Simplicis obſeruat verbum; quod ponis vbiq;.
Præter venundo, circundo, do quoq; peſſum.
Ado compoſitum declinat tertia; iunges
Quodlauo; q̃dq; cubo cõponẽs mittit in. umbo.
Et mico dat micui: ſed dimico mittit in. aui.
Dat maneo manſi: ſed, in. e. pro; pre. minui; dant.
Atq; oleo dat. ui. Sed in. eui. compoſitiua.
Et cio vel cieo ciui: ſed compoſitiua
Semper ſunt quartæ. Lego legi: ſed tamen. exi.
Hæc tria dant intelligo; diligo; negligo tantum,
Dat ſapio ſapere. Sed reſipio reſipire.
Quod trahis a pario infinitum mittit in. ire.

*De præteritis verborũ. ca. iiij. ¶ Cõpoſiti formã ſimplex, q̃d in principio declinationis nominũ propoſuit nomina ſimplicia ſequi rõnem compoſitorũ, atq; e diuerſo compoſita rõnem ſimplicũ: idẽ quoq; nũc in declinatione verborum repetit, videlicet, q̃ verbum ſimplex ſeruat rõnem compoſiti, & econtrario compoſitũ rõnem ſimplicis, vt ſi exploratũ habueris q̃d impleo eſt ſcdæ coniugationis: & facit in preterito impleui: intelliges etiã q̃ pleo ples: q̃d verbũ nõ eſt in vſu: fuit eiuſdem coniugationis: fecitq; in præterito pleui. Atq; ecõtrario ſi exploratũ habueris q̃ ſono. as. q̃d eſt verbũ primæ cõiugatiõis facit in preterito ſonui: intelliges etiã q̃ inſono, as. verbũ eiuſdẽ coniugatiõis: facit in preterito inſonui. Habet tñ hec regula exceptionem, q̃ partim hoc in loco: partim in capitibus preteritorũ & ſupinorũ ſeq̃ntibꝰ explicãda eſt.*

*Principio itaq; excipiũtur cõpoſita ab hoc verbo do das. dedi. q̃d cũ ſit primæ cõiugatiõis: oĩa cõpoſita ab illo ſunt tertiæ, vt addo. is. addidi. trado, is. didi. pdo. is. pdidi. vendo. is. didi. credo. is. didi. ſequũtur tñ ſimplicis rõnem tria tãtũ venũdo. as. venũdedi, circũdo. as, dedi, peſſundo. as. peſſundedi. Compoſita quoq; a lauo lauas. q̃d ẽ primæ cõiugatiõis oĩa ſunt tertiæ, vt alluo. is. ui. perluo, is, plui. dilui, is. interluo, is. interlui. pluo. is. plui. Compoſita preterea a cubo cubas. quod eſt etiam primæ coniugationis ſi recipiunt. m. inter. u. & . b. hoc eſt ſi finiũtur in. umbo: omnia ſunt tertiæ, vt incumbo incumbis incubui, procumbo procumbis procubui, accumbo accumbis accubui. Quod ſi. m. non recipiunt, nihilominus ſequuntur ſimplicis rationem. vt incubo incubas incubui, & procubo procubas procubui, accubo accubas accubui. ¶ Et mico dat micui, hoc verbum mico micas in præterito fecit micui: & ab eo compoſitum emico emicas emicui. Luca. in primo qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen emicuit. Dimico tamen: quod ab eo compoſitum eſt facit dimicaui, quod Priſcia. autoritate Liuij probat qui libro. xxiiij. ab vrbe condita ſcribit: iuſta queq; acie & collatis ſignis dimicatum eſt, quod non potuit dici: niſi a dimico fuiſſet præteritum dimicaui & ſupinum dimicatum. Ouid. tamen ſimplicis rationem ſecutus in. ij. elegiarum dixit: hac tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis.*

*¶ Dat maneo manſi. q̃ maneo manes facit in præterito manſi: quam rationem ſequuntur compoſita ab illo vt permaneo permanſi, remaneo remanſi. Quæ vero in compoſitione mutant. a. in. i. mittunt præteritum in. ui. ſyllabas, vt promineo prominės prominui, emineo emines eminui, immineo immines imminui, præmineo præmines præminui. Præterita illa mittunt ſupina in. ſum. vt maneo in ſupino habet manſum. permaneo permanſum: remaneo remanſum, emaneo emanſum, hec vero carent ſupinis, quod vero dixit ſed in. e. pro præ. intelligit quod compoſita a maneo cum illis præpoſitionibus (ſi modo mutant. a. in. i.) faciunt preteritum in. ui. ſyllabas. ¶ Atq; oleo dat. ui. q̃ oleo oles, vt infra dicemus, mittit præteritum in. ui. ſyllabas, tamen ab eo compoſita, maxime quæ mutãt ſignificationem, mittunt præteritum in. eui. vt ad[illegible] adoles adoleui. aboleo aboles aboleui, ſoleo quod ab eo compoſitum videtur ſolitus ſum vel ſolui triſyllabum fecit Salu[illegible] hiſto. neq; ſubſidijs vſũ ſoluerat, a quo rurſus compoſitum obſoleo obſolui fecit. ¶ Et cio vel cieo, q̃ ab hoc verbo, cio cis, q̃d eſt quartæ coniugationis, vel cieo cies: quod eſt ſecundæ: omnia compoſita ſunt quartæ coniugationis, vt concio concis conciui. accio accis acciui, excio excis exciui, Plau. in milite, ego illum probe iam oneratum huc accibo, dixit. Lego legi, q̃ hoc verbum lego legis, cum ſuis compoſitis mittunt præteritum in. egi. vt lego legi, perlego perlegi, relego relegi, colligo collegi. Tria tamen mittunt præteritum in. xi. intelligo intellexi, diligo dilexi, negligo neglexi. Quamq̃ Aemylius macer ſimplicis rationem ſecutus dixit, omnium noſtrum neglegerit autoritatem: pro neglexerit. ¶ Dat ſapio ſapere, q̃ hoc verbũ ſapio, is. tertiæ coniugationis eſt, atq; ab eo compoſitum deſipio. is. deſipere, reſipio tamen autore Diomede, non reſipere ſed reſipire facit, ac ſi per quartam verborum coniugationẽ declinetur. ¶ Quod trahis a pario, q̃ aperio, is. compoſita: q̃uis ſuum ſimplex ſit tertiæ coniugationis: tñ ſe p quartam declinãtur, vt cõperio, is. cõperire. repio, is. repire, operio, is. opire. aperio, is. apire.*

¶ Quod ſi præterit(us) q̃ verba cuiuſcũq; cõiugationis geminãtia in præterito ſyllabas primas cũ in cõpoſitione venit(us) amit(tunt) ex illis priorẽ, vt ſpõdeo.es.ſpopõdi.reſpõdeo.es.reſpõdi deſpõdeo.es.deſpondi.pendeo.es.pependi,dependeo.es.dependi. tondeo.es.totondi.detondeo.es.detondi,pro quo antiquiores etiã detotõdi protulerũt.vt Varro detotõderat forcipibus.Sunt autem verba geminantia. primas in præterito ſyllabas:niſi quid me fallit:tria & viginti.primæ cõiugationis duo.do.das. dedi,ſto.as.ſteti.ſcdæ quattuor,mordeo.es.momordi,ſpondeo ſpondes,ſpopõdi,tondeo.es.totõdi.pẽdeo.es.pepẽdi. Reliqua omnia ſunt tertiæ. Pario paris peperi. diſco.is.didici. poſco.is. popoſci. parco.is. peperci. cado.is. cecidi. cædo.is cecidi.pendo.is.pependi.tendo.is.tetẽdi.tundo.is. tutudi,tango.is.tetigi,pungo.is.pupugi.pãgo.is.pepigi,fallo.is.feſelli.pello.is.pepuli.tollo.is.tetuli.cano.is. cecini.curro.is.cucurri.Scindo quoq; apud antiquiores ſcicidi faciebat,Affra,ſatis fortiter paulo veſtras ſcicidiſtis colus.Actius,non ergo vt predicant ſciciderat pectus.Neuius, immo q͞d ſcicderã cõſcindã atq; abijciã. Ennius,cum ſaxum ſciciderit.Apud iuniores tamẽ ſcidi facit.Luc.in.iij.qua mare tellurẽ ſubitis, aut obruit vndis:aut ſcidit.Papi.viij.theba.& viridẽ ſcidit horrida veſtem:ſiue igitur geminet preteritum,compoſita priorem ſyllabam amittunt,ſiue non geminet:rationem ſimplicis ſequuntur.vt abſcido.dis.abſcidi.conſcindo.dis.conſcidi,reſcido.is.reſcidi. Deinde dicit,q̃ ab hac regula excipiuntur compoſita a poſco.is.popoſci.& a diſco.is.didici,quia in preterito priores ſyllabas non omittunt:vt depoſco.is.depopoſci.repoſco.is.repopoſci.addiſco.is.addidiſci,ediſco.is.edidici. Preterea cõpoſita a ſto.ſtas.ſteti.& do das dedi retinent etiam priorem illam ſyllabam in preterito:niſi q̃ mutant e.in.i.vt reſto.as.reſtiti.conſto.as.conſtiti.preſto.as.præſtiti.trado.is.tradidi.reddo.is.reddidi.credo.is.credidi.Sed a do compoſita quæ cum ſimplici per primam coniugationem declinantur,non mutant in preterito.e.in.i.vt venundo.as.venundedi.circundo.as.circundedi,peſſundo.as.peſſundedi. ¶ Pũgo,gis.quando cõponitur cum re,repupugi facit.vnde.Caper apud Priſc.cum ei qui nos pupugit talionem,ideſt vicem a nobis redditam oſtendimus: repupugi dicimus,cum alijs præpoſitionibus cõpoſitũ alterius preteriti (hoc eſt) punxi rationẽ ſequitur,vt expungo,is. expũxi.diſpungo.gis.diſpunxi,cõpungo,gis.cõpũxi.Curro quoq; cũ præ etiã eandẽ retinet.vt Plau.in ſticcho.præcucurri, vt nunciarem nuncium exoptabilem.Terentius in ecyra.vna illarũ interea propere præcucurrit.alias vero eãdem amittũt. Ver.iiij.enẽ.ecce ferę ſummo deiectæ vertice crape decurrere iugis.Liuius.xx.ab vrbe cõdita.& ſi fortius pcurriſſent.

Quod ſi præteriti geminetur ſyllaba prima;
Verbaq; componas;ex illis tolle priorem;
Quam retinent poſco cũ diſco.ſtetiq; .dediq;:
Dic pupugi cum re;ſed cum;præ; pone cucurri.

¶ De præteritis Primæ coniugationis.

PRæteritum primæ facit,aui,demito pauca:
Quę mittunt in.ui.diuiſas.vt crepo;nexo;
Et cubo cũq; tono;ſono iunge;domoq;,vetoq;:
Et ſeco,cunq; mico;frico.Sed duo dant & in.aui.

DE preteritis primæ cõiugationis. Quoniã ſupra dictũ eſt in cõiugatiõe verborũ pportionẽ eſſe ſequẽdã illorũ quattuor:q̃ in primo libro per modos,tẽpora,nũeros & pſonas explicauimus, atq; inſup ne quid in ea re fallere nos poſſent,formationẽ adiecimus,iã tẽpus eſt vt de preteritis verborũ atq; ſupinis diſſeramus,qa ipſa analogia verborũ aliqñ diſceſſere,& quodãmodo alteræ verborum poſitiones habẽdæ ſunt.nã a præterito ſex illa tẽpora formantur,q̃ in voce paſſiua circunloquimur & a ſupino tum participia quedam,tum nomina participialia formari docemus.In primis illud animaduertendum eſt preteritum perfectum indicatiui modi,aut parium eſſe ſyllabarum cum prima perſona præſentis eiuſdem modi.vt iuuo.ui.lauo.ui.doceo docui.habeo habui.lego.gi.ſcribo ſcripſi.audio.iui.munio.iui.aut minuitur vna ſyllaba,vt fauco faui.facio feci comperio.eri.Aut creſcit vna ſyllaba.vt amo.aui.cado cecidi. Preterea exit præteritum in varias terminationes.in.bi.tantũ tertiæ.vt bibo bibi.In.ci.etiã tertiæ. vt facio feci.in.di.vnum tantum primæ do dedi,ſecundæ plura.vt ſedeo.di.tertiæ adhuc plura,vt ſcando.di.In.gi.tantum tertiæ, vt fugio fugi. In li.tertiæ quoq; tantum.vt fallo feſelli. In.mi.vnum tantum tertiæ,vt emo emi. In.ni.tantum tertiæ,vt cano cecini.In.pi.tertiæ tantum,vt rũpo rupi. In.ri. tertiæ & quartæ,vt pario peperi:comperio.eri. In.ſi.ſecundæ,tertiæ,& quartæ,vt fulgeo fulſi.ludo luſi.fulcio fulſi. In.ti. tãtum tertiæ,vt verto verti,atq; vnum primæ.ſto.ſteti. In.xi.ſecundæ,tertiæ,& quartæ,vt lugeo.xi.dico.xi.ſancio.xi.In.ui. ſyllabam omnium quattuor cõiugationũ,vt amo.as.aui.faueo.ui.ſino.ui.audio.iui. In.ui.vocales etiã oĩum quattuor,vt ſeco ſecui.doceo docui. colo. ui.amicio amicui. Igitur primæ coniugationis verba mittunt præteritum perfectum indicatiui modi in.aui.fiuntq; a ſecunda pſona præſentis indicatiui modi numeri ſingularis.s.finali mutata in.ui. vt amo amas amaui.ambulo.as.aui. ¶ Excipiuntur tamen pauca mittentia preteritum in.ui.diuiſas,ea ſunt.crepo.as.pui. & ab eo compoſita, vt diſcrepo.as.pui. Cic.iij. de ora.nil ſane ad rem pertinet ſi qua in re diſcrepuit ab antonij diuiſione. Hor.in.poe. non diſcrepuit [illegible]ntia delphis: concrepo.pui.increpo.pui.quod apud Pla.reperitur increpaui.Perſi.increpuit:ceſſas nugator.Nexo.as.xui.vel.[illegible]xo.is.xui.nam primæ & tertiæ coniugationis reperitur.Verg.v.eneid.nexante nodis:ſeq; in ſua membra plicantem.Liui.andro.apud priſ.nexebant multa inter flexu nodorum dubio.Verg.v.eñ.& paribus palmas amborum nexuit armis.Cubo.as.bui.& ab eo compoſita,que ſunt primæ atq; etiam tertiæ coniũgationis,vt accubo.as.bui. accumbo.is.bui.Plau.in mene,regulam ſecutus dixit,prandi,potaui,ſcortum accubaui.Apul.vi.meta.europam(inquit) tauro ſupcubaſſe. Hie.quoq; in Ezec.cap.xviij.etiã ſimplex in.aui.fecit,quare mater tua lena inter leones cubauit. Tono.as. tonui.& ab eo compoſita,vt pertono.as.nui.Intono.as.nui.Sono.as.nui.Xenid.tamen.v.aſtro.regulam ſecutus dixit,aura per extremas reſonauit flebilis ripas,Apul.quoq; in.v.meta.aciem dixerit, & claſſicum perſonauit. Domo.as.domui. perdomo.as.domui.Indomo.as.mui.Veto.as.vetui,ſeco.as,ſecui,mico.as,micui,Ouid.vi.meta.neq; n.micuerunt ſydera fruſtra. Dimico tamen,vt ſupra diximus,dimicui & dimicaui facit.Frico.as.fricui. Sed duo dat & in.aui.q̃ hec duo verba plico plicas,& neco necas.mittunt preteritum,non ſolum in.ui.ſyllabas:ſed etiam in.aui.vnde dicit,ſed duo dãt & pro etiam

in.aui,vt plico plicas plicui,vel plicaui. & ab eo compoſita.vt explico.as.explicui,vel.aui.implico.as.icui,vel.aui.applico.as,cui.vel.aui,ſupplico tamen,duplico,triplico,multiplico,& ſimilia cum nominibus numeralibus a plico compoſita mittunt præteritum in.aui.ſemper,vt ſupplicaui,duplicaui,multiplicaui.Neco.as.cui.vel aui. De iuuat accipe iuui.q.hoc verbum iuuo relicta proportione verborum primæ coniugationis mittentium præteritum in.ui.diuiſas,& in.aui,miſit præteritum extrita ſyllaba,fecitq; iuui.quamq̃ Manil.in.iiij.aſtro.etiam iuuaui dixit. Syllabam quoq; expunxit,lauo.as.quod fecit laui:quamq̃ & lauaui apud autores reperiatur. ¶ Præterea diuerſum in modum exeunt hæc duo verba.ſto,ſtas.quod fecit ſteti.& do das quod fecit dedi. De compoſitis illorum paulo ante diximus.

Hæc plicat;atq; necat.Sed deiuuat accipe iuui.
Prçteritum.ſto.do.miſere ſteti q;dediq;.

¶De prçteritis Secundç coniugationis.

PRæteritum per.ui,vocales pone ſecundç.
Ardeo;mulceo;rideo;ſuadeo; torqueo;dant;ſi.
Algeo;mulgeo;fulgeo;tergeo;turgeo iunges.
Vrget;& indulget;manet;heret;ſorbeo ſorpſi:
Siue.bui.iubeo iuſſi;quod &.s.geminauit.
In.xi.prætereunt hæc frigeo;conniueoq;.
Augeo;mulgeo;lugeo;luceo;Quattuor in.di.
Mittunt preteritum,quç ſunt video;ſedeoq;.
Strideo ſeu ſtrido cum prandeo.Sed tñ̃ addes;
Quorum præteriti geminatur ſyllaba prima.
Hæc ſunt mordeo;ſpõdeo;pendeo;tondeo tãtũ.
Aleo ſiue pleo deductum mittit in.eui.
Adde fleo;atq; neo.Sed dat cieo tibi ciui.
Dic oleo per.ui,diuiſas.Sed.ueo.dat.ui.

DE præteritis ſecundæ coniugationis.Quod verba ſecundæ coniugationis mittunt præteritum in.ui.diuiſas,vt debeo.es.debui,noceo.es.cui.ſtudeo.es.dui.vigeo.es.vigui,doleo.es.dolui,tumeo.es.tumui.teneo.es.tenui,ſtupeo.es.ſtupui,deliqueo.es.delicui.denſeo.es.ſui.niteo.es.nitui. ¶ Ardeo,mulgeo,q̃ in.ſi.mittunt præteritũ verba quæ hic ponuntur.Ardeo ardes.ſi.exardeo exardes exarſi.Mulceo.es.mulſi.permulceo.es,permulſi.Ennius apud Priſcia.mulſerat huc nauem compulſam fluctibus ponti.Rideo.es.riſi.derideo derides deriſi.Suadeo.es.ſuaſi.pſuadeo.es. perſuaſi.Torqueo.es.torſi,contorqueo.es.torſi.¶ Algeo.es.alſi.Mulgeo.es.mulſi,quod etiam miſit præteritum commune cum mulceo,Verg.iij.Geor.quod ſurgente die mulſere horiſq; diurnis.Fulgeo.es.fulſi, quod etiam fulgo fulgis ,per tertiam declinatur.tergeo.es.terſi , quod etiam tergo.is.per tertiã dicitur,Turgeo.es.ſi.Ennius apud Priſc.cyclopis vẽter vel.t olim turſerat altim carnibꝰ hũanis.Vrgeo.es.ſi.q̃q̃ Phocas de hoc verbo dicat neſciri quomodo preteritũ mittat.Indulgeo.es.ſi.Iuue.& ventri indulſit nõ omne legumen.Maneo.es.ſi.de cuius compoſitis in ſuperioribus dictũ eſt.Hereo.es.heſi,adhereo.es.adheſi.Sorbeo.es,pſi.abſorbeo.es.abſorpſi,exorbeo.es.exorpſi, quæ mittunt etiam præteritum regulare in.ui.diuiſas.ſorbui,abſorbui,exorbui.Lucanus in.iiij.abſorpſi penitus rupes ac tecta ferarum.Cicero in philippicis.ſanguinem ciuilem exhauſit vel potius exorbuit. Iubeo.es.quod in præterito iuſſi.per.s.duplex fecit.¶ In.xi,prætereũt,q.verba q̃ hic ponũtur:mittunt præteritũ in.xi.vt frigeo.es.frixi,non vt quidã dicũt frigui.Iuue.& ſi perfrixit cantat bene.Martial.perfrixiſſe tuas queſta eſt præfatio fauces,& Terentius refrixerit res.Conniueo,es.connixi,Turpil.apud Priſcia.dum ego connixi ſomno.¶ Augeo.es.auxi.adaugeo.es.adauxi. Mulgeo.es.mulxi,q̃q̃ quemadmodum paulo ante diximus fecit etiam mulſi.Lugeo.es.luxi.atq; etiam luceo.es.luxi. præteritũ habent commune.¶ Quattuor in.di.q.quattuor verba quæ hic explicãtur mittũt præteritũ in.di.ea ſunt.video.es.di,prouideo.es.di.ſedeo.es.di.deſideo.es.deſedi.ſtrideo.es.ſtridi vel ſtrido.is.per tertiam quod etiam facit ſtridi.prandeo.es.di,quod etiam pranſus ſum facit.quẽadmodũ & illa gaudeo & audeo,q̃ apud antiquiſſimos fecerũt preterita gauiſi & auſi, nunc grauiſus ſum,& auſus ſum dicimus. Liuius.Andro. apud Priſci.quoniam audiui(inquit)pacem.gauiſi.Cato.cenſo.apud eundem.ex illo die non auſi recuſare.¶ Sed tñ̃ addes,quod quattuor verba quæ hic ponũtur:mittũt etiam præteriũ in.di. geminantq; primas preteriti eiuſdem ſyllabas.ea ſunt mordeo.es,momordi,quod etiam,vt autor eſt Gelli.vij. noctium atti.memordi fecit apud antiquiores. Ennius,atſi me canis memorderit.& Laberius.de integro patrimonio meo centũ millia nummum memordi.Nigilius,ſerpens ſi memordit gallina deligitur.Spondeo.es,ſpopondi,quod etiam ſpepondi facit.Gracchus queſtor mancino in Hiſpania fuerat,& cæteri qui pacem ſpeponderant. Pendeo.es.pepẽdi,tondeo.es.totondi,quorum alterũ.e.habet,ab altero tetondi nõ reperitur.¶ Aleo ſiue pleo,q.verba compoſita.aleo.es.& pleo.es.quæ verba non extant:mittunt præteritum in.eui.vt deleo.es.deleui,releo.es.releui,ſuppleo.eui,compleo.es.compleui,duo quoq; verba mittũt etiã preterũ in.eui,fleo.es.fleui.neo.es.neui.Cieo.es.ciui. Verg.i.æñ.bella cient,primaq; vetãt conſiſtere terra.Indẽ in.vi. [illegible] maſq;.ciebat,& in eodem,ære ciere viros Martemq; accendere cãtu.& in.iiij.tonitru celum omne ciebo.Reperitur etiam per quartam.Lucre.auerum cimus ad ortus,& illud ex hymno,qui in re diuina canitur.Ieſum ciamus vocibus.[illegible].etiam frequenter hac ratione declinandi vtitur dicens,Aluũ cit,vrinam cit.Compoſita(vt diximus)ſemper ſunt quartæ coniugationis:vt accio accis acciui,excio excis exciui.¶ Oleo, es.olui, Hora.i.epiſtolarum.vina fere dulces oluerunt mane camoenæ. Martia.atq; oluere lares cõmeſſatore Lyeo,quãq̃ & oleui poſſe facere ex analogia coniectamus,quia fecit in ſupino oletũ.Perſius peto quiſquam fecit oletũ, nam ab eo compoſita ea maxime quæ mutant ſignificationem a ſimplici in.eui.mittunt præteritum:quemadmodum ſupra diximus.¶ Sed.ueo.dat.ui.q. verba deſinentia in.ueo.mittunt præteritum in.ui.ſyllabã.ueo, mutata in.ui.vt moueo moui.foueo.ui.ferueo.ui,voueo.ui.caueo.ui,paueo.ui.conniueo.ui. Craſſus in iliade.nam cõniui ego oculos deinde ſopore,quod etiam conixi præteritum facit.

# LIBER SECVNDVS.

DE præteritis tertiæ cõiugationis, q; verba tertiæ coniugatiõis mittũt præteritũ in multo plures terminationes q̃ aliorum triũ coniugationũ, & primo ponit præterita verborũ habentiũ.i.ante.o.in prima poſitione: deinde proſequitur de habentibus conſonantes ante.o.dicit igitur in primis q; duo reperiuntur verba deſinentia in.cio.mittentia præteritũ in.eci.ea ſunt iacio ieci.facio feci cũ ſuis cõpoſitis.vt abiicio.eci.deiicio.eci.perficio.eci.conficio.eci. Et compoſita a licio.is. & ſpicio.is.quæ verba non extant quæ mittunt præteritum in.exi.vt alicio.is.alexi.pellicio.is.exi.illicio.is.exi.quæ etiam in.ui.ſyllabas reperiuntur.vt Piſo. apud Priſcia. cuius vnius præmio multorũ allicuit animos. & Varro: deinde vbi pellicuit dulcis leuis vnda saporis.Elicio vero tã tũ elicui facit.Liuius.lib.iiij.ab vrbe condita. ad colloquiũ vatẽ elicui. De cõpoſitis a ſpicio.is.aſpicio aſpexi.reſpicio.exi.cõſpicio.exi.inſpicio.exi.circunſpicio.exi. Meio meis,q̃ habet.i.conſonantẽ ante.o.minxi facit in præterito,nec eſt ab eo q̃ mingo,q̃ nuſq̃ reperitur.Hora.ij.ſermo.ditior aut formæ melioris meiat eodem. Mar.matella curto rupta latere meiebat.Idẽ.minxiſti currẽte ſemel Pauline carina, meiere vis iterũ iã Palinurius eris, & Iuue.cuius ad effigiem non tantum meiere fas eſt. Participiũ quoq; præſentis poſuit Catullus dicens.meientis mulæ cunnus olere ſolet.nã quod in ſacris litteris legitur ſæpe,nõ reliquit vſq; ad mingẽtẽ ad parietẽ:aut mẽdũ eſt,aut nõ dicitur latine. Dat fodio.i.q,i.dio.vnũ tãtũ repitur verbũ fodio.is.q̃ facit fodi & ab eo compoſita vt defodio.di.effodio.di. Vnũ quoq; i.gio.fugio.gi.& ab eo cõpoſita.vt cõfugio.gi.refugio.gi.¶ in.pio.reperiũtur.rapio.is.pui.& ab eo compoſita, vt corripio.pui.eripio.ui.ſapio.ui. vel.iui. Plau.in ruden.pol magis ſapuiſſet ſi dormiſſet domi. Affra.eadẽ nũc reſipui poſtq̃ pectus læticiis eſt onuſtũ. Neui⁹.q̃ ego plus ſapiui:qui fullonẽ cõpreſſit.Sed reſipio quẽadmodũ diximus:ad quartã cõiugationẽ ptinet autore Diom. Cupio.is.iui.quod etiã antiquiores p quartam declinabãt. Lucre.effingere,vt arta naturæ primus terrarũ clauſtra cupiret. ¶ Capio.is.cepi,ſine diphthongo,nam cœpi per.œ.diphthõgon abeo q̃ eſt cœpio cœpis venit,q̃ non eſt in vſu:quãq̃ apud Terentiũ in adelphis repitur.prius (inquit) oifeciſſem quã ille quicq̃ cœperet p incipei. Plautus in menechmis.neq; pugnas velitis cœpio. Cato.cœpiã ſeditioſa verba loqui.ab hoc cõponi videtur incipio.pis.ſcda pducta:q̃ facit in præterito incœpi per.œ.diphthongũ:ſed nõ reperitur in vſu.nã a capio.is.incipio.is.ſecundã breuiat, & in præterito incœpi ſine.œ.diphthõgo facit.erit igitur incipio magis a capio q̃ a cœpio cõpoſitũ. Interpoſuit quoq; duo verba alterũ in.rio.hoc eſt pario q̃ facit in præterito peperi,q̃ veteres per quartã etiã cõiugationẽ proferebant.vt Ennius.oua parire ſolent pẽnis genus cõdecoratum. Alterum in.tio.hoc eſt quatio quatis, quod facit quaſſi per duplex.s. quod præteritum & in vſu non eſt, reperiuntur tñ compoſita ab illo,vt cõcutio concuſſi.percutio percuſſi.diſcutio diſcuſſi. Furio furis,quãq̃ a grãmaticis inter verba carentia præteritis nũeratur,Sedulius tñ dixit,nec minus & Darij furuerũt iuſſa tyrannis. ¶ V.ſi vocalis.u.littera apud latinos triplici fungitur officio.nã aut eſt vocalis,aut liquida.aut cõſonãs.Vocalis eſt cũ ſequentẽ vocalem nõ ferit.vt ruo ruis.Liquida eſt cũ neq; ſonũ habet,vt vocalis:nec ſequẽtem vocalẽ ferit,ſed quodãmodo in pnunciatione ligueſcit.vt tinguo.is.Cõſonãs eſt cũ vocalem ſequentẽ ferit:vt ſoluo ſoluis.triplex ergo ponitur regula verborũ habẽtiũ.u.litterã ante.o. finalẽ.Prima nãq; dicit,q̃ verba hñtia.u.vocalem.añ.o.purũ.ideſt cũ nulla cõſonãte mixtũ:nã vocalis pura dr a græcis,quã nulla cõſonãs ferit,mittũt præteritũ in.ui.diuiſas,vt acuo.is.cui.imbuo.is.bui.induo.is.indui.metuo.is.metui.arguo.is.gui.nuo.is.nui.In.xi.vero mittũt præteritũ duo ex illis fluo.is.fluxi.& ſtruo.is.uxi. Pluo quoq; aliũ in modũ miſit præteritũ hoc eſt pluui. Liuius ſecũdo ab vrbe.lapidibus pluuiſſe.Et iterum.xxiiij.ſanguine pluuit. ¶ Si tñ.u.liquidũ,q̃ verba.u.liquidũ añ.o.hñtia mittũt præteritũ in.xi.vt tingo.is.xi.extigo.is.xi.vngo.is.xi.linguo.gis.xi.ninguo.gis.ninxi.coquo.is.xi.ſtinguo.is.xi.L[illegible]uo tñ amiſſa.u.littera diuerſum in modũ miſit præteritũ,hoc eſt liqui.& ab eo cõpoſita,vt delinquo deliqui.relinquo reliqui. ¶ Quattuor in.uo ſunt.q̃ hñtia.u.cõſonãtẽ añ.o.tria mittũt præteritũ in.ui.ſyllabã.hoc eſt voluo.is.volui.ſoluo.is.ſolui.caluo.is.ui.Saluſtius.iii.hiſt.apd Priſ.infinitiuũ paſſiuũ ptulit,dicẽs,cõtra ille calui ratus,p decipi,ſed deponẽs ptulit Plau.in caſſina,vbi domi ſola ſum ſoror manus caluitur.i.decipitur.inter hæc poſſet nũerari,cauo.is.ui.p eo quod eſt caueo,es.neq;enim ſecundam perſonã imperatiui modi ſingularis numeri in.e.breuem terminaret,niſi huius eſſet ordinis. Proper.tu caue ne triſti cupias pugnare puella. & Hora.tu caue ne minuas:tu ne me ma[illegible] facias id. Viuum vero miſit præteritũ in.xi.viuo.is.xi. ¶ Bo.finita dabis in.bi.incipit diſſerere de præteritis verborũ habẽtibus cõſonãtẽ ante.o.finalẽ,& primo de deſinẽtib⁹ in.bo.& dicit q̃ mittũt præteritũ in.bi.bo.mutata in.bi.vt bibo.is.bi. ſcabo.is.bi.glubo.is.bi.labo.is.bi.Oui.vi.met.vberaq; ebiberat auidi lactẽtia nati. Lucil.iucundusq; puer,q̃ liberet ore placẽtas. Idem ſcaberet [illegible] pore cõtritus arbore coſtis.In.pſi.[illegible] duo verba mittũt præteritũ nubo.is.pſi.ſcribo.is.pſi.Cõpoſita vero a cubo.as.q̃ accepta.m.litterã p hãc cõiugationẽ inflectũtur,mittũt præteritũ i.ui.diſſyllaba:de quo principio capitis huius dictũ eſt.

¶ De præteritis Tertiæ coniugationis.

TErtia præteritum diuerſo fine reponit.  
Dat iacio ieci.facio feci.Tamen.exi.  
Allicio mitit & pellicio;illicioq;:  
Quod ſpicio verbũ componit,iungitur illis.  
Elicio dat.ui.diuiſas.meioq; minxi.  
Dat fodio fodi.Sed dat fugio tibi fugi.  
Dat rapio rapui.Sapio ſapui,atq; ſapiui.  
Et quatio quaſſi,gemino.s.cupioq; cupiui.  
Dat pario peperi.Sed dat capio quoq; cœpi.  
Cœpio non extat:ſed cœpi manſit ab illo.  
V.ſi vocalis præueniat.o.tibi purum;  
Præteritum per.ui.diuiſas ponere debes.  
At fluo dat fluxi.ſtruo ſtruxi.ſed pluo pluui.  
Si tamen.u.liquidum præit.o.tunc pręterit in.xi.  
Vt tingo;lingo;coquo,ſed dat linquere liqui.  
Quattuor in.uo.ſunt hæc voluo;ſoluoq; caluo,  
In.ui.præteritum mitteritia; Viuoq; vixi.  
Bo.finita dabis in.bi.Sed nubere nupſi.  
Scriboq; dat ſcripſi.per.ui.quæ de cubo ducis.

¶ In.ui.præteritū.q. verba deſinentia in.ſco.mittunt præteritum in.ui.ablata.s.& .co.finali mutata in.ui.vt paſco.is.paui. cuius compoſita q̄ mutant.a.in.e. vt ſtatim dicemus,in.ui.ſyllabas mittunt præteritum. compeſco.is.cui. diſpeſco diſpeſcis diſpeſcui.creſco.is.creui.noſco.is. ui.quieſco.is.eui. ſueſco.is.ſueui.Sed duo verba geminant in præterito primas ſyllabas: mittuntq; præteritum in.ci.ea ſunt poſco.is.popoſci.diſco.is.didici.Antiquiores tamen.vt Gell.lib.vij.noctiū.atti. ſcribit peposcit pro popoſcit dicebant.Valerius Antias in annalib⁹.diem.a.Q. martio prætore pepoſcit.¶ Deinde dicit q. verba quæ ab aliis grammaticis dicuntur inchoatiua a Laurentio continuum incrementum ſignificantia: carent præteritis. Laurentius tamen illa præterita magis propria eſſe dicit inchoatiuorum quā primitiuorū.vt caleſco.is. calui.cui⁹ opinioī refragari Videtur Nonius Marcel. qui dicit hoc verbū caleſco.cis.apud antiquiores feciſſe caleſci,inducitq; Catonē cēſorem de bello Carthagineſi dicentē,aures nobis caleſcerūt ad iniurias. Ratio autē Vallæ in hoc ſtat,quod cū inter macreo & macreſco illa ſit differētia q. cū macreo ſignificet macer ſū,macreſco macer fio.macrui in præterito potius ſignificat macer factus ſum q̄ macer fui: & eodē modo de ſimilib⁹ His dicit annūerari hoc verbū hoc verbū gliſco.is.qd ipſum cū inchoatiuū nō ſit,formā t̄n ichoatiuū habet antiqores gliſcor.eris.declinabāt.vt Marcel. autoritate Sēpronij p̄bat.Cōpeſco.is.& diſpeſco.is.& ſi cōpoſita ſunt a paſco.is.paui.compeſcui.& diſpeſcui fecerunt. ¶ Ico.dat.ici.de nō habentibus.s.ante.co.dicit q. hoc verbū.ico.is.facit præteritū.ici. Celius apud Priſc. q cū his ita fœdum icit is.Vinco præterea ablata.n.facit

In.ui.præteritum mittit quod deſinit in ſco.
S.tamen ablata;de poſco mitte popoſci.
De diſco didici. Sed præteritis caruere.
Gliſco cum verbis;quæ dicunt inchoatiua.
Aut certe capiunt a verbis vnde trahuntur.
Compeſco dat.ui.diſpeſco iungitur illi.
Ico dat.ici.vincoq; vici.parco peperci.
Seu parſi.dico dat dixi.ducoq; duxi.
O. mutatur in.i.ſi verbum deſinit in.do.
N tamen amittunt tria; ſcindo; findoq; fundo.
Sed geminat tundo tutudi;cædoq; cecidi.
Pendo pependi dat cecidi cado; pedo pepedi.
Atq; tetendi dat tendo.Sed di geminatur
Ado compoſitis.his credo vendoq; iunges.
In.ſi.prætereunt hæc;claudo.diuido.plaudo.
Et ludo;lædo,cum rado;rodoq;trudo.
Et vado;cudo dat cuſi:cedoq; ceſſi.

vici.& parco quod in præterito primam geminauit peperci.Luca in.ij. ſanguinis effudit iugulo: flammiſq; pepercit facit etiā parſi.vt apud Terentium hoccine ego vitam parſi perdere.Plau.duorū ego hominū labori parſiſſem libens,facit quoq; apd̄ antiqores parcui.Næuius apd̄ Marcell.nemo parcuit ſuo laborī.Duo ſunt faciētia præteritū i.xi.dico.xi.duco.is.xi. ¶ O.mutatur in.i.q. huius coniugationis verba finita in.do.mittunt præteritum.o.finali mutata in.i.vt ſcando.is. di.pando.is.di.defendo.is.di.offendo.is.di.aſcēdo.is.di.deſcendo.is.di.quod etiam feciſſe deſcendidi finali ſyllaba geminata confirmat Gellius,autoritate Valerij Antiatis,qui dixit:deinde funere locato ad forum deſcendidit. Laberius quoq; in Catulario apud eundem Gelliū.ego(inquit) mirabar,quomodo mammæ mihi deſcendiderant.A ſido.is.Priſcia.dicit ſe præteritum non reperire:ex proportione tamen ſidi debuit facere:quemadmodū & ſtrido ſtridis,vel ſtrideo ſtrides ſtridi. Ab edo. is.pro eo q.eſt comedo Martial.fecit edi in præterito.Boletus(inquit)qualem Claudius edit edas,nam pro eo quod eſt publicare: edidi facit cum a do das compoſitum ſit. ¶ Deinde dicit,q.n.litteram in præterito diſpungunt tria verba.ſcindo ſcindis ſcidi. findo findis fidi,fundo fundis fudi. Gellius.libro.vij.noctium atticarum.a ſcido.is. præteritum dicit fuiſſe ſcicidi prima geminata,idq; Priſcianus Actij autoritate confirmat dicens,non ergo aquila vti prædicant ſciciderat pectus,quod & Aſſimonius in arte quam ad conſtantinum Cæſarem ſcripſit:ſolum in vſu eſſe putant,cum Lucanus in.iij.dixerit tellurem fumantis,aut obruit vndis,aut ſcidit.& Martialis.vnguentum fateor bonum dediſti conuiuis here:ſed nihil ſcidiſti. ¶ Deinde dicit,q. ſex verba quæ hic explicantur:geminant primas præteriti ſyllabas,vt tundo tundis tutudi. quod.n.in præterito amiſit:quemadmodum & tria ſuperiora cædo cædis per.æ.diphthongon pro eo quod eſt ferio: quod facit cecidi penultima longa.nam cado cadis cecidi , pro eo quod eſt labor laberis.penultimam breuiat. Pendo pendis pependi,pro eo quod eſt ſoluo penſionem ſiue ſuſpendo:habetq; præteritum cōmune cum hoc verbo pendeo pendes,quod ſignificat ſuſpenſum eſſe. Pedo pedis pepedi. Horat.quantum veſica pepedi.Tendo tēndis tetendi.¶ Compoſita quoq; a do das dedi,quæ per hanc coniugationem declinātur:geminant finales præteriti ſyllabas,vt addo.is.addidi.perdo.is.didi.trado.is.tradidi. prodo.is.didi. ſed quemadmodum facile apparet a do das verba eſſe compoſita cum præpoſitione:ita non ſatis liquet an credo & vendo ſint compoſita.illud a cretus & hoc a venum,eſt.n.credo quaſi cretum do,& vendo quaſi venundo. Prend[illegible] oq; quaſi a do compoſitum geminauit.Hiero.in.xxi.afferte(inquit)de piſcibus, quos prendidiſtis. ¶ In.ſi.prætereunt.q. verba quæ hic enumeraui:mittunt præteritum in.ſi.vt claudio.is.clauſi.q. etiam cludo,is.cluſi declinatur prop[illegible] illā affinitatem q̄ eſt inter.au.diphthongon.& .u.Mar.videor mihi meoiure facturus:ſi epiſtolam verſibus cluſero.Diuido,is.diuiſi.Plaudo.is. plauſi,cuius compoſita mutant.au.in.o.propter affinitatem quæ eſt inter.au.& .o.vt complodo.is.loſi.explodo.is.loſi.diſplodo.is.loſi. Ludo.is.luſi.lædo.is.læſi.cuius compoſita mutant.æ.diphthongon in.i.lōgum.vt collido.is.liſi.illido illidis illiſi. allido.is.liſi.rado.is.raſi.rodo.is.roſi,trudo.is.uſi,cudo cudis.uſi,ſcd̄m Diome.Cariſium & Phocam.At vero Priſc. in illud Verg.j.æn.ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates excudit(inquit) tam præſentis quā præteriti eſt, ſed quia Vergil. ſuſcepit ſubiunxit,melius præteritum poteſt intelligi,idq; etiam Seruius comprobat exponens illud verbū,excudit(inquit) i. feriendo eiecit.Cedo præterea,pro eo q. eſt do locum ceſſi facit,& ab eo compoſita.vt recedo.is.eſſi.cōcedo.is.eſſi,procedo.is. proceſſi.Cado vero pro eo q.eſt labor,eris.cecidi facit vt paulo ante, diximus,differentiā quod hoc primam breuiat illud producit eandem,nam cædo pro eo q. eſt ferio per.æ.diphthongon ſcribitur:quemadmodum modo dicebamus.

# LIBR SECVNDVS.

In.go.quod verbum finitur,præterit in.xi.
  Spargo ſparſi.mergo.merſi.tergoq́ꝫ terſi.
  Egi.mittit ago,lego,frango,pangoq́ꝫ iunges.
  Quod dedit & pepigi vel panxi,pũgoq́ꝫ pũxi.
  Sed dabit & pupugi; tetigi ſed dat tibi tango,
A veho dic vexi.ſed de traho dicito traxi,
Lo.finita lui mittunt.dat fallo fefelli.
  Et pello pepuli.tollo tetuli dedit olim.
  Percello tibi dat perculi; perculeratq́ꝫ.
  Excullit excello.de ſallo dicito ſalli.
  Vello dat velli vel vulſi.pſalloq́ꝫ pſalli.
Mo.tibi mittit.vi.diuiſas.Sed dabis in pſi.
  Quattuor hec;como cum demo.ſumoq́ꝫ ꝓmo.
  S.duplici preſſi premo dat.ſed emo facit emi.

¶ In.go.ꝙ verba huius cõiugatiõis deſinẽtia in.go.mittũt preteritũ in.xi.vt pingo.is.pinxi. cingo.is.cinxi. ango.is. xi. rego.is.rexi.cuius cõpoſita in pñti mutãt.e.in.i.vt corrigo.is.correxi.dirigo.is.direxi.porrigo.is. porrexi:ꝙ etiã per ſyncopã porgo.is.porrexi facit:quẽadmodũ pergo.gis.perexi.pro perigo.is.diximꝰ quoq́ꝫ ſurrigo.is.ſurrexi,& per ſyncopã ſurgo.gis.ſurrexi. ¶ Deinde ponit exceptionẽ dicens: ꝙ tria verba huius terminationis mittunt preteritũ in.ſi. vt ſpargo ſpargis.ſi.cuius compoſita quãdoq́ꝫ mutant.a.in.e. quãdoq́ꝫ non mutãt,vt diſpargo.gis.parſi.vel diſpergo. gis. diſperſi. conſpargo.gis.conſparſi.vel cõſpergo.gis.pſi.reſpar. go.gis.reſparſi,vel reſpergo.gis.reſperſi. mergo.gis merſi.tergo.gis.terſi,quod etiã ſecundæ reperitur( vt ſupra diximus. vergo. gis. verſi,vel in xi.Diomed.

¶ Egi.mittit ago.ꝙ verbaq̃ tribus verſibus explicantur:mittunt preteritum in gi. ſed variis modis.nam ago facit in preterito.egi.cuius compoſita mutant in preſenti.a. in.i.vt redigo. igis.egi. adigo.gis.adegi. exigo.gis.exegi. cogo.gis.coegi.a littera diſpũcta ab ago.agis. & .n.quẽadmodũ in redigo redegi.d.littera interpoſita.Lego legis legi, cuius compoſita quedam mutant.e.in.i.vt colligo colligis collegi.ſeligo ſeligis ſelegi,quedam nihil mutant,vt relego.egis.relegi.perlego perlegis perlegi.Ex iis que mutant.e.in.i. quedam etiam mittunt preteritum in.exi.ſunt autem vt ſupra in principio huius capitis dictũ eſt tãtũ tria, intelligo.gis,intellexi.diligo.gis.exi,negligo.gis. neglexi,que & ipſa aliquando miſerunt preteritũ cum ſimplici.Frãgo.gis.fregi.cuius compoſita in preſenti mutãt.a.in.i.vt infringo infringis infregi. cõfringo.ingis.cõfregi.refringo.ingis.refregi. Pango pangis pegi. Pacuuius apud Priſcianum.in medio tonſillam pegi leto in littore. ab eo compoſita in preſenti mutant.a.in.i.vt compingo.gis.compegi.impingo impingis impegi. Lucanus in.v. fortune q̃ te noſtris impegit arenis.facit quoq́ꝫ ſecundum Cariſium pepigi & panxi.ſed autore Quintiliano pepigi, non eſt a pango pangis,ſed a pago pagis.ſcribit enim oratoriarum inſtitutio,libro primo.memoria repeto conuictos a me qui reprehenderant:quod hoc verbo pepegi vſus eſſem,nam id quidem dixiſſe ſummos autores confitebantur, rationem tamen negabant permittere,quia prima poſitio paciſcor cum haberet naturam patiendi, faceret tempore preterito pactus ſum. nos preter autoritatem oratorum atq́ꝫ hiſtoricorum analogia hoc quoq́ꝫ dictum tuebamur.Nam cũ in duodecim tabulis legeremus ni ita pagunt.inuiniebamus ſimile huic cadũt.inde prima poſitio etiam ſi vetuſtate exoleuerat, apparebat pago,vt cado,vnde non erat dubium ſic pepigi nos dicere,vt cecidi.Quid quod Cicero in.ii.ad Herennium.eo verbo eſt vſus:ꝙ Quintilianus exoleuiſſe dicit.rem inquit vbi pagunt oratione pagunt.Deinde dicit.quod hoc verbum pungo facit in preterito per regulam pſixi,a quo ſunt compoſita,diſpungo.gis.diſpunxi,expungo.gis.expunxi,compungo.gis.compunxi,facit etiam pungo pupugi, a quo eſt repungo.is.quod pro eo ꝙ eſt retaliare facit repupugi,facit preterea pungo pepugi,ꝙ Gell.lib.vii. noct,atti.Actii autoritate confirmat dicentis,in ædilitio,ſi pepugero:metuet.Tango quoq́ꝫ tetigi facit cuius compoſita mutant.a.in.i.tam in preſenti quã in preterito,vt contingo contingis contigi,attingo.gis.attigi. A clango.gis.Hiero. facit clangui.in.lib.numerorum cap.x.ſi ſemel (inquit) clangueris venient ad te principes.

¶ A veho dic vexi, duo reperiuntur verba in.ho.deſinentia,que mittunt preteritum in.xi.veho vehis vexi.traho.is.traxi. ¶ Lo.finita.lui,ꝙ huius coniugationis verba finita in.lo,mittunt preteritum in.lui.vt colo.is.colui.molo.is.molui.alo alis alui,volo vis volui,conſulo,is.conſului,occulo occulis occului. Tria verba geminant in preterito primam ſyllabam , ea ſunt fallo.is. fefelli.pello.is. pepuli. tollo.is,tetuli,quando preteritum non eſt in vſu:ſed compoſitum ab eo ꝙ eſt ſuſtollo ſuſtuli.Terentius referente Diomede,huc(inquit tetuliſſem pedem:& Catullus ad ortalum,ſi reditum tetuliſſetis,aut in tempore longo.Plautus in amphytri, me ſalutauiſti & ego te,& oſculum tetuli tibi. Percello.duplex habet preteritum perculſi & perculi,Terentius in andria, perculſit ilico animum.Verg.v.æneid. perculit & fulua moribundum extendit arena, & quemadmodum percello fecit perculi.ita [illegible] ex analogia excello excellis exculi debuit facere,nam excellui ab eo eſt preteritum quod excelleo excelles.Cicero in epiſtolis ad filium:quare effice & elabora vt excelleas. Sallo ſallis ſalli,Lucilius apud Priſcianum ſallere muſ renas mercem in frig[illegible]aria ferre.Reperitur etiam per quartam:vt apud Celſum libro ſecundo de medicina. Piſces (inquit) qui ſalem non patiuntur ſolidi vo ſaliuntur. Vello.is. velli vel vulſi. Verg. in bucco.cinthius aurem vellit & admonuit paſtorem.Lucanus in.iiii.paſtorum ſiccas de ceſpite vulſerat herbas.Pſallo pſallis pſalli,Baſſus calliope princeps ſapienti pſallerat ore.Plau.in amphy.ne ego homo infœlix fui,qui non interuelli alas. ¶ Mo.tibi mittit.vi.diuiſas , ꝙ verba finita in.mo,mittunt preteritũ in.ui.ſyllabas,vt vomo.is.mui,gemo.is.gemui,tremo.is.mui,fremo.is.fremui.Quattuor tñ verba que ſequuntur mittunt preteritum in.pſi,como.is.compſi,demo demis dempſi,ſumo.is.pſi,promo.is.pſi. Premo tamen facit in preterito preſſi,cuius compoſita in preſenti mutat.e.in.i.comprimo comprimis compreſſi,imprimo imprimis impreſſi,reprimo.is.repreſſi.Emo,is,facit in preterito emi, ſed ab eo cõpoſita mutant.e.in.i. preſenti,vt redimo.is.redemi. perimo.is.peremi,adimo.is.ademi,diremo diremis diremi,quod euphoniæ cauſa [illegible] medium accepit, quemadmodum redimo & adimo.d.litteram acceperant.Coemo coemis,non mutauit.e.in.i.

¶ Pono ponis poſui, quod in.no deſinentia reperiuntur pauca verba, quæ quia nō poſſunt ſub regula colligi, ſingularum præterita explicātur. Itaq; dicit q, pono.is.facit in præterito poſui ꝓ quo antiquiores poſui dixerūt. Plau.apud Priſc.in vidularia.vitulū ſequeſtrū poſiuimus, & Apul.in hermagora.cibacū quē iucundū eſſe vobis aīaduerterāt: eo appoſiuerūt. Gigno.is.genui qđ veteres geno.is.genui declinabāt. Varro in andabata, ſedqđ hec aliquid genūt. Lucre.in.iii.totū poſſe extra corpus durare:geniq; ꝓ gigni poſuit in infinitiuo. Cano.is.cecini cuius cōpoſita mutāt.a.in.i. mittuntq; præteritum in.ui.ſyllabas.vt concino.is.nui.præcino.is.ui. occino occinis,occinui.qđ Saluſt.in.i.hiſto. ita cōpoſuit,vt 4 in.i.non mutaret iuſſu(inquit) Metelli cornicines occanuere. Tēno.is.tēpſi, cuius cōpoſitū cōtemno.is.cōtempſi magis eſt in vſu. Sino.is.ſiui, Terē.in.adel. quia nō ſiuit egeſtas. Diomedes etiā ſini in præterito poſſe facere dicit autoritate Publijq; de vita ſua ſcribēs(inqt). q ſi me iuuitū abire ſiniſſet: melius tū vt ait dicimus ſiui,quēadmodū Varro in cōplexionū. iii.ad mortē nō ſiui me producēs. Plautus in ciſtellaria,nunq̄ ego hāc viduā cubare ſiui. Compoſitū quoq; ab eo deſino,is.deſiui.facit non deſini. Cerno.is.creui. Plau.in ciſtellaria cū ego te amaui mea antiphila:& mihi amicā eſſe creui:pro coq; eſt vidi. Sperno.is.ui.ſterno.is. ſtraui. Lino.is.triplex habet præteritū.lini.liui.leui.ſed lini vel liui raro ſunt in vſu,vt apud Varronem de re ruſt.cū obliuerit vaſa. Leui vero potius ab eo ſimplici naſcitur quod non eſt in vſu.leo.les,ui.a quo ſunt deleo.es. deleui,releo.es.eui.dicimuſq; quoq; a lino.is.relino.is.eui. vt apđ Terētiū in heautō relevi dolia omnia.ſimplex etiam protulit Hora.in.i.carminum,conditum leui datus in theatro cum tibi plauſus. ¶ In.po.pauca dabis, q,huius coniugationis verba in.po.deſinētia pauca ſunt mittentia præteritū in.pſi.vt carpo.is.carpſi.cuius cōpoſita mutāt.a.in.e.vt decerpo.is.decerpſi,cōcerpo.is.cerpſi,diſcerpo.is.dicerpſi.repo.is.repſi.ſerpo.is.ſerpſi.ſcalpo.is.ſcalpſi.a quo eſt cōpoſitū exculpo.is.exculpſi.clepo,is.quod raro inuenitur:clepſi fecit in præterito. Strepo.is.ſtrepui:atq; rumpo.is.rupi.alium in modum q̄ ſuperiora præteritū miſere. ¶ Dat verro verri in.ro.verba deſinētia cū non poſſint in vnā quādā regulā cōtrahi:eorū præterita ſingulatim explicauimus,nā vero ſecūdū Seruiū verſi:& ſcđm Cariſiū verri facit,qđ magis vſu probatur. Licinius, hiſce:vā reliquias auerrerunt, & Publius cellas(inquit) ſeruorū cum verri. Gero.is.geſſi.vro vris vſſi.s.duplex in præterito acceperunt. Curro.is.primā geminans ſyllabam cucurri fecit. Verg.ii.æn.gelidusq; per ima cucurrit oſſa tremor.ſeciſſe etiam cecurrit autor eſt, Gell.lib.vii.noctium attica,dicitq; Probum annotaſſe verba Aelii tuberonis ad Oppium ſcribentis ſi generalis ſpēs occecurrerit:pro eo quod eſt occurrit. Quæro quæris quæſiui:cuius compoſita mutant.æ.diphthongon in.i. longum.vt cōquiro.is.cōquiſiui.acquiro acquiris acquiſiui.requiro.ris.requiſiui. Tero.is.triui. Sero ſeris ſeui.antiquiores ſerui quoq; per.ui.diuiſas.dixeruntvt Ennius,quā ſtudio ſerui,ſed compoſita a ſero ſeris cum retinent ſimplicis ſignificationem:faciunt in.eui.vt conſero.is.ſeui.inſero.is.inſeui.aſſero is.aſſeui, Hora.i.ſermo.nunq̄ tibi vitiorum inſeuerit olim natura. Quod ſi mutant ſimplicis ſignificationē,in.ui.ſyllabas mittūt præteritū:vt conſero.is.ſerui inſero.is.inſerui aſſero aſſeris aſſerui. ¶ So.tibi dat.ſiui.q,verba huius coniugationis in ſo deſinentia mittunt præteritum in.ui.vt acceſſo.is.iui, laceſſo.is,ſiui.quæſo quæſis quæſiui,pro eo q, eſt rogo,a quo iam non extat aliud quā quæſo & quæſumus. Saluſt.in.i.hiſt. curionem(inquit) quæſiui vti adoleſcentior & populi ſuffragijs integer ætati concederet mamerti. In.ſi.tamen mittunt præteritū tria verba ſecundum Diomedem & Cariſium,viſo.is.viſi.capeſſo.is.capeſſi,faceſſo.is.faceſſi. Cicero in diuina, ne innocenti periculum faceſſeris frequentior tamen vſus habet vt verba huiuſmodi mittunt præteritum in.ui.vt Cicero apud Auguſtinum in.ii.lib.de ciuitate dei. Aeſchines(inquit) cum adoleſcens tragœdias actitaſſet.rempub.capeſſiuit. Saluſtius apud Priſcia.libro.ii.hiſto.diuerſas ſolet vti rebus perditis capeſſiuit. Idem in.iiii.legiones pridie in monte poſitas laceſſiuit, & Cicero.pro Roſcio acerſiuit(inquit) aliquem. Inceſſo inceſſis,apud autores varijs modis reperitur:ſed frequentius inceſſi. Seruius in illud.Verg.iiii.Georgicorum regibus inceſſit magno diſcordia motu:inceſſit exponit pro inuaſit. Saluſtius in cathilina.tanta cupido gloriæ inceſſerat, Gellius.lib.xiii.cap.ii.obiurgatiōe iuſta inceſſiuit. forte pro inceſſiuit legendum ſit inceſſiuit. Pinſo pinſis in præterito pinſui debere facere Probus autoritate Pomponij affirmat dicentis: neq; molis molui,neq; palatis pinſui. ¶ Xi.duo dant plecto, cum verba huius coniugationis deſinentia in.to.non poſſint ſub vna regula comprehendi: explicat ſingulorum præterita dicens, quod in.xi.mittunt præteritum hec duo verba plecto,plectis,plexi,flecto,flectis,flexi. Liuius andronicus apud Priſcianum in ſolito plexi munere. Vergilius.ii.Aeneidos:nec prius amiſſam reſpexi animumue reflexi. ¶ Duo quoq; mittunt præteritum in.xi.ſimul & in.xui.necto nectis nexi vel nexui, Saluſt.in.i.hiſto,nexui(inquit) æterne modo. Verg.v.æneid.& paribus palmas amborum innexuit armis. Proper.at tibi qui noſtro nexiſti retia lecto. Pecto pectis pexi,vel pexui. Mecæ in octaui pexui capillum naturæ muneribus gratum.facit quoq; Capro autore pectiui.a quo Colu.facit ſupinū pectitum,ſed penultima breui,vt ſuis locis dicemus. ¶ Mitto mittis miſi. Verto.is.verti:in.ui.ſyllabas duo mittūt præterita,ſterto,ſtertui, Perſi.poſtq̄ deſtertuit eſſe mæonides quintus. Meto.is.ſſui.quod in præterito.s.duplex accepit. Cato apud Priſc.in campo(inquit)tiburti,vbi ordeum demeſſuit.

Pono dat poſui;gigno genui;cecinicq;.
Dat cano; ſed per.ui.quæ componuntur ab illo.
Temno dat tempſi;ſino ſiui;cernoq; creui.
Et ſperno ſpreui;ſed ſterno mittit in aui.
De lino dic lini vel liui;dic quoq; leui.
In.po.pauca dabis mittentia præteritum in.pſi.
Sed ſtrepo dat ſtrepui de rumpo fit tibi rupi.
Dat verro verri vel verſi;dat gero geſſi.
Mittis ab vro vſſi.de curro mitte cucurri.
Quæro quæſiui.tero triui.dat ſero ſeui.
Cuius compoſitum per.ui.mittatur &.ſerui.
So.tibi dat ſiui:tria dant ſi:viſo capeſſo.
Atq; faceſſo:ſed de pinſo pinſuit exit.
Xi.duo dant plecto cum flecto.Sed duo dant.xi.
Siue.xui necto cum pecto;quod dat & xiui.
Dat mitto miſi.de verto ponito verti.
Stertuit a ſterto.meto meſſui.atq; petiui.

A peto.ſed ſiſto ſtiti mittit:ſteteratq́.
Nexo præteritum per.ui.dat.texoq́ iunges.

¶ De præteritis quartæ coniugationis.

QVartę pteritum prope ſemper mittit in.iui.
In.xi.prætereunt duo,ſancio,vincio tãtum.
Dat ſalio ſalui.micui facit ex amicire.
Sepio dat ſepſi.ſed ab haurio mittitur hauſi.
Quorum præterita plærumq́ reponis in.iui.
Fulcio;ſarcio;farcio;raucio;ſentio dant;ſi.
Et venio veni;Sed quæ pario tibi format:
Præteritum per.ui.diuiſas mittere debent:
Comperio.dat.eri.cui iungitur & reperire;

¶ De ſupinis verborum. Cap.v.

PRæteritis in.bi.tum.iuncta pone ſupinum.
In.ci.finitis.ctum.debes ponere ſemper.
Dat parſi parſum.per.itum.ſed mitte peperci.
Ex.di.præteritis in.ſum.tranſmitte ſupina;
Dum deo præſentis.dio.vel.do.in.ſum.varietur.
S.geminat ſedeo ſeſſum.fodio quoq́ foſſum.

¶ peto.is.iui.ſed ſiſto ſtiti mittit.hoc verbũ ſiſto.is.aut actiuũ eſt:facitq́ in præterito ſtiti.aut abſolutũ neutrũ:facitq́ ſteti. quemadmodũ & ſto.ſtas.cui ſimile eſt genere & ſignificatione.ab hoc cõpoſita mittunt preteritũ.e. mutata in.i.abſiſto.is.ſti.i.reſiſto.is.ſtiti.cõſiſto.is.ſtiti.quẽadmodũ & cõpoſita.a ſto.ſtas.vt obſto.as.ſtiti.reſto.as.ſti.i.conſto.as.ſtiti.inſto.as.ſtiti. Quo piaculo mihi ſatiſfacere poſſunt,qui pro eo quod ego ſcripſi.ſiſto.ſtiti. pro ſtiti ſtatui ſupoſuerunt; forte illa ratione ducti quod legerant apud Priſc.ſiſto quãdo actiuã habet ſignificationem in preterito deficere,itaq́ vt verbi defectũ reſarcirent,a ſtatuo is.preteritum ſtatui mutati ſunt,itaq́ mihi accidi tale quidam hoc in loco: quale narratur a Gellio accidiſſe.M.Catoni cũ peruerſis quibuſdã ſuorũ operũ emẽdatoribus.Nam ego ſtiti hoc in loco ſcripſerim id quod in archetypis cõmentarijs meis adhuc mõſtrare poſſum:audaculi iſti emẽdatores pro ſtiti ſtatui poſuerũt.verba Gellius.ex.li.ij.noctiũ atti.huiuſmodi ſunt in.li.veteri.M.Catonis q inſcribitur cõtra Tiberiũ exulẽ inſcriptũ quidem ſic erat, quod ſi vadimoniũ capite obuoluto ſtitiſſes:& recte(inquit ille)ſtitiſſes ſcripſit:ſed falſi emẽdatores,e ſcripto per libros ſtitiſſes fecerunt:tanq̃ ſtitiſſes vanũ & nihili verbũ eſſet.cũ potius ipſi neq́ & nihili ſint,qui ignorãt ſtitiſſes dictũ a Catone,quoniã ſiſteretur vadimoniũ nõ ſtaretur.¶ Nexo preteritũq́ duo verba reperiũtur finita i.xo.mittẽtia preteritũ in.ui.diuiſas. nexo.is.ui.& texo.is.texui.

DE preteritis quarte cõiugationis.Quod verba quarte cõiugatiõis mittũt preteritũ in.ui.ſecũde pſone preſentis indicatiui modi.s.finali mutata in.ui.vt audio.is.iui.munio.is.iui.inſanio.is.inſaniui.ſcio.cis.ſciui.nutrio.is.iui.Deinde dicit,q tãtũ verba mittunt preteritum in.xi.ſancio.cis.xi.Hora.ij.epiſtola:tabulas peccare vetantes:quas biſquinq́ viri ſanxerunt.Vincio.is.vinxi.p eo quod eſt vinculo aſtringere.Duo quoq́ dicit reperiri verba huius cõiugationis mittentia preteritũ in.ui.ſyllabas.ſalio.is.lui.Ouid.i.faſtorũ.per flãmas ſaluiſſe pecus ſaluiſſe colonos,cuius cõpoſita mutãt.a.in.i. vt inſilio.is.lui.deſilio.is.ſilui.pſilio.is.lui.Luca.in.iiij.inſilui ſolo nociturus põdere.Verg.v.æñ. haud mora proſiluere oẽs. Idem in.x.portis regina ſub ipſis deſiluit.Amicio.is. Diome.autore amicui quoq́ facit.vt Brutus in laudatione Appij claudij.toga(inquit)pretexta amicitur:apd Actiũ quoq́ lectũ eſt ab amicio.is.xi.in preterito¶ Sepio.is.pſi.haurio.is.ſi.Verg.i. æñ.at venus obſcuro gradientes aere ſepſit.Idem in.iiij.& vocẽ his auribus hauſi,ſed hec oia verba ex proportione verborum quarte cõiugationis mittunt aliquãdo preteritum in.iui.vt ſancio.is.iui.vincio.is.iui.ſalio.is.iui.amicio.is.iui.Pompo. ſecundus.ſanciterat ius vtile ciuitati,pro ſanciuerat.Papi.ix.thebai.excuſſi ſalierunt cuſpide dentes.pro ſaliuerunt.Verg.iij. geor.mollibus in pratis vnctos ſalicre per vtres pro ſaliuere.Varro ad Cice.cũ idem quoq́ haurierit pro hauriuerit dixit. Eſa.cap.v.Hiero interprete.ſepiuit eã & lapides exegit.¶ Deinde dicit,q quinq́ verba que vno verſu cõplectũtur.mittunt preterita in.ſi.ea ſunt fulcio.is.fulſi.Oui.in epiſtola Deianire,hercule ſuppoſito ſydera fulſit Atlas.Phocas tamen hoc verbum in.xi.dixit exire fulxi.Sarcio.cis.ſarſi.farcio.cis.farſi.cuius cõpoſita mutant.a.in.e.vt refercio.cis.referſi.differcio. cis. differſi.Cice.ij.thuſculanarũ.cuius verbis etiam omnia referſerunt. Raucio raucis rauſi. Cice.j.de oratore, eſopum etiam ſi paulo irrauſerit:explodi.Sentio.tis.ſenſi.¶ Venio.nis.preter morem verborum quarte coniugationis fecit preteritũ veni. Deinde dicit,q a perio peris,compoſita mittunt preteritum in.ui.ſyllabas,vt aperio.eris.rui.operio.is.operui. cooperio, is. cooperui.¶ Duo tamen a perio compoſita miſerunt preterita in.eri.comperio.is.eri.reperio.is.eri.

DE ſupinis verborum cap.v. Tota coniugationis difficultas verſatur in cognoſcenda prima verbi poſitione.Deinde preteritorum demũ ſupino,ſed quia ſupina ex preteritis plerũq́ naſcũtur:viſum eſt ex preteritorũ varia terminatione ſupina omniũ ſimul coniugationũ elicere ſeruato literarũ ordine.Dicit igitur in primis,q verba que fecerunt preteritum in.[illegible] mittunt ſupina in.itum. ſuper.i.finalem preteriti addita tum.vt bibo. bis.bi.bitum. glubo. bis.bi.bitum. Lambo.bi.& ſcabo [illegible] ſupinis carent.¶ In.ci.finitis,q verba que fecerunt preterita in.ci.mittunt ſupina in.ctum.ſunt autem duo precipue.facio.cis.feci.factum.iacio.cis.ieci.iactum.quorum cõpoſita in ſupinis mutant.a.in.e.ſi.in prima poſitione mutauerũt.a.in.i.vt perficio.cis.perfeci perfectum.inficio cis.infeci.ctum.reficio.cis.refeci refectũ,Ico.icis.horũ rationem ſequens,quia fecit in preterito.ici.in ſupino quoq́ ictũ,fecit.At vero parco.cis.quia duplex habet preteritũ parſi & peperci,a parſi facit pſum.a peperci pepcitũ. Pli.lib.xxxiij.natu.hiſto.Italie pepcitũ eſt veteri interdicto patrũ.Hiero.quoq́ ad heliodorum non ĩ patri parciturũ eſſe nõ matri.¶ Ex.di.preteritis.q verba que fecerũt preterita in.di.mittũt ſupina in ſum.ita tamen q verba ſecũde cõiugationis terminata in.deo,& tertie in.dio.vel in do.mittunt ſupina deo vel.dio.vel.do. mutãs in.ſum,vt tondeo tonſum,fodio foſſum,ſed hoc.s.geminat:vt ſtatim dicemus. Scando ſcanſum.edo.ſum, & cedo caſum.¶ Deinde dicit,q quinq́ verba hic poſita habent duplex.s.in ſupinis ea ſunt, ſedeo ſeſſum.fodio foſſum, ſcindo ſciſſum.findo.ſſum.pando.ſſum.quorum tria poſteriora amittunt.n.in ſupinis quemadmodũ & duo que addit,ſundo ſum.

& tūdo tūſum,qđ euphoniæ cauſa Ser.atq; Priſc.dicūt eſſe factū.Sed in cōpoſitione huius verbi tūdo.n.ſemp extexitur,vt cōtūdo,ſum.retūdo.ſum.ptūdo.ſum.in ſimplicitate potius retinetur,vt apđ Verg.ij.æn.ſuppliciter triſtes & tūſæ pectora palmis. Tēdo.is.duplex hēt ſupinū tenſum & tentū. Luca.in.i. & varias ignis tenſo dedit aere formas. Idem in.ij.tēſiſq; rudētibus acte. Verg.in priape,tētaq; ad exēplū ſit ſua turba dei. In cōpoſitis quoq; vtrūq; reperitur,vt oſtēdo.is.entū.vel ſum.prætendo.entū.vel pretēſum.intēdo.tum.vel.ſum.extēdo.tum.vel.ſum. Edo.is.duplex habet etiā ſupinū eſtū & eſum,qđ magis in cōpoſitis apparet,vt comedo comeſtū vel comeſum. Cice.p cluētio.potius comeſtum q̄ epotū in venas atq; oēs ptes corporis pmaneret.& Saluſt. referēte Diome. comeſta (inquit) patrimonio. Iuue. & cito rapturus de nobilitate comeſa qđ ſupeſt.alia potius in eſum quā in eſtū mittūt,vt ambedo.ſus.adedo.ſus.exedo.ſus. Verg. in.iiij.æn. Ambeſas ſubigat malis cōſumere mēſas. Idē in.ix. & poſtibus hæſit adeſis. Idē.i.georg.nigris exeſa chelydris. ¶ A do pone datū,q. hoc verbū do das dedi facit in ſupino datū & ab illo cōpoſita ſi ſunt primæ cōiugatiōis habēt etiā ſimplicis rōnem,vt circūdo.das.dedi.datū. Sin vero ſunt tertiæ mittunt ſupina in.itum. vt trado.dis.didi.ditū.vēdo.is.didi.ditū.credo.dis.didi.creditū.abſcōdo.dis.di.vel abſcōdidi.ſum.vl abſcōditū. ſed quēadmodū Diome.ait melius dicimus abſcōditū. Pedo.is.pepedi.aut caret ſupinis,aut peditum facit. Catullus,ſubtile ac leue peditum libonis eſt. ¶ Actū mittit ago.in.gi.reperiuntur tātum ſex verba facientia preteritum quorū ſupina ſingulatim explicat,ea ſunt ago.gis.egi.actū.tango.gis.tetigi.tactū.pango.gis.pegi,vel potius,pango.gis.pepigi pactū,frango.gis.fregi fractū q̄ duo in ſupinis euphoniæ cauſa.n.litterā extriuerunt:ſed ab eis cōpoſita etiā ſi in præſenti mutant.a.in.i.in ſupinis illud.a.retinent.vt ago.is.egi.actum,redigo.gis.redegi redactū,adigo.is.adegi,adactum,tango.gis.tetigi.tactū.cōtingo.gis.cōtigi.tactum,attingo.gis attigi attactū.frango.is.gi.ctum.infringo.gis.egi.infractum,perfringo.gis.gi perfractū.pango.gis.pepigi.impingo.is.gi.impactum.fugio quoq;.q.in præterito fecit fugi,in ſupinis fecit fugitum. Lego.is.gi.fecit lectum.compoſita vero ab illo quæ mutant.e.in.i. retinent illud.e. vt colligo.gis.collegi,collectum,ſeligo.gis.egi.ſelectum,pungo.gis.pupugi punctum,tam ab eo quod eſt pepugi,q̄ ab eo quod punxi. ¶ Dat fallo,falſum,in.li.præteritum mittentia hæc fere reperiūtur mittentia ſupinū in ſum,fallo.lis.fefelli falſum.ſallo.is.pro eo quod eſt ſalem infundere alicui rei,tertiæ cōiugationis fecit in præterito ſali,atq; inde mittit in ſupino ſalſum.hinc Munius dixit,iſthæc ſum multo ſale ſalſurus,& dicimus homines ſalſos & inſulſos reperitur etiā quartæ coniugatiōis: & tunc facit in præterito ſaliui:& in ſupino ſalitum qđ frequentius reperitur q̄ ſalſum. Liuius andro,ſaliturus iſthæc (inquit) mittā ſalē,Cornel.ſeuerus,ad quem ſaliti pomiliones afferebātur. Idem alio loco,diſtractos atq; ſalitos. Saluſt.apud Diome.in.iiij.hiſto.reliqua (inquit) cadauera ſalita. Itaq; cū tertiæ coniugationis eſt primā producit poſitione.l.duplicis,vt facile apparet ex Lucilij poetæ verſu illo. Sallere murenas mercem in frigidaria ferre. Itaq; ea ratione.l.accepit duplex qua religio & relliquiæ. Cum vero eſt quartæ quia nuſq̄ in carmine reperitur per.l.ſimplex ſcribi debet ſalio.is. Diome.putat ſalitus a ſallo non a ſalio deduci:ſcribit enim his verbis.veteres ambiguitatē appellationis vitantes & analogiā ſalitus ſum dixerunt a ſallo.is.non a ſalio,nos tn̄ cum apud Cel.lib.ij.de medicina legerimus.piſces qui ſalē nō patiuntur ſoldi vel ſaliuntur: & apud Lucā,Hiero.interprete,q.ſi ſal euanuerit:in quo ſalietur:vtrāq; verbi poſitionē in vtraq; cōiugatiōe poſuim9. reperitur etiā ſalleo,es.ſcđæ cōiugationis apud Fabia,referente Diome.cū caro ſallet,diuturnus eſt (inqt.) Vello vellis,duplex habet præteritū velli vulſi:ſed ab vtroq; miſit ſupinū vulſum,pro quo antiquiores dicebāt vulſum. Mart. ſed mens eſt pānicho volſa tibi. Pello.is.pepuli pulſum. Tollo.is.quod apud antiquiores.vt diximus fecit tetuli in ſupino debuit facere latum,ſed cū in vſu,non ſit quemadmodū loco tetuli poſuimus ſuſtuli:ita pro eo quod eſſe debuit latū,ſuffecimus ſublatū. Percello.is.duplex habet præteritum perculi & perculſi:ſed ab vtroq; miſit ſupinum perculſum,vt apud Verg. quarū ſacra fero ingenti perculſus amore. Excello.is.culi.celſum.nā cum ſcđæ cōiugationis eſt excelleo:vix habere poteſt ſupinū ex proportionis ratione. A pſallo.is.lli.ſuppina non reperiuntur ideo eius nō meminit hoc in loco. ¶ Emptum mittit emo,q.vnum modo verbum reperitur,q. facit præteritū in mi.emo.is.emi.facitq; in ſupino emptum cuius cōpoſita [illegible]inent.e.præteriti in ſupinis,vt redimo.emi.redemptum,adimo.emi.ademptum. In.ni.duo tantum reperiuntur feciſſe præteritum venio.is.ni.q. fecit ventum:& cano.is.cecini.quod fecit cantū. Hiero.tamen in apoca.cap.viij.canituri dixit. ¶ Et rumpo ruptū,in.pi.tria verba mittunt præterita rumpo.is.pi.qđ facit ruptū.capio.is.cæpi.q. facit captum.cœpio.pis.pi.a quo tantum eſt in vſu præteritū cœpi & tēpora quæ formantur ab eo,facitq; in ſupino cœptū. ¶ Dat linquo.q. hoc verbū linquo cū ſuis cōpoſitis mittūt ſupina in.ctū.vt linquo lictū,q. nō eſt in vſu,ſed in cōpoſitis reptur,vt delinquo delictū,relinquo relictū. ¶ De curro curſum.q. tria verba quæ hic ponūtur mittētia præteritū in.ri.mittūt ſupina variū in modūm curro.is.cucurri facit curſum,verro.is.ri.facit verritū vel verſum:ſed ab eo.q. eſt verſi videtur eſſe verſum:ab eo q. eſt verri.ritū. Verg.i.æn.verſa pulvis inſcribitur haſta,q. participiū vt & Seruio,ibidem non a verto.is.ſed a verro.is.deducitur quemadmodum & Plau.dixit tu vētum oīa verſa. Apul.in apologia p magia ab eo q. eſt cōuerro,is.cōuerri.ritū,dixit cōuerritorem tumidæ gingiuulæ.

Scindoq; ſciſſum,findoq; fiſſum,pandoq; paſſū.
N.tamen amittunt cum fundo tundoq; tuſum;
Dat tamen & tunſum,de tendo dicito tenſum:
Vel tētum,ſed edo dabit eſtum;mittit & eſum.
Ado pone datum. Sed quæ componis ab illo;
Si non ſunt primæ.per.itum.miſere ſupinum.
Actum mittit ago;cum pango;tangoq;frango.
Dat fugitum fugio,lego lectum.pungo punctū
Dat fallo falſum,ſallo ſalſum.atq; ſalitum.
Vello vulſum,pello pulſum,tolloq; latum.
Percello culſum dabit;excello quoq; celſum.
Emptum mittit emo.Venio vētum,cano cantum.
Et rumpo ruptum;capio cum cœpio dant.ptum.
Dat linquo lictum;cui iunges cōpoſitiua.
De curro curſum,de varro ponito verſum.

Dat pario paritum vel partum. Compoſitumq;
Quod venit a pario; ſemper mittatur in. ertum.
In ſi. præteritum plærumq; reponitur in. ſum.
S. geminat miſſum de mitto; cædoq; ceſſum.
Et cudo cuſſum; iubeo iuſſum; premo preſſum.
Indulſi indultum; dat & indulſum; gero geſtum.
Tortum vel torſum dat torqueo. at vro vſtum.
Sartio ſartum, fartio fartum, fulcio fultum.
Hauſtũ vel hauſum dedit haurio. Cãbio cãpſum
Quod ſi preteritum dat. pſi. ptum. pone ſupino.
Statum ſiue ſtatum dat. ſto. cum ſiſto. ſed illud.
Quod. ſto. cõponit. dat. itũ. quandoq; dat. atum.
Quæ tibi dat ſiſto per. itum, miſere ſupina.
Vertoq; dat verſum. De. xi. ctum. mitte ſupina.
N. tamen amittunt hæc pingo, ſtringoq; fingo.
Ringoq; cum meio. ſunt q dicant quoq; mingo.
Necto. fluo, figo, cum pecto, flectoq; dat. xum.
Mittit. itum, quod. ui. diuiſas præteritum dat.

Pario. is. q ex deriuatis ab eo poſſumus intelligere, duplex habet ſupinũ partũ & paritũ. nã a partũ diximus partus. a. um. partus. us. parturio. is. ab eo q eſt paritum. Papi. x. theb. dixit atq; hoſti veniat paritura marito. Cõpoſita vero a pario quæ omnia vt diximus quartæ ſunt cõiugatiõis ſiue mittãt preteritũ in. ri. ſiue in. rui. ſemp mittũt ſupina in ertũ, vt cõperio. is. cõperi, cõpertũ. reperio. is. eri. repertũ, aperio. is. aperui, apertũ. operio. is. erui. opertum. ¶ In. ſi. preteritũ, q. verba facientia preteritum in. ſi. mittunt ſupina in. ſum. vt mulceo mulces mulſi mulſum. Cicero apud Priſcia. permulſa atq; recreata: & Varro apud eũdem cap. pmulſo dixit Saluſt. in. iij. hiſt. poſtera (inquit) die liberalib9 verbis permulſi ſunt. Lado. is. ſi. ſum. ledo. is. ſi. ſum. ſentio. is. ſi. ſum. raucio. cis. rauſi. ſum. Luci. rauſuro tragicus, q carmina perdit. Oreſte. quiq; tñ verba q̃ hic ponũtur geminãt. s. in ſupinis. ea ſunt mitto. tis. ſi. ſſum. cedo. is. ſi. ſſum. cudo. is. cudi, vel cuſſi ſſum. ab vtroq; preterito facit in ſupino cuſſum. iubeo. es. iuſſi. ſſum. premo. is. ſſi. ſum. indulgeo. indulges. ulſi. ex pportione facit indulſum, ſed & indultus dixit Marcel. tanq̃ licẽtia (inquit) crudelitati indulta. gero. is. eſſi. eſtũ. torq̃o. es. torſi tortũ vel torſum. vro. is. vſſi, vſtũ. ſartio. is. ſarſi ſartũ. vnde ſartores & ſarta tecta dicuntur. fartio. is. farſi, fartũ, a quo fartus farta. um. & fartores dicti. fulcio. is. fulſi. tũ. Iuue. nos vrbẽ colim9 tenui tibijcine fultã. haurio. is. ſi. vel haurii hauſtũ, vel hauſum vel hauritũ. Verg. iiij. eñ. q bella exhauſta canebat. Idẽ in eodẽ ſupplicia hauſurũ ſcopulis & noĩe Dido ſæpe vocaturũ. Apul. ij. meta. lagena (inquit) facilis hauritu. Idem in. iij. Haurito pluſculo vncto corporis mei mẽbris perfricui. & in. ij. rorẽ rigentem hauritũ iſta cõfeſtim deferto vrnula. Cãbio. is. nunq̃ niſi in Apuleio pro magia legi. opes (inqt) tuas cũ vicinis cãbias, eius preteritũ referẽte Priſc. Cariſius protulit cãpſi, qd' ideo nõ poſuimus: quia nuſquã inuenimus. Itaq; ſupinũ hoc in loco extra ordinẽ poſuimus, quoniã ab eo deriuatur frequentatiuũ cãpſo. ſas. quo Ennius vſus eſt, leucatam (inquit) cãpſant, & iuniores ab eo fecerũt cãpſor cãpſoris. ¶ Quod ſi preteritũ verbi illa quæ fecerũt præteritum in. pſi. mittũt ſupina in. ptũ. vt nubo. bis. nupſi nuptũ como. is. cõpſi. cõptũ. ſorbeo. es. pſi. ptum, nã ab eo qd' eſt ſorbui, itum. fit vnde eſt ſorbito & ſorbitiuncula. Perſius, ſorbitio tollit quẽ dira cicutæ. ¶ Statum ſiue ſtatum. in. ti. tria tantũ verba mittũt preteritũ. ſto ſteti, ſiſto ſteti vel ſtiti. verto verti, quod ſine cõtrouerſia facit in ſupino verſum quemadmodũ & verro. is. verri. Sed. ſto, ſteti facit ſtatum prima indifferenti, qd' ſignificatur cũ dicit ſtatum ſiue ſtatũ dat. ſto. nã in priori. ſta. producitur, in poſteriori. ſta. breuiatur in ſimplicitate tñ ſemper ſtatus, ta. tum. breuiatur ſtaturus pducitur. In cõpoſitione ſt. a. mutatur in. i. breuiatur, vt preſto preſtitũ, inſto inſtitũ. ſi manet integra producitur, vt preſto. as. ſtatum, inſto. as. atum. Sed de his libro. v. diſſeremus. ¶ Nũc vero tantũ dicamus qd' a. ſto. ſtas cõpoſita mittunt ſupina in. itum. vel. atum. vt cõſto. as. itũ. vel atum. aſto. as. itum. vel. atũ, preſto. as. preſtitũ vel preſtatũ, a quo freqũter in libris digeſtorũ legimus preſtatio. ¶ Siſto. is. cum abſolutũ eſt eandem rationẽ ſequitur in ſupino quã. ſto. ſtas. cũ quo verbo preteritũ & ſupinũ habet cõmũe, vt ſiſto. is. ſteti ſtatũ, ſed cõpoſita ſemper exeunt in. itum. vt circunſiſto. is. ſtiti circunſtitum. aſiſto. ſtis. aſtiti aſtitum. Siſto. is. ſtiti. cum actiuũ eſt, ego nõ abnuerim habere ſupinũ in. atum, ſed prima producta, a quo eſt ſtator pro eo qui ſiſtit aliquem coram pretore vel alio magiſtratu. vnde Iuppiter ſtator qui ſtitit. i. ſtare fecit Romanos fugiẽtes. Ouid. vi. faſtorum tempus idem ſtatoris erat, ſed de his ſuo loco diſputabitur. ¶ Verto dat verſum, & ab vltimo ſupino fit verſus. a. ũ. Verg. verſaq; cũ terga fatigamus haſta. De. xi. ctũ. mitte ſupinis, q. verba q̃ fecerũt preterita in. xi. mittũt ſupina in. ctũ, vt lugeo. es. xi. ctũ. vincio vicis. xi. ctũ. dico. is. xi. ictũ, ſancio. is. xi. ctũ, nã ab eo qd' eſt ſanciui. citũ. diximus. Lucr. qd' porro nequeas ſancitũ quãdoquidẽ extat. Quinq; tñ verba quæ hic ponũtur, amittũt, n. in ſupinis, ea ſunt pingo, gis. xi. ctũ, ſtringo. gis. xi. ctum. fingo. gis. xi. fictum. rin[illegible] is. xi. rictum quod etiã ringor. eris. declinatur. meio. is. minxi. ctum. qd' nonnulli mingo. gis. declinauerũt, ſed quemadmodũ ſupra dixi: ego nuſquã legi. Deinde dicit, quod altera quinq; verba quæ fecerũt preterita in. xi. mittunt ſupina in. xum. ea ſun[illegible] ecto. ctis, nexi. vel nexui. xum. ſiue enim ſit a necto. ctis. xi, vel nexui: ſiue a nexo. xas. vel nexo, nexis. nexui. ſemp facit in ſupino nexũ. Fluo. is. xi. xum. vnde fluxas veſtes & fluxa corpora. dicimus: & fluxus aquarũ. Antiquiores quoq; autore Priſc. fluctum a fluo. is. dixerunt, vnde eſt adhuc fluctus. us. & murena flucta. Figo. gis. fixi. xum. quanq̃ Scaurus apud diome. ſagitta confictus dixerit. Pecto. ctis. xum. nã a pectiui pectitũ facit, a pexui aut a. xum. Flecto. ctis. xi. flexũ. Plexi quoq; ab eo qd' eſt plecto. is. quod ſunus pene obliti plexum in ſupino facit. Catullus, hos in ſictis plexos tulit ipſe corollis: ſi eſt ab amplector, amplexus, a cõplector. xus. ¶ Mittit. itum. quod verba facientia preteritum in. ui. ſyllabas mittunt ſupina in. itum. penultima breui. vt domo. as. ui, itum quanq̃ ab eo quod eſt domatum. Tibull. libro. iiij. dicit te dulce non alias conuerſus terga domator, & domitio nomen participiale. Valla formauit, ſono ſonas ſonui: & ſi ab eo qd' eſt ſonatu, Hora. dixit, magna ſonaturũ dies nominis huius honorem, ſicut a tono. as. atum. Idem in epoda dixit. Si quos male intonata fluctibus hyems ad hoc vertit mare, gene. ẽ. ij. natu. quaſi illa vt ſi dicam comminatio, & tonatio ſine ictu.

¶ Neco tamē cū duplex habeat preteritū necui & necaui, ab eo qđ eſt necui facit nectū, ab eo, qđ necaui, atū. Sed inter necatus & nectus nō eſt illa differētia quā putauit Priſ. vt necatus ſit ferro. nectus vero alia vi peremptus, ſed potius necatus eſt oīno extinctus. vt Cice. veneno necatus dixit, & Quint. fame necatus. nectus vero quaſi exatiatus & mortuo ſitis. Cice. ij. thuſ. nectus ſit Tātalus. & Hora. in epſis. bos eſt enectus arando. Frico. as. cui. catū. Iuue. ſi prurit friat⁹ ocelli angulus. ab eo tū qđ eſt fricatū. Pli. li. viij. dixit, pātheras per carnes fricatas aconito venātur barbari. Cel. li. vi. ante oleo pfricatus, & Macer. vrticæ folijs reuocatur vulua fricata. Seco. as. cui. ctū. Verg. i. geor. via ſecta p ambas. Apul. i. met. a ſecu⁹ dixit impetu teli præſecata gula. Cēſeo. es. ſui. ſum. qđ ſcđm analogiā facit cēſitū. miſceo. es. cui. mixtū. p. x. qđ etiā in marmorib⁹ antiquis p. s. miſtū legimus. Torreo. res. rui. toſtū. Doceo. ces. cui. ctū. Teneo. nes. nui. tū. Pateo. es. tui. ſſum. qđ etiā a pādo. is. & patior. eris. ſupinū eſt cōe. Ver. i. eñ. Crinib⁹ iliades paſſis plærūq; ferebāt, qđ a pādo vel pateo eſſe poteſt. Careo. res. rui. ritū. vel caſſum. Sed a caritu format participiū futuri in. rus. cariturus. Iuue. cariturus turture magno mulorūq; iubis. a caſſu formatur pticipiū præteriti caſſus. Vir. ij. eñ. nūc caſſū lumine lugēt. ¶ Si pñs dat. uo. diſiūctas, qđ verba tertiæ cōiugationis deſinētia in. uo. vocales mittūt ſupina in. utū. vt nuo. is. nui. nutū. ſuo. is. ſui. ſutū. acuo. is. cui. acutū. arguo. is. ui. utū. Plau. in pſeud. Argut⁹ inqt malorū facinorū. Salu. tñ apđ Priſ. in. ij. hiſt. arguitur⁹ qſi ab arguitu dixit, multi (inqt) ex bithynia volētes occurrere falſū filiū arguituri. Ruo. is. rui. ſemp facit ruitū in ſupino. Luca. in. iiij. ruiturᾳ; ſemp ſtat moles. ab illo verbo cōpoſita oīa exeūt ī. utū. vt obruo. is. ui. utū. diruo. is. ui. utū. eruo. is. erui. utū. rapio. is. pui. facit. ptū. meto. is. ſſui. p. s. duplex facit ſupīnum meſſum Conſulo. is. lui. ultum. Colo. is. lui. ultum.

¶ Sed necui nectum; fricui frictum, ſeco ſectum.
Cenſeo cenſum; miſceo mixtum, torreo toſtum,
Et doceo doctum, teneo tentum, pateoq;
Dat paſſum, careo cariturus; dat quoq; caſſus.
Si preſens dat. uo. diſiunctas exit in. utum.
Sed ruitum ſemper. ruo, dat. Quę ducis ab illo
Dant tibi ſemp. utū. rapio raptū. meto meſſum,
Conſulo conſultū. colo cultū, excelloq; celſum.
Deq; alo dic alitū. dat & altū. Aſt occulo. cultū.
Pinſo piſtus. texo textus. nexoq; nexus.
Petoq; dat pexus. & pectitus. Et tamen; entum.
Qđ cano cōponit. Pario & ſero mittit in ertū.
Amicui dat. ctum. dat amixi. dat amiciui.
In. ui. præterito. ui. ſemper vertitur in. tum.
Poto dat potum; lauo lotum, & vtrūq; dat atū.
Et caueo cautum, faueo fautum, ſed adultum
Mittitur ex adolet; de paſco mittito paſtum;
Dat gnitus agnoſco; conoſcoq;, dat ſero ſatū.
Inſitum inſeui, conſeui conſitus. atqui
Dat. utum. ſoluo cum voluo, veneo venum.
Et ſalio ſaltum; mittit ſepelire ſepultum.

Excello. lis. lui. ſiue excului, excelſum. alo. is. alui. alitum facit p regulā aliquando, ſed frequētius altus repitur. Saluſtius in Iugur. cēm (inqt) ætatē arpini altus. repitur etiā altor & altrix ab altu formata. Verg. iij. eñ. & terrā altricē diri execramur Vlyſſi. Occulo. lis. cului. cultū. Pinſo. is. ſui. piſtū. a quo eſt piſtor. oris. Texo. is. xui. textū. Nexo. xis. xui. xū. Pecto. is. pexi. vel pexui. xum. nā ab eo qđ eſt pectiui. ictitū exit. Colume. lib. xij. preparatæ ſint & pectitæ lanæ. Idem etiā de cura hortorum. verum vbi iam puro diſcrimine pectita tellus. ſed quia penultimam breuiauit, poteſt videri ductum ab eo quod eſt pecto. is. ctui. qđ nullus vnquā poſuit. Compoſita vero a cano. is. mittunt ſupina in. entum. vt occino. nis. nui. entum. concino. is. nui. entum. accino. is. nui. entum. ¶ A pario. is. compoſita tam illa quæ fecerunt in. ri. præteritum de quibus paulo ante diximus, quā illa quæ in. rui. de quibus nunc agimus. mittunt ſupina in. ertum. vt aperio. is. rui. apertum. operio. is. rui. opertum. A ſero. ris. quoq; compoſitaque mutāt ſignificationem quæq; diximus facere præteritū in. ui. ſyllabas, mittunt ſupina in. ertū. vt diſſero. ris. rui. diſſertū. aſſero. ris. rui. aſſertū. cōſero. ris. conſerui. ertum. Deinde ſubiungit. q. hoc verbum Amicio. icis. amicui. vel amixi, vel amiciui, ſemper facit in ſupino amictū. ¶ In. ui. præterito. ui. ſemper vertitur in. tū. q. verba facientia præteritū in. ui. ſyllabā, mittunt ſupina. ui. mutata in. tum. vt amo. as. aui. atum. moueo. es. ui. tū. cupio. is. iui. itum. audio. dis. iui. itū. excipiūtur vero pauca verba mittētia ſupinū aliter. ea ſunt poto. tas. taui. qđ facit potum. Verg. in buco. hoc ipſi potū venient p prata iuuēci. & ibidē: & potū paſtas age Tityre & inter agendū. Luca. in. v. poturæ te nile grues. Terē. tamē proportionē ſecutus dixit in phormione. nam apud me potaturus eſt. Lauo. as. laui lotū, vel lautum, propter affinitatem, quæ eſt inter. au. & . o. vel lauatū. Terēt. in eunucho. abeūt lauatū. Ouid. iiij. faſto. ſacra lauaturas mane petebat aquas. Hora. aſt vbi me feſſum ſol acrior ire lauatū admonuit. qđ nimis licenter dici putatur. Caueo. es. caui. autum. Faueo. es. faui. fautum. ab illo eſt cautus & cautio. ab hoc fautor, quamquā Plau. in Amphytrione. regulam ſecutus dixit fauitor. Adoleo. vel adoleſco. olui. vel adoleui adultus. Paſco. cis. paſtū. quod ſolum in ſupino. s. retinuit. Agnoſco. cis. noui. gnitū. cognoſco. cis. noui. itum. Iuuena. agnitus accipiens iubet a precone vocari. Lucan. in. iij. c[illegible]la mihi cognitus axis Aegypto. Saluſt. tamen regulam ſecutus in ſecūdo hiſtor. dixit, neq; inermes ex prælio viros quemquā agnoturum. Sero. ris. ſeui ſatum. cuius compoſita retinentia ſimplicis ſignificationem, quæ fecerunt præterita in. eui. mittunt ſupina in. itū. ea ſunt inſero. is. eui. itum. conſero. ris. ſeui. conſitū. Verg. ij. georg. mutatamq; inſita mala ferre pirum. Cice. quoq; in Verrē ab eo qđ eſt obſero. is. ſeui. dixit. vt cum obſitum leontinum agrum vidiſſes, & ab aſſero. ris. ſeui. ſitum. ¶ De facientibus præterita in. ui. paulo ante diximus mittere præteritum in ertum. Soluo. is. ui. & voluo. is. ui. facere ſupina ſolutum & volutum. u. conſonante in vocalem mutata. & extricađ. atq; ex horum proportione caluo. is. debuit facere calutum, niſi qđ in vſu non eſt. Veneo. nis. veniui venum, pro eo qđ eſſe debuit venitum. nunquā reperitur niſi coniunctum aut compoſitū cū hoc verbo do das dedi, dicimuſq; venūdo. das. dedi. Sepelio. lis. liui. ultum. Verg. ij. eñ. inuadūt vrbē ſomno vinoq; ſepultā. Cato proportionē ſecutus dixit, mortuus eſt. ſepelitus eſt.

¶ De ſupinis verborum deponentium & communium. Cap. vi.

DEponentium & communiū verborum ſupina fiunt ex proportione vocis actiuę: vt lętor lætaris, læto. as. lætaui. lętatum. vereor. eris. vereo veres verui veritum. Fungor fungeris. fungo fungis funxi functum.

¶ Pauca tamē quę ſequūtur aliter exeunt.

| | |
|---|---|
| Reor reris ratum. | Adipiſcor. eris. adeptū. |
| Miſereor. eris. miſertū. | Vlciſcor vlciſceris vltū. |
| Fateor fateris faſſum. | Obliuiſcor. ceris. oblitū. |
| Gradior. eris. greſſum. | Exꝑgiſcor. eris. ſpretū. |
| Patior pateris paſſum. | Defeciſcor. eris. defeſſū. |
| Loquor. eris. locutum. | Queror quereris queſtū |
| Sequor ſequeris ſecutū. | Vtor vteris vſum. |
| Fruor. eris. fructū vel. itū. | Nitor. eris. niſū vel nixū. |
| Labor laberis lapſum. | Cōplector. eris. cōplexū. |
| Cōminiſcor. eris. cōmētū. | Amplector. eris. āplexū. |
| Proficiſcor. eris. fectū. | Tueor. eris. tutū vł tuitū. |
| Nāſciſcor. eris. nactum. | Tuor. eris. tutū vel tuitū. |
| Paciſcor. ceris. pactum. | Ordior. iris. ſum. vł. ſum. |

DE ſupinis verborum deponentium & communium. cap. vi. Quoniam in capite ſuperiori expoſuit regulas ſupinorum deductas a preteritis verborum actiuæ vocis, hoc in loco oſtendit qua re a verbis deponentibus & cōmunibus formari debeant ſupina. Itaq; dicit in primis, quod ſi volumus ſcire ſupinum alicuius verbi deponentis aut communis, debemus ex analogia fingere vocem illius verbi actiuam, & per regulas ſuperius traditas formare ſupina. vt ecce Letor letaris ex proportione debuit facere in preterito letaui, facit igitur in ſupino letatum, per illam regulam, in. ui. preterito. ui. ſemꝑ vertitur in. tū. preterea vereor. eris. ex ꝓportione debuit facere in preterito verui. ergo ĩ ſupino facit veritum. per illā regulam, Mittit. itum. qđ ui. diuiſas preteritū dat. Fungor. eris. ex ꝓportiōe debuit facere in preterito funxi, facit igitur in ſupino functū per illam regulam. de. xi. ctum. mitte ſupina. ¶ Quedam tamen verba non ſeruant regulas atq; proportionem vt Reor reris. qđ debuit facere. rui, atq; in ſupino, ritū. facit tamen ratum. Verg. ij. æñ. nos abiiſſe rati & vento petiiſſe Micenas. Miſereor. eris. quod debuit facere in preterito miſerui, & in ſupino miſeritum, facit tamen miſertum. Fateor. eris. debuit facere in preterito fatui, & in ſupino fatitum, & facit faſſum. Gradior. eris. ex proportione huius verbi fodio. is. debuit facere gradi in preterito, & in ſupino graſſum: & fecit greſſum. Patior. eris. facit paſſum, ſecutus proportionē huius verbi quatio. is. aſſi. aſſum. potius quā huius potior. iris. quod fecit potitus. Loquor. eris. ex proportione huius verbi linquo. is. debuit facere loctum, & interiecta. u. facit locutū. eadem quoq; ratione a Sequor. eris. fecimus ſecutum. q. mutata in. c. propter affinitatē vtriuſq; litteræ. Fruor. eris. debuit facere in preterito frui, & in ſupino frutum, & interiecta. c. facit fructū. quēadmodum ſtruo. is. xi. ctum. Cicero in Hortēſio. autoritate ſumma fructus eſt. Vulpianus tamen fruiturus dicit in participio futuri temporis ſignificationis actiuæ. Labor. eris. debuit facere in preterito lapſi laptū. ſicut ſcribo ſcripſi ſcriptum. & fecit lapſum. Cōminiſcor. eris. debuit facere cōminui, comminitum. & facit commentum. Proficiſcor. eris. debuit facere proficiui. itum. & facit profectū. Nāciſcor nāciſceris. debuit facere nāſciui & naſcitum. & facit nactum. Paciſcor. eris. debuit facere paciui & facit pactum. Adipiſcor. eris. debuit facere adipiui adipitum, & facit adeptum. Vlciſcor. eris. debuit facere vlciui vlcitum, & facit vltū. Obliuiſcor. eris. debuit facere obliuiui, uitum, & facit oblitū. Expergiſcor. ceris. debuit facere expergiui ſpergitū. & facit experrectum, quāquā Lucilius penultima breui expergitus dixit. e ſomno pueros cum mane expergitus clamas. Defeciſcor. ceris, quo verbo vſus eſt Terentius in phormione, neq; defeciſcar vſq; adeo experirier. idē quoq; participium fecit, defeſſus ſum iam ambulando, cum ex proportione debuit facere defeciui defecitum. Queror quereris. potius ſecutum eſt proportionem horum verborum gero geſtum, & vro vſtum, quam huius verbi quero queſitum. itaq; dicimus queſtum. Vtor vteris, ſic fecit vſum, ſicut verto verti verſum, & Nitor niteris niſum vel nixum. ſicut verto verti verſum, & flexo flexi flexum. Amplector & complector ideo amplexum & complexum fecerunt, quia illorum ſimplex. plecto plectis plexi plexum fecit. Tueor tueris. pro eo quod eſt cernere, tuitum facit, habetq; idem infinitiuum teſtibus Marcello, atq; Priſciano, hoc eſt tueri, ſed ab eo quod eſt tueor manifeſtum eſt exire tueri. Ouidius de arte. Non minor eſt virtus quam querere, parta tueri, ab eo vero quod eſt tuor tueris infinitiuus eſt tui. Pomponius apud Marcellum incepi (inquit) contui. Turpilius apud eundem. Oculus longa intercapedine appetunt contui. Sed & in aliis modis & temporibus tuor pro aſpicio fere ſemper tertie coniugationis reperitur. Plautus in aſinaria. nam ego illud argentum tam parat. filio ſuo, quam me hunc Scipionem contui. Papinius in Achilleide. namq; modo infenſos vitero mihi contuor enſes. Seneca in hippolito. hippolite tales intuor vultus tuos, non intueor (vt in omnibus legitur libris) quod ratio carminis iambici reformidat. & apud Terentium in heauton. hic adoleſcens, qui intuitur nos, Lucret. libro quarto, Contuimur miſeri abſynthia tangit amator. Idem in eodem. contuimur miras ſimulachraq; luce carentum. Ergo quantum ego ſuſpicor, tueor pro defendo ſemper eſt ſecundæ coniugationis. tuor pro cerno ſemper eſt tertiæ. ſupina vero habēt mutua. nam a tueor tueris tutus, tutor, & tuitio reperitur. Macro ſecūdo ſatur. ſi tacere talia vis vibdri tuitione pudoris. atq; e diuerſo a tuor tueris dicimus intuitus & obtuitus. Vergilius primo æneid. dum ſtupet obtutuq; manet defixus in vno. Ordior ordiris, debuit facere ordiui. itum. & fecit orſum. Hieronymus tamen pſalmum ſecundum ex Hebraica veritate interpretans, ego (inquit) orditus ſum regem meum. Ioannes quoq; baptiſta in carmine Alfonſiano bellum ordiemus & arma dixit.

Experior.iris.debuit facere experiui experitum, & fecit expertum. Metior.iris.debuit facere metiui metitum,& fecit menſum. Vnde eſt menſor & menſura. Morior.eris.vel moriris, quod tam tertiæ quam quartæ coniugationis reperitur. habetq; ſupinum moritum, a quo eſt participium futuri temporis moriturus, mortuus vero pro eo quod eſſe debuit morituus, participium eſt, aut nomen potius pro participio temporis præteriti. Eodem modo orior oreris vel oriris, tertiæ & quartæ coniugationis reperitur. habetq; ſupinum oritum, a quo eſt oriturus participium tẽporis futuri & orſum, a quo eſt ortus participiũ temporis præteriti. Adorior adortus facit vel adorſus, niſi forte ab adordior deſcẽdit. ſed eiuſdem ſignificationis reperitur. Naſcor quoq; naſceris ſupinum habet naſcitũ, a quo eſt participium futuri temporis naſciturus. & natu s, a quo eſt participiũ præteriti temporis natus.

Experior.iris.expertum. mortuus moriturus.
Metior metiris menſum. Orior.eris.l.iris.ortus.urus.
Morior.eris uel moriris. Naſcor.eris.natus. citurus.

¶ Verba actiua ſupinis carentia. Cap.vij.

Arceo arces arcui. Scabo ſcabis ſcabi.
Vrgeo urges urſi. Compeſco.ſcis.cõpeſcui.
Timeo.es.timui. Diſpeſco.cis.diſpeſcui.
Metuo metuis metui. Diſco diſcis didiſci.
Luo luis lui. Scando ſcandis ſcandi.
Reſpuo reſpuis reſpui. Ango angis anxi.
Lingo lingis linxi. Ambigo.gis.ambegi.
Linquo linquis liqui. Tollo tollis tetuli.
Caluo caluis calui. Pſallo pſallis pſalli.
Lambo lambis lambi. Cerno cernis creui.

¶ Neutra ſupinis carentia.

Mico.as.cui. Cõquiniſco.cis.cõquexi.
Aeſtuo æſtuas æſtuaui. Sido ſidis ſidi.
Ardeo.es.ſi.Strideo.es.di. Rudo rudis rudi.
Fulgeo fulges fulſi. Dedo dedis dedi.
Turgeo turges turſi. Satago ſatagis ſategi.
Lugeo.es.xi. Frigeo es.xi. Sterto ſtertis ſterti.
Conniueo.ues.cõnixi. Obedio obedis obediui.

¶ Et verba ſecũdæ coniugationis mittẽtia præteritum in.ui.ſyllabas præter hæc ſex verba.

Placeo.ces.cui.placitũ. Doleo.les.dolui.dolitum.
Noceo.ces.nocui.nocitũ. Soleo.les.ſolui ſolitũ.
Valeo.les.valui valitũ. Pateo.tes.patui.paſſum.

De verbis carentibus ſupinis. cap.vij. Sunt quædam verba a quibus ſupina in vſu non reperiũtur, qualia ſunt ex actiuis Arceo,es. arcui.quod ex proportione debuit facere arcitum, ſed non eſt in vſu, niſi in cõpoſitis ab illo, vt coerceo.ces.cui.coercitũ, exerceo.es.exercui.exercitum. Vrgeo.es.vrſi. quod debuit facere vrſum.timeo.es.timui.quod timitum. metuo. is. metui.quod metutum.luo.is.lui.quod lutum.reſpuo.is. pui.quod reſputũ.lingo.is.xi. quod linctũ.quãquã apud Celſum linctus.us.legimus. Linquo.is.liqui, quod debuit facere lictum. ſed non reperitur niſi in compoſitione, vt delinquo. is.deliqui.ctũ. relinquo. is. reliqui.lictum. derelinquo.is.dereliqui derelictum. Caluo,is. calui.quod ex proportione atq; Priſ.autoritate debuit facere caluitum, Lambo.is.bi.quod lambitum. Scabo.is.quod ſcabitum. Cõpeſco.cis.cõpeſcui.diſpeſco,is.diſpeſcui.quæ verba Priſ.ex ratione proportionis dicit facere cõpeſcitũ quẽadmodum diſco,is.ci.citum. & poſco.cis.ci.poſcitũ ſed in vſu nõ ſunt. Scando.is.di.quod debuit facere ſcãſum, a quo eſt ſcanſilis, & ab eo compoſita aſcendo.is. ſum.deſcendo.is.ſum.cõſcendo.is.cõſcenſum. Ango.is. xi.quod debuit facere anctum. ſed quemadmodum inquiũ Diome.in voce paſſiua tẽpora deficẽtia circũloquimur per anxius.a.um.loco participij per hoc verbum ſum,es,fui. Ambigo.is.egi. quod debuit facere ambactũ. Tollo.is.tetuli.quod debuit facere latũ, ſed non reperitur, niſi in cõpoſitione ſublatũ. Pſallo.is.pſalli.quod pſallũ. & cerno.is.creui.quod cretũ, ſed in hac ſignatiõe nõ reperit.

¶ Neutra ſupinis carentia ſunt.mico,cas,cui. & ab eo compoſitum emico,eas.icui. dimico tamen (vt diximus) alio loco dimicatum facit in ſupinis. Aeſtuo. as.aui.a quo quaſi ab actiuo æſtuatum fecit. Hiero. in fine eccleſiaſtici.in medio (inquit) ignis non ſum æſtuatus. Ardeo.es.arſi.quod ex proportione diximus feciſſe arſum. Algeo. es.alſi.quod alſum. Fulgeo,es. fulſi. quod fulſum. Turgeo turges turſi, quod turſum. Strideo ſtrides. vel ſtrido ſtridis.di. Conniueo conniues connixi. quod debuit facere connixum. Conquiniſco conquexi.quod verbum fuit apud antiquos. ſignificabatq; caput inclinare, & quaſi conniuere. Pomponi. ad eum conquexi.interim milites conſpiciunt. Sido,is.di. quod verbum ſupina a ſedeo.es.mutuatur. vel potius caret illis. Rudo rudis rudi, quod debuit facere ruſum. Dego degis degi. quod dactum. Satago ſatagis.tegi. quod ſatactum, quia compoſita ab ago agis,egi,actum. Sterto ſtertis ſtertui, quod ſtertitum. Obedio obedis o[illegible]ui. quod obeditum, a quo Plinius libro.xvij.natu.hiſtor.obediturus dixit.ramo (inquit) oleæ quam maxime fe[illegible]aci, atq; obedituro.

¶ Et verba neutra ſecundæ cõiugationis facientia præteritum in.ui.ſyllabas, quæ debuerant mittere ſupina in. itum. vt hebeo.es.hebui, flacceo. flacces flaccui, ſtudeo ſtudes ſtudui. vigeo, viges vigui. oleo oles olui.ab eo tamen Perſ. fecit oletum vt in ſuo loco diximus, tumeo tumes tumui.ſeneo ſenes ſenui. a quo antiquiores ſenectus ſenecta ſenectum participium fecerunt. Pauca tamen huius ordinis verba habent ſupina, ea fere ſunt placeo places placui placitum, a quo ſunt participia placitus pro placens & placiturus. noceo noces nocui nocitum. a quo eſt nociturus. Iuuenalis. nocitura togæ. nocitura petuntur militiæ. Valeo vales valui valitum, a quo teſte Priſ. valiturus fecit Cicero. Doleo doles dolui dolitum. reperitur doliturus. & a caleo cales calui caliturus. a ſoleo ſoles tantum ſolitus ſolita ſolitum reperitur, neq; enim vſquam lectum eſt ſolens, aut ſoliturus. hoc verbum pateo pates patui, vt alijs in locis diximus commune habet ſupinum cum pando pandis. & patior pateris. Illud quoq; notandum eſt hoc verbum fio fis. neq; habere ſupina, neq; participia, neq; enim vſquam reperitur fiens, neq; fiendus, vt inquit Diome. nã factus.cta.ctum. atq; faciẽndus.da.dum. a facio.cis.eci. mutuatum eſt.

¶ Deponentia ſupinis carentia ſunt. Reminiſcor.eris, quod debuit facere reminitum: & veſcor.eris.quod debuit facere vetũ & medeor.eris.q̃d debuit facere medicũ.opperior.iris.quod debuit facere opperitũ,quorũ circunloquia:(vt inquit Diome.) aliũ de ſupplentur reminiſcor.eris,recordatus ſum.veſcor.eris,paſtus ſum.medeor.eris.medicatus ſum.opperior.iris.opper-tus ſum.liquor.eris.quod debuit facere licitum:in circũloquijs.dicimus liquefactus ſum vel fui, liquefactus erem vel fue-rã.&c.Liceor.eris.quod debuit facere licitum,quod cum in vſu non ſit:ab eo tamen eſt licitor.aris,eiuſdem prope ſignifica-tionis verbum,per quod ſupplentur circumloquia ſui primitiui. ¶ Carent etiam ſupinis omnia verba prete-ritis carentia:nam cũ ſupina ex preteritis quodãmodo pendeant:merito deficientibus preteritis deficient etiã ſupina,ea ſunt aio ais,quod adico.cis.preteritũ mu-tuatur.Furio.ris. quod ſuppletur ab inſanio inſaniui. Sido.dis.quod Priſcia.preterito dicit carere:mutuatur illud tamẽ,vt puta a ſedeo ſedi,atq; cõſequêter ſupinũ vt paulo ante dicebamus.Ferio.is,quod a percutio mu-tuatur preteritum percuſſi.Ambro.tñ de obitu Theo-doſij imperatoris a ferio feriturus fecit.Iſaac (inquit) per fidem nec gladiũ ferituri parẽtis expauit.Siſto.is. quod preterito carere autores ſunt Phocas,& Priſc. non tamẽ Gellij & Cato,autoritate perſuaſi,cũ actiuũ eſt,ſtiti facere diximus,& in ſupino ſtatum,cum abſo-lutũ ſteti & æque ſtatũ in ſupino.Quatio.is.preteri-to carere dicit Phocas,q ex analogia quaſſi & quaſſũ facere compoſitis manifeſtum eſt,dicimus enim concu-tio.is.ſſi,uſſum.percutio.is.ſſi.ſſum.Preteritis etiam ca-ret,vt ſupra dictũ eſt hoc verbũ gliſco.cis.Et verba in-choatiua,quæ ex conſequenti ſupina non habent.

¶ Deponentia Supinis carentia.

| | |
|---|---|
| Reminiſcor reminiſceris, | Liceor liceris. |
| Veſcor veſceris. | Liquor liqueris. |
| Medeor mederis, | Opperior opperiris; |

¶ Carẽtia etiã ſupinis verba preteritis carẽtia, vt

| | |
|---|---|
| Aio ais. Ferio feris. | Furio furis. Gliſco.cis. |

¶ Et verba quæ dicuntur inchoatiua. vt palleſco palleſcis.turgeſco.cis.tepeſco tepeſcis.

¶ De varietate quadã Verborũ. Cap.viij.

Verba diuerſis coniugationibus declinata,ſunt

| | |
|---|---|
| Lauo.as.lauo.is. | Fulgeo.ges.fulgo gis. |
| Arto.tas.artio.is. | Tergeo.es,tergo.gis. |
| Sona ſonas.ſono.is. | Claudeo.es.claudo.is. |
| Denſo denſas.denſeo.es. | Cõniueo.es.conniuo.is. |
| Et cõpoſita a cubo.as. ut | Caueo caues.Cauo.is. |
| Accubo.as. accumbo.is. | Ferueo ferues.feruo.is. |
| Procubo.as. procũbo.is. | Oleo oles.olo.is. |
| Recubo.bas.recũbo.bis. | Rideo.es.rido.is. |
| Succubo.bas.ſuccũbo.is. | Excelleo.es.excello.is. |
| Nexo nexas,nexo.xis. | Cieo cies.cio cis. |
| Strideo.es.ſtrido ſtridis. | Pario.is.parere & parire. |

De varietate quadã verborum cap. viii. Et ſi de verborum varietate ſparſim per ſingulas con-iugationes aliquid perſtrinximus:viſum tamẽ eſt hoc in loco ſimul de oĩbus huiuſmodi verbis dicere. Ponitur igitur in primis verba primæ atq; aliarũ cõiugationũ. Lauo.as.lauo.is.per tertiam.Verg.iij.æñ. fluuiũ lauit inde cruorem. Idem in.x.lauit improbat teter ora cruor,præſentis enim Indicatiui eſſe vtrobiq; ex quãtitate ſyllabæ depreben-dimus:nã in preſenti prima breuiatur,in præterito producitur. Arto.as.artio.is.tiui.quartæ coniugationis. Neu.apud Mart.artiuit linguam in palatũ:cœpit labia ſuggere.Idem apud eundem,conatus(inquit) artiuit mater. Sono.as.ſono.is. per tertiam.Luc. incaligare oculos,ſonare aures.Idem alio loco,littora lata ſonũt.Denſo.as.denſeo.es.per ſecũdam Verg.x. æñ.extremi addenſent acies,ſic enim legendũ eſſe Priſc.teſtatur.Idem.i.geor.denſet erãt q̃ rara modo,q̃ dẽſa relaxat. ¶ Cõ-poſita a cubo.as.q̃d alijs in locis diximus p primã & tertiã declinãtur,habentq; preteritũ cõmune.vt incubo.as.icũbo.is. accubo.as,accũbo.is.pcubo.as.pcũbo.is.recubo.as,recũbo.is.dicimus tñ ſecubo.as.& nõ ſecũbo.is.atq; e diuerſo ſuccũbo.is. & non ſuccubo.as.Nexo.as.& nexo.is.Verg.v.æñ.nexantẽ nodis ſeq; in ſua mẽbra plicantẽ.Liui.andro.apud Priſc.nexe-bant multa inter flexu nodorũ dubio. Deinde ponit verba ſecũdæ & tertiæ coniugationis. Strideo,es,ſtrido.is.de quo in ſe-cũda cõiugatione diximus.Fulgeo.es.fulgo.is.Verg.v.æñ.ductores auro effulgent.Idem.viij.auroq; effulgere fluctus,Ter-geo.es.tergo.is.Iuue.vaſa aſpera tergeat alter.Hora.quã gelina tergere palatum.de tertia cõiugatione non ſuccurrit mihi exẽplũ:atq; idcirco de induſtria.Hora.verſum illũ imitati quodã in loco dixim9,ſi placare famẽ tibi vẽtris obſcula poſſent. nõ tua ſordidior tergeret ora cibus.Claudeo.es.claudo.is.p eo q eſt claudico.as.Cicer.aut vbi vos ſitis:tibi cõſiliũ claudeat Saluſt.iij.hiſto.coniuratione claudit p eo q claudicat.Conniueo es.cõniuo.is. Caluus.cum grauis ingenti,conniuere popula ſomno. Perſius. vix uiſi cõniues.Ferueo.es,feruo.is.Verg.i.æñ.feruet opus.redolentq; thymo fragrãtia mella, Idem in.viij. feruere leuc... auroq; effulgere fluctus,Luci.quoq; apud Quint.lib.i.oratori. inſtitutionũ.feruit aqua & feruet,feruit nunc feruet ad annum. Caueo.es.cauo.is.nam tertiæ coniugationis etiam fuiſſe ſupra notauimus,cum de verbis in uo. ſyllabam deſinentibus ...tum eſt. Oleo oles,olo.is. Plautus in cornicula apud Diome: olunt ædes Arabicas. Excelleo excelles, excello.is.de quo in tertiæ coniugationis verborum preteritis diximus. Rideo rides, rido ridis. Brutus de pæ-nitentia apud Diome. Irrident horum lachrymas. Cieo cies.cio.is.quemadmodum in ſuperioribus dictum eſt,tam ſecun-dæ quàm quartæ coniugationis reperitur:in compoſitione vero tantum quartæ,quod etiam de pario.is.& ſuis compoſitis dicendum eſt,nam per tertiam dixit Teren.in phormione:ne parere hæc,iam diu per ætatem poteſt:& per quartã Ennius: oua parire ſolet genus pennis condecoratum. Cuius compoſita omnes ſunt quartæ coniugationis.Cupio.is.cum pleruniq; tertiæ reperiatur. Lucre.in.i.dixit. portarum clauſtra cupiret. Atq; e diuerſo cum venio.is.per quartam prope ſemper re-periatur. Ennius apud Mar.dixit.ſenex ſum & mortem occupem priuſq; eueniat,quaſi per tertiam eueno euenis decline-tur. Sedulius quoq; in paſchali ſecundam perſonam præſentis indicatiui modi numeri ſingularis,quæ in quarta coniuga-tione ſemp tamẽ in fine producitur perinde ac ſi eſſet tertiæ breuiauit dicens.peruenis ad chriſtũ non chriſtus peruenit ad te.

FERDINANDVS

*Potior.eris.potior.iris.tertiæ cõiugationis plerunq; reperitur:nonnunq̃ etiam quartæ maxime in infinitiuo. Verg.iij.æñ. polydorum obtruncat & auro vi potitur. Oui.xiij.meta.tuq; tuis armis nos te poteremur Achille. Næuius apud Priſcia. fœcundæ penetrat pœnitus thalamoq; potitur. Lucil.apud eundem, deficit alma Ceres nec plebs pane potitur, in infinitiuo non poti, ſed potiri ſemper facit. Morior.eris. & morior.iris. Luca.in.iiij.non gratis moritur iugulo qui prouocat enſem. Verg.ij.æñ.nunc morere. Ennius, nunc eſt ille dies: cum gloria maxima ſeſe nobis oſtendat, ſeu viuimus ſiue morimur. Terẽ. in eunu. riſu emoriri oẽs, frequẽtiꝰ tñ ĩ infinitiuo mori q̃ moriri repitur. Orior.eris.orior.iris. Verg.ij.æñ. noſtrorũ obruimur oriturq; miſerrima cædes, cuiꝰ infinitiuũ ſemper reperies quartæ cõiugationis. oriri. ¶ Cõplura alia verba reperiunt[illegible] uerſarũ coniugationũ, ſed diuerſi generis & ſignificationis, vt albo.as.primæ cõiugationis actiuum eſt, albeo.es. ſecundæ neutrum, eodem modo nigro.as. nigreo.es.duro.as. dureo.es, atq; etiã tertiæ, albeſco.is.nigreſco.is.dureſco.is. Liquo.as. per primam actiuum eſt. Perſius, vatum & plorabile ſi quid eliquat. Verg.in more, foraminibuſq; liquatur emundata ceres, liqueo.es, per ſecundam & liqueſco.is. per tertiam neutra ſunt abſoluta. liquor.eris. deponẽs eſt abſolutum. Miſeror.aris.per primam, & miſereor misereris, per ſecundam, præterea, medico.as, [illegible]dicor.aris.per primam, & medeor.deris. per ſecundam ſola cõſtructione & cõiugatione differũt, ſed de cõſtructiõe ſuo loco dicetur. Tueor.eris. p eo qđ eſt defendo. tuor.eris, p eo qđ eſt [illegible] cõiugatiõe & ſignificatiõe differunt, vt ſupra diximus. ¶ Variæ ſignificationis, ſunt quædam verba, quæ cum eandem habeant poſitionem coniugatione mutata, mutant etiam ſignificationem, vt mando.as.mandaui, quod eſt propemodum cõmendare, mando.dis.quod eſt dentibus conficere cum illud ſit primæ coniugationis, hoc vero tertiæ. Eodem modo fundo, as, pro eo quod eſt fundamentum iacere. fundo.is. pro eo quod eſt ſpargere. Dico, as. pro eo qđ eſt appropriare ſiue conſecrare. dico.is. pro eo quod artificioſe loqui. Prædico.as. pro eo quod eſt laudo, prædico prædicis, pro eo quod eſt ante dicere ſiue diuinare. Volo volas ad aues pertinet, volo vis ad homines atq; deos immortales. Lego legas, eſt mittere legatum aliquo, ſiue teſtamẽto aliquid poſt mortẽ alicui relinq̃re. Lego legis, eſt colligere, furari, & libros legere. Sero ſeras, eſt clauſtra adhibere, ſero ſeris, eſt ſemen ſpargere. Educo educas, pro eo quod eſt nutrire, educo.is. pro eo quod eſt extra vel ſurſum duco. Appello.as. & compello compellas, pro eo quod eſt alloquor ſiue voco, compoſita verba a pello pellas, quod in vſu nõ eſt, at vero appello appellis, & compello, compoſita ſunt a pello pellis, pepuli ſignificatq; illud a[illegible]care, hoc vero cogere ſiue adunare. ¶ Eadem præterita, eſt & alia in verbis conſideratio, quæ [illegible] ſunt præterita a diuerſis verborum poſitionibus deriuata, vt aceo aces pro eo quod eſt acidum eſſe, & acuo acuis, pro eo quod eſt acutum facere, idem atq; commune habent præteritum, atq; eodem modo de reliquis verbis quæ hic ponũtur. ¶ Præterita duplicia ab eodem verbo. Sũt econtrario quædam verba duplex habentia præteritũ, vt plico.as, plicui, vel plicaui, & ab eis compoſita, vt explico explicas explicui, vel explicaui: ſed de his copioſius in capite præteritorũ diſputatum eſt. ¶ Eadem ſupina a diuerſis verbis: vt verro.is. & verto vertis. quod vtrumq; facit in ſupino verſum, & pateo.es. patui. pando.is. pandi. patior, eris, quæ omnia commune habent ſupinum paſſum. ¶ Supina duplicia. e diuerſo ſunt quædã verba quæ duplicia ſupina habent: vt torqueo torques tortũ vel torſum. Sed de his omnibus in capite præteritorũ & ſupinorum plenius dictum eſt, nunc tantũ voluimus lectorem admonere, quẽadmodũ in verbis diuerſitates huiuſmodi reperiantur.*

Potior poteris & potiris. Orior oreris & oriris. Morior.eris. & moriris.

¶ Verba diuerſarum coniugationum ſed diuerſis generis.

Albo albas. Albeo.es.
Duro.as.dureo dures.
Liquo liquas, liqueo, es.
Liqueſco.cis.liquor.eris.
Miſeror.aris.miſeror.is.
Medico.as.medeor.eris.
Tueor.eris.tuor.eris.

¶ Verba variæ ſignificationis & diuerſarum cõiugationum.

Mando.as.mando.is.
Fundo fundas, fundo.is.
Dico.as.dico dicis.
Prædico.as.prædico.is.
Abdico.as.abdico.is.
Volo.as.volo vis.
Lego.as.lego legis.
Sero.as.ſero ſeris.
Educo.as.educo.is.
Appello.as.appello.is.
Cõpello.as.cõpello.is.
Pango.is.pepigi, vt pãxi.
Pũgo.is.pupugi.vel.ũxi.
Vello.is.velli vel vulſi.
Lino.is.lini.vł liui vł leui
Sino.is.ſini.vel ſiui.
Verro.is.verri.vel verſi.
Necto.is.nexui.vel nexi.
Pecto.is.xui.vł.xi.vł.ctiui.
Sancio.is.ſanxi vel.ciui.
Vincio.is.vixi vł vinciui
Salio.is.ſalui vel ſaliui.
Amicio.is.amicui vł.ciui
Sepio.is.ſepſi vel ſepiui.
Haurio.is.hauſi vel.riui.

¶ Eadẽ præterita a diuerſis inſtantibus.

Aceo.es.cui.acuo.is.acui.
Frigeo.es.xi.frigo.is.xi.
Luceo.es.xi.lugeo.es.xi.
Fulgeo.es.ſi.fulcio.is.ſi.
Paueo.es.ui.paſco.is.ui.
Pendeo. pependi, pẽdo, pependi.
Cerno.is.eui.creſco.is.ui.
Fero fers tuli.tollo.is.tuli.
Sto.ſtas.ſteti.ſiſto.is.ſteti.

¶ Supina eadẽ a diuerſis verbis.

Verro.is.verſum, verto. vertis verſum.
Pateo.es. ſſũ.pãdo.is.ſſũ.
Patior pateris paſſum.

¶ Supina duplicia ab eodem verbo.

Torqᷓo.es.tortũ vł torſũ.
Tendo.is.tentũ vel tẽſũ.
Abſcõdo.is.itũ.vł.ſum.
Alo.is.alitum vel altum.
Figo.is.fictum vel fixum
Fluo.is.fluctũ vel fluxũ.
Ruo.is.rutum vel ruitũ.
Nitor.eris.niſũ vel nixũ.

¶ Præterita duplicia ab eodem verbo.

Plico.as.plicaui vł plicui.
Neco.as.aui.vel necui.
Lauo.as.laui vel lauaui.
Sorbeo.es.ſorbui vł.pſi.
Sapio.is.ſapui vel ſapiui.
Parco.is.pepci vel parſi.

# LIBER SECVNDVS.

DE compoſitione verborum. ¶ Præpoſitiones cōponūtur cum reliquis omnibus fere orationis partibus ſed cum verbis frequentiſſime. Itaq; viſum eſt in hoc loco pauca de compoſitione verborum & aliarum partium orationis cū præpoſitionibus annotare. Cum igitur præpoſitiones veniunt in compoſitionem cum verbis, aut corrumpuntur verbi integritate manente, vt appono.is. appoſui, quod cum ex. ad. præpoſitione & pono.is. componatur. corrumpitur ad. d. mutata in. p. ipſo verbo manente integro. Aut corrumpuntur verba ipſis præpoſitionibus manentibus integris, vt perficio perficis perfeci, quod ex. per. præpoſitione & facio.is. componitur: verbum corrumpitur. a. mutata in. i. præpoſitione integra manente. Aut præpoſitiones ſimul & verba corrumpuntur. vt efficio.is. quod componitur ab. ex. præpoſitione & [illegible] o.is. corrumpitur. x. mutata in. f. & facio verbum. a. mutata in. i. Aut præpoſitiones ſimul & verba manēt integra. vt deamo.as. quod ex. de. præpoſitione & amo.as. componitur. Sed quāq̄ de præpoſitionum corruptione in ea parte, quæ eſt de orthographia copioſius diſputetur: ne hoc a nobis intactum omnino relinquatur: libuit pauca declarare. prius tamen de præpoſitionibus: deinde de verbis diſſeremus. ¶ Igitur præpoſitiones in. b. deſinētes ſunt ab. ob. ſub. Sed ſi componatur ab. cum. dictione incipiēti a [illegible] exili vel aſpirata, integra manet. vt abactor abactoris, aberro.as. abigo.is. abominor.aris. abundo abundas. abhorreo.es. ¶ Cum incipiētibus a. b. non cōponitur, nam abbreuio: & ſicū. b. ab aliquibus ſcribatur, ex. ad, nō ab componitur, quod etiam de adbibo dicendū eſt. ¶ Cum incipientibus a. c. abs. componitur, vt abſcedo.is. abſcondo.is. ¶ Cum inci-pientibus a. d. manet integra, vt abdico.as. abdo.is. abduco.is. ¶ Cum incipientibus ab. f. partim manet integra, vt abfui abfuturus, abfore. partim. b. mutatur in. u. vocalem. vt aufero aufugio. ¶ Cum incipientibus a. g. non componitur. ¶ Cum incipientibus ab. l. manet integra, vt ablacto, ablego, abluo. ¶ Cum incipientibus ab. m. non componitur, preterq̄ cum hoc nomine matertera, dicimuſq; abmatertera. ¶ Cum incipientibus ab. n. manet integra. vt abnego, abnepos, abnuo. ¶ Cum incipientibus. a. p. non componitur, pręterq̄ cū hoc nomine patruus, dicimuſq; abpatruus. ¶ Cum duobus verbis. b. mutatur in. s. porto.as. & pello.is. dicimuſq; aſporto.as. aſpello.is. ¶ Cum incipientibus ab. r. b. aliquando mutatur in. r. vt arreptus arrepta, um. arripio. aliqñ manet integra, vt abrodo. abrogo, abrumpo. ¶ Cum incipiētibus ab. s. integra manet. vt abſumo abſorbeo. ¶ Cū incipientibus a. t. abs cōponitur, vt abſtraho, abſtergo, abſtineo. ¶ Cum incipientibus ab. x. vel a. z. non cōponitur. ¶ Cum incipientibus ab. i. cōſonāte manet integra, vt abiuro abiudico. ¶ Cū incipientibus ab. u. conſonāte non cō ponitur ab, ſed. a. vt auoco.as. auerto.is. Ob præpoſitio quādoq; manet integra quando q; trāſit in cōſonantē quæ ſequitur, quandoq; abijcit. b. Cum incipientibus a vocali manet integra, vt obaudio, oberro, oborior. obumbro. ¶ Cum incipientibus a. b. manet integra. vt obbibo.is. ¶ Cum incipientibus a. c. recipit. ſ. mediam aliquando. vt obſcurus, quod ex ob & carus cōponitur, obſcœnū quod ex ob & cœnum. obſoleo, quod ex ob & oleo, aliquando. b. mutatur in. c. vt occumbo.is. occurro.is. occido.is. ¶ Cum incipientibus a. d. manet integra. vt obdo.is. ¶ Cum incipientibus ab. f. b. mutatur in. f. vt officio.is. ex ob, & facio, offendo.is. ex ob & fendo, quod verbum non eſt in vſu, diximus tamen ab ob & ſum obſum obes obfui in præterito. ¶ Cū incipientibus a. g. b. mutatur in ipſam. vt oggānio.is. ex ob & gānio. ¶ Cum incipientibus ab. l. manet integra, vt obiatus oblecto, obligo, obliquor. obluctor. ¶ Cum incipientibus ab. m. partim manet integra, vt obmurmuro partim. b. obteritur, vt omitto, omuteſco: ſunt qui ſcribant per. b. obmuteſco. ¶ Cum incipientibus ab. n. manet integra, vt obnitor eris. obnuo.is. obnoxius. ¶ Cum incipientibus a. p. mutatur in ipſam, vt oppono.is. oppugno.as. ¶ Cū incipientibus a. q. non cōponitur. ¶ Cum incipientibus ab. r. manet integra, vt obrado.is. obrepo.is. obruo.is. ¶ Cum incipientibus ab. s. manet integra. vt obſideo, obſto. obſtupeo, obſtrepo. ¶ Cū incipiētibus a. t. manet integra, vt obtineo, obturo, obtempero, in quibus (autore Quint.) potius. p. q̄. b. ſonat. vnde ſunt qui putent per. p. ſcribenda eſſe. ¶ Cum incipientibus ab. i. vel. u. conſonantibus manet integr[illegible] vt obiuro.as. obiurgo.as. obijcio.is. obuerto.is. obuio.as. ¶ Cum incipientibus ab. x. & z. non componitur. Sub præpoſitio in compoſitione aliquando manet integra, aliquādo. b. mutatur in conſonante quæ ſequitur. ¶ Cum incipiētibus a vocali manet in[illegible]gra, vt ſubaudio.is. ſubeo.is. ſuborno.as. ¶ Cum incipiētibus a. b. manet integra, vt ſubbibo.is. ſubblandior. iris. ¶ Cum incipientibus a. c. tranſit. b. in. c. vt ſuccurro.is. ſuccūbo.is. ¶ Cū incipientibus a. d. manet integra, vt ſubdo.is. ſubduco.is. ¶ Cum incipientibus ab. f. tranſit. b. in. f. vt ſuffero, ers, ſufficio.is. ſuffundo.is. ¶ Cū incipientibus a. g. trāſit etiam in ipſam, vt ſuggero.is. ¶ Cum incipientibus ab. l. manet integra, vt ſubleuo.as. ſubligo, as. ſubluo.is. ¶ Cū incipientibus ab. m. b. tranſit in ipſam, vt ſummitto.is. ſumminiſtro.as. ſummoueo, es. ¶ Cum incipiētibus ab. n. manet integra, vt ſubnecto.is ſubnitor. eris. ¶ Cum incipientibus a. p. b. mutatur in ipſam, vt ſuppono.is. ſupprimo.is. ſupputo.as. ¶ Cum incipientibus a. q. non componitur. ¶ Cum incipientibus ab. r. manet integra, vt ſubrado. ſubrepo. ſubruo.is. ¶ Cum incipiētibus ab. s. manet ītegra, vt ſubſanno.as. ſubſideo.es. ſubſum. es. aliquādo abijcit. b. ſuſpiro, as. a ſub & ſpiro: niſi forte a ſurſum cōponitur, quemadmodum & ſuſpicio.is. ¶ Cum incipientibus a. t. manet integra, vt ſubtero.is. ſubteneo.es. ſubtraho.is. cum hoc verbo teneo. s. accipit loco. b. vt ſuſtineo. niſi mauis a ſurſum & teneo compoſitum eſſe. ¶ Cum incipientibus ab. i. & u. conſonantibus manet integra, vt ſubiungo.is. ſubuenio.is. ¶ Cum incipientibus ab. x. & z. non componitur.

## ¶ De compoſitione verborum cum præpoſitionibus.

PRæpoſitiones cum veniunt in compoſitionem cum verbis; aut corrupuntur verbi integritate manente, vt pono.is. impono.is. Aut ipſis manētibus integris verba corrumpūtur. vt incipio.is. Aut inuicem præpoſitiões & verba corrumpūt & corrumpūtur. vt impero.as. Aut vtrumq; manet integrum. vt infundo.is. Sed quemadmodū præpoſitiones corrūpantur. in ea parte, quæ eſt de orthographia, diſſeritur; nunc quemadmodū verba corrūpātur; dicemus, monētes imprimis,

Præpoſitiones in compoſitione aliquando augere verbi ſignificationē;vt amo amas;deamo deamas; aliquando minuere;vt doceo doces;dedoceo dedo ces;aliquando in totum mutare;vt mico micas; di mico dimicas.

## De verbis mutantibus,a,in,e,

Lacto.as,delecto.as,oblecto.as,
Mando.as,commendo.as,
Patro,as,perpetro,as,impetro,as;
Halo halas;anhelo anhelas.
Sacro.as,conſecro,as,execror,aris;
Damno.as,condemno,as,indemno,as;
Apto.as,ineptio,is,vel ineptior,iris,
Tracto,as,obtrecto,as,contrecto,as,
Arceo,es,coerceo,es,aberceo,es.
Pario,is,comperio,is,reperio,is,
Paſco,is,compeſco,is,diſpeſco,is;
Scando ſcandis,deſcendo deſcendis; conſcendo cō ſcendis.Parco parcis;deperco depercis.
Fatiſco.is,caret ꝑterito;a quo defetiſcor,eris.

¶ Ad præpoſitio in compoſitione aliqñ manet integra,qñq; tranſit in conſonantem q̄ ſequtur,qñq; penit⁹ exteritur,cum dictionib⁹ a vocali exili vel aſpirata incipiētib⁹ manet integra:vt adamo,as,adeo.is,adoro.as.aduro,is,adhæreo,es,adhortor.aris.¶ Cum incipiētib⁹ a,b.manet integra,vt adbibo,is.adbreuio.as.¶ Cum incipiētib⁹ a.c.trāſit in ipſam,vt accuro. is.accōmodo.as.¶ Cum incipientibus a.d.manet integra,vt addico.is.addo,is.adduco.is.¶ Cum incipiētib⁹ ab.f.trāſit in ipſam,vt afficio.is.affero.ers.¶ Cum incipiētib⁹ a.g.trāſit in ipſam,vt aggero.as.¶ Cum incipiētib⁹ a.gn.d.penit⁹ expūgitur,vt agnoſco.is.agnit⁹ agnat⁹.¶ Cum incipiētib⁹ ab.l.trāſit in ipſam:vt allevo.as.allido.is. alludo. is. allubeſco.is.quo verbo frequēter vtitur Apulei⁹ atq; nōnūq̄ Martian⁹ Capella cum antiq̄tate.d.quoq; retinuit.Cum incipientibus ab.m.integra manet,vt admitto,tis. admoueo.es.admurmuro.as. ¶ Cum incipientib⁹ ab.n.d.tranſit in ipſam:vt annitor,eris,annoto. as. annumero,as.¶ Cum incipientib⁹ a.p.tranſit in ipſam vt apparo.as,appeto.is.Aperio.is.qđ ex ad & pario componitur.d.extriuit atq; primā,breuiat.¶ Cum incipiētib⁹ a.q.d.tranſit in.c.vt acqro,iris.acqeſco.cis.¶ Cum incipientib⁹ ab.r.d.vertitur in ipſam, vt arrideo. es. arrogo.as.¶ Cum incipientib⁹ ab.s.d. tranſit in ipſam, vt aſſumo.is.aſſimulo.as.Quod ſi cō[illegible]onatur cum dictionib⁹ ab.s.& .ſp.incipientib⁹.d.penit⁹ exteritur,vt aſcēdo.is.aſciſco,is.aſpicio.is.aſpgo.is.aſpnor.aris.¶ Cum incipientib⁹ a.t.in ipſam vertitur,vt attero.is.attingo attingis.attono.as.¶ Cum incipientib⁹ ab.i.& .u.conſonantib⁹ integra manet,vt adiuuo.as.aduerto.is.aduoco.as.Dis & di præpoſitiones inſeparabiles componuntur aliqñ integræ manentes,aliqñ.s.mutata in ſeqn̄tem cōſonantem.¶ Cum dictionib⁹ a.c.p.q.ſ.t.incipientib⁹ cōponitur dis,vt diſcalcio,diſcedo,diſputo. diſpicio,diſquiro,diſſono,diſſoluo,diſturbo.¶ Cum incipiētib⁹ a.d.g.l.m.r.di.cōponitur,vt diduco.is.digero.is.diluo.is.dimitto.is.diruo.is.¶ Cum incipientib⁹ ab.f.s.mutatur in.f.vt diffido.is.diffundo.is.¶ Cum incipientib⁹ ab.i.cōſonante,dis cōponitur,vt diſiungo.is.diſiicio,is.¶ Cum incipientib⁹ ab.u.cōſonāte di cōponitur:vt diuerto.is.diuēdo.is.Ex præpoſitio in cōpoſitiōe aliqñ manet integra,aliqñ.x.mutatur in cōſonātem q̄ ſubſeqtur,aliqñ.x.exteritur:integra manet cū dictionib⁹ incipiētib⁹ a vocali exili vel aſpirata,vt exaudio.is.exero.is.exigo.is.exoro.ras,exudo,as.exhaurio.is.exhæredo.as.exhibeo.es.exhorreo.es.integra quoq; manet cū dictionib⁹ incipientib⁹ a.c.vt excrucio.as.excurro.is.a.p. vt expello.is.expūgo.is.a.q.exquiro.is.& a.t.extēdo.is.extrudo.is.¶ Cū incipientib⁹ ab.f.x.mutatur in ipſam:vt efficio. is. effugio.gis.¶ Cum incipientibus a reliqs conſonantib⁹.e.componitur,vt ebullio.is.edico.is.egero.is.eluo.is.emitto.is.enumero.as.erudio.is.euado.is.¶ Cū incipientib⁹ ab.s.integra manet:ſed exteritur.s.ne duo.s.inculcētur:alterū qđ.x.habet implicitū,alterū ipſi⁹ dictiōis cū qua cōponitur,vt exanio.as.exequor.ris,exicco.as.exudo.as.Reliq̄ oēs præpoſitiōes cū in cōpoſitione veniūt fere integre manēt niſi q in & cō.cū dictiōib⁹ a.b.m.p.incipiētib⁹ compoſitæ.n.mutāt in.m.vt imbuo.is. immuto.tis.imputo.as.combibo.as.commuto.as.computo.as.Cō.etiā cū dictiōib⁹ a vocali incipiētib⁹ cōpoſita exterit.n.literā præterq̄ in hoc verbo comedo q ex cō & edo cōponitur.n.mutata in m.& in hoc verbo comburo,in quo.b.eſt aſſumpta poſt.m.nā ex cō & vro cōponitur ſicut āburo ex am.& vro.¶ Cū dictiōib⁹ ab.r.incipiētib⁹.n.mutatur i.r.vt corrigo,is.corruo.is.Aliqñ etiā detrahit litterā,vt demo,is.qđ a de & emo cōponitur,debeo.es.qđ a de,& habeo,præbeo.es.a præ & habeo,dego.is.qđ a de & ago,is.cogo.is.qđ a cō & ago,a rego.is,ſurgo,is.porrigo.is.pergo,is.Aliqñ additur littera, vt redamo.as.q a re & amo,redigo is.qđ a re & ago,redimo.is.qđ a re & emo.Deinde notat præpoſitiōes in cōpoſitione cum verbis aliqñ augere verbi ſignificationem,vt deamo.as.i.valde amo.demereor.eris,pro valde mereor. [illegible] minuere,vt dedoceo.es.q eſt falſum oſtendere q alius docuit,deficio.is.pro eo q factum eſt diminui,aliqñ in totū mutare,vt mico micas,ſignificat ſplendere,dimico dimicas,ferro decertare,emico emicas,cum pro exilio accipitur. Ver[illegible] in.vi.iuuencum manus emicat ardens littus in heſperium.

De verbis mutantibus.a.in.e.ſuperiori parte[illegible]iximus quemadmodum præpoſitiōes in compoſitione cum verbis corrumpuntur,nunc dicit q etiam verba in compoſitione corrūpuntur,vt lacto lactas.q eſt lac præbere cōponitur cū ab,dicitur[illegible] oblecto.as.q etiam depellere atq; a lacte remouere:ſed in illa cōpoſitiōe nihil immutatum eſt,lacto lactas per tranſlationē eſt blandiciis delinire,vnde eſt illud Salomonis.Hiero.interprete:fili mi ſi te lactauerint peccatores,ne acquieſcas ab hoc verbo in hac ſignificatione componuntur oblecto.as. & delecto.as.pro eo q eſt voluptatibus demulcere. Eodem modo de reliquis verbis q̄ hic ponuntur q̄ cum in cōpoſitiōe veniunt:non ſemper mutant litteras alias in alias,vt mando mandas,demando.as,remando.as.commendo commendas.halo halas,exhalo exhalas,anhelo anhelas,apto aptas,adapto adaptas,ineptio ineptis,tracto tractas,pertracto pertractas,retracto retractas.detracto detractas,obtrecto obtrectas.

¶ Spargo ſpargis, diſpargo diſpargis, vel diſpergo diſpergis, cõſpargo.gis.vel cõſpergo cõſpgis, reſpargo reſpargis, vel reſpergo reſpergis, paſco paſcis, depaſco.cis.vel depeſco depeſcis.cõpaſco.ſcis. vel cõpeſco compeſcis.diſpeſco.cis.q̃ eſt quaſi a paſtu arcere, itaq; cõpeſcere & diſpeſcere ſi orginẽ vnde deriuãtur aſpicias, proprie eſt pecudes a paſtione phibere, ſed per trãſlationem accipiuntur pro eo quod eſt frenare.

DE mutantibus.a.vel.e.in.i.amico.as.inimico.as. quæ cõpoſitio prius facta eſſe videtur in amic⁹ & inimicus, ſed nihil refert. Maneo.es.cum his præpoſitiõibus.per.re.cõ.nõ mutat.a.in.i.vt permaneo pmanes.remaneo.es.cõmaneo.es.cum his præpoſitionibus.e.in.pro.pre. mutat.a.in.i.vt emineo, pmineo, immineo.es.præmineo.es.dicimus tñ emaneo.es.immaneo immanes. Placeo.es, cõplaceo.es.cõpoſitũ cũ.dis.mutat a.in.i.vt diſpliceo.es.cũ cõ vero nõ mutat, vt cõplaceo es. Facio.cis.cõpoſitum cũ præpoſitiõib⁹ mutat.a.in.i. vt afficio afficis cõf[illegible]icis.cũ alio verbo nihil mutat, vt tepefacio.is.calefacio.is.frigefacio.cis. p eo q̃d eſt facere aliq̃ rẽ tepere, calere, frigere. niſi mauis a nõibus & verbis cõpoſita eſſe, vt ſit calefacio, frigefacio, tepefacio, calidũ, frigidũ.tepidũ facio.cũ quibuſdã nõibus cõpoſitũ mutat.a.in.i.ſed mutat cõiugationẽ atq; exterit ſuã.vt amplifico, as, magnifico.as.cãdifico.as fortifico.as. p eo q̃d eſt amplum, magnũ, cãdidũ, fortẽ facio. Cado.is. & cædo.is.in cõpoſitis ſuis eandẽ habẽt litteraturã, differũt tñ accẽtu, nã a cado cõpoſita breuiãt.ci. a cædo.is. pducũt eãdẽ, vt occido.idis.idi.penultima breui a cado.dis.occido.dis.cidi.penultima lõga a cædo.is. Ago.gis.egi.cũ.p.cõpoſitũ nihil mutat, vt perago.gis. peregi.cum reliquis præpoſitionibus mutat.a.in.i.

DE mutantibus.au.in.e.vt audio.dis.obedio.dis. nã ex ob & audio cõponitur, repitur etiã obaudio.dis; ſed in cõtraria ſignificatiõe ei, q̃ eſt obedio. Defrudo p eo q̃d eſt diminuo vnde eſt vinũ defrutũ dictũ, q̃d ſit decoctiõe defraudatum.i.diminutum.

DE mutantibus.a.in.u. Scalpo ſcalpis, a quo ſunt exculpo & inſculpo, nam ſculpo & ſculptile: quod in aliquibus libris legimus: mendum eſſe ſuſpicamur, pro exculpo & exculptile, aut pro ſuis ſimplicibus ſcalpo & ſcalptile.

DE mutãtibus.e.in.i. Sedeo.es.cũ ſup.cõpoſitum nihil mutat: dicimuſq; ſupſedeo ſupſedes ſupſedi: cũ reliquis mutat.e.in.i. Lego.gis.cum per. & re.nihil mutat, dicimuſq; perlego plegis perlegi. relego relegis. [illegible] Cum reliquis mutat.e.in.i.

DE quibuſdã aliis verborũ cõſiderationibus. Reperiuntur adhuc verbis aliæ cõmunes cõſiderationes, qualis eſt illa, q̃ ſi in prima poſitiõe (hoc eſt in prima pſona aut ſcđa pñtis idicatiui modi) repitur.a.etiã ſi in preterito mutetur: in ſupino quoq; redditur, vt.ſto.as.ſteti ſtatũ.do das dedi datũ.facio.is. feci, factũ, iacio.is.ieci iactũ, capio.is.cepi captũ. pario paris.peperi partũ, cado.is.cecidi caſum.ago agis egi actũ, frãgo.is.fregi fractum, pãgo.gis. pepigi pactũ. fallo.is.feſelli falſum.cano.is.cecini cãtũ. Gradior tñ in ſupino.a.mutat in.e.dicimuſq; greſſus nõ graſſus.

Spargo.is.diſpergo.is.conſpergo.is.
Carpo.is.decerpo.is.cõcerpo.is. Paciſcor.eris.depeciſcor.eris.
Partior.iris; impertior.iris.diſptior.iris.
Gradior.eris.cõgredior.eris. Patior.eris.ppetior.eris.
Farcio farcis; confercio.is.refercio.is.

De mutantibus.a.vel.e.in.i.

Amico.as.amicaui.inimico.as.inimicaui.
Maneo.es.emineo.es.immineo.es.
Taceo.es.conticeo.es.reticeo retices.
Placeo.diſpliceo, complaceo non mutant.a.
Habeo.es.adhibeo.es.cohibeo.es.
Lateo lates latui, deliteo.es.delitui.
Fateor.eris.confiteor.eris.diffiteor.eris.
Iacio.is.adijcio.is.proijcio.is.reijcio.is.
Facio.is.officio.is.perficio.is.deficio.is.
Sapio.is.deſipio.is.reſipio.is.vel reſipiſco.is.
Rapio.is.deripio.is; corripio.is.arripio.is.
Capio.is.accipio.is.percipio.is.concipio.is.
Cado.is.occido.is.concido.is.decido.is.
Cædo.is.cicidi.concido.is.occido.is.incido.is.
Lædo.is.allido.is.illido.is.collido.is.
Quæro quæris; acquiro.is.conquiro.is
Ago agis; adigo.is.prodigo.is.redigo.is.
Frango.is.confringo.is.perfringo.is.
Tango.is.contingo.is.attingo.is.
Pango.is.impingo.is.compingo.gis.
Cano.is.accino.is.concino.is.præcino.is.
Salio.is.aſſilio.is.reſilio.is.deſilio.is.

¶ De mutantibus.au.in.e.o.vel.u.

Plaudo.is.complodo.is.explodo.is.
Claudo.is.concludo.is.diſcludo.is.
Fraudo fraudas fraudaui: defrudo.as.

¶ De mutantibus.a.in.u.

Quatio.is.concutio.is.diſcutio.is.
Salto.as.reſulto.as.aſſulto.as.inſulto.as.
Calco.as.conculco.as.proculco.as.
Scalpo.is.exculpo.is.inſculpo.is.
Capio.is.cœpi.occupo.as.occupaui.

¶ De mutantibus.e.in.i.

Teneo.es.contineo.es.pertineo pertines.
Sedeo ſedes, aſſideo aſſides, conſideo conſides.
Rego.is.arrigo.is.dirigo.is.erigo.is.
Lego legis; colligo.is.diligo.is.intelligo intelligis.
Emo emis; adimo adimis: eximo.is.perimo.is.
Premo.is.preſſi.apprimo.is.comprimo.is.

¶ De mutantibus.a.in.e.

Iuro iuras; deiero deieras, peiero peieras.

¶ De quibuſdã aliis verborũ conſiderationibus.

Si in prima verbi poſitiõe fuerit.a.etiã ſi in pterito mutetur, ſemper manet in ſupinis; vt do das dedi datũ.ſto.ſtas.ſteti ſtatũ; pario paris; peperi partum tango tãgis tetigi tactum; fallo fallis feſelli falſum; frango frangis fregi fractum; facio facis feci factũ. Iacio iacis ieci iactum. Cado cadis cecidi caſum.

¶ Si in cõpoſitiõe, alia cõſideratio eſt, q̃ ſi in cõpoſitiõe verbũ mutat. a. in. i. aliq̃n in præterito manet. e. ſimplicis, vt iacio. is. ieci. coniicio cõiicis conieci. ꝓiicio. is. ꝓieci. facio. is. feci, cõficio. is. cõfeci. proficio. cis. profeci. capio. is. cepi. cõcipio. is. cõcepi. recipio. is. recepi. frango. gis. fregi. cõfringo. gis. confregi. ago agis egi, exigo. is. exegi. cogo. is. coegi, pãgo. gis. pepigi, vel pegi. cõpingo. gis. cõpegi. impingo. gis. impegi. tãgo. gis. tetigi. & cado. dis. cecidi. ſequitur in præterito regulã geminãtiũ primas ſyllabas. In ſupinis vero quoq; retinẽt. a. ſimplicis, vt frango fractũ. infringo. actũ. perfringo. actum. tãgo tactum. cõtingo contactũ, intingo intactũ, pãgo. ctũ. impingo impactũ, cõpingo pactũ. ago actũ redigo redactũ. adigo. actum, cado. ſum. occido occaſum, recido recaſum. ¶ Quandoq; a vertitur in. e. vt iacio iactũ, cõiicio cõiectũ, ꝓiicio ꝓiectũ. facio factũ. cõficio. ectũ. proficio ꝓfectũ. rapio. ptũ. corripio. eptũ. diripio. eptũ. capio. ptũ. cõcipio. eptum. cano cãtũ, cõcino. cẽtũ. occino. cẽtum. fateor faſſum, profiteor profeſſum confiteor cõfeſſum. ¶ Sunt verba q̃ in cõpoſitiõe, alia cõſideratio eſt quod quædã verba ſunt q̃ cõpoſita mutãt cõiugationem ſui ſimplicis: ſed de hoc in pricipio capitis, q̃d eſt de præteritis, dictũ eſt. ¶ Sunt quæ mutãt genus, alia cõſideratio eſt, q̃d quædã ſunt verba q̃ cõpoſita mutãt genus ſui ſimplicis: & ponit exẽpla de cõpo[...]is abeo is, & facio facis. ¶ Sunt quæ reperiũtur. alia cõſideratio eſt, quod ſunt quædã verba q̃ tantũ in cõpoſitione reperiuntur, vt appello. as, compello. as, quæ a pello pellas componũtur, quod verbum nõ eſt in vſu. & eodem modo de reliquis verbis, quæ hic explicãtur.

Si in compoſitione verbi. a, mutatur in. i. aliquando in præterito manet. e. ſimplicis & . a. in ſupinis; vt frãgo frãgis fregi fractũ. infringo. is. infregi infractũ. Pãgo. gis. pepigi pactũ. Impingo. gis. impegi ĩpactũ. Ago. is. egi. actũ. Adigo. is. adegi adactũ. Aliquando. a. ſupini verbi ſimplicis vertitur in. e. vt Facio. is. feci factum. Conficio. is. confeci; fectum. Iacio. is. ieci. iactũ. Coniicio. is. ieci. coniectũ. Capio. is. cepi. captum. Concipio. is. concepi. eptum. Rapio. is. pui. raptũ. Corripio. is. ipui. correptum. Cano. is. cecini cãtum. Occino. is. occinui. entũ.

Sunt verba q̃ in cõpoſitiõe mutãt cõiugationẽ; vt do das dedi. reddo. is. reddidi. addo. is. addidi. Cubo. as. cubui. accumbo accumbis accubui; ꝓcumbo ꝓcumbis procubui. Facio. is. feci. amplifico. as amplificaui. Sapio. is. ſapere. reſipio. is. reſipire.

Sunt etiam verba quæ mutãt genus in cõpoſitione vt eo is; q̃d eſt neutrum; prætereo. is. adeo. is. & fere omnia cõpoſita ab illo q̃ ſunt actiua. Præterea facio. is. q̃d nõ habet facior faceris. Perficio perficis habet ꝑficior perficeris. Mutat etiam genus in cõpoſitiõe verſificor. aris. q̃d eſt deponẽs.

Sunt etiã quę reperiũtur tñ in cõpoſitione; vt pello pellas. appello as. cõpello. as. Clino. as. inclino. as. reclino. as. declino. as. Cuſo. as. accuſo. as. recuſo recuſas. ĩcuſo. as. Sipo. as. diſſipo. as. Frigero. eras. refrigero. eras. Fragor. aris. refragor. aris. ſuffragor. aris. Pleo ples; impleo imples; cõpleo. es. depleo. es. Leo. les, deleo. es. releo. es. Spicio. is. deſpicio. icis. conſpicio. icis. reſpicio reſpicis. Licio licis; elicio elicis; pellicio pellicis; allicio. allicis; illicio. is. Fendo. is. offendo. is. deffendo deffẽdis. Pedio. is. impedio. is. compedio. is. præpedio. is.

¶ Liber tertius; qui eſt de erotematis, hoc eſt de interrogationibus, q̃bus pueri de omnibus grãmaticæ partibus interrogandi ſunt.

¶ De erotematis Grãmaticæ. Cap. primũ.

Dic mihi quam artem profiteris? Grãmaticã. Quid eſt grãmatica? Scientia recte loquendi, recteq; ſcribendi ex doctiſſimorũ virorũ vſu, atq; autoritate collecta.

Dic mihi quã artẽ ꝓfiteris? Poſteaq̃ libris ſuperioribus inſtituti ſunt a nobis pueri in declinatiõe nõis & verbi, in qua velut in quibuſdã cardinib⁹ tota ꝓpe res litteraria verſatur: iã paulatim quaſi manu ducendi ſunt ꝑ oẽs artis grãmaticæ partes, vt a præceptoribus interrogati ſciãt reſpõdere: q̃d de quaq; re ſentiãt. Nã & hoc cõtra dialogorũ rationẽ fecim⁹, in quibus rerũ de quibus diſputatur minus eruditi doctiores interrogare cõſueuerũt, illiſq; aſſentiũtur: nos vero præceptorẽ inducimus ꝑcõtãtem q̃d de interrogatis diſcipulus ſentiat. Tũ quia illud ipſum Quintilian⁹ oratoriarũ inſtitutionũ lib. i. iubet præceptores facere: vt crebro pueros interrogent iis de rebus: crebraſq; ab illis operas exigãt. Tũ quia in hac re lõge difficilius eſt interrogare q̃ reſpõdere. Tũ etiã quia ꝑuectiores iã aliquãto diſcipulos interrogam⁹. Dicit igitur præceptor diſcipulũ interrogãs, quã artẽ ꝓfiteris. i. diſcis. Nam ſi ad præceptorẽ referas: ꝓfiteri eſt docere, ſi ad diſcipulũ, eſt diſcere. Cui diſcipulus rñdet grãmaticã, ſubaudi profiteor. Et eadẽ rõne ſunt interrogata & reſpõſa q̃ ſequuntur. ¶ Quid eſt grãmatica? Quæſtio an aliqua res ſit, quẽadmodũ inquit Ariſtoteles, reliquas omnes quæſtiones præcedere debet, ſequẽs ver[o] [qu]ę debet quid res eſt. Sed q̃a nemo eſt (vt Quin. de rhetorica ait) adeo nõ ab eruditione modo, ſed a[b] [co]mmuni ſenſu remotus: vt fabricãdi & texendi & e luto vaſa fingẽdi artem putet: grãmaticem vero exiſtimet ſine arte venire poſſe, Reliqua eſt illa quæſtio quid ſit grãmatica. q̃ quia de ſubſtãtia grãmatices inquirit: diffinitiõe mõſtrãdum eſt q̃d quæritur. grãmatica eſt ſciẽtia recte loquendi, & quia (vt Quinti. ait) ſcribendi ratio cũ loquẽdo cõiuncta eſt, vt rẽ magis explicaret: ſubiunxit recteq; ſcribẽdi. Ex doctiſſimorũ virorũ vſu, hoc adiecimus ad illorũ temeritatẽ coarguẽdã, q putãt in hoc aliud eſſe artẽ, aliud vſum, cõſuetudinẽq;. Dicũt. n. aliq̃d ex arte poſſe dici. q̃d vſus reformidet, atq; e diuerſo aliq̃d ex vſu poſſe dici: quod ars repudiet: nã enim (vt Quintilianus ait) cũ primũ fingerẽtur hões analogia miſſa cœlo formã loquẽdi dedit, ſed inuenta eſt poſtq̃ loq̃bantur & notatũ in ſermone quid quoquo modo caderet, itaq; nõ rõne nititur, ſed exẽplo. An propterea hõ facit in genitiuo hõis, q̃a nos ita dicere ars docuit, an potius hoc in artẽ reductũ eſt, q̃ vſus frequẽtior docuiſſ[et]

merū in ſermone latino virorū hoc habet. Nā quo tēpore Ennius poeta dixit: vulturis in ſiluis miſerum mandebat homonē: nō quis putet ex arte fuiſſe dictū: tā vſus fuit illius ſeculo dicere homo homonis, quā noſtro hōis, ſed quēadmodū diximus alio loco priſcus ille vſus ab eruditiori ſeculo eſt exploſus, vt vel inde homines intelligāt totā hāc rationē vſu cōſtare quē penes arbitriū vis eſt & norma loquēdi. Sed de quo vſu intelligamus ſubiūgit, doctiſſimorū virorū, nā indoctorū potius abuſus q̄ vſus appellādus eſt. Atq; vt pulchre Quintilianus ait: cōſuetudo nō ex eo accipiēda eſt: q̄ plures faciūt: nā hæc ratio periculoſa eſſet nō modo in ſermone: verū etiā in vita humā: ſed ex eo qđ optimus atq; ſapiētiſſimus quiſq; exequitur: vt ſit cōſuetudo ſermonis eruditorū, quēadmodū viuendi cōſenſus bonorū. Sed dicet quiſpiā: ſi res litteraria vſu cōſtat, quid mihi ars cōferet? Hoc loco repetendū nobis eſt, qđ ſcripſimus in pricipio illius artis: in qua ſermonē Hiſpanū ſub regulas atq; præcepta cōtraximus, artē licet ſit collecta ex vſu doctiſſimorū virorum: phibere tñ apud hoīes pbati vſus imperitos ne abuſus irrepere poſſit, vt latinū ſermonē corrumpat. Nā quia vſus loquendi multo indiget tēpore, neq; facile niſi ab iis qui ſunt in tenera ætate comparari poteſt, excogitata eſt ars quæ non modo ſit vtilis latinæ linguæ imperitis, verum etiā peritis, imperitis inq̄, vt per ea ipſa præcepta in vſum illū facilius deducātur. peritis vero: vt ea q̄ ſunt prope infinita & ſparſim ex lōgo vſu didicerūt, ſub paucis regulis atq; preceptis cōplectantur.

Vnde dicitur grammatica? A grammatis: hoc eſt a litteris: quaſi ſcientia litteraria.

Quotuplex eſt grammatica? Quintiliano autore duplex, Hiſtorice; quæ in enarrandis autoribus verſatur; ad imitationē propoſita. Et methodice; quæ artis præcepta continet.

Quot ſunt partes p̄ceptiuæ grāmatice. Quattuor Orthographia; cui reſpōdet littera. Proſodia, cui reſpōdet ſyllaba, Etymologia; cui reſpōdet dictio Syntaxis; cui reſpōdet partiū orōnis cōſtructio.

¶ Vnde dicitur grāmatica? Sequēs queſtio eſt vnde dicitur grāmatica, hæc quæſtio cum ad oēs qui aliqua de re diſputant pertinere poſſit. vt inquirant vnde id dicatur, de quo diſputāt: tum maxime ad grāmaticū: cuius officium eſt demōſtrare vnde cuiuſq; dictionis origo ſit: ſi modo aliūde dicatur. A grāmatis græce reſpōde, qđ eſt a litteris latine, vt ſit grāmatica ſciētia vel ars litteraria, nō vt indocti dicebāt a grāma littera & tica ſcientia grāmaticā eſſe dictam, nam in grāmatica non plus addit, q̄ vt Cicero ait in topicis, timus infinitim⁹ & legitim⁹, aut enſis in Hiſpaleñ. Corduben̄. Italicēſis, neq; enim in illis dictiōibus timus & enſis aliud ſunt q̄ p̄ductiōes nominū deriuatiuorum a fine, ſcḡe. ede. Hiſpali. Corduba. Italica. Sed homines græcarū litterarum ignari occaſionē errādi habuerunt ex eo quod inueniebant pro grāmtica interpretatū in latinum ſermonē: ſcientia vel ars litteraria, pro dialectica ſcientia vel ars diſputatiua, pro rhethorica ſcientia vel ars oratoria. Nam ſcientiarū nomina quæ ſunt græca plerūq; a latinis in hūc modū verti cōſueuerunt, vt politice reſpublica, œconomice res familiaris. Georgice res ruſtica: & eodem modo grāmatice res litteraria. ¶ Quotuplex eſt grammaticica? Quaſi velit dicere grāmatica in genere accepta in quot partes diuiditur, huic quæſtioni reſpondet ex Quintiliani autoritate, qui oratoriarum inſtitutionum libro primo his verbis inquit. Et finitæ quidem ſunt partes duæ: quas hæc profeſſio pollicetur, ideſt ratio loquēdi, & enarratio autorum, quarū illā methodicē, hanc hiſtoricē vocant. Idem quoq; Diomedes grāmaticus ſentit aliis tamē verbis dicens. Grāmatice partes ſunt duæ: altera quæ vocatur exegetice: altera hiſtorice, nā tota grāmatica conſiſtit præcipue intellectu poetarū, ſcriptorum & hiſtoriarū prōpta expoſitione: & recte loquēdi ſcientia. Quā ergo grāmatices partem Quintilianus vocat hiſtoricē, i. narratiuā: quādo hiſtoreo græce interpretatur narro: hanc eandem Diomedes exegeticem nominat, quæ æque narratiua interpretatur. Quā rurſus Quint. methodicē appellat. i. doctrinalem, quoniā methodus doctrina interpretatur: eā ipſam Diomedes vocat hiſtoricē. i. definitiuā, quia horizo græce, eſt latine definio ſiue termino. Ego recte dixit hiſtoricen ſiue exegeticen verſari in enarrādis exponēdiſq; autoribus ad quorū imitationem poſt artis præcepta ſe debent pueri cōponere. Methodicē vero ſiue horiſticē verſari circa eadem ipſa artis præcepta, quæ vt diximus, ex optimo autorū vſu collecta ſunt. ¶ Quot ſunt partes præceptiuæ grāmatice. Omiſſa altera grāmatices parte, quā diximꝰ hiſtoricē ſiue exegeticem, quod non eſt huius conſiderationis: rurſus interrogat quot ſunt partes methodices ſiue horiſtices: hoc eſt preceptiuæ grāmaticæ & reſpondet eſſe quattuor illius partes, quæ vero illæ ſint, & quæ cuiq; ſubiecta materies: enumerat. Nā orthographia diſputat de littera, proſodia de ſyllaba, etymologia de dictione, ſyntaxis de partium ſiue dictionum inter ſe conſtructionem. Ex quo Ioannis Paſtranæ conuincitur erratum atq; artis dialecticæ ignorātia, quæ in principio illius operis q̄ in pernicism ſermonis latini caſſo labore compoſuit: ſcripſit partes orationis eſſe quattuor quas nos partes grāmatices eſſe diximus litteram ſyllabā, dictionem, orationē. Aliud enim eſt grāmatica, aliud oratio, illius partes ſunt cōſiderare de litteris, qđ eſt minimū in oratione, aut de ſyllabis, quæ litteris cōſtat, aut de dictiōibus q̄ ſyllabis cōficiūtur aut de oratiōe, q̄ ex dictiōibus cōſtruitur, huius vero ptes ſunt in quas oratio ipſa diuiditur: quēadmodū aliud eſt rhetorica, aliud eſt oratio quā eſt opus rhetorices, nā ptes rhetoricæ ſunt inuētio, diſpoſitio, elocutio, memoria, pnūciatio. Oratiōis vero exordiū, narratio, partitio, cōfirmatio, cōfutatio, cōcluſio: quēadmodū. n. nulla eſt pars oratiōis rhetoricæ in qua nō ſit inuentio, diſpoſitio, elocutio, memoria, pnūciatio, eadē quoq; rōne nulla eſt pars orationis grāmaticæ, in qua nō cōſideremus quibus litteris ſcribēda ſit, quo accētu quæq; ſyllaba enūciāda, quid dictio ſignificet, & quæ habeat accidētia, & qua rōne in cōſtructiōe orationis veniat. Nō recte igitur Paſtrana cōfundit partes oratiōis cū partibus grāmatices. Quēadmodū enim dialectici definiūt & vſurpatur a Cice. q. li. de finibus bonorū & malorū, vitioſum eſt in diuidendo, partem in genere numerare, quod hic noſter facit, qui litterā, q̄ pars ſyllabæ eſt, & ſyllabā q̄ pars dictiōis, & dictionē q̄ pars orationis, ſub vno genere hoc eſt oratione ex æquo diuidit, qđ eſt, vt Ciceronis verbis vtar, nō partiri, ſed frāgere, nō aliter q̄ ſi quis animalis corpus diuidat in caput, oculum & pupulā, cum pupula pars oculi ſit, oculus capitis, caput vero totius corporis.

De erotematis orthographie. Totū artis grāmaticæ negotiū (Quint. autore) in duobus maxime ſiſtit, in recte loquē di recteq; ſcribendi ratione. Recte loquendi regulas continet proſodia, etymologia, ſyntaxis. Recte ſcribendi vero ea quam greci orthographiā vocant, & a qua potiſſimum tota grammatica nomen aſſumpſit. ¶ Querit igitur in primis, quid eſt orthographia. Cui reſpondet. Scientia docens litteris queq; dictio ſcribenda ſit. Breuius & fortaſſe melius dixiſſet ſcientia recte ſcribendi. Cuius ratio (vt inquit Fabius) non in hoc poſita eſt: vt nouerimus quibus queq; ſyllaba litteris conſtet, ſed tota eius artis ſubtilitas verſatur circa rectam ſcriptionem dictionū græcarū, atq; etiam latinarum, quæ non ſunt in vſu frequenti. & q̃ diphthongo, quæ vocalibus aſpiratis, aut conſonantibus, quæ per ypſilon ſcribantur: nam ſi Ariſtotele autore virtus & ars circa difficile verſantur, hic labor, hic tota difficultas orthographie verſatur. Quæ & ſi cōſuetudini ſeruit, ideoq; ſæpe mutata eſt (quēadmodum ait Quintilianus.) illā tamen ſcribendi rationem ſequemur, in quā doctiſſimus quiſq; conſentit. Atq; vbi illi inter ſe varii ſunt, in quod plures illorū cōueniunt. ¶ Rurſus quærit vn̄ dicitur orthographia, & q̃ a græca dictio atq; compoſita eſt, reſpondet, q̃ ab orthos (qđ interpretatur rectum) & grapho (qđ eſt ſcribo) componitur, vt ſit, qđ ipſa orthographiæ diffinitio explicat, ſciētia recte ſcribēdi. ¶ Quid eſt littera? Quia (vt diximus) orthographia circa litteras, quaſi circa ſubiectā materiam verſatur, Iterum querit: quid eſt littera? meminerís aūt litteras ab elementis autore Priſc. diſtare: q̃ litteræ ſunt ductus ſiue characteres qui ſcribūtur.

¶ De erotematis Orthographie. Cap. ij.

Quid eſt orthographia? Sciētia docens quibꝰ lr̄is queq; dictio ſcribēda ſit. Vnde dicitur orthographia? Ab orthos, qđ eſt rectū, & grapho ſcribo: quaſi ſcientia recte ſcribendi.

Quid eſt littera? Vox que ſcribi poteſt indiuidua. Vnde dicitur littera? a lituris quod antiqui tabulis ceratis ſcribere ſolebant, & poſtea delere.

Quot ſunt litteræ in vſu apud latinos? Duæ & viginti, & h. quæ nō eſt littera ſed aſpiratiōis nota.

Quot ſunt genera litterarum? Duo, quædā enim ſunt vocales, quædam vero conſonantes.

Quid eſt vocalis? Littera quæ per ſe & pura pronunciari poteſt. Vnde & vocalis dicitur, quod ꝑ ſeipſam vocem habeat.

Quod ſunt vocales? Sex. a. e. i. o. u. ypſilon.

Elemēta vero ſunt ꝓnūciationes ipſæ q̃ ſcribūtur, cōfundunt tn̄ autores hāc differētiā alterū ꝓ altero accipiētes. Rn̄det vero ex diffinitiōe Priſ. dicēs littera eſt vox indiuidua, q̃ ſcribi pōt. hic litterā ꝓ elemēto accipit: ſed quia, vt inq̄t Fabius, ſic q̄dq; ſcribēdū eſt, quēadmodū ſonat: quia hic eſt vſus litterarū, vt cuſtodiāt voces, & veluti depoſitū legētibꝰ reddāt, q̄ de littera ꝓlata dicimus, de ſcripta quoq; eſt intelligēdū, recte igitur Priſ. definiuit littera ē vox q̃ ſcribi pōt indiuidua. Si enim ſcribi nō pōt, quales ſunt volucrū voces, & mugitꝰ boū, & gemitꝰ hoīm: quas Priſ. illiteratas vocat: illa nō recte appellabitur littera. Indiuidua aūt ſubiecit, quia (vt alia diffinitiōe Priſ. oſtēdit) littera eſt minima pars vocis cōpoſitæ: minimū aūt eſt quod amplꝰ diuidi nō pōt, eiuſmodi eſt littera. Ex quo infertur, pſi, litterā apđ græcos & x. apđ græcos & latinos nō eſſe litteras: q̄n quidē altera in ps, altera in cs vł gs diuiditur. ſed potiꝰ dicēdū eſt, vtrāq; figurā binarū litterarū eſſe cōpēdiū. ¶ Vn̄ dicat littera? Rn̄det ex Priſ. verbis, litterā dici a lituris, verba Priſc. ſunt. dicitur aūt littera quaſi legitera: eo q̄ legēdi iter præbeat, vł a lituris vt quibuſdā placet, q̄ plerūq; antiq in ceratis tabulis ſcribere ſolebāt, & poſtea delere. Ideo aūt ex hac rōne t. geminauit: quia litura primā ſyllabā breuiat, q̄ in littera lōga ergo hic de littera ſcriptili rn̄det. ¶ Quot ſunt litteræ in vſu hic quoq; de nūero litterarū, q̄ ſcribūtur, inquirit. Neq; enim recte duo & viginti rn̄diſſet, cū apud latinos ſex & viginti ſint ꝓnūciatiōes litterarū diſtinctæ, & totidē cōſequēter debeāt eſſe litteræ, quēadmodū paulopoſt dicemꝰ: & exactius diſputatū eſt in repetitiōe, quā de litteris habuimꝰ, & in opeſtillo q̄ de ſermōis Hiſpani grāmatica fecimus, quibꝰ in locis deductū eſt octo eſſe vocales apud latinos. & duo de viginti cōſonātes. Ergo figuræ litterarū, q̄ ſcribūtur: duæ ſunt & viginti, & h. q̄ (& ſi quātū ad figurā littera ſit, atq; in ordine litterarū ponatur) nō eſt elemētū, quia nō ſonū, ſed tātū ſpiritū ſiue flatū habet, ūn̄ & illā facilē plures dixerūt: q̄ cū additur litteris c. p. t. quodāmō ſonū illarū alterare videtur: & aliud genus litterarū efficere: q̄ quia in vocalibus & r. littera nō apparet: greci c. p. t. aſpiratis diuerſos characteres dederūt, r. vero nō dederūt, quia aſpiratio illi nō cohæret, ſed potius vocali q̄ ſequitur, vocalibus vero, quia ab illis nō eminet, atq; ideo greci vocalibus aſpiratis apices aſpirationē deſignātes impoſuēre. ¶ Quot ſunt gn̄a litterarū, ac ſi dicat, litteræ in quot ꝑtes ſiue ſpēs diuidūtur, vt littera ſit genus: & querat de eius ꝑtibus ſiue ſpeciebus, vt dicūt dialectici: qđ tn̄ Cic. dicere reformidat. Rn̄det duo eſſe gn̄a: alterū vocaliū, alterū cōſonātiū. ¶ Querit inde, quid eſt vocalis? Rn̄det vero & quid ſit, & vn̄ dicatur. Eſt. n. vocalis littera q̄ ꝑ ſe & pura, i. nulli alteri litteræ admixta, ꝓnūciari pōt. vt cū dico, a. ſic ſonat pura & impermixta, vt a nulla vndiq; alia littera feriatur. Ex qua diffinitiōe originē vocalis oſtēdit dicēs, q̄ vocalis ex eo dicitur, q̄ ꝑ ſeipſam vocē habeat. ¶ Poſtea de nūero vocaliū inq̄rit dicēs, quot ſunt vocales? Rn̄det aūt eſſe ſex. a. e. i. o. u. ypſilō. Ex quo facile apparet q̄ſtionē hāc de vocalibus eſſe q̄ ſcribūtur, nā q̄ a tēpeſtatis noſtræ hoibꝰ enūciātur, quīq; ſunt tātū. q̄ vero ab antiquioribꝰ, octo. a. e. i. o. u. y. pſilō, et duæ aliæ vocales, altera q̄ ſonat inter. e. i. altera inter. i. u. quēadmodū in repetitiōe ſuperiꝰ memorata ſatis copioſe deduximꝰ. Illud tamen interim nō eſt diſſimulādū, vocales illas oēs in eadē gutturis ꝑte formari, ſed oris labiorūq; diſtorſionē facere illarū diuerſitatē, vt eo vel facile intelligi poſſit: cū innūere ſint oris labiorūq; figuræ, infinitas quoq; eſſe poſſe vocales nedum octo illas, quas ſupra memorauimus, differētias tn̄ illarū nō ſentiri. Nā quēadmodū in arcu cæleſti, qui (vt Verg. ait) mille trahit varios aduerſo ſole colores, oculi nō ꝑcipiūt niſi tres tātū, & in quo, vt Oui. ait, niteāt cū mille colores, trāſitus ipſe tn̄ ſpectātia lumina fallit, vſq; adeo q̄ attigit idē eſt: tn̄ vltima diſtāt, eodē mō cū aures noſtræ tātū vocales quīq; ſentiāt, rō tn̄ intelligit, tot eſſe, quot pōt eſſe oris diuerſitates, nā & mathematici dicūt, quātitatē cōtinuā nō habere finē in diuidēdo.

Quid eſt cōſonans? Littera; quę niſi feriat vocalē, pronunciari non poteſt; vnde & cōſonās dicitur, quod cum vocalibus ſonet.
Quot ſunt cōſonātes? Sedecim reliquę a vocalib⁹.
Quot ſunt ſpecies conſonantium? Duæ, quædam enim ſunt mutæ; & quædam ſemiuocales.
Quot ſunt mutæ? Nouem. b. c. d. f. g. K. p. q. t.
Quot ſunt ſemiuocales? Septem. l. m. n. r. ſ. x. z.
Quare dr̄ mutę? Quia in comparatione vocaliū & ſemiuocalium nihil prope ſonent.
Quare dicuntur ſemiuocales? Quia in ſonoritate proxime ad vocales accedunt.
Quot accidūt litterę? Quinq; Nomē, Figura, Poteſtas, Cognatio, Ordo.
Quid eſt nomen in littera? Vocabulum; quo vnaquęq; appellatur ad aliarū litterarū diſcretionē.

¶ Quid eſt conſonans? & reſpōdet eſſe litterā quæ per ſe non poteſt enunciari, niſi vocalem feriat. vt ſi velis pnūciare. b. non poſſis efficere niſi vocalē ſequentē aut praecedentē feriat: & poteſt tū ſequentē media altera cōſonāte ferire. Ex hac cōſonantis diffinitione infert originē vnde dicitur, quia ab eo quod cū vocalibus ſonet. ¶ Quot ſunt conſonātes, quia de numero quæſiuit, reſpondet eſſe ſedecim reliquas a ſex vocalibus, cū tamen ſint aliquanto plures quēadmodū e veſtigio deducemus. ¶ Quot ſunt ſpecies cōſonātiū? quærit adhuc an cōſonans quæ erat litteræ ſpecies, poſſit in partes diuidi, & dicit eſſe duas adhuc conſonātium ſpecies, alterā mutarū, alterā ſemiuocaliū. Sed cū dixit nouē eſſe mutas, & ſeptem ſemiuocales, manifeſtū eſt de ſimplicibus litterarum figuris reſpondiſſe, nam pronunciatiōes. vt diximus, duodeviginti ſunt, duodecim mutarū, ſex ſemiuocaliū: q̄ ſic probari poteſt, ait Pli. li. natu. hiſto. vij. latinos habere vim omniū litterarū, quas græci habēt, nā dictiones græcas cū litteratura in latinum ſermonē trāſſere placuit. Illi nāq; nouem habent mutas in triplici differentia poſitas. p. c. t. ſubtiles. ph. ch. th. craſſas. b. g. d. medias quarū ſubtiles & medias habēt latini. habent quoq; & ſpiſſas, ſed tātū in dictionibus græcis, vt philoſophia, chorus thalamus, quas quia figuras non habemus per ſubtiles aſpiratione addita repræſentamus, cum diuerſæ omnino ſint ab illis, multoq; magis in pronūtiatione diſtent, quam ab illis quas diximus eſſe medias. Cū ergo diuerſitas litterarum non in figuris, ſed in pronūciatione ſit, manifeſtū eſt. ph. ch. th. alterius eſſe generis quā. p. c. t. cū nō aſpirantur. Habēt praeterea latini tres mutas, quas ignorant græci. f. i. u. cōſonātes, vt enim alio in loco pbauimus inter. f. & . ph. tāta eſt differētia, vt inter duas litteras eiuſdem generis nulla maior eſſe poſſit. f. vero mutā eſſe omnes grammatici teſtantur, a qua multum in pronunciatione differt. u. conſonans q̄ antiquiores digama æolicum appellabant. i. cōſonans, quem habeat ſonum fateor me ignorare: namquemadmodum compertum habeo non eum eſſe, quem Hiſpani proferunt, quemq; ego contenderim non aliunde q̄ a pœnis Hiſpaniā accepiſſe, ita ſuſpicor proxime accedere ad ſonum. i. vocalis. niſi bi q. i. ipſi inſidet, reliquaſq; vocales frangit, ſed interim reijciamus illam in numerum mutarum. Colligamuſq; duodecim eſſe mutas, tres græcorum pprias ch. ph. th. tres latinorum. f. i. u. conſonantes, ſex communes græcis & latinis. b. c. d. g. p. t. nam. k. q. ocioſæ ſunt, cum eundem ſonum habeant quem habet. c. neq; figurarum diuerſitas debeat numerum augere litterarum, ſex tamen eſſe ſemiuocales diximus, cum reliqui omnes grammatici, græci, & latini dixerint eſſe ſeptem, & quem fecimus reſpondentem diſcipulum ſeptem quoq; eſſe dixit. Sed hi omnes de figuris loquuntur litterarum, nos vero de illarum vi poteſtateq; diſſerim⁹. cuius ratio conuincit. x. non eſſe litteram, ſed vt ſupra memorauimus, duarum litterarum compendium: quarum altera hoc eſt. c. vel. g. ad mutas, altera hoc eſt. s. ad ſemiuocales referenda eſt. ¶ Quare dicuntur mutæ, cui quæſtioni reſpondet: mutas ideo dici non quia illæ partes vocis non ſint: ſed quia comparatione vocalium & ſemiuocalium nihil prope ſonent. Quod exemplo Priſcianus oſtendit ſic. quemadmodum informis dicitur mulier non quæ caret forma, ſed quia eſt male formata: ſic etiā muta dicitur non quia omnino caret voce, ſed quod exiguam partem habeat. Immo vero poſſem ego dicere mutas iccirco appellatas, q̄ per ſe nulla ratione poſſint enunciari: cum in ea oris parte formentur, qua nullo modo poſſit vocis eſſe iterū. p. b. ph. ore clauſo labriſq; preſſis effinguntur. t. d. th. lingua inter dētes cōpreſſa priori parte. c. g. ch. ipſius arteriæ faucibus clauſis. f. vero. & . u. cōſonans prioribus dentibus inferiori labro impreſſis quod. f. (vt Quint. ait) per dentium diſcrimina extrorſum efflatur. u. vero. ſpiritum quodāmodo intus ætracto. i. vero cōſonans quam habeat vocem iam confeſſi ſumus nos ignorare. Cum igitur omnibus in his locis ea ſit oris figura, vt nulla ratione vox exire poſſit, quia per ſe non poteſt enunciari, niſi vigore duntaxat vocalium, merito dicuntur mutæ, quippe quæ nullam per ſe vocem habeant. ¶ Quare dicuntur ſemiuocales, reſpondet ideo ſic appellatas, q̄ in ſonoritate proxime ad vocales accedant. Nam (vt ait Priſcia.) ſic appellatæ ſunt, quia plenam vocem non habeant, vt ſemiuiros appellamus, non quod dimidiam partem habēt virorum, ſed quia pleni viri non ſunt. Cur autem magis quā mutæ. minus autem q̄ vocales ſonent, ratio eſt quia in ea oris parte figuraq; formantur, in qua hoc effici poſſit. Nam ore faucibuſq; ſemiapertis lingua ad palatum caelumq; ipſum illiſa ſemiuocales enunciatur præter q̄. m. q̄ & ipſa potius inter mutas enumerari deberet, propterea quod in pronunciatione ad. b. proxime accedat: niſi q̄. b. labijs clauſis cum vocali ſequenti erumpit. m. quodammodo per nares efflatur. ¶ Quot accidunt litteræ? poſteaq̄ dixit quid eſt littera, atq; illam in partes diuiſit, quærit quæ ſunt illius accidētia, reſpōdetq; eſſe quinq; Nomen eſt, quo vna quæq; appellatur. Figura, qua deſcribitur. Poteſtas, qua pronunciatur. Cognatio, quam cum alia habet littera. Ordo, quo cum alio ſyllabicatur. ¶ Quid eſt nomen in littera, vocabulum (inquit), quo vnaquæq; appellatur, vt quam græci vocant alpha, hebræi aleph, pœni alpha, nos ipſius vocis nomine appellamus. a. magna profecto vtilitate illorum, qui ex illis litteris incipiunt ſyllabas coniungere: nam græcis hebræis & pœnis euaneſcunt poteſtates litterarum cum in ſyllabicando illas longo circuitu nominum ſuarum appellant, ex quo fit, vt hac vna in re multo plus latini triduo proficiant: quam illi menſe.

Quid eſt figura in littera? Eius deſcriptio certis lineamentis terminata, puta lõga, breuis; rotũda.

Quid eſt poteſtas in littera? Ipſa litterę pronũciatio ꝓpter quã & figurę & nomina ſunt inuenta.

Quid eſt cognatio in littera? Quædam affinitas quã alia in aliam cõmutatur; aut per interpretationẽ vt a lida leda; aut per deriuationem, vt a tego toga; aut per compoſitionem, vt ab amicus inimicus; aut per declinationem: vt a facio feci.

Quid eſt ordo in littera? Ratio demõſtrans quæ prę poni; quæ ſubſequi debeat in pronunciatione.

Quotuplex eſt ordo in litteris? Duplex, ſcilicet, in vocalibus & in conſonantibus.

Quid eſt ordo in vocalibus? Quod cum in diphthongon coeunt, quędam ſemper præponũtur, vt a. o. y. quædam ſemper poſtponuntur. vt i. u. quædam aliquando præponuntur, aliquando poſtponuntur. vt e.

Quid eſt diphthongus? Conglutinatio duarum vocalium in eadem ſyllaba ſuã vim retinentiũ.

Vnde dicitur diphthongus? A dis quod eſt bis & phthongus ſonus; quaſi duplex ſonus.

Quot ſunt diphthõgi quibus vtuntur latini? Sex æ, vbi ſupprimitur. a. & profertur. e. vt muſę. au. vbi ꝓfertur. a. & rapitur. u. vt audio. ei. ubi ſup-

¶ Quid eſt figura in littera? Deſcriptio (inquit) ſiue literarum ductus certis lineamentis & characteribus terminata: quod exemplo declarat. vt. l. longa, i. breuis, o. rotunda, & compoſita ex longa & rotunda. b. d. p. ex breuibus. m. n. & eodem modo de reliquis. Illud modo memineris lineamentorum varietatem non facere diuerſitatem litterarum. ¶ Quid eſt poteſtas in littera? Ipſa reſpondet litteræ pronunciatio, nam quemadmodum litterarum diuerſi ductus atq; tractus non diuerſificant litteram, ita e diuerſo ſi vna litteræ figura plures ſoni repræſententur, plures quoq; litteras illam vnam eſſe intelligemus. ¶ Quid eſt cognatio in littera? Hanc litteræ accidentiã Quintili. precepit vt pueri ſciant. ſcribit enim his verbis, quare diſcat puer quid in litteris propriũ: quid commune, quæ cum quibus cognatio: nec miretur cur ex ſcanno fiat ſcabellum, neq; has modo nouerit mutationes, quas afferunt declinatio aut præpoſitio, ſed & quæ rectis caſibus ætate tranſierunt. Quibus in verbis quattuor modo mutationis litterarum in alias litteras tangit. Deriuationis cum dicit: cur ex ſcanno fiat ſcabellũ: quid propter eam cognationem quæ eſt. m. cum. b. Declinationis, vt cum ſubdit ſecat ſecuit. Præpoſitionis per quam intelligimus compoſitionem, quia præpoſitiones plerumq; veniunt in compoſitionem, vt cum ſubdit cado excido. De interpretatione ſiluit, tamen adiecit alium modum cognationis cum dicit: quæ rectis caſib9. i. manẽte prima nominis poſitiõe: ætate. i. tẽporis vetuſtate trãſierũt. i. litteræ ĩ alias mutatæ ſunt vt valeſij & fuſij in valerios & furios, s. mutata in. r. Ergo a lida fit leda. i. mutata eſt in. e. a tego toga. e. mutata eſt in. o. ab amicus inimicus. a. mutata eſt in. i. a facio feci. a. mutata in. e. propter eam quam diximus litterarum cognationem: cuius cõſideratio quia latiſſime patet: ſatis erit in præſentiarũ pueros admonuiſſe cognationis litterarum, ne poſtea mirentur cur aliæ in alias tranſeãt. ¶ Quid eſt ordo in littera? Accidit præterea litteræ ordo: non quemadmodum Iſidorus ait, quod. a. ponitur ante. b & . b. ante. c. & . c. ante. d. quoniã ille ordo litterarum eſt quæ ſcribuntur: nihilq; ad grammaticum pertinet, ſed quærit de ordine litterarum enunciatarum: cum in vnam ſyllabam colliguntur, ideo reſpondet, ordinem in littera eſſe rationem, quæ demonſtrat, quæ præponi, quæ ſubſequi debeat: non in ſcriptura; ſed in pronunciatione. Sed quia litteræ aut ſunt vocales, aut conſonantes: quærit primo de ordine vocalium dicens. ¶ Quis eſt ordo in vocalibus, quia tantũ vocales in ſyllabam coire non poſſunt niſi diphthongon: reſpondet quod cum in diphthongon coeunt, quædam ſemper præponuntur, quædam ſemper poſtponuntur, quædam aliquando præponuntur aliquando poſtponuntur. Cum enim apud latinos ſex in vſu diphthongi ſint. æ. au. ei. eu. yi. œ. facile colligitur. o. a. y præpoſitiuas eſſe. i. u. poſtpoſitiuas, e. vero communem, nam in ei. præponitur in. æ. poſtponitur. ¶ Quid eſt diphthongus? occaſione habita ex eo quod diphthongi meminit: quærit rurſus quid eſt diphtongus, cui reſpondet, eſt conglutinatio. i. conſtricta quædam & ferruminata coniunctio duarum vocalium, nam tres, Quintiliano autore, nunquam poſſunt coire in ſermone græco, aut latino: cum tamen in hiſpano frequenter coeant: quemadmodum alio loco probauimus. Quod ſi quis obiecerit has particulas que, quæ, ve, vecordia: in quibus priores ſyllabæ ternas habent vocales: dicimus in prioribus illis. u. non eſſe vocalem ſed vocalem liquidam, in poſterioribus vero eſſe conſonantem. Quod. n. Horat. in. i. carmi. dixit, nunc mare nunc ſiluæ. vbi. u. ex ratione carminis vocalis eſt, dicimus factam eſſe illic ſolutionem vt. u. iam non pertineat ad diphthongon quæ ſequitur, ſed per ſe ipſam ſyllabam efficiat. Et ſubiungit deinde in eadem ſyllaba ſuam vim retinentium, quod ſi verum eſt, ſiq; omnes grammatici antiqui & iuniores fatentur, ego non video cur tanta iniuria debeat fieri vocalibus illis, quæ exterruntur: vt omnino illas ſupprimamus. Quod ſi Quint. & cum illo omnes qui de orthographia ſcripſerunt: recte dixiſſe putantur: cum aiunt ſic ſcribendum eſſe vt pronunciamus, atq; e diuerſo ſic pronunciandũ vt ſcribimus: ego non intelligo quid ad rem pertineat diphthongos ſcribere, ſi proferendæ non ſunt, aut ſi in eadem ſyllaba ſuam vim retinent: cur ambæ illæ vocales enunciari non debeant, quod vero quidam dicunt. Illud ſuam vim retinentium debere intelligi quantum ab ſyllabæ quantitatem ridiculum eſt, cum vel ex ipſa diphthongi deriuatione facile appareat vtramq; vocalem debere enunciari. ¶ Dicit enim diphthõgus, vt ſtatim ſubiungit, a dis græce, quod eſt bis latine, & phthongus ſonus: quaſi duplex ſonus. Sed quid ego hac de re ſentiam in ſequenti erotemate declarabo. ¶ Quot ſunt diphthongi? ſex diphthongi ſunt apud latinos. æ. au. ei. eu. yi. œ. quarum tres. ei. eu. yi. in dictionibus tantum græcis reperiuntur. Reliquæ tres. æ. au. œ. in græcis pariter & latinis. Sed quemadmodum vocales in diphthongis pronunciari debeãt ſignificauimus in hunc modũ, vt in. æ. ei. œ. priores vocales ſupprimuntur, i. eſt, paululũ quid

*atq; obſcurum ſonent, quomodo Ouid. i. meta. dixit ſupprimit extēplo vocem, ſequētes vero vocales plene enunciētur: in reliquis vero tribus. au. eu. yi. priores vocales enuncientur integre: ſequentes vero rapiātur. i. raptim proferātur, vt inter ſupprimere & rapere faciamus differentiā quantū ad hunc pertinet locum: quod ſupprimere ſit minus q̄ rapere quēadmodum & rapere minus eſt q̄ pronunciare ſiue enunciare ſiue proferre. Quod vero in. yi. diphthongō, diximus vtrāq; vocalē in. i. longū pferri: volebamus ſignificare, q. cū. y. ſubtilis ſonus ſit nobis incognitus. i. vero latinis oībus notus vtraq; vocalis in ſonū nobis cognitū cōfunderetur. ¶ Quid eſt ordo in conſonātibus: hec queſtio per quā vtilis eſt tum librarijs: tum incipientibus primas litteras in ſyllabam coniungere: tum deniq; ipſi pronunciationi cuius cauſa & libri ſcribuntur & litteras legimus. Librarijs inq̄ & reliquis ſcriptoribus, quod cum in fine linearum dictiōes longiuſculas diuidere neceſſe eſt, neſciunt quas conſonantes in ſequentē lineam transferant, quaſue relinquāt, in quem errorem ne Auguſtus Ceſar incurreret: conſueuit lineas cum dictionibus finire: ſcribit. n. Trāquillus in vita illius his verbis. Notaui & in chirographo eius illa præcipue non diuidere verba, nec ab extrema parte verſuum abūdantes litteras in alterū trāſfert. ſed ibidem ſtatim ſubijcit circunducitq;, hoc quoq; obſeruamus hodie. fieri ab hebræis & pœnis: quod Suetonius dicit Auguſtum obſeruaſſe. Prodeſt etiā pueris illorumq; pedagogis, vt in ſyllabicādo ſciant quas cōſonantes præcedenti vocali, quas in ſequenti cōiungere debeant. Confert quoq; ad pronunciationem, vt in proferendo ſciamus que conſonans cui vocali adhæreat. Quod plures q̄ tres, ponit primo hui⁹ negotij regulas quaſdam generales, deinde ſubiungit particulares. ¶ Prima igitur regula eſt, q. in eadem ſyllaba nunq̄ poſſunt præcedere vocalem pluſq̄ tres conſonantes. vt ſcribo. ſtratum. ſcrobs. nec rurſus poſſunt ſubſequi vocalē pluſq̄ totidē, vt ſtirps. Et q. ſi ſequens ſyllaba. ¶ Secūda regula eſt, q. ſi in dictione pluriū ſyllabarū ſequens ſyllaba incipit a vocali, neceſſe eſt præcedētem in vocalem deſinere, vt deus tuus. Ratio autem huius eſt, quia aut inter duas vocales nihil eſt mediū, aut eſt vna conſonans, aut due, aut plures. ſi nihil eſt mediū, habet locū ſecūda regula. Si fuerit media vna tantū cōſonans, habet locū quarta regula: quoniā illa ſemp pertinet ad vocalem ſequentē, preterq̄ in dictiōibus cōpoſitis, vt ſtatim differemus. Si vero plures fuerint conſonantes, aut pertinent ad ſequentem ſyllabā omnes, vt ſcriptus. reſcribo, aut quedam etiam pertinent ad præcedentem, vt forte. perſcribo, quo in caſu habet locū tertia regula. Sed quando cōſonantes pertinent ad vocalē præcedentē, quādo ad ſequētem ſtatim explicabimus. Dicit tamen regulas ſupiores eſſe veras in dictionibus ſimplicibus, quoniā in cōpoſitis cōſonantes erunt illius vocalis, cuius fuerant ante cōpoſitionem. vt inimicus cōponitur ex in & amicus, quis enim cōſonās ſit in medio duarū vocalium: deberetq; ex ratione regulæ ſuperioris ad vocalē ſequentem pertinere, ex hac limitatione non pertinet niſi ad præcedentem. Eodē modo ſi fuerint plures cōſonantes, vt reſto: reſcribo, que cōponuntur ex ſto & ſcribo cū hac prepoſitione re, manifeſtū eſt omnes illas cōſonantes medias pertinere ad ſequentes vocales. Quint. li. i. eſt etiā in diuidendis verbis obſeruatio mediā litterā conſonātem priori an ſequenti adiungas ſyllabæ. Aruſpex enim, quia a ſpectando pars eius poſterior eſt. s. litterā tertiæ dabimus, abſtemius, quia ex abſtinentia temeti compoſita vox eſt: primæ relinquetur. Sed videamus quando in dictionibus ſimplicibus cōſonātes mediæ pertinent ad vocalem ſequentē, quādo ad precedentē, quade re huiuſmōi regulas dabimus. in quib⁹ etiā oſtēdem⁹ q̄ cōſonātes añ quas eſſe poſſunt in pricipio & in medio dictionū. ¶ B. pōt. ante. d. poni. vt bdeliū. abdera ante l. vt blādus hybla. añ. r. vt breuis. fabrica. añ. s. vt abſyrtus. ¶ C. pōt poni ante. l. vt clarus. amyclas ante. m. vt pyracmō. ante. n. vt cnidos. aracne. ante. t. vt cteſiphō. doctus. ante. s. habet ſonū, q nunc per. x. repreſentatur. ¶ D. poteſt poni ante. l. vt abodias. ante. m. vt admetus. ante. n. vt cidnus. ante. r. vt draco. cedrȳ. ¶ F. pōt poni ante. l. vt flagellū. pflo. ante. r. vt frāgo refringo. ¶ G. poteſt poni ante. l. vt gladius. ægle. ante. m. vt agmē. ante. n. vt gnau⁹. ignis. ante. r. vt gratus nigritia. ¶ L. ante nullā cōſonātē poni pōt ſed ipſa poſtponitur. b. c. d. f. g. p. t. ¶ M. añ nullā cōſonātem pōt poni preterq̄... vt mnemoſyne. amnis. ſomnus. ſolēnis cōtemno. p quo imperiti hui⁹ ratiōis. p. interiecta ſcribebāt ſompn⁹. ſolēpnis. cōtēpno. ¶ N. ante nullā cōſonantē ponitur: ſed ipſa poſtponi poteſt alijs. ¶ P. poteſt poni ante. l. vt placeo duplico. ante. n. vt pneuma. ante. r. vt pratūcapra. ante. s. vt pſalmus. ante. t. ptolome⁹. ¶ Q. ante nullā cōſonātem poni poteſt, quia ipſa ſemp ponitur ante. u. liquidā. ¶ R. ante nullā cōſonātē ponitur, ſed ipſam reliq̄ precedūt. ¶ S. pōt poni ante. b. vt asbeſtos. ante. c. vt ſcribo. aſcra. ante. l. vt ſlatari⁹. ante. m. vt ſmaragdus. ante. p. vt ſpeciē. aſpicis. ante. q. vt ſqualor. ante. t. vt ſto iſte. ¶ T. pōt poni ante. l. vt tlepolemus. atlas. ante. m. vt molas. ante. n. vt ætna. ¶ X. ante nullā conſonantē poteſt poni.*

primitur. e. & profertur. i. vt penthei. eu. vbi. pfertur. e. & rapitur. u. vt pentheus. yi. vbi vtraq; vocalis in. i. longum pfertur vt harpyia. œ. vbi ſupprimitur. o. & profertur. e. vt pœna.

Quid eſt ordo in conſonantibus: q̄d plures q̄ tres non poſſunt precedere vocalē, nec plures q̄ totidem ſuccedere. vt ſcrobs. ſtirps. & quod ſi ſequēs ſyllaba incipiat a vocali, neceſſe eſt p̄cedentē in vocalē deſinere, quodq; ſi precedēs ſyllaba in cōſonantē deſinit; neceſſe eſt ſequentē a conſonante incipere, quodq; nō eſt neceſſe, ſi ſequēs ſyllaba a conſonante inceperit; præcedentem quoq; in cōſonātē deſinere. Que regulæ ſunt veræ in dictionibus ſimplicibus, nō tamen in compoſitis.

## ¶ De erotematis Proſodiæ. Cap. iij.

QVid eſt proſodia? Sciētia demōſtrans quo accētu quæq; dictionis ſyllaba pferatur.

*De proſodia erotematis. Secundum partitionem grammatices, qua ſuperius vſi ſumus, hæc eſt ſecunda pars, in qua quærit de proſodia & de ſyllaba, hoc eſt materia, circa quā proſodia verſatur. ¶ Et principio querit quid eſt proſodia? Scientia (inquit) demonſtrans quo accentu queq; dictionis ſyllaba proferatur. Nā in vnaquaq; dictione, vt paulo poſt dicemus, eſt vna ſyllaba, in qua eſt accētus predominans acutus vel circunflexus, reliqua oēs pferūtur accētu graui.*

Vnde dicitur proſodia? A pros quod eſt ad,& ode cantus,quaſi accentus; hunc latini tum vocula-tionem;tū tenorem;tum tonū interpretati ſunt.

Quid eſt ſyllaba? Cōprehēſio litterarum enūciata ꝗ vno accentu & vno ſpiritu indiſtāter proferť.

Vnde diciť ſyllaba? A ſyllabin qđ eſt cōprehēdere.

Quot accidunt ſyllabæ? Quattuor.tenor.ſpiritus tempus & litterarum numerus.

Quid eſt tenor in ſyllaba? Modus quo aut leuatur aut primitur,aut eleuatur ſimul & deprimitur.

Quot ſunt tenores? Tres.Acutus.Grauis,& circū flexus.Acutus eñ eſt quo ſyllaba eleuatur.Grauis quo ſyllaba partim eleuatur ꝑtim deprimiť.

Quid eſt ſpiritus in ſyllaba? Qualitas quedā,qua aſpere vel leniter ſyllaba profertur.

Quid eſt tempus in ſyllaba? Duratio vel tractus in quo ſyllaba pronunciatur.

Quotuplex eſt tēpus in ſyllaba? Duplex:quia aut habet vnum tempus in quo profertur & dicitur breuis,aut habet duo tempora & dicitur longa.

Quid eſt numerus in ſyllaba? Cōprehenſio littera rum ſyllabam conſtituentium.

Quot poſſunt eſſe litteræ in ſyllaba? Vt multū ſex. vt minimum vna,Sed tunc proprie non dicitur ſyllaba,cum plures litteras non comprehēdat.

## De erotematis etymologiæ. Cap.iiij.

QVid eſt etymologia? Sciētia oſtēdens verā dictionū originē cū reliquis accidētibus.

¶ Vnde dicitur proſodia? Reſpondet,a pros præpoſitione græca,q eſt ad,& ode odes,quod interpretatur cantus,vt ſit verbum ex verbo accētus,quē latini,vt autor eſt Gell.tū vocolationē,tū tenorē,tū tonū interpretati ſunt.Nam quēadmodū(ait Boetius)in arte muſica.poetarū carmen inter ſermonē & cātilenā eſt,ac ſi velit dicere q hō cū loquitur:& poeta cū in carmine quoſdā flexus facit:& muſicus cū cātus modulatur:oēs ſuo modo canunt. Igitur quia qui loquitur,quaſdā in dictionibus attollit voces:quaſdam deprimit,quaſdā circunflectit:quodāmō videtur canere,& huiuſmodi modulatio eſt accētꝰ,hoc eſt quaſi cātus.¶ Quid eſt ſyllaba? Ad diffinitionem Priſciani addit enunciata & indiſtanter:& tollit qđ ille dixit cōſequens.Ait enim;ſyllaba eſt cōprehēſio litterarū cōſequēs ſub vno accētu,& vno ſpū prolata. Cōprehēſio(inquit)litterarū:nā ſi vna vocalis ſyllabā facit per ſeipſam:non appellabitur proprie ſyllaba cū etymologia & diffinitio ſyllabæ nō cōuenit illi:quæ eſt,ſyllaba eſt cōprehēſio litterarū,enūciata (inquit) quia ſyllabæ forma enūciatio eſt,nō ſcriptio,& quod Priſcianus addit cōſequens,magna ex parte explicat ſyllabæ diffinitionē,q̄ ſi litteræ nō ſunt cōſequētes.i. nō poſſunt ſyllabicari:nō erit ſyllaba prolata ſub vno accētu,& vno ſpū:quia vt diximus,quælibet ſyllaba habet vnū accētū,qui eſt forma illius ſyllabæ,adiecimus aūt indiſtāter,quia oēs illæ litteræ colligēdæ ſunt ſub vnū vocis ictū.¶ Vnde dicitur ſyllaba? Et q̄ originem habet græcā:dicit q a ſyllabin græce,qđ eſt comprehendere latine,vt ſit qđ ipſa diffinitio demonſtrat cōprehēſio litterarū.¶ Quot accidūt ſyllabæ? Quattuor eſſe reſpōdet ſyllabæ accidētias:quas enūerat:atq; iterū de ſingulis illarū quærit,& primo.Quid eſt tenor in ſyllaba? Diximus ſupra,quē accētū grāmaticorū vulgus appellat:tū vocolationē,tū tenorē,tū tonū,a viris doctis fuiſſe vocatū:& reſpōdet eſſe modū ſiue modulationē:quo ſyllaba eleuatur.cū profertur accentu acuto,aut deprimitur cū ꝓfertur accētu graue,aut eleuatur & deprimitur cū ꝓfertur accētu circūflexo,ſimul autē dicit,non qđ eodem tempore eleuatur & deprimitur,ſed quod prior pars duratiōis in ſyllaba eleuatur,poſterior vero deprimitur,& ita fit quaſi quidā flexus a ſurſum deorſum.¶ Quot ſunt tenores? Quia dixit quid tonus eſſet,quærit rurſus de nūero partium illius.Reſpōdetq; eſſe tres & noīatim exprimit quid vno quoq; illorū efficiatur,ſed quia hoc negociū ad quinti libri diſpoſitionē pertinet,q̄ hoc loco curſim tetigimus,in illū reijciēda ſunt:vbi copioſius diſputabitur.¶ Quid eſt ſpiritus in ſyllaba? Ex quattuor ſyllabæ accidētibus:ſpiritus pertinet ad qualitatē:tenor & duratio ad quātitatē cōtinuā,nūerus litterarū ad quātitatē diſcretā. Itaq; reſpōdet ſpiritū eſſe qualitatē qua ſyllaba aſpere vel leniter ꝓfertur. Aſperū enim & lene quāq̄ ſunt differētiæ tāgibiliū,trāſferūtur tū ad ſonos,q perueniūt ad aures demulcēdo,aut exaſperādo ſenſum auditus.¶ Quid eſt tēpus in ſyllaba? Hic de lōgitudine durationis in ſyllaba quærit,quēadmodū de tenore interrogatus de ſyllabæ profunditate quærebat:& quia pars maior quinti lib.eſt de hac re:hic tātū dicit eſſe durationē ſiue tractū ſiue extenſionē ſiue porrectionē in qua ſyllaba ꝓnūciatur.¶ Quotuplex eſt tēpus in ſyllaba? Quod eſt ſatis puero nōdū in re ſcrupuloſa erudito. Reſpōdet eſſe duo tēpora,breue & lōgū.li.tū quinto dicturi ſumus,alios iſta exquiſitius diſtinxiſſe in quinq; tēporū diuerſitates,hoc eſt vnū,vnū & ſemis,duo,duo & ſemis,tria.¶ Quid eſt numerus in ſyllaba? Hic de quātitate ſyll[illegible] diſcreta quærit,hoc eſt quot litteris cōſtat.Nā quēadmodū littera indiuidua eſt,ita ſyllaba in litteris diuiditur.Itaq; rūdet ex ſyllabæ diffinitiōe eſſe cōprehēſionē certi nūeri litterarū ex qbꝰ ſyllaba cōſtituitur.et rurſus q̄rit de nūero.R[illegible]tq; eſſe poſſe ſex cū plurimæ vt ſcrobs.ſtirps,pōt eſſe vna minꝰ,vt trās.pōt eſſe quattuor,vt trā.pōt eſſe tres,vt tra.pōt eſſe duæ vt ra.vt minimū pōt eſſe vna,vt.a,ſed vt ſupra memorauimus,tūc ꝓprie nō dr ſyllaba cū neq; diffinitio neq; etymologia ſyllabæ illi cōueniat.

DE erotematis etymologiæ.cap.iiij.¶ Quid eſt etymologia.Incipit inquirere de tertia grāmatices parte,hoc eſt de etymologia,q̄ circa dictiones ſingulas verſatur.etymologia præcipue quærit de origine dictionū.vnde ſunt deductæ. vt an cælebs dicatur,quia cæleſtium quod antre grauiſſimo vacet (vt vult Gebinus) an ab coitu(vt putauit Modeſtꝰ) quia cælo Saturnus genitalia abſtulerit,hoc nomine appellatum qui vxore careat,ſed cōſiderat etiam de reliquis accidentibus ſingularum partium orationis,vt ad dictionum ſubſtantiam pertineat,quid ſignificēt,& vnde dicantur,reliqua vero ſunt liberum accidentia.Quomodo autem etymologia quæ eſt accidens dictionis demonſtret ſubſtantiam ipſam & accidentia illius,nihil ad grammaticum pertinet,qui pinguiori Minerua res huiuſmodi conſiderare debet.

Vde dicitur etymologia? Ab etymon, quod eſt verum, & logos ſermo, quaſi veriloquium, q̃d Cice. reformidans notationē appellat, hæc ab Ariſtotele ſymbolum; a quibuſdam originatio dicitur.

Quid eſt dictio? Minima pars orationis conſtructæ, id eſt in ordine compoſitæ.

Dictioni quot accidunt? Quattuor. Significatio. Etymologia. Figura. Ordo.

Quid eſt ſignificatio in dictione? Illud quo breuiter oſtenditur, quid dictio ſignificet.

Quid eſt etymologia? Dixi eſſe ſcientiam, qua oſtēditur vera dictionum origo.

Quid eſt figura in dictione? Forma, qua dictio ſimplex a compoſita diſtinguitur.

Quid eſt ordo in dictione? Qualitas, qua in oratione alia ſemper præponitur, alia ſemp poſtponitur, alia modo preponitur, modo poſtponitur.

Partes orationis quot ſunt? Octo. Nomen. Pronomen. Verbum. Participium. Præpoſitio. Aduerbium. Interiectio. Coniunctio.

Quot ſunt partes oratiōis declinabiles? Quattuor Nomen. Pronomen. Verbum. Participium.

Quot ſunt p̄tes oratiōis indeclinabiles. Quattuor Præpoſitio. Aduerbiū. Interiectio. Cōiunctio.

¶ Vnde dicitur etymologia? ab etymon quod ex græco intepretatur verū & logos ſermo quaſi ſit latine veriloquium. hic locus ex Quintil. ſumptus eſt qui lib. i. inſtitutio. orato. ait his verbis. etymologia, quæ verborū originē inquirit, a Cice. dicta eſt notatio, quia nomē eius apud Ariſtotel. inuenitur ſymbolū, q̃d eſt nota: nā verbū ex verbo ductū. i. veriloquiū ipſe Cicero qui finxit reformidat. ſunt qui vim potius intuiti originationem vocent. hæc Quintil. ¶ Quid eſt dictio? quia etymologia circa dictiones verſatur: quærit quid eſt dictio, reſpōdetq; ex Priſcia. verbis in hunc modū diffiniētes. Dictio eſt pars minima orationis cōſtructæ. i. in ordine cōpoſitæ. Pars inquit Priſcia. quantū ad totū intelligendū, i. totius ſenſus intellectū, quia ſi dictio diuidatur, nō ad totū intelligēdū hæc fit diuiſio: vt ſi diuidas vires in vi & res, nihil partes illæ ſignificāt quantū ad totius rationem pertinet, & quemadmodū vna littera proprie nō facit ſyllabam cū ſyllaba proprie ſit cōprehēſio litterarū, ſic nec ſyllaba dictionem cū debeat dictio cōſtare ſyllabis, nec dictio orationē, q̃ debet cōſtare dictionibus, quæ ſunt partes orationis, poteſt tamen vna littera facere nō modo ſyllabā, ſed dictionē & orationē, vt ſi dixeris. I in ſecūda imperatiui perſona ab hoc verbo eo, is, iui. ſed nō inquantū eſt littera, aut ſyllaba, aut dictio, ſed quatenus orationis habet vim. ¶ Dictioni quot accidunt? Ac ſi dicat dictiōis ſic ī genere acceptæ quot ſunt accidētiæ? reſpōdetq; eſſe quattuor, quas enumerat: & rurſus de ſingulis quærit, & primo de ſignificatiōe quā dicit eſſe illud, quo breuiter oſtenditur, quid dictio ſignificet, hoc per diffinitionē maxime exprimitur, ſed quod ad grāmaticū ſpectat, ſatis eſt digito (vt aiunt) quid quæq; dictio ſignificet oſtendere, quā partem aſſecuti ſumus in octo codicibus, quos de vocabulorū ſignificatione partim ædidimus, partim ſunt ædendi. Quærit rurſus. ¶ Quid eſt etymologia? Etymologia hic propria accipitur pro illa ſilicet grāmatices parte, quæ oſtēdit verā dictionū originē, & tunc pars ſiue ſpecies eſt eius etymologiæ, quā ſupra diffiniuim9, ad quā pertinet cōſiderare nō ſolū dictionū originē: ſed & ſignificationē & alias cuiuſq; dictionis accidētias. ¶ Quid eſt figura? Quāquam figura omnibus accidat orationis partibus præcipue de illa diſſeremus in capite erotematū nōis & verbi, quia numeroſior eſt illic figuræ diſputatio. ¶ Quid eſt ordo? De ordine quoq; pauca diximus libro. i. nōnihil etiā dicēdū eſt in fine huius tertij cū de ſyntaxi agemus, nā totus liber quartus hac de re eſt. Dicit igitur quaſdā dictiōes ſemp præponi. vt nomen verbo, adiectiuo ſubſtātiuū, relatiuo antecedēs, præpoſitio dictioni, quæ p caſus declinatur, verbū aduerbio. Sed hic ordo nō pro ſerie partiū oratiōis accipitur, ſed pro ordine quo in diſponendis clauſulæ cuiuſq; dictionibus vtimur, nā in ſerie oratiōis ſola præpoſitio & cōiunctio aliqñ præponitur. vt ad, apud, & at, aliquādo poſtponitur vt tenus, verſus, q;, quoq;: aliquādo præponitur & poſtponitur, vt cōtra, cū, ergo, itaq;. Interiectio & præponi & poſtponi pōt, quia idcirco dicta eſt interiectio, quia interponitur reliquis partibus orationis quarū ſeriē poteſt abrūpere. ¶ Quot ſunt partes orationis? Quia dictio nihil aliud eſt quā pars orationis, quærit de numero partium orationis, ac ſi velit dicere. quot ſunt genera dictionū, ex quibus veluti ex quibuſdā partib9 integralibus oratio cōſtruitur. Reſpondet autē eſſe octo, qui nūerus Ariſtarcho primū placuit, quē deinde ſecuti ſunt græci & latini artis grāmaticæ ſcriptores. Sed quēadmodū, lib. i. diximus, græci interiectionē aduerbio annumerāt, articulū vero a pronōie diſtinguūt, quē latini, quia nō agnoſcūt, in pronomē reiecerūt. Fuerūt tñ qui pauciores orationis partes q̃ octo poſuerunt, fuerūt etiā q plures nā refert Quint. Ariſto. & Theod, verba modo & nōia cōiunctiones tradiderūt, videlicet q, in verbis ſermōis formā in nominibus materiā, in cōiunctionibus autē eorū cōplexū indicauerūt. Dialectici cæteras oratiōis partes a nōie & verbo ſyncathegoremata vocan[t] cōſignificātia. paulatim deinde a philoſophis auctus eſt nūerus. ¶ Stoici nomini verbo & cōiunctiōi pronomē & vocabulū addiderūt, articulū pronomini annumerātes, poſt adiectæ ſunt præpoſitiōes nōibus, appellatio deinde: & participiū deinde mixtū verbo. Sed (vt diximus) Ariſtarchus octo partes orationis poſuit. Nomē. p̄nomē, articulū, verbū participiū præpoſitionē, aduerbiū, cōiunctionē. Palæmō vicētinus apud latinos item octo. Nomē. Pronomē. Verbū. Participiū. Præpoſitionē. Aduerbiū. Interiectionē. Cōiunctionem, hunc ſecuti ſunt autores grāmaticæ, q poſt illū fuere. Hic eſt ille Palæmon, qui interrogatus quo diſtaret gutta ab ſtilla: gutta (inquit) ſtat, ſtilla cadit, quoq; dixit Verg. de ſe vaticinatum dixiſſe in buc. audiat hoc tātū, vel qui venit ecce Palæmō, quippe multas in grāmatica enodaturus erat quæſtiones, quemadmodū ille iudex arbitrarius fuit inter Dametā & Menalcā diſceptātes. Qui vocabulū a nōie diſtinxerūt [illegible] faciūt, qui rurſus appellationē a vocabulo decernunt nomē eſſe tātū id, q̃d nos p̄priū diximus, vt Ceſar. Pōpeius Vocabulū, q̃d ſignificat rem corporeā viſu tactuq; manifeſtā, vt aqua, lapis. Appellatio, qui alterū deeſt, vt eculꝰ. ær. vel vtrūq; vt deus. virtus. Fuerūt

qui adiecerunt aſſeuerationē, vt heu. Quidā attractionē, i. cōtractionē, i. cū aliqd per multa trahitur, vt viritim. alij infinitū: quod quidā nomē infinitū, quidā verbū infinitū dixerūt. Sed nos appellationē & vocabulū ad nomen: aſſeuerationē ad interiectionē. attractionē ad aduerbiū, infinitū ad verbū reduximus. gerūdia vero & ſupina alias ab octo ſuperioribꝰ poſuimus.

¶ De erotematis nominum. Cap. v.

Muſa, quæ pars orationis eſt? Nomen. Quid eſt nomē? Pars orationis declinabilis corpus; aut rem proprie communiterue ſignificās.

Vnde dicitur nomen? Ab onoma græce; quod latine interpretatur nomen

Quotuplex ē nomē? duplex. ſubſtātiuū & adiectiuū

Quod eſt nomen ſubſtātiuum? Quod ſubſtantiā vel quaſi ſubſtātiam ſignificat: vt homo, albedo.

Quod eſt nomē adiectiuum? qđ adiectū ſubſtantiuo ſignificat in eo aliqđ accidēs; vt homo bonus.

Muſa igitur quale nomē eſt? Subſtantiuū. ſignificat enī rē per ſe ſubſiſtentē, obnoxiāq; accidentibꝰ.

Nomini quot accidunt? Sex; qualitas; ſpecies; genus; numerus; figura; caſus cum declinatione.

Quid eſt qualitas in nomine? Accidēs, per qđ propriū nomē a cōmuni ſiue appellatiuo diſtinguit.

De erotematis nominū. cap. v. ¶ Muſa, quæ pars orationis eſt? Incipit de erotematis nominū diſſerere: & cū interroganti muſa, quæ pars orationis eſt? reſpōdiſſet nomē: ſubiecit rurſus, quid eſt nomen, reſpondetq; iam non tanq̄ rudis in arte. vt. i. lib. nomen eſt quod declinatur per caſus, & nō ſignificat cum tempore: ſed nomen eſt pars orationis declinabilis corpus, aut rem proprie cōiterue ſignificans, hæc enim diffinitio dialectica eſt conſtās ex genere & generis differētijs. Declinabilis autem dicit ad differentiam indeclinabiliū. Corpus aut rem dixit: vt ſub hac diffinitione cōprehendat vocabulum & appellationem. Proprie cōmuniterue ſignificans. vt intelligamus nomen non tantū dici de proprio, qđ faciebāt qui vocabulum & appellationem a nomine diſtinguebant. Corpus autem a re diſtinxit, perinde ac ſi corpus non ſit res: quemadmodū & iuriſconſulti diſtingunt actionem in rem & in perſonam, quaſi perſona nō ſit res: ſed hi rem accipiunt, p̄ eo quod quiſq; poſſidet. in diffinitione vero nominis pro re intelligimus omne qđ non eſt corpus: nā omnis res, aut eſt corporea, aut incorporea, res corporea dicitur corpus. res incorporea quia non habet nomen, appellatur nomine ſui generis, quod multis in locis fit, vt cum ſpecies caret nomine: generis nomen accipiat. Donatus in diffinitione adiecit cum caſu. Diome. cū caſu ſine tempore, vt diſtingueret nomē a verbo & participio. Priſcia. Paulo obſcurius, ſed tñ verbis eiſdem ſignificātibus definiuit: nomē eſt pars orationis, q̄ vnicuiq; ſubiectorū corporū ſeu rerū communem, vel propriā qualitatē diſtribuit. ¶ Vnde dicitur nomē? Et reſpōdet ducere originē ex græco: illi enī onoma. atos dicūt a quo detracta. o. priori fecimus nomē nois. Priſcia. mauult a nemo, qđ eſt diſtribuo deducere: qđ ipſum verbū in diffinitione nois expreſſit: vel poteſt dici nomen, (vt ait Seruius) ab eo qđ res notas efficiat: vt ſit nomen. quaſi notamen media ſyllaba. (vt Diome. inquit) per ſyncopā ſubtracta. ¶ Quotuplex eſt nomen? Inquirit de quadā differentia, quę ad nois diſtinctā cognitionem eſt neceſſaria: reſpōdetq; eſſe duplex nomen ſubſtantiuū & adiectiuū, & ſubiungit. Subſtātiuū eſſe, quod ſubſtantiā: vel quaſi ſubſtātiam ſignificat, vt homo, albedo. Adiectiuū vero eſſe, quod adiectū ſubſtantiuo ſignificat in eo aliquod accidēs, atq; ideo adiectiuū dicitur, quod adijci ſolet noibus proprijs, aut appellatiuis ſubſtantiā ſignificantibus ad manifeſtandā eorū qualitatem, aut quātitatem, q̄ augeri vel minui ſine ſubſtātiæ cōſumptiōe poſſunt: vt bonus hō. arbor procerior, albedo intenſa: nigredo remiſſa. Vides quēadmodū puer iā dedignatus eſt reſpōdere ex eo, qđ lib. i. didicit Nomen ſubſtantiuū eſſe, quod declinatur per vnum articulū, vel per duos, adiectiuū vero qđ per tres articulos, vel per tres diuerſas terminationes: neq; enim p̄pterea eſt nomē ſubſtātiuū, vel adiectiuū, q̄a illo vel illo modo declinatur? Nā quia adiectiuū pōt iūgi noibus ſubſtātiuis, q̄ ſunt aut maſculina aut fœminina, aut neutra, ideo eſt cōmune triū generum: declinaturq; vel per tres articulos, vel per tres diuerſas terminationes. ¶ Muſa igitur quale nomē eſt? Reſpōdetq; eſſe ſubſtantiuū: & ex eo qđ ſupra dixerat cauſam reddit, cur ſit ſubſtantiuū, quia (inquit) ſignificat rem per ſe ſubſiſtentē obnoxiāq; accidentibus. vt muſa docta, pulchra, canora. ¶ Nomini quot accidunt? Cum nois accidentias alij aliter enumerauerint, reſpōdet eſſe ſex accidentias ſiue obſeruationes nominis. (vt ait Diome.) qui cū Donato numerat inter eas cōparationem: ſilet ſpeciem. Priſcia. tollit cōparationem, & addit ſpeciem: quę qualitatem quaſi p̄prietatem quandā in nois diffinitionem reiecit. ¶ Quid eſt qualitas in nomine? Per qualitatem nominis voluerunt grāmatici ſignificare illud, per qđ nomē p̄priū diſtinguitur a cōmuni ſiue appellatiuo: & rurſus quærenti, quid eſt nomen p̄priū? reſpōdet eſſe, qđ vni tantū cōuenit, i. quo res indiuidua demōſtratur, denominaturq;, vt Calliope eſt nomē propriū: quia eo deſignamus vnam ex nouem muſis. hoc eſt principē illā ſui chori. Sed eſt aduertendum quattuor eſſe proprii nois ſpecies, prænomen. nomen. cognomen. agnomen. Prænomen, quod præponitur nomini gentilicio, vel differentiæ cauſa, qđ plures in eadem familia vno nomine vocabātur. vt. P. ſcipio. L. ſcipio, vel potius in ſignum nobilitatis, aut honoris: vt Hora. ii. ſermo. Quinte puta, aut Publi gaudent prænoīe molles. vnde & ſerui prænomina non habuerunt, vt colligimus ex Perſi. carmine. hic dama eſt, non treſſis agaſo: & ſequitur, momento turbinis exit. Marcus dama. huī Marco ſpondēte recuſas credere tum nummos? quin potius male meritis de republica in notam ignominiæ (quāuis eſſent nobiles) detrahebātur. vt. M. manlio, qui capitolium defenderat, affectati regni crimine damnato conſtitutum, ne quis in illius familia Marci prænomen haberet. Scribuntur autem prænomina in compendium ſingulis, aut binis, aut ternis litteris, ſingulis, ſi a vocali, aut ſimplici conſonante incipiant. vt. A. pro aulus. C. pro gaius. D. pro decius. L. pro lucius. M. pro Marcꝰ. P. pro Publius. Q. pro Quintus. T. pro Titus. Binis, vt. Cn. pro Gneus. Sp. pro Spurius. Ternis, ſi a conſonante incipit prima prænominis ſyllaba, & in conſonantem deſinit. vt Sex. pro ſextus. Tul. pro Tullius, q̄ fit differentiæ cauſa, ne ſi primas tantum litteras poneremus aliud poſſet intelligi. vt ſi pro Tullio. T. poneremus, quiſpiam legeret non Tullius, ſed Titus.

¶ Nomen ꝓpriũ eſt vniuſcuiuſq; ꝓpriũ.(vt Priſcia.inquit) addit Diome.eſſe gentiliciũ.i.qđ originẽ gẽtis,vel familiæ declarat:ut Portius.Cornel.Iulius.Et aduertẽdũ eſt nomẽ,q͂ prius erat genus ad propriũ nomẽ & appellatiuũ:nunc eſt nominis ꝓprij ſpecies.Cognomẽ eſt totius cognationis & familiæ cõmune.vt Scipio.Cicero.ſubiungiturq; ſemp gẽtilicijs nominibus. Agnomen eſt,quod aliquo euẽtu imponitur:vt affricanus.põticus.Iſauricus,qui affricã,põtũ.Iſauros deuicit:deq; eis triũphauit,vt ſi dixeris.P.Cornelius,Scipio affricanus.P.prænomen eſt ad cõ.differentiã:ſiue ad nobilitatis inſigne mõſtrandũ.

Quod eſt nomen proprium? Quod vni tantum conuenit,vt calliope;vni ex nouem muſis.

Quod eſt nomen commune? Quod pluribus cõuenit;vt muſa,calliopæ,vraniæ,clio.

Quid eſt ſpecies in nomine? Illud quo primitiuũ nomen a deriuatiuo ſeparatur.

Species nominum quot ſunt? Duę,Primitiua,quæ aliunde non trahitur,vt mons. Deriuatiua,quæ aliunde deriuatur.vt montanus a monte.

Muſa igitur cuius ſpeciei eſt? Deriuatiuæ ſpeciei. dicitur enim a moſo,quod eſt inquiro.

Deriuatiuorũ nominũ quot ſunt differẽtię? Nouẽ, Patronymicũ.Poſſeſſiuum.Denominatiuũ.Diminutiuum.Cõparatiuum.Superlatiuum.Verbale.Participiale.Aduerbiale.

Quod eſt nomen patronymicum. Quod ſignificat filium vel filiam, nepotem vel neptem; vel aliquem ex poſteris illius, a quo deriuatur.

Cornelius nomen propriũ,q͂ originẽ Corneliæ gentis oſtendit.Scipio cognomen,q͂ in ea familia ſic omnes cognominabãtur,qđ in illo prio Scipione fuit agnomẽ: qui Scipione i.baculo innitebatur.Affricanus aũt a deuicta Affrica,eodẽ modo.M. portius. Cato Cenſorius. M.tullius.Cicero arpinas ſiue orator.Eſtq; illđ animaduertendũ noĩa propria aliqñ poni pro appellatiuis:& e diuerſo appellatiua pro ꝓprijs.vt Venus ꝑ venuſtate aut libidine.Bacchus ꝑ vino:& Cupido ꝑ illo deo amorum præſide.Donatus.fœlix.Macer. & fere nullũ eſt nomen propriũ quod non fuerit aliqñ appellatiuũ:niſi qđ in pleriſq; originẽ neſcimus.Eſtq; hoc mirũ in Hebraico ſermone propria eſſe appellatiua cũ præſertim antiquior ſit græco atq; latino. Ponuntur quoq; prænoĩa pro noĩbus ꝓprijs: & cognomina & agnomina ꝑ ſe inuicẽ.¶ Quod eſt nomen cõe? Querit de altero diuiſionis mẽbro,qđ eſt nomẽ cõmune:q͂ alij appellatiuũ appellãt,dicitq; eſſe illud,qđ pluribus cõuenit.i.de pluribus dicitur,aut quemadmodũ dialectici dicunt de plurib⁹ prædicatur:vt muſa,quæ dicitur de qualibet ſororũ:cõe eſt calliopæ.vraniæ. clio. melpomenæ, hõ cõe eſt Cæſari,Põpeio,Marcello,& reliqs indiuiduis ſub ſpecie hũana cõtinẽtis.¶ Quid eſt ſpecies in noĩe? Inquirit de ſcđa nominis accidẽtia.i.de ſpecie,& primo querit qđ ſit ſpecies in noĩe:nã cũ ſpecies multis modis dicatur,quãtũ ad grãmaticũ attinet:ſpecies in noĩe accipitur ꝑ illo quo primitiuũ a deriuatiuo diſtinguitur.¶ Itaq; occaſione inde accepta querit de numero,vt ſic dixerim ſpecierũ:& dicit eſſe duas primitiuã & deriuatiuã:vt ſit primitiua,q͂ nõ trahitur.i.deriuatur aliũde,vt mõs,ſchola.Deriuatiua,quæ aliũde deriuatur.vt mõtanus a mõte.ſcholaris ſcholaſticus a ſchola.Sed cũ nullũ ſit nomẽ non modo apud latinos:verũ etiã,vt Plato in cratylo deducit,apud græcos,qđ nõ aliunde ducatur: dicimus tñ illud nomen eſſe primitiuũ:ſiue(vt Varro dicit)primogeniũ,cui⁹ deriuatio nõ eſt in prõptu,cũ forte a Græco,vel Oſco vel Opico,vel deniq; alterius linguæ,vł antiquioris,vel incognitæ verbo deriuetur.¶ Muſa igitur cuius ſpeciei eſt? Muſa,aut primitiuũ eſt,aut a moſo,q͂ eſt interrogo,vel inqro deriuatur:vt ſint muſæ quaſi inqſitrices rerũ,aut inuẽtrices.¶ Deriuatiuorũ noĩm.i.noĩm quæ aliũde deriuãtur:quot ſunt ſpecies,ſiue differẽtiæ,ſiue modi? Reſpõdetq; eſſe nouẽ.Quas primo enumerat,deinde proſequitur de ſingulis earũ.¶ Quod eſt nomen patronymicũ? Querit de pria noĩm deriuatiuorũ ſpecie,q͂ eſt patronymicũ,dictũ quia plerũq; a noĩbus patrũ formatur: Reſpõdetq; eſſe illud,qđ ſignificat filiũ vel filiã.nepotẽ vel neptẽ,vel aliquem ex poſteris,vt ſic dicã,deſcẽdẽtibus ab illo:vnde nomẽ patronymicum formatur,vt æacides ſignificat filiũ æaci,hoc eſt peleũ,vł nepotẽ,hoc eſt achillẽ:vel aliquẽ ex poſteris.vt pyrrhũ achillis filium & Pyrrhũ regem epirotarũ,qui ab illo ducebat originem.Formãtur etiã patronymica a noĩbus matrũ.vt ab ilia Iliades Romulus,a maia Maiades Mercurius,a phyllira Phyllirides Chirõ.Oui.xiiij.met.quas obice firmo clauſerat iliades.fit etiã a noĩbus fratrũ.vt Verg.in buc.tũ Phaetõtiadas muſco circũdat amaræ corticis.i.ſorores phaetontis.& Ouid.i.meta.mala tanta phoronidos vltra.i.Ius,quæ fuit ſoror phoronei:& a filijs.vt althea meleagris ab ibico dicta eſt:referente Diomed.fiunt præterea a nominibus principũ.vt Cecropidæ & Theſidæ dicti ſunt Athenienſes a cecrope primo vrbis cõditore & a Theſeo illorũ quoq; rege. Patronymica maſculina in noĩbus primæ declinationis formantur a genitiuo.æ.mutata in.ades.vt æneas æneæ æneades.æ.maia.æ.maiades.æ.In noĩbus ſecundæ declinatiõis fiunt a genitiuo addita.des.vt eacus eaci eacides.æ.priamus.i.Priamides.Quæ tñ in.eus.diphthongon terminãtur cũ duplicem habeãt genitiuũ in.ei.alterũ ſolutas,& in ei diphthõgon alterũ: formãt ex ſe patronymicũ ab hoc ſecũdo genitiuo addi.des.vt prometheus ꝓmethei,vel promethei promethides.æ.Theſeus theſei,vel theſei theſides theſidæ. Ouid.i.meta.inde pro[...]thides placidis ep[...]imethida dictis:& Verg.ij.geor.premiaq; ingentes pagos & cõpita circũ theſidæ poſuere. In noĩbus tertiæ declinationis patronymica formantur a datiuo addita.des.vt neſtor,oris.ori.neſtorides. antenor antenoris.nori.rides.Verg.vi.æñ. tris antenoridas cererĩ ſacrũ polybetõ.Sed hæc regula nõ vſq;quaq; vera eſt.nã autores aliquãdo addunt aliquid.aliquãdo detrahunt,vt ab atlas atlãtis atlanti atlantiades.amphytrio,onis,oni,amphytrioniades. Ouid.riſit atlantiades & me mihi decipis(inquit.)Verg.viij.æñ.Amphytrioniadæ magno diuiſq; ferebat.Ouid.in epiſtola penelopes:ſiue menætiadem falſis cecidiſſe ſub armis. Ab æneas quoq; fecit Verg.ænides.viij.æneid.ſit ſatis ænide telis impune numanum. Idem quoq; ſcipiades fecit pro Scipionides dicens,duo fulmina belli ſcipiades: & Hora.ij.ſermo. virtus ſcipiadæ & mitis ſapientia Læli.& Oui.deucalides pro deucalionides:declinanturq; oĩa per primã noĩs declinationẽ. Patronymica fœminina fiunt a patronymicis maſculinis ablata de.vt priamides.æ.priamis idis.aolides.dæ.aolis.idis.

Aliquãdo tamen aliter exeunt, vt ab æneades.æ.æneis.idis, a theſeides.æ.theſeis.idis. Papi.lib.xij. Thebæ, viue precor, nec tu diuinam æneidã tẽta. & Iuue, vexatus toties rauci theſeide codri. declinãtur per tertiã nois declinationẽ. Reperiũtur quoq; noia fœminina patronymica terminata in.ne. ꝑ primã nois declinationẽ variata, vt nerine filia nerei. adraſtine filia adraſti, Acriſione filia acriſij. Verg. in buc. nerine galathea thymo mihi dulcior hyblæ. Patronymica nõ ſunt in vſu apud eos, qui in oratione ſolutã ſcribunt: ſed tantum apud poetas, & raro quidem a nominibus latinis, nã illa quæ videntur patronymica: Iuſtinus iuſti filius. albinus albi filius, longinus longi filius, potius dicendũ eſt eſſe poſſeſſiua pro patronymicis, ſicut e diuerſo ponuntur patronymica pro poſſeſſiuis, vt Verg. æñ. pro opere illo Verg. ſed de patronymicis alias diſſeretur pluribus. ¶ Quod eſt nomẽ poſſeſſiuum? Secunda ſpecies nominũ deriuatorũ eſt eorũ quæ dicũtur a græcis: ctetica, a latinis poſſeſſiua dicta: vt diſcipulus ex Priſ. verbis reſpondet: q̃ cũ genitiuo principali. i. illius nominis vnde deriuatur, ſignificat aliquid ex iis quæ poſſidentur. Cũ enim genitiuus poſſeſſionem plerumq; ſignificet, nomen quod dicitur poſſeſſiuum æquipollet genitiuo illi vnde deducitur, vt q̃ Verg. x. æñ. dixit. nã tibi tymbre caput euãdrius abſtulit enſis. perinde eſt ac ſi dixiſſet euãdri enſis. Sunt etiã quedã nomina, poſſeſſiuis ſimilia, hoc eſt, quæ cum non ſint poſſeſſiua, proprie tamen habent formam poſſeſſiuorum. vt Quint. Iulia. Gentilia quoq; poſſeſſiuis ſimilia ſunt, vt Romanus, Hiſpanus. Exeunt autẽ huiuſmodi poſſeſſiua ſiue gentilia in varias terminationes. eus. penultima breui. vt æthereus.a.um. neſtoreus.a.um. In.æus. penultima.æ. diphthongo ſcripta. vt thebæus.a.um. achæus.a.um. actæus.a.um, q̃ ꝓpria ſunt græcorũ. In.ius. penultima breui. vt perſeius.a.um. phineius.a.um. In.ius penultima lõga. vt dius.a.um. chius.a.ũ. ſuphinius.a.um. quæ & ipſa ꝓpria ſunt græcorũ. In.ous. quoq; græca ſunt. vt argous.a.um. herous.a.um. myrtous.a.um. In.us. quacũq; præcedẽte cõſonante, vt arabus.a.um. lybicus.a.ũ. indus.a.um. Exeunt præterea noia gentilia plerũq; in.enſis. vt ab ithaca ithacenſis. ab athenis athenienſis. a carthagine carthaginenſis. Exeũt & ĩ.as. vt a ceſena ceſenas.atis. ab arpino.as.atis. a ſaſina.as.atis. Exeũt & in.er.is.e. vel.is. & .e. vt cãpeſter. ſtris. ſtre. ſilueſter. ſtris. ſtre. equeſter. ſtris. ſtre. a campo ſilua equo. ¶ Quod eſt nomen denominatiuũ? Reſpondet ex Priſcia. verbis. Denominatiuum nomẽ eſt, q̃ a nomine deriuatur: quia patronymica & poſſeſſiua, de quibus ſupra diximus, diminutiua comparatiua & ſuperlatiua, de quibus infra dicendum eſt, a nomine deriuantur, poſſetq; aliquis illa ratione ductus appellare denominatiua, ſubdit neq; denominatur ab aliqua ſpeciali ſignificatione. Nam patronymicum ex eo dicitur, q̃ a nomine patris deriuatur: poſſeſſiuum ex eo, q̃ ſignificat aliquid ex iis quæ poſſidentur. Diminutiuum, q̃ ſignificat diminutionem ſui principalis. Comparatiuũ, quod cum intellectu poſitiui ſignificat magis aduerbiũ. Superlatiuum, quod omnibus ſuperponitur. At vero denominatiuũ non aliqua huiuſmodi ſpeciali ſignificatione: ſed tantum a generali appellatur denominatiuum, quia (vt ſæpe diximus) quoties ſpecies nomen nõ habet, neceſſe eſt, vt a nomine generis appelletur. Exeunt itaq; denominatiua. in.a. vt a iuſtus iuſticia, a prudens prudentia, a cautus cautela, a cantus cantilena. Exeunt in.o. vt a capite, capito capitonis, a naſo, naſo naſonis, a fronte, fronto frontonis. Exeunt in.al. vt a ceruice ceruical. a tribuno, tribunal, a puteus puteal. In.il. vt a pugilus pugil. In.ium. vt a ſole ſolarium. a roſa roſarium. In.etum. vt oliuetum ab oliua. coryletum a corylo. In.bulum. vt a cunis cunabulum. a veſta veſtibulum. In.ar. vt a lupa lupanar. a lacu lacunar. In.er. vt ab oleo oleaſter. a pyro pyraſter. In.as. vt a bonus.itas. a probus.itas. In.es. vt ab equus eques. a pes. pedes. In.is. vt a fides fidelis. a crudus crudelis. In.os. vt a lepus lepos. In.us. vt a tribus tribunus. In.eus. ea. eum, & in.cius. quæ materiam ſignificant. vt triticeus, harundinaceus, cementicius, ex materia tritici. arundinis. cementi. In.eus. vt terreus. aureus. frondeus. arbuteꝰ. ex materia terræ. auri, frondis, arbuti. In.oſus. habitionem ſiue copiam ſignificant. vt animoſus, ſaxoſus. id eſt habens animi vehementiam & copiam ſaxorum. ¶ Quod eſt diminutiuum? Ex Priſcia. propemodum verbis reſpondet, diminutiuum eſt, quod diminutionem ſui principalis ſiue primitiui demonſtrat. vt a rege regulus, a fratre fraterculus. Priſcia. addit abſolute ad comparatiuorum differentiam, quia comparatiua aliquando minuunt vim primitiui: ſed non abſolute, ſed comparatiue. Exeunt diminutiua in varias terminationes: ſed plerumq; in.ulus. ula. ulum. vt a frater fraterculus. a ſoror ſororcula. a munus munuſculum. a bonus. bellus, bellulus bellula bellulum. a binus, bimulus bimula bimulum. Exeunt aliquando in.io. vt ab homine homuncio. a ſene ſenecio. aliquando in.aſter. tra. trũ. quæ proprie nõ ſunt diminutiua: ſed imitationem quandam ſignificantia, vt a pyro. raſter. a filia filiaſtra. a menta mentaſtrum. Exeunt & in.olus. ola, olum. vt a ſergia ſergiolus, a corona corola. a pallio palliolum. Aliquando in.ellus.a.um. vt a cane catellus. a puera puella, a ſcanno ſcabellum. a tener tenera tenerum, tenellus tenella tenellum. Aliquando in illus illa illum. vt a pugnus pugillus. ab hereſtẽ. ſtilla, a paruo, puſillus puſilla puſillum. Aliquando in.eus. vt ab equo equuleus. Aliquando in.iſcus. vt a pan paniſcus. a petrus. iſcus. a ſyro ſyriſcus: ſed hæc forma eſt a nominibus græcis. Sunt quædam quæ cum formam diminutiuorum habeant, diminutiua non ſunt. vt auunculus. i. cuniculus cuniculi, muſculus muſculi. pro neruoſa toroſitate. pediculus. i. anculus. i. cicercula cicerculæ, nouacula nouaculæ. lẽticula lenticulæ. acicula aciculæ. auricula.æ. mẽtula mentulæ. fidicula fidiculæ. cubiculum cubiculi. curriculum curriculi, vmbraculum vmbraculi. crepitaculum crepitaculi. quæ videntur deducta ab auo, cunno, puere, pede, cicere, nouo, lente, acu, aure, mente, fide, cubili, curru, vmbra, cubito.

vt Priamides, filius, vel nepos vel aliquis ex poſteris Priami.

Quod eſt nomen poſſeſſiuum? Quod cum genitiuo ſui principalis ſignificat aliquid ex his, quæ poſſidentur, vt Euãdrius enſis, ꝑ Euandri enſis.

Quod eſt nomen denominatiuum? Quod a nomine deriuatur, neq; denominatur ab aliqua ſpeciali ſignificatione, vt a iuſtus iuſticia, a ſapiens ſapientia.

Quod eſt nomen diminutiuum? Quod ſignificat diminutionem ſui principalis, vt a rege regulus,

# LIBER TERTIVS

Quod eſt nomen cõparatiuum? Quod cũ intelle ctu poſitiui; vł aliquo participe ſenſus poſitiui ſignificat magis aduerbiũ. vt iuſtior magis iuſtus inferior magis infra.

Cõparatiua vnde formantur? A nominibus adiectiuis, quæ poſſunt incremẽtum diminutionẽq; ſuſcipere. vt a bonus. a. ũ. melior. a doctus. a. um. doctior. Et a verbis. vt a detero deterior. & ab aduerbijs & præpoſitionibus; vt a pridem prior. ab vltra vlterior.

Cõparatiua quomodo formantur? In nominibus adiectiuis ſecũdę declinationis formãtur a genitiuo terminato in. i. addita. or. vt albus albi albior. In nominibus vero tertiæ declinatiõis a datiuo addita. or. vt fortis forti fortior. A nominibus habentibus vocalem ante. is. vel. us. comparatiua nõ formantur. ſed ſupplentur ex hoc aduerbio magis & poſitiuo, vt tenuis, magis tenuis; arduus magis arduus.

¶ Quod eſt nomen comparatiuũ? Comparationem (vt ſupra memorauimus) Diomed. & Donatus in nominis accidẽtia numerant: nos autem pleroſq; grãmaticorum ſecuti cõparationem in ſpeciei partes reiecimus illa perſuaſi ratione, quod non omnibus, ſed certi cuiuſdam generis & ſignificationis nominibus accidit cõparatio. Cuius gradus cum ſint tres, hoc eſt poſitiuus, cõparatiuus & ſuperlatiuus, omiſſo poſitiuo, hoc eſt primo cõparationis gradu. a quo tanq̃ a prima poſitione reliqui duo formantur, tria de quolibet illorum querit. Primũ, quæ ſint comparatiua & ſuperlatiua. Secundũ, a quibus nominibus deriuantur. Tertiũ, quomodo debeãt formari. Cũ quibus caſibus conſtruantur lib. iiij. dicturi ſumus. Igitur interroganti, q̃ eſt nomen comparatiuũ, reſpõdet, non quid eſt, ſed quid ſignificet dicens ex Priſcia. verbis, comparatiuum eſt, quod cũ intellectu poſitiui. i. vltra illud, qđ ſignificat nomẽ poſitiuum, aut aliquo participe ſenſus poſitiui. i. quacuq; alia parte orationis q̃ ponitur loco nõis poſitiui. puta verbo, participio, præpoſitiõe: aduerbio, a qb⁹ (vt mox dicetur) cõparatiua poſſunt deriuari, ſignificat aduerbiũ magis. vt fortior, magis fortis. Nã oĩa cõparatiua in magis & ſuum poſitiuũ reſolui poſſunt: preterquã ipſum magis, q̃ cũ ſit comparatiui aduerbiũ, ab eo quod eſt maior & maius litterarũ facta mutatione, nõ poteſt in aliqđ aliud reſolui. Quod vero Lauren. ait, cõparatiua æque poſſe reſolui in plus, vehementius & validius: vt fortior pl⁹ fortis, vehemẽtius fortis. validius fortis: nõ inficior: ſed ea ipſa rurſus in magis reſoluũtur. vt plus. i. multo magis, validius magis valide, vehementius, magis vehemẽter. ipſum magis in aliud non poteſt, nam iſto modo nullus in reſoluendo terminus occurreret. Sed cum cõparatiu⁹ aliquid addere velit poſitiuo: quoties reperitur abſolutũ (hoc eſt nõ cõparatũ) aut idem ualet, qđ poſitiuus, dicente. Quin. i. inſti. vtimur vulgo cõparatiuis p̃ poſitiuis, vt ſi quis ſe infirmiorem appellans: non dixit pro minus, quã infirmus, aut etiam minus ſignificat, quã poſitiuus: vt Priſcia. exponens illud Verg. i. æñ. triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. triſtior (inquit) pro ex parte triſtis. Seruius pro triſtis tantum, hoc eſt pro poſitiuo exponit. Neq; aſſentior Vallæ, qui audiuſcule reprehendit Serui. & cum illo Varronem, Pliniumq; dicentes, ſenior & iunior eſſe comparatiua per imminutionem: vt ſit ſenior nondum aut non ſatis ſenex: iunior non ſatis iuuenis. Qui mihi rectius quam Valla ſentire videntur. Quoties namq; non exprimitur is, ad quem ſit comparatio, quemadmodum ſupra memorauimus, compatiuum minus ſignificat, quam poſitiuum, aut tantundem: vt Vergil. vi. æneid. de Carone: iam ſenior: ſed cruda deo viridiſq; ſenectus, quid enim amplius deſideramus: cum ipſe Vergil. exponit, quid ſit ſenior ſubijciens: ſed cruda deo viridiſq; ſenectus, hoc eſt non adulta, aut præceps, ſed viridis & cruda, hoc eſt incipiens, quod vero Laurentius affert ex Ouid. de triſtibus, ſopite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes: & olim imperium regat hoc cum ſeniore ſenex. Non videt homo auiditate carpendi cæcus ſignificationem hoc loco ſeniores augeri: quia ſit comparatio ſenioris ad ſenem. Priſcia. autem Seruius, Varro & Plinius de abſoluto: non de comparato intelligebant. Eadem quoq; ratione comparatiuus, vt mox dicetur, poteſt tranſcendere ſuperlatiuum ſi illi ſuperponatur. vt ſi dixeris. Hector fuit fortiſſimus, ſed Achilles fortior, idem quoq; dicendum eſt de eo, q̃ affert ex Quin. de Iſocrate. eo q; iam ſeniore. octauum enim & nonageſimum compleuit annum. manifeſtum eſt enim comparari Iſocratem iam ſeniorem ſibypſi ſeni. vt ſi dicas ſenex ad decem annos ſum futurus ſenior. Cice. in fine. iij. offi. Vale mi Cicero tibiq; perſuade, te mihi eſſe chariſſimum: ſed multo fore chariorem, ſi talibus monumentis præceptiſq; letabere. ¶ Comparatiua vnde formantur? reſpondetq; non paſſim ab oĩbus partibus orationis formari: ſed tantũ a nominibus adiectiuis que poſſu[illegible] incrementum diminutionemq; ſuſcipere, aut quemadmodum aiunt Diomed. & Donatus, quæ qualitatem, aut quantitatem ſignificãt. Nam, quod ab ipſeipſa ipſum, Plau. fecit ipſiſſimus: & in penulo nullus me eſt penus penior: & qui a Nerone neroni[illegible] a lapide lapidior, fecerunt, nimis licenter abuſi ſunt comparatiuo & ſuperlatiuo. A participio futuri in. rus. ſiue in. dus. comparatiua & ſuperlatiua non formantur, niſi q̃ Plautus more ſuo in rudente finxit a periturus perituriſſime: cado (inquit) ſis mihi talentum magnum argenti perituriſſime: & quod iuniores dicunt reuerendiſſimus & obſeruandiſſimus. Ex quo infertur, comparatiuum non poſſe formari a nominibus: quorũ ſignificatio non poteſt creſcere, aut minui, qualia ſunt ingens, vnicus. ſummus. imus. omnipotens, quãq̃ Macro. dixit omnipotentiſſimus. Nomina etiam numeralia ſiue ſint diſtributiua ſiue ordinem ſignificantia, vt primus, ſecundus, tertius. &c. non reperiuntur cõparatiua neq; ſuperlatiua. Sunt præterea quedam cõparatiua & ſuperlatiua ſine poſitiuo. vt ocyor. ocyſſimus. ¶ Comparatiua quomodo formantur? reſpondetq; q̃ cum nomina adiectiua ex quibus poſſunt comparatiua formari. aut ſint primæ declinationis, & ſecundæ, aut etiam tertiæ. in illis prioribus formantur a genitiuo terminato in. i. poſterioribus a datiuo addita. or. a præpoſitione, aduerbio, & verbo nullam certam rationem ſequuntur.

¶ Quod eſt nomen ſuplatiuū? quærit rurſus tria eadē quæ de cōparatiuo. Reſpondetq; primū ex Priſcia. verbis ſuplatiuū eſſe: quod cōparatū ad plures ſui generis: quia cōparatiuus etiam ad vnū & ad plures diuerſorū generū poteſt cōparari: omnibus ſupponitur. i. oēs in ſignificato ſuperlatiui tranſcēdit. vt Plato græcorū longe doctiſſimus: plato enim cū ſit græc9 ad reliquos oēs cōparatus oībus ſuperponitur: neq; enim recte atq; latine diceretur: plato latinorū doctiſſimus: cū plato latinus nō fuerit. At vero ꝑ cōparatiuū recte dixeris græci doctiores ſunt latinis: & plato eloquentior Cicero. & addit vel per ſe prolatū. i. nō facta cōparatione, ſed abſolute poſitum ſignificat quantū poſitiuum cū hoc aduerbio valde, vt plato doctiſſimus, i. valde doctus qđ inepte a Priſci. exponi Valla his verbis oſtēdit, quid (inquit) abſurdius ꝗ cū exponamus cōparatiuū per cōparatiuum: exponere ſuperlatiuum per poſitiuum? ſed quēadmodū hoc auidius, ita illud iuſtiſſime reprehēdit, quod Priſcia. exponit: fortiſſim9 græcorū fuit Achilles. i. ſup omnes græcos fortis, eſſet enim ſuper ſe fortis Achilles: niſi ſubintelligatur relatiuū diuerſitatis, hoc eſt ſup cæteros græcos, cū ſit græcus. Itaq; infert exponendū fuiſſe poti9 Achiles fuit græcorū maxime fortis quādoquidem fortior exponitur magis fortis: ſed de gradibū cōparatione lib. iiij. qđ reliquū eſt, dicturi ſumus. ¶ Superlatiua vnde formantur? ab eiſdem reſpōdet noībus adiectiuis: a quibus formātur cōparatiua, hoc eſt ab ijs, quæ incrementū diminutionēq; poſſunt recipere. ¶ Superlatiua quemadmodū formentur: ſatis explicite demōſtrat. Regulæ tamen ſuperiores, quæ de cōparatiuis & ſuperlatiuis traditæ ſunt, patiuntur ex parte aliquādo exceptionem. vt in his. Bonus. a. um. a quo debuit eſſe bonior boniſſimus. & dicim9, melior optimus. Malus. a. um. ꝑ malior. iſſimus. dicimus peior. ſſimus. Magnus. a. um. ꝑ magnior. iſſimus. dicimus maior. ximus. Paruus. a. um. pro paruior paruiſſimus. dicimus minor. imus. Multus. a. um. ꝑ multior. iſſimus. dicimus plus, tantum genere neutro in ſingulari: & in plurali plures & plura cōmune triū generū, in cōparatiuo, & in ſuperlatiuo plurimus. a. um. Dexter. a. ū. qđ etiā per ſyncopam dexter, tra. trū. dicitur ꝑ dextrior. triſſimus, vel dexteriſſimus: dicimus dexterior dextimus. Saluſt. in Iugur. Sylla cū equitatu apud dextimos. Varro de hæreſibus, a primo cōpito dextimā viam munit. Eadem quoq; ratione a ſiniſter. a. um ꝑ ſiniſtrior. iſſimus. dicimus ſiniſterior ſiniſtimus. Senex ſenis cū ſit ſubſtātiuū generis maſculini: fecit ex ſe cōparatiuū tantum ſenior, quēadmodū & iuuenis, nior. pro iunior, neq; tamen dicimus ſeniſſimus. iuueniſſimus. Neq̄, cum indeclinabile ſit: tamen ex proportione regulariū formauit nequior nequiſſimus. Maturus. a. um. debuit formare ſuperlatiuū maturiſſimus: & fecit maturrimus. vt Cice. de ora. quippe qui omniū maturrime ad cauſas publicas acceſſerim. quāq̄ idē in. v. ad Herenniū. dixit: in ætate maturiſſima velint cōparare. Eadē quoq; rōne vetus formauit ſuplatiuū veterrimus ꝑ veteriſſimus. Verg. ij. æn. ingēs ara fuit iuxtaq; veterrima laurus, quāq̄ videri poteſt eſſe deriuatū ab eo q antiquiores veter dicebāt. vt Ennius. cū veter occubuit primus ſub Marte pelaſgo. Magnificus & reliqua huius formæ a facio cōpoſita qualia ſunt munificus. mirific9. maleficus. beneficus. a formatione aliorū deſcēdentia fecerūt cōparatiuū in. entior. & ſuperlatiuū in. entiſſimus, vt magnificus magnificentior magnificētiſſimus. munificus, centior. cētiſſimus. mirificus. mirificētior mirificentiſſimus. maleficus. cētior, cētiſſimus. beneficus. cētior. cētiſſimus. antiquiores tñ ꝓportionē ſecuti magnificiſſimus & beneficiſſimus dicebāt. vt Cato de Ptole. rege beneficiſſimo. & Actius magnificiſſimo excellētiſſimoq; honore. & Teren. in phor. quidnam arbitrare neſcio, atqui mirificiſſimus. Maledicus quoq;, benedicus. veridicus. in hūc modū gradus formant maledicentior. cētiſſimus, benedicentior. centiſſimus. veridicentior. tiſſimus. Beneuolus. maleuolus. ad ſuperiorem formā beneuolētior. tiſſimus. & maleuolentior, tiſſimus, faciunt. Vaniloquus. multiloquus: & ſimilia a loquor. eris. cōpoſita, eodem modo mittūt cōparatiuū & ſuperlatiuū. vt Magniloquus. entior. entiſſimus. multiloquus. entior. entiſſimus. vaniloqu9. entior, entiſſimus. Facilis. agilis. humilis. gracilis. ſimilis. ſuplatiuū miſere in. limus. vt facilis. llimus. agilis. llimus. humilis. llimus, gracilis. llimus, ſimilis. llimus. A verbis duo venerunt cōparatiua, & totidem ſuperlatiua. quāq̄ ſunt, qui illa eadē a nominibus de...are cōtendāt. a deter, quod in vſu nō eſt, deterior. rrimus, qđ a detero potius deriuatur, & a potis & pote potior. iſſimus, quod a potior. tris. magis deriuari videtur: cū a ſignificatione potis & pote receſſerit. ¶ Ab aduerbijs quoq; & præpoſitionibus formātur cōparatiua & ſuplatiua. vt a penitus. tior. tiſſimus. Apule. Socraticus. in Hermag. trahere (inquit) ſe in penitiorē partē domus. Plau. præterea in perſa. furtiuā adueētā ex arabia pœnitiſſima, quāq̄ poſſunt videri formata a nomine priſco pœnitus. a. um. quo Plau. in aſinaria eſt vſus. Age quæſo Hercule vſq; ex pœnitis faucibus. A pridem prior primus, nā ſuplatiuū eſſe hōc ex conſtructione intelligitur. dicimus enim primus omniū. Ab extra dicimus exterior extimus, ab intra, rior. intimus. a citra, rior. citimus. ab vltra, rior. vltimus. quāq̄ exterior extimus & extremus a quo iterū cōparatiuū fecit Apul. i. meta. dicens. ſi quid eſt tamen nouiſſimo extremius. poſſunt videri formata ab exter. era. erū, quo Verg. eſt vſus. iiij. æn. & nos fas extera quærere regna, & Pac. xi. Theba. ne quis ſua pignora curæ exter honos. a. citer. a. um. quo eſt vſus Cato. & Afranius. citerior

Quodeſt ſuplatiuum nomē? Quod ad plures ſui generis comparatum, omnibus ſuperponitur. vel per ſe ꝓlatum ſignificat, quantum poſitiuum cum hoc aduerbio valde, vt Plato græcorum doctiſſimus, & Plato doctiſſimus. i. valde doctus.

Superlatiua vnde formātur? Ab eiſdem nominibus adiectiuis, vnde formantur comparatiua.

Superlatiua quomodo formātur? In nominibus adiectiuis in. er. deſinētibus ſuperlatiua formantur addita. rimus. vt tener tenerrimus. pauper pauperrimus. Alias vero aut poſitiua ſunt ſecundæ declinationis, aut tertiæ. Si ſecundæ, declinationis ſuplatiua formātur a gtō terminato in. i. addita. s. & ſimus. vt albus albi albiſſimus. Si tertiæ, formātur addita. ſimus. datiuū. vt fortis. is. fortiſſim9.

Patiunē iſtæ regulæ exceptionē? Nimirum patiūtur, quoniā & a verbis & ab aduerbijs & a ꝑpoſitionibus aliquādo formanē. Sed & a nominib9 irregularia quędā nō legitime formanē, de qb9 alias.

citimus, Cicero. vi. de rep. ea minima, q̃ vltima a cælo citima a terris lucebat aliena. A ſupra ſuperior. ſimus. ab infra. erior. nfimus, quæ ipſa poſſunt videri formata a ſuperus. a. um. & inferus. a. um. quibus eſt vſus. Liui. Andro. inferus an ſuperus tibi fert deus funera Vlyſſes. nũc tantũ in plurali dicimus ſuperi. orũ. & inferi. orum. Poſt quoq; format ex ſe poſterior & poſtremus, quãq̃ videri poteſt deductũ a poſterus. a. um. Ante format comparatiuũ anterior, ſuperlatiuo caret: ſicut a ſene ſenior. Prope fecit cõparatiuum propior, & ſuperlatiuũ proximus, q̃d & ipſum ex ſe facit comparatiuũ proximior. Vulp. ad edictũ. ſi quis proximior cognatus naſceretur, & Vege. proximior dextra ſit; quæ plagã poſſit inferre. A nuper Cice. fecit nuperrime ſcribẽs ad here. quod nuperrime (inquit) dictũ eſt facile memoriæ mãdatur. pōt & ab eo q. nuperus. a. um. quo Plau. vtitur in captiuis deriuari. recens (inquit) captũ hominẽ nuperũ & nouicium. Ocyor pro velocior nõ habet poſitiuum latinũ, vnde formetur, ocyſſimus habet pro velociſſimus: deriuantur tamen ab ocys græce, q. velox interpretatur. Comparatiua quoq; & ſuperlatiua, nõ formantur a nominib9 adiectiuis habẽtibus. i. vel. u. vocales ante. is. vel. us. vt pius. arduus, quæ ſupplenda ſunt per aduerbia illa magis & valde. antiquiores tamen pientior pientiſſimus dicebant: & ab Egregius Iuue. dixit. egregius cœnat meliuſq; miſerrimus, pro egregijus: & Pacu. mulier egregiſſima forma. & a ſtrenu9 ſtrenuior fecit Plau. in epid'. dicẽs. nã ſtrenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas: & Lucil. villicus ſtrenuior ſi euaſeris. Ab induſtrius quoq; induſtrior. C. gracchus in tuberonẽ. vt in me induſtrior ſis quã in te: & ab innoxius. oxior. Cato antiquiorem animum inducent eſſe quã inoxiorem. & a perpetuo perpetuior & perpetuiſſimus. idem Cato fecit dicens. Idq; perpetuius atq; firmius repſi. & alio loco idem, fugit maxima flagella perpetuiſſimo curriculo.

**Quod eſt nomẽ verbale? Quod a verbo deriuatur. vt ab amo. as. hic hęc amabilis & hoc amabile. Quod eſt nomen participiale? Quod a participio deriuatur. vt a lectus, lector & lectio.**

¶ Quod eſt nomen verbale: verbalia nomina ſub varijs formis exeunt a verbo. In. a. vt a candeo candela. a ſuadeo. ſuadela. a caueo cautela. ſiue ſit a cautus. a. ũ. In. e. vt a ſedeo ſedile. a cubo cubile. In. o. vt a lateo latro. a lenio leno a palpo palpas palpo palponis. In. il. & in. ul. vt a vigilo. las. vigil. a conſulo. lis. conſul. ab exulo exulas exul. a præſum, prees præſul. In. bulum. vt a voco. as. vocabulum. a ſto ſtas ſtabulum. a paſco paſcis pabulum. In. culum. vt diuerto. tis. diuerticulum. ab oro oras oraculum. a propugno. as. propugnaculum. Alia exeũt in. mentum: vt ab induo. is. mentum. a munio. is. munimentum. a fulcio. cis. fulcimentum. In. men. vt a foro. as. foramẽ. a certo. as. certamen. a nuo. is. numen. & ſunt huiuſmodi noĩa plerũq; poetica. vt ſolamen. inis. munimen. inis. molimen. inis. oblectamen. inis. In. er. vt a rubeo. es. ruber. a macero, macer. a lacero lacer. In. or. vt a coloro color. ab honoror, hõnor. a loboro, labor. In. ur. vt a murmuro. mur. ab auguro, gur. a ſaturo. tur. In. es. vt a tego gis. teges. etis. a mergo. is. merges, itis. a ſtruo. is. ſtrues. is. In. bilis. quæ paſſionem ſignificãt. vt ab amo. bilis. a lego, bilis. ab audio. bilis. i. quod poteſt amari legi audiri. Exeunt in. ilis. alijs conſonantib9 præcedentibu. vt a doceo. lis. a ſentio, ſilis. Lucre. in. ij. ex inſenſibili ne credas ſenſibile naſci. ab vtor, ilis. i. quod poteſt docerĩ ſentiri, & quo poſſumus vti, penetrabilis tamen actiue reperitur, Verg. i. geor. penetrabile frigus adurat: & xij. æñ. aſpice non mage ſit noſtrum penetrabile telũ. & Ouid. xv. meta. penetrabile fulmen. Idem tamen lib. xij. eiuſdẽ, paſſiue dixit, nullo penetrabile telo. Greſſibilis, quod graditur, rationabilis actiue & paſſiue. Terribilis, quod terret, & quæ dialectici finxerunt riſibilis. hinnĩ ilis. pro riſiuus. hinnitiuus & ſimilia. vt cruciabilis & diſſociabilis. In. os. vt a cuſtodio. is. cuſtos. dis. a do das. dos dotis. In. us. vt a ſuperbio. as. ſupbus. ab orbo. as, orb9. a parco, cis. parcus. In. bũdus, ſignificat cũ participio præſentis temporis & quadam nimiet, atenus (vt Priſcia. putauit) ſimilitudinem: vt vitabundus valde vitans. moribundus valde moriens. In. ax. vt a voro. ras. vorax. cis. a teneo. es. tenax. cis. a peto. is. petax. cis. a ſagio. gis. ſagax. cis. In. ex. vt a lateo. tes. latex. lcis. a verto. tis. tex. icis. In. ox. vt a voco. cas, vox. cis. In. ux. vt a luceo. ces. lux. a duco. cis. dux. In. nx. vt a cõiungo coniunx, ſunt qui malint coniux a coniugo, gas. In. rx. vt ab arceo. ces. arx. a mercor, aris. merx. ¶ Quod eſt nomen participiale. Nomina participialia ſunt, quæ a participijs ſiue a verbis participialibus, quæ alij dicũt ſupina, formãtur. horum quædam terminantur in. io. fiuntq; ab vltimo ſupino. u. finali mutata in. i. & addita. o. vt a lectu lectio. ab auditu auditio. a viſu viſio. dicimus tamen a cubo, bas. bitum. bitu. non cubitio. ſed cubatio. Varro de origine linguæ latinæ. a cubatione (inquit) cubiculum eſt. a domo domas domitum: domitu, non domitio: ſed domatio quia (vt in ſupinis diximus) etiam domator a domitu deducitur. a lauo lauas lotũ, non lotio: ſed lauatio ab alio ſupino, quod eſt lauatũ. Cicero ad Varronem: ante te certiorem faciam: vt lauatio parata ſit. a frico fricas, ictum. ctu. ctio. ab eo quod eſt fricatum fricatio. Celſus lib. primo in ipſo quoq; itinere frequens frictio. Plini libro. xxxiiij. frictiones inhibeat oculorum. Columel. lib. vij. cum fricatio nihil [illegible] ofuit. ſacrificatione demitur. eodem modo autore Valla a tonatu potius dicimus tonatio: quam a tonitu. tonitio. a ſonatu. natio. potiuſquam a ſonitu ſonitio. a præſtatu præſtatio. potiuſquam a præſtitu præſtitio. Quædam terminantur in. or. quæ for[illegible]ntur ab vltimo ſupino. u. finali mutata in. or. vt ab amatu amator. ab auditu auditor, & omnia ſignificant actionem, præter vnũ vector, quod actionem & paſſionem ſignificat, eum videlicet, qui vehit, & qui vehitur, Luca. in. iiij. vectoris patiens tumidum ſuperemicat amnem. Idem in. v. cauſa timoris vectorem non noſſe tuum. vtrobiq; paſſiue, Martial. poſuit actiue. per te perq; tuam vector laſciue puellam: & Seneca in hercule furente. tyria per vndas vector Europæ nitet. Ab his rurſus formantur fœminina nomina terminata in. trix. tor. mutata in. trix. vt amator. atrix. creator, creatrix, altor altrix. Ab eo, quod eſt nutritu nutritor, euphoniæ cauſa diximus nutrix & non nutritrix. Propter in conſequentia quoq; literarum a nominibus terminatis in. ſor. formantes fœminina. t. interponimus, vt ab aſſeſſor aſſeſtrix, a poſſeſſor. poſſeſtrix. a tonſor tonſtrix. ab expulſor. s. littera extrita expultrix. A franius aſſeſtricem me ſibi adeſſe vocat: & Philo. Hierony. [illegible] interprete. da mihi ſedium tuarum aſſeſtricem ſapientiam. Martia. tonſtrix ſuburæ faucibus ſedet primis, ſed iſta tonſtrix Amiane non tondet. Cice. v. tuſc. de philoſophia. indagatrix (inquit) virtutum expultrixq; vitiorum.

Quod eſt nomen aduerbiale? Quod ab aduerbio deriuatur; vt perendie perendinus. dina. dinum.

Quid eſt genus in nomine? Illud quod maſculinũ a fœminino diſtinguitur; & neutrum ab vtroq;.

Genera nominum quot ſunt? Septem; maſculinũ; fœmininum. neutrum; commune duorum; cõmune trium; dubium. promiſcuum.

Quod eſt nomen maſculinum? Quod declinatur cum hic, vt hic dominus, hic ſermo.

Quod eſt nomen fœmininum? Quod declinatur cum hæc, vt hæc muſa, hæc terra.

Quod eſt nomẽ neutrum? Quod declinatur cum hoc, vt hoc templum, hoc regnum.

Quod eſt nomen cõmune duorũ? Quod declinatur cũ hic & hęc: vt hic & hæc ſacerdos; cõuina.

Quod eſt nomen commune trium? Quod declinatur cum hic & hęc & hoc: vt hic & hęc & hoc prudens; fœlix.

Quod eſt nomen dubiũ? Quod declinatur cũ hic vel hæc: vt hic vel hæc finis, hic vel hæc cortex.

Quod eſt nomẽ ꝓmiſcuum? Quod cum articulo hic vel hęc ſignificat animalia vtriuſq; ſexus; vt hic miluus, hic mus, hæc aquila hæc dorcas.

Muſa igitur cuius gñris eſt? Fœminini generis, declinatur enim cum hoc articulo hęc. vt hęc muſa muſæ. Da regulam generis. Nomen quod ſit in. a. finitum dic muliebre, neq; enim ab ea excipitur muſa.

Quid eſt numerus in nomine? Incrementum quãtitatis ab vno vſq; ad plura procedens.

*Sunt tamen quędam, a quibus nemo audeat formare fœmininum in trix. vt a curſor cuſtrix, a deriſor deriſtrix. a morſor moſtrix. a perſuaſor. auſtrix. Plau. in bacchidib. probri perlecebræ & perſuaſtrices, & ſimilia. In tilis. ſilis, & ilis. deſinentia in ſignificatione ſimilia ſunt participijs vnde formantur, vt fictilis, raſilis, nexilis, quod fictum raſum, & nexum eſt. In. cius. quoq; terminata eiuſdem prope ſunt ſignificationis cũ participijs vnde formantur, vt ſcripticius. facticius: deditiaius, qđ factum, ſcriptum. & deditum eſt. in iuus. iuua. iuum. tum actionem, tum paſſionem ſignificãt. vt actiuus q. agit. paſſiuus q. patitur. indicatiuus q. indicat. inſitiuus non q. inſerit. ſed qđ inſeritur. Hora. in epo. vt gaudet inſitiua de cerpens poma. ¶ Quod eſt nomẽ aduerbiale? aduerbialia dicuntur nomina, non tantũ quæ ab aduerbijs deriuantur, ſed etiam quæ a præpoſitionibus, quæ quoties caſualibus ſuis nõ opponũtur, aduerbia potius dicuntur. vt ab hodie. ernus. ab heri heſternus. a cras. ſtinus. a perendie. dinus. ab infra infernus. a ſupra ſupernus. ab extra externus. ¶ Quid eſt genus in nomine? genus in nomine aut naturale eſt, aut ab vſu, atq; autoritate deſcẽdit. naturale earum rerum quæ ſexu diſtinguntur, hoc eſt, marium & fœminarũ, quæ ſunt in natura generatiõis principia, vnde ab his duobus genera dicta ſunt a generãdo, de quib⁹ Priſ. dixit. duo genera ſunt quæ ſola ratio naturæ nouit maſculinum, & fœmininũ. Genus illud alterũ qđ ab autoritate defluxit, nullum ſexum praeſefert, ſed illud tantum ſequitur, qđ vſus cõfirmauit. vt lapis, terra, cũ in natura nullius certi ſunt ſexus, alterum maſculino, alterum fœminino genere vſus protulit. Ergo recte dici genus in nomine eſſe notionem quandã: qua maſculinum a fœminino diſtinguitur, aut natura duce, aut vſu: & neutrũ ab vtroq;, nã ex illis duob⁹ & ex hoc reliqua gñra ſunt. ¶ Gñra noĩm quot ſunt? ad gña q̄ lib. i. & ii. poſuit. duo reliqua adiecit dubiũ & ꝓmiſcuũ de quib⁹ iterũ ſingulatim q̄rit. ¶ Quod eſt nomen maſculinum? nõ magis ſatiſfacit hoc loco, quã lib. i. nam (vt illic dicebamus) nõ ꝓpterea dominus eſt maſculini generis, quia declinatur per hic, ſed declinatur cum hic, quia eſt generis maſculini, ſed in hoc ſequitur vulgarem rationem. nam vera ratio erat, cur dominus ſit generis maſculini, aut quia reperitur coniunctus cum nominibus adiectiuis generis maſculini. aut ratione ſignificationis, quæ ad maſculos tantum pertinet, aut deniq;, quia ſecundæ eſt declinationis im. us. terminatũ, ſed (vt in capite gñis dictũ eſt) illa ratio valet apđ græcos plurimũ, q loquũtur per articulos, apud latinos nullus eſt momenti. ¶ Quod eſt nomen dubium? quia de dubijs ſiue incertis generibus in fine capitis, q de genere ſcripſimus, ſatis copioſe dictum eſt, nihil aliud hoc loco dicimus, quã q dubiũ genus differt a cõmuni duorum in eo q dubiũ eſt, quo autores nulla ratiõe ducti, ſed ſola autoritate ſub alio genere vſi ſunt. Cõmune vero eſt, vbi viſu ſecernimus ſexũ, quẽ vtrumq; ſub vna terminatione proferimus, vt hic & hæc homo, hic & hæc canis, in quo etiam epiceno differt. vt ſtatim dicemus. ¶ Quod eſt nomen promiſcuum? q græce epicænum latine interpretatur promiſcuum, ſiue confuſum, inter quod & commune hoc diſtat, q commune eſt, vbi viſu ſecernimus ſexum, epicænum vero vbi viſu nõ ſecernimus ſexum, & ſub vno articulo, quem videlicet firmauit autoritas, vterq; ſexus intelligitur. Cum enim naturaliter non poſſumus in promiſcuis ſexum deprehendere, vocem illius ſexus ſequimur, quem vſus elegit, nam tum in natura ſit diſtinctus ſex⁹ cuiuſq; ſpeciei animalium perfectorum, puta milui, aquilæ, cum nos alterũ ab altero diſtinguere non poſſumus, placuit in altero maſculinum. in altero fœmininum eligere, ita tamen vt ſub altero illorum [illegible] intelligeremus alterũ. ¶ Muſa igitur cuius generis eſt? reſpõdet q; adhuc primo tanquã rudis in hac generis ratione, ſed iterum interrogatus affert regulã, q muſa propterea eſt generis fœminini, quia terminatur in. a. potuiſſet etiam illam rationem ſiue regulam afferre, q nomina fœminarum, aut quaſi fœminarum generis ſunt fœminini. Cum igitur muſæ quaſi fœminæ dicantur genitæ ex Ioue & mnemoſyne, id eſt memoria, iuſte generis fœminini dicendum fuit eſſe muſa.*

*¶ Quid eſt numerus in nomine? reſpondet eſſe incrementũ quantitatis, ſubaudi diſcretæ, procedens ab vno, qui numerus finitus eſt, ad plura procedens, quia ad infinita numero extenditur illius ſignificatio, ad quam infinitatem determinandã numeri ſunt inuenti, vt centum homines, mille homines, nam cum dixi tantum homines, nil definite locutus ſum.*

¶ *Numeri nominũ quot ſunt? duo (inquit) ſed vnius propriæ numerus non dicitur, ſed quia principium eſt numerandi & in ipſum reliqui numeri reſoluuntur, quodammodo numerus eſt, quemadmodum nominatiuus inter caſus numeratur, non q. in declinatione ab alio cadat, ſed q. ipſe principium eſt cadendi. Illud quoq; animaduertendum eſt græcos tres numeros habere, ſingularem, qui ad vnum pertinet, dualem qui ad duos. pluralem, qui ad plures quam duo, at vero latinus ſermo dualem non habet: niſi tantum in his nominibus ambo ambæ ambo, duo duæ duo, quæ non minus carent numero multitudinis, quam ſingulari. Sed quæ nomina ſingulari, quæ plurali numero carent, libro ſuperiori diſputauimus. Quid eſt figura in nomine? Figura in nomine dicitur a ſimilitudine figuræ quantitatis in corpore: nam quemadmodum corporis figura lineamentis protrahitur: ſic in noie alia eſt figura quantitatis in ſimplici, alia in compoſito. Dixit ergo, q. figura in nomine eſt illud, quo ſimplex nomen a compoſito diſtinguitur. Deinde rurſus quærit. ¶ Figuræ nominum quot ſunt? reſpondet ex autoritate Donati, atq; Seruij cum Sergio, duas eſſe figuras in nomine ſimplicem atq; compoſitam. Priſcia. græcos ſecutus addit etiam decompoſitã, hoc eſt quæ deriuatur a dictiõne iam compoſita, vt parricidium a parricida, magnanimitas a magnanimo. addit Priſcia. cauſam cur decompoſita figura non ſit idẽ q. cõpoſita, quoniam compoſita poteſt diuidi in partes quæ per ſe aut integræ ſunt, aut corruptæ vnaquæq; illarum aliquid ſignificat, neq; rurſus ſimplex: quoniã a compoſita deriuatur. Magnanimitas vero parricidiũ & huiuſmodi non poſſunt diuidi in partes aliquid ſignificantes, animitas enim & cidiũ nihil per ſe ſignificat. Sed hæc ratio. Priſcia. atq; græcorum quantum valeat cõtra Donati autoritatẽ nemo eſt qui nõ intelligat, ſi conſideret eandem eſſe rationem partiũ corruptarum cum in cõpoſitionem veniunt, parri enim & cida nihil magis per ſe ſignificãt, quã cidium & animitas. Vtcunq; tamen ſit, nos dicamus figuram cõpoſitam eſſe dictionum, quæ per ſe cõponuntur, aut deriuantur a dictionibus p ſe cõpoſitis. Dicit vero in partes ſignificatiuas eius, quod integrum ſignificat, ideo quia parens poteſt diuidi in partes ſignificatiuas hoc eſt in par & in ens: ſed ſignificatiuas eius quod integrũ ſignificabat, quod eſt pater aut mater. Compoſita quæ poteſt diuidi, & c. q. intelligendum ſi compoſitio fiat ex duobus nominibus, aut ex nomine & verbo, aut ex alijs partibus orationis, præterq̃ ſi fiat compoſitio ex præpoſitione, quæ plerumq; ſignificationem mutat. vt ab emo perimo, a facio interficio. Componuntur autem nomina quattuor modis. Ex duobus integris, vt reſpu. ſuburbanus. E duobus corruptis, vt efficax municeps. Ex integro & corrupto, vt ineptus, q. ab in & aptus componitur, inermis, q. ab in & armis. Ex corrupto & integro, vt omnipotens, ex omnis & potens, nugigerulus. a nugis & gerulus. Componũtur etiam ex pluribus, vt imperterritus, ex in & per & territus. Inexpugnabilis: ex in & ex & pugnabilis, ſine præpoſitionibus raro fit trium dictionum compoſitio, atq; (vt Quintil. inquit) hoc latino ſermoni inconceſſum eſt: quã uis: capſis Cicero dicit in lib. de perfecto orato. cõpoſitum eſſe ex cape. & ſi vis. & ſolitaurilia ex ſue, oue. & tauro. dicente Varro. in. ij. de re ruſti. Populus Rom. cum luſtratur ſolitaurilibus: circunaguntur verres, aries, taurus. Sed vt Quintilianus ſubdit: hæc nõ tã ex tribus quã ex particulis trium coeunt. Ex duobus nominatiuis compoſita ab vtraq; parte declinantur: vt reſpublica reipublicæ. Ex recto & obliquo a parte nominatiui tantum, vt ſenatuſconſultum, ſenatuſconſulti. Præfectus prætorio præfecti prætorio. Alteruter, tam etſi ex duobus rectis componatur, a priori parte non infectitur, itaq; dicimus alteruter, vtrius. alterutri, & cur ita fiat laborat Priſcia. afferre cauſam. ¶ Quid eſt caſus in nomine? Et reſpondet eſſe quoſdam gradus declinationis per quos nomen inflectitur. i. gradatim cadit. Priſcianus dicit caſus eſt declinatio nominis, quæ maxime. i. plerumq; fit in fine: nam & aliquando fit in medio: vt in dictionibus compoſitis quales ſunt pleruſq; pleraq; plerumq;, quilibet, cuiuſlibet, cuilibet. ¶ Caſus nominum quot ſunt? Et reſpondet eſſe ſeptem, nam & ſe[illegible] num adiecimus contra communem doctrinam: propterea, q. autores plerumq; illius meminerunt, & q. noſter Quintil. grammaticum iubet inquirere, an ſit apud latinos vis quædam ſeptimi caſus. Nam ſubdit, cum dico haſta percuſſi: non vtor ab[illegible]iuinatura. Laborat Priſcianus, & quidem iudicio meo fruſtra: probare non eſſe caſum ſeptimum apud latinos: idq; præcipue illa ratione, q. nulla differentia vocis diſtet a ſexto, quæ ratio (ſi vera eſſet) neq; ex diuerſitate ſignificationis potius, quam terminationis caſus diſtingueretur: idem eſſet ablatiuus pluralis cum datiuo eiuſdem numeri & vocatiuus cum nominatiuo, quia in terminatione ſemper ſibiipſis ſimiles ſunt. Quod vero idem Priſcianus ait, neminem appellare ſeptimum caſum illum, cum quo conſtruitur comparatiuum: immo nullus autor eſt, qui ſeptimum caſum admittat, qui idem non dicat comparatiuum conſtrui cum ſeptimo caſu, nunq̃ vero cum ablatiuo. Ergo cum dicit ſemper ablatiuo ſimilis, intelligendum eſt in terminatione: non in ſignificatione, quoniam ſimile cum datiuo iunctum ſimilitudinem quantitatis & lineamentorum ſignificat.*

Numeri nominum quot ſunt? Duo, ſingularis, qui vnum ſignificat; vt homo. Pluralis qui plura, vt homines.

Muſa igitur cuius numeri eſt? Singularis numeri quia vnum ſignificat tantum.

Quid eſt figura in nomine? Illud quo nomen ſimplex a compoſito diſtinguitur.

Figuræ nominum quot ſunt? Duæ, ſimplex quæ nõ poteſt diuidi in partes ſignificatiuas eius, quod integrum ſignificat. vt parens. Compoſita quæ poteſt diuidi in partes ſignicatiuas eius quod ante compoſitionem ſignificabat; vt parricida.

Muſa igitur cuius figuræ eſt? Simplicis, nihil enim ſignificant mu. & ſa. per ſe ſeparata,

Quid eſt caſus in nomine? Quidam gradus declinationis per quos nomen inflectitur.

Caſus nominum quot ſunt? Septem. Nominatiuus. Genitiuus, Datiuus. Accuſatiuus. Vocatiuus. Ablatiuus, Effectiuus ſemper ablatiuo ſimilis.

Quare dicitur ñtiũs? Quia per illũ nominamur. Rectus vero idẽ dicitur; quia aliunde nõ cadit.

Quare dicitur gtiũs? Quia per eum oſtẽdimꝰ cu cuius ſumus filij. vt Antonius Ioannis.

Quare dicitur datiuus? Quia in eo caſu ponimꝰ illum, cui aliquid damus, vt do tibi pecunias.

Quare dicit̃ accuſatiuꝰ? Quia in eo caſu ponimꝰ illum, quẽ accuſamꝰ; vt Põpeius accuſat Ceſarẽ.

Quare dicitur vocatiuꝰ? Quia in eo caſu ponimꝰ illum, quem vocamus, vt o Muſa mihi cauſas memora.

Quare dicitur ablatiuus? Quia in eo caſu ponimus illum, a quo aliquid auferimus; vt ego aufero a te libros.

Quare dicit̃ effectiuꝰ? Quia in eo caſu ponimꝰ inſtrumẽtũ, quo aliqd e[illegible]ci[illegible] vt ego peto te ſaxo.

Muſa igitur cuius caſus eſt? Nominatiui, ſiue vocatiui; ſiue ablatiui: quia in his caſibus declinando reperitur.

Quid eſt declinatio in noĩe? Vocis declaratio, q̃ circa finẽ tãtum oſtẽditur; vt muſa muſę muſã.

Declinationes nominum quot ſunt? Quinq;. Prima quę mittit genitiuum in. æ. dipthongon. vt muſa muſæ. Secunda quę mittit genitiuum in. i. vt dominus domini. Tertia quę mittit genitiuum in. is. vt ſermo ſermonis. Quarta quę mittit genitiuum in. us. vt ſenſus ſenſus. Quinta quę mittit genitiuum in. ei. vt dies diei.

Muſa igit̃ quotę declinatiõis eſt? Primę. mittit eñ genitiuum in. æ. diphthongon: vt muſa muſæ.

Quotuplex eſt nominum inflexio? Sexcuplex. Monoptota inflexio eſt, cum per omnes caſus nuſq; nomen variatur. vt nominatiuo ador genitiuo ador datiuo ador. &c. Diptota inflexio ẽ cum per duos caſus tantum nomen variatur, vt ſapho ſaphus. Triptota inflexo eſt, cum per tres caſus nomen variatur. vt templum templi templo. Tetraptota inflexio eſt cum per quatuor caſus nomẽ variatur. vt deus dei deo deũ. Pentaptota inflexio eſt; cum per quinq; caſus nomẽ variatur. vt ſermo ſermonis ſermoni ſermonem a ſermone. Hexaptota inflexio eſt, cũ per ſex caſus nomen variatur. vt vnus vnius vni vnũ o vne ab vno.

*Quare dicitur nominatiuus. Caſus omnes ſiue ab ſpeciali quadam illorum ſignificatione dicti ſunt, vt nominatiuus: quia per eum nominamur, vt ego vocor Antonius, cur non & factiuus, vel actiuus, cum per eum quid facimus, vel agimus? cur non paſſiuus, cum per eum patimur? ¶ Eodem modo genitiuus dicitur, quia in eo caſu ponimus nomen genitoris, cur non poſſeſſiuus, cum eius ſignificatio communior ſit poſſeſſio? cur non ſuperlatiuus: quando quidem ſuperlatiuus gradus cum illo conſtruitur? Et eodem modo de reliquis præter vocatiuum cuius ſignificatio ſemper habet vocandi vim. Nominatiuus vocatur etiam rectus, quia cum cæteri caſus ab illo cadant, vnde etiam obliqui dicuntur, ipſe etiam in prima ſua poſitione rectus ſubſiſtit. vnde etiam improprie caſus nominatur: vt paulo ante memorauimus: cum de numero agebatur. Vocatiuum quoq; græci rectum appellant, & ſi nonnunq̃ a nominatiuo cadat. Genitiuus quoq; tum caſus patrius, tum paternus tum gignendi vocatur. P. nigidius teſte Gell. li. xij. interrogandi caſum appellat, vt cuius? Datiuus eodem modo dandi caſus, & Accuſatiuus accuſandi caſus, quem etiam Diomedes incuſatiuum nominat. Vocatiuꝰ etiã vocandi, & ablatiuus etiam auferendi caſus dicitur. ¶ Effectiuum quoq; nouo nomine ad ſuperiorem ſimilitudinem nos primum appellauimus, cum ab aliis ſemper ſeptimus vocetur vt ablatiuus ſextus latinꝰ a Diomed. vocatur. Et quãq̃ effectiuus alias habet ſignificationes quã cum p inſtrumentũ aliquid efficimus, nominatur tamen ab hac ſpeciali ſignificatiõe, quemadmodum de reliquis ſuperioribus dicebamus. Sunt qui octauum caſum ponant, cum ſcilicet vtimur datiuo pro accuſatiuo & præpoſitione (vt Verg.) it clamor celo. i. in celum. Illud quoq; eſt aduertendum nomina aptota dici, quando tantum nominatiuo caſu reperiuntur: vt Iupiter. fas inſtar. ſed in illis caſus nominatiuo ſimiles etiam reperiuntur. vt in maſculinis & fœmininis vocatiuus, in neutris accuſatiuus & vocatiuus, vt hic Iupiter o Iupiter. hoc fas, accuſatiuo fas. vocatiuo o fas: & dicitur aptotum. ab. a. quod priuat & ptoſis caſus, quaſi reliquis caſibus carens. ¶ Quid eſt declinatio in nomine? Declinatio dicitur a declinãdo, hoc eſt diſcedẽdo, diſcedunt enim atq; declinant, vt diximus, reliqui caſus a recto, idq; fit per quoſdam veluti ſcalarum gradus, quæ declinatio fit in fine. ¶ Declinationes nominũ quot ſunt? quinq;. Alij ſeptem declinationes fecerunt. Nam tertiam fecerunt ex nominibus, quæ mittunt genitiuum in. ius. & datiuum in. i. atq; ex tertia noſtra fecerunt quartam, & rurſus ex quarta noſtra nominũ maſculinorum & fœmininorũ fecerunt quintã, & ex quinta fecerunt ſextam. Septimam vero fecerunt ex nominibus neutris in. u. terminatis, quæ nos per quartam nominum declinationem inflectimus. ¶ Muſa igitur quotæ declinationis eſt? Quoties de ordine quærimus per quotus quota quotũ interrogare debe[illegible]us, de ſubſtantia vero per quis vel qui. itaq; cum quærimus muſa quotæ declinationtionis eſt reſponderi debet per nomen ordinale, quod eſt prim[illegible] prima primũ. Quod ſi quærerenꝰ cuius declinatiõis eſt, reſpõdẽdũ fuiſſet eius quæ mittit genitiuũ in. æ. diphthõgon. ¶ Quotuplex eſt nominũ inflexio? De formis declinationũ quærit, quot ſunt, & reſpondet ſex eſſe formas. Monoptũ, quæ pro omni caſu vna eademq; terminatione fungitur, qua inflexiõe declinãtur omnia noĩa litterarũ & noĩa nũerorũ a tribus vſq; ad centũ. Mille quoq; cũ eſt adiectiuũ pluraliter declinatur, nã cũ eſt ſubſtãtiuũ hoc mille millis milli millia milliũ millibus declinatur. hac quoq; forma declinãtur noĩa barbara, quæ per noſtrã declinationẽ inflecti nõ poſſunt, in quibus ſola cõſtructio facit caſuum diuerſitatem, non articuli, cũ latini illos nõ habeãt.*

EGo q̃ pars orationis eſt? Reſpõdetq; ex Priſc. diffinitione, ꝓnomẽ eſt pars orationis, adiecit tamẽ declinabilis ad differentiã partiũ indeclinabiliũ, quæ pro noĩe proprio cuiuſq; accipitur, nõ tamen (vt ait Ser. in artẽ Donati) ꝓnoĩa ideo dicuntur eſſe noĩa, quia noĩm fũgũtur officio, quoniã & ſi nominũ vim exprimũt, nõ tñ plene exprimũt. vnde in pronoĩm diffinitiõe Diomedes & Donatus pene aduerbiũ adiecerũt dicentes: ꝓnomen eſt pars orationis, quæ pro nomine proprio poſita idẽ tantũdẽq; pene ſignificat, perſonaſq; finitas recipit, ſed nõ oĩa pronoĩa ꝑſonas finitas recipiũt, vt mox dicemus, quare Diomedes & Donatus non dixerunt ſimpliciter perſonas finitas recipit, adiecerũt in pronominis diffinitione, ꝑſonaſq; finitas interdũ recipit, vt ego tu ille. hæc tria pronomina (vt ait. Ser.) ꝑſonas finitas tãtũ recipiunt, quia ad præſentẽ perſonã referũtur, quã q̃ ille variat, vt ſtatim dicemus. ¶ Vnde dicitur pronomen? Origo pronoĩs ſatis expreſſa eſt in diffinitione illius. ¶ Pronomini quot accidũt? Rñdet ex Priſc. ſenia ſex eſſe pronominis accidẽtia: quas enũerat, Diomedes & Donatus adiecerũt ſuperioribus qualitatẽ, & ſubſtulerunt ſpeciem. Diomedes etiã adiecit ordinẽ. Quint. in pronomine & oẽs grãmatici antiquiores ꝑſonã poſuerunt. Ea triplex erat. finita. infinita. minus q̃ finita. Finita eſt, quæ notat certũ numerũ, & geſtũ dirigit ad certã perſonã. vt ego. tu. Infinita, quæ certã nõ recipit ꝑſonã, ſed cuilibet poteſt aptari, qualia ſunt illa ſeptẽ, quæ illi inter pronoĩa, nos inter noĩa ponimus quis. talis. qualis. tantus, quãtus, tantus. quotus. Nomina enim (quẽadmodũ & tertiæ verborũ ꝑſonæ) infinita ſunt: cũ nulla in eis certa finiatur ꝑſona: niſi pronomini finito adiũcta. Minus q̃ finita eſt, quæ certis & incertis perſonis aptari poteſt: qualia ſunt illa, ſui. hic, ille. iſte. ipſe. is, Pronomina aũt poſſeſſiua & infinita & min9 quã finita eſſe poſſunt. ¶ Pronominũ ſpecies duæ ſunt ſicut in noĩe. Primitiua & deriuatiua; & enũerat pronomina primitiua, q̃ dicit eſſe octo, & rurſus deriuatiua, quæ dicit eſſe ſeptẽ, vt ſint oĩa quindecim, cum alij duo & viginti Diomed. aliquãto plura poſuerit. ¶ Ego igitur cuius ſpeciei eſt? Ex ſuperiori enũeratione, reſpõdet eſſe primitiuæ, cũ tamen videatur ex græco ſermone deriuatũ. Sed quẽadmodũ dixim9 paulo ante cũ de ſpecie noĩm agebamus, cũ in prõptu nõ habemus vñ nomen vel quæcunq; alia dictio deriuetur: dicimus eſſe primitiuã. Fac ex eo deriuatiuum, & facit meus mea meum, fac rurſus, noſter noſtra noſtrum, fac adhuc, noſtras noſtratis. ¶ Genera pronominum quot ſunt? Et reſpondet eſſe quattuor, quod inductione probat, nam aut habent tres articulos, vt hic & hæc & hoc noſtras. & ſic ſunt cõmunia trium generũ, aut habent tres diuerſas terminationes, vt meus mea meum, & ſic primæ reſpondet genus maſculinum, ſecũdæ fœmininũ, tertiæ neutrũ, aut illorum ſignificatio cõmunis eſt tribus generibus, vt ego, tu ſui. ¶ Numeri pronominum quot ſunt? Omnia repetenda ſunt ex iis, quæ diximus, cum de numero nominũ diſſerebamus. ¶ Figuræ pronominum quot ſunt? Et dicit eſſe duas ſicut in nomine, ſimplicem & compoſitam, & ſubdit modos quattuor cõpoſitionis pronominũ. Cum noĩe, vt huiuſmodi huiuſcemodi, quæ Priſcia. nominibus annumerat. ¶ Cũ altero ꝓnomine. vt iſthic ab iſte & hic, ſed aduertẽdũ hanc cõpoſitionẽ non fieri niſi ꝑ noĩatiuũ accuſatiuũ & ablatiuum ſingulares, & per noĩatiuũ accuſatiuũ plurales tantum generis neutri, vt iſthic iſthæc. iſthoc. iſthunc. iſthanc. iſthoc. ab iſthoc. iſthac. iſthoc. Plurali nominatiuo iſthæc accuſatiuo iſthæc, quæ ꝑ aſpirationẽ non eſſe ſcribenda miror placuiſſe Priſciano. ¶ Cum præpoſitione quoq; pronomen componitur per anaſtrophen: hoc eſt inuerſionem pronominis præpoſitionis, ea. fit tantum in caſu, cui ſeruit hæc præpoſitio cum: ex qua cõponuntur tria [illegible] tum pronomina trium perſonarum, hoc eſt mecum, vobiſcum. tecum. nobiſcũ: ſecum in vtroq; numero. ¶ Cum quis, vel qui etiã, quod ipſum inter ꝓnomina antiquiores numerabant, vt quicum quibuſcum. ¶ Componuntur quoq; cum aduerbio, ſiue ſyllabicis adiectionibus. vt idem, quod ab is & demum facta vtriuſq; finis abſciſione, vt ſit idẽ, quaſi iterum. is. In neutro quoq; geminatur compoſitio, dicimuſq; identidem, quod magis videatur aduerbio cedere, vt ſignificet idem quod ſæpe. Cicero in. vi. de repub. hæc ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidem. Idem in lib. iii. tuſcu. quæſtio. ſcindens dolore identidẽ intonſas comas. Eccũ, eccã, ellum, ellam, eccos. eccas. ellos. ellas. Priſc. & Sergius in Donati artem pronomina eſſe dicunt ab ecce & is. ea. id. & ille illa illud compoſita, quæ tamen Laurentius in aduerbia reſoluit. Et eo quod dicit, aut ſyllabicis adiectionibus.

## ¶ De erotematis Pronominum. Cap. vi.

EGo quę pars orationis eſt? Pronomen. Quid eſt pronomen? Pars oratiõis declinabilis; quæ pro nomine ꝓprio cuiuſq; accipitur; perſonaſq; finitas recipit; vt ego, tu, ille.

Vnde dicitur pronomẽ? A pro prępoſitione & nomen; quia pro eo ponitur in oratione.

Pronomini quot accidunt? Sex. Species. Gen9. Numerus. Figura. Perſona. Caſus cum declinatiõe.

Species ꝓnominum quot ſunt? Duę ſicut in nomine. Primitiua. vt ego; Deriuatiua. vt meus.

Quot ſunt pronomina primitiua? Octo, ego, tu, ſui hic. iſte. ille. ipſe. is.

Quot ſunt pronomina deriuatiua? Septem, meus; tuus. ſuus. noſter. veſter. noſtras, veſtras.

Ego igitur cuius ſpeciei eſt? Primitiuę, nõ enim aliũde trahitur; quanq̃ græce dicitur. Fac ex eo deriuatiuum. meus mea meum.

Genera pronominũ quot ſunt? Quattuor. Maſculinum, vt meus. Fœmininum, vt mea. Neutrum. vt meum. Cõmune trium. vt ego. noſtras.

Numeri pronomimũ quot ſunt? Duo ſicut in nomine; ſingularis. vt ego. pluralis vt nos.

Figurę pronominum quot ſunt? Duę ſicut in nomine: Simplex. vt hic hęc hoc. Cõpoſita vt iſthic iſthæc; iſthoc.

Quot modis cõponũtur ꝓnomina? Quatuor. Primo cũ nominibus, ut eiuſmodi. huiuſmodi. Secũdo cum altero prenomine: ut iſthic; iſthęc; iſthoc.

Tertio cū ꝓpoſitione.vt mecū.tecū.Quarto cū aduerbijs aut ſyllabis adiectiōibus, vt egomet.

Quot ſunt adiectiones ſyllabice? Quattuor, met. tē.ce.pte.vt egomet.tute.hicce.meapte.

Perſone pronominū quot ſunt? Tres, prima,que de ſe loquitur.Secunda,ad quam prima loquitur.Tertia,de qua prima loquitur.

Quot ſunt pronomina prime perſonæ? vnum tātum Nominatiuo ego.Genitiuo mei.

Quot ſūt ꝓnoīa ſecūde pſone? Itē vnū.Ntō tu.Gtō tui.cū oīb⁹ vocatiuis noim.ꝓnoim.& ꝑticipiorū.

Quot ſunt ꝓnomina tertie pſonæ? Reliqua oīa.

Caſus pronominū quot ſunt? Septē ſicut in nomine,caret tamē vocatiuo omnia pronomina preter quā tu.meus.a.um.noſter.a.um noſtras.atis. caret etiam nominatiuo cū vctō, Genitiuo ſui.

Declinationes ꝓnominum quot ſunt? Quattuor. Prima,q̄ mittit genitiuū in.i.vt ego mei, tu tui. Gtō ſui. Secunda,que mittit gtm̄ in.ius, vt hic huius.iſte.iſtius.ille illius.ipſe ipſius.is.eius.Tertia,quæ mittit gtm̄ in.i.e.i. vt meus.a.um. mei mee mei.tus.a.um.tui tue tui.ſuus.a.uū.ſui ſue. ſui. noſter. a. um. noſtri.æ.noſtri.veſter.a. um. veſtri veſtre veſtri. Quarta,que mittit genitiuū in.is.vt noſtras noſtratis, veſtras veſtratis.

¶ De erotematis verborum. Cap.vij.

AMo,que pars orōnis eſt? Verbū.Quid ē verbū? pars orōnis declinabilis cū modis & tēporib⁹ ſine caſu agēdi vel patiēdi ſignificatiua. Vnde dicit̄ verbū? A verbero, as, qa verberato aere orō ꝓfertur, que ſine verbo eſſe nō poteſt.

Verbo quot accidūt? Octo.Gen⁹.Modus.Tēpus. Numerus,Perſona,Species,Figura,Cōiugatio.

Querit rurſus,quot ſunt huiuſmodi ſyllabæ,dicitq; eſſe quattuor.met.te.ce.pte.¶ Met,iūgitur pronomini primæ perſonæ per oēs caſus.vt egomet,memet,mihimet,memet,a memet,eodem modo in plurali. Cū pronomine vero ſecūdæ perſonæ tantū iungitur obliquis ſigularib⁹ & omnibus caſibus pluralis dicimuſq; tuimet, tibimet, temet, a temet. & eodē mō in plr̄, in ntō ſingulari nō dicim⁹ temet,ne videtur coincidere cū tertia pſona ſingl̄ pn̄tis indicatiui huius verbi tumeo,es, tumet. ¶ Dicim⁹ tn̄ ꝓ tumet, tute.te ſyllabæ breui adiecta,aut tutemet. Lucre.in.j.accipe preterea q̄ corpa tute neceſſe eſt.Idē in eodem.tutemet a nobis iam quouis tēpore vatū. iungitur quoq; met tertiæ pſonæ triptoto.ſuimet,ſibimet, ſemet. a ſemet.¶ Pte,quoq; iūgit ablt̄ō tātū quoq; ꝓnominū poſſeſſiuorū mea.tua.ſua.noſtra,veſtra.Dicimuſq; meapte. tuapte.ſuapte.noſtrapte.veſtrapte.Cice.in.i.de finib⁹ bonorū.qua vos doceat & ad ſe alliceat ſuapte natura.Et idē.iij. de ꝑfecto oratore.P. Craſſū ſuapte īterfectū manu. Idē etiā maſculino gn̄e ꝓtulit in.i.thuſ. q̄ſt.ſuopte īngt nuptu,& ſuo pōdere ad pares angulos ferātur. ¶ Ce.particula tantū additur caſib⁹ illorū ꝓnominū hic.ille.cū i.s.litterā terminātur.vt huiuſce.hiſce.hoſce haſce.illiuſce.veteres tn̄ hicce.hocce.illice. illuce.dicebāt, qd̄ vſus reformidat.at vero Priſ.ex his particulis non fieri cōpoſitionē aſſeuerat.cū per ſe & ſeparate nihil ſignificēt,q̄ ratitio,ſi vera eſt, neq; ex prepoſitionibus inſeparabilib⁹ poſſet fieri cōpoſitio,quoniā nuſq̄ niſi in cōpoſitione reperiūtur,qd̄ nemo vnq̄.ſed nec ipſe Priſ. dixit.qdcqd̄ eodē Priſ. teſte additæ ſignificāt aliquid: reputētur(vt ille dicit)eſſe ꝓnominū porrectiōes ſiue extēſiones,vt q̄d̄ affert ex Terē.in adelph.egomet rapui. intelligitur ego,& non alius, ac ſi dixiſſet ego ipſe. Quæ igitur partes orationis ſunt dicet aliquis? Ego ad verbia inſeparabilia dicerē quēadmodū particulas illas re.cū.ſe.di.an. prepoſitiones inſeparabiles.¶ Perſonæ ꝓnominū quot ſunt? Reſpōdetq; eſſe tres,& quid proprietatis q̄libet habeat,ſubiūgit dicēs, Prima pſona eſt q̄ de ſe loquitur:hec ratio nō placet Priſ.ſed dici,prima pſona eſt,cū ipſa q̄ loqtur,de ſe ꝓnūciat,qa videlicet pōt prima pſona nihil de ſe loqui,ſed de ſecūda pſonā vl̄ tertia,eſſetq; dubitatio. Itaq; videtur Priſ.facere differētiā inter loqui & ꝓnūciare de ſe,eſt loqui de ſe,vut aliqd de ſe ipſo dicere,ꝓnūciare de ſe,eſt ex pſona ſua aliquid de ſe vel alijs dicere.Quod ſi in hoc vlla differētia eſt,magis exprimeretur ꝑ has prepoſitiōes de & ex.quā per verba loquor & ꝓnūcio. vt loquor & ꝓnūcio de me, ſit habere ſermonē de me.loquor & ꝓnūcio ex me,ſit habere ſermonē in pſona mea,vel de me,vel de te, vl̄ de alijs.¶ Quod ſunt ꝓnomina primæ perſonæ? & reſpondet eſſe vnū tantum ego, idq; in ſingulari tantum. Nam in plurali ōceptionē facit aliarū pſonarū ſecūdarū,q̄ū ad ipſas preſentes loquimur.vt ego & vos faciamus, Tertiarū q̄ū ad ſecūdam & alios vel preſentes,vel abſentes ſibi adiūgit,vt ego & vos & illi fecimus,¶ Eodē quoq; mō dicit eſſe vnū tantū ꝓnomē ſecūdæ pſonæ,ſed in vtroq; numero,ſed adijcit oēs vocatiuos nominū & reliquorū ꝓnominū cū participijs.¶ Caſus pronominū quot ſunt? Dicitq; eſſe ſeptē,niſi qd̄ carēt voctō oīa preterq̄ tu.meus.noſter.noſtras. & quēadmodū paulo ante diximus,ntō ego: & vt lib. primo dictū eſt,ntō ſuus ſua ſuū,ſed illa nō proprie, ſed figurate.¶ Declinationes ꝓnominū quot ſunt? Et oſtēdit ꝑ exēpla eſſe quattuor. Nam per primam declinātur tria. ego.tu.ſui.Per ſecundam quinq;.hic.iſte.ille. ipſe.is.per tertiam quinq; meus.tuus.ſuus.noſter. veſter. Per quartam duo.noſtras veſtras.

DE verbo.Amo que pars orationis eſt? Reſpondetq; eſt verbū, dicitq; eſſe partē orationis declinabilē ad differētiam partiū indeclinabiliū:cū modis.ad differētiam nois, & participij & tēporibus, Ad differētiā nois ſine caſu.ad differētiā participij,agēdi vel patiēdi ſignificatiua.Donatus addit.aut neutrū ſignificās ꝑpter verbū imperſonale,qd̄ proprie neq; actionē,neq; paſſionē ſignificat.¶ Vnde dicitur verbum.Dicitq; a verbero, beras.deriuari,quia verberato aere,oratio profertur.qd̄ licet omnib⁹ orationis partibus accidat,tamē precipue in hac dictione quaſi proprium eius accipitur: qua frequētius vtimur in oratione, atq; in cuius vi relique orationis partes ſignificant. Vnde & in illius diffinitione Diomed. adiecit precipue, dicens.Verbum eſt pars orationis precipue ſine caſu.¶ Verbo quot accidunt? Dicitq; octo eſſe verbi accidentia,que enumerat.Deinde querit,Reſpondetq; de ſingulis diſſerunt.

*Genera verborum quot ſunt? Genus in verbo alij ſignificationem verbi appellant, vt enim in nominibus ſunt genera quibus explorantur ſexus: ita in verbo genus eſt, quo ſignificatur vtrum actiuū ſit, an paſſiuum. Sunt autē quinq; genera verborū. loquitur autē de verbis integris, nā reperiūtur quędā verba defectiua quorūdā predictorū accidētiū, quę reduci nō poſſunt ad vnū quodāā ex his quinq; generibus, qđ fit (vt Priſ. ait) vel naturę neceſſitate. vel fortuna & caſu, vel differētię cauſa naturę neceſſitate, vt pluo. ferno, q̄ verba cū ſimilibus, cū ad ſolā ptinent naturā. quātū ad ſermonē noſtrū attinet, defectiua ſunt, niſi fiat proſopopeia, i. perſonę fictio.*

Genera verborū quot ſunt? Quinq;. Actiuū, Paſſiuum. Neutrum. Commune. Deponens.

Quod eſt verbum actiuū? Quod deſinit in. o. & habet paſſiuū in. or. vt amo amas. amor amaris.

Quod eſt verbū paſſiuum? Qđ deſinit in. or. & habet actiuū in. o. vt amor amaris; ab amo. as.

Quod eſt verbum neutrum? quod deſinit in. o. & non habet paſſiuum in. or. vt ſeruio. is.

Quod eſt verbū deponens? Quod deſinit in. or. & tamē habet actiui ſignificationem, vt loquor. loqueris.

Quod eſt verbū commune? Quod deſnit in. or. & habet actiui & paſſiui ſignificationem, ut amplector amplecteris.

Amo igitur quot verbum eſt? Actiuum.

Modi verborum quot ſunt? Quinq;. Indicatiuus. Imperatiuꝰ. Optatiuus. Subiunctiuꝰ. Infinitiuꝰ.

Quis eſt indicatiuus modus? Quo indicamus aliquid fieri. vt ego amo. tu amas. ille amat.

Quis eſt imperatiuus modus? Quo imperamus vel prohibemus, vel exhortamur; aut permittimus aliquid fieri. vt o Antoni lege. ne legas.

Quis eſt optatiuus modus? Quo optamus aliquid fieri. vt vtinam ego legerem.

Quis eſt ſubiunctiuus modus? Qui indiget altero verbo, vt perfectum ſenſum ſignificet, vt ſi legeris; audiam.

*Fortuna & caſu, aut quia inuſitata ſunt, aut quia turpia & incōcinna. Inuſitata: vt quia a faris & fare & daris vel dare, nō habemus for & dor, inconcinna & turpia. & qđ a metuo non habemus participia metutus & metuturus, differentię cauſa. vt a facio. duco. fero in ſecunda perſona ſingulari imperatiui dice. duce. face. fere non diximus, ne coincideret cum obliquis caſibus quorūdam nominū. ¶ Quod eſt verbum actiuū? quod deſinit in. o. ſubaudi in prima verbi poſitione, & habet paſſiuū in. or. Quid autem dicendum eſt de hoc verbo do? qđ vt paulo ante dicebamꝰ: nō habet in voce paſſiua dor. Diximus hoc verbum eſſe mancum, nō repugnante ſignificatione, ſed vſu, nuſquā enim apud autores lectū eſt dor. ergo quantum ad rationem ſignificationis actiuū eſt. Idē quoq; de facio facis dicendū eſt. qđ non miſit paſſiuū in. or. ſuppletur tamē ab alio verbo qđ eſt fio fis. ¶ Quod eſt verbum paſſiuū? quod deſinit in. or. & habet actiuū in. o. Inuenimꝰ tamē aliqua in voce atq; ſignificatione paſſiua, quę nuſquā reperiūtur in actiua, vt cōſternor, pro exanimor. Ouid. ij. meta. conſternantur equo. atq; idem. xij. cōſternatiq; timores. & Liuius. xviij. ab vrbe condi. conſternati e cornibus in mediam aciē ſeſe intulerant, nuſquā tamen legimus conſterno conſternas. Eiuſdem prope ſignificationis reperitur in voce & ſignificatione paſſiua tantum linquor animo, vt Sue. in vita Cęſaris. niſi qđ extremo tēpore linqui animo ſolebat. nemo tamen diceret animus linquit me. aut ego linquo te animo. ¶ Quod eſt verbum neutrum? huiꝰ generis ſignificatio latiſſime patet. aliud nāq; actionem ſignificat. vt ambulo. curro. aliud paſſionem. vt vapulo. exulo. aliud in quo nec agentis, nec patientis ſignificatio dignoſcitur. vt ſedeo, ſudo, algeo, eſurio, quāquā quo ad grammaticum attinet, hec potius actionem ſignificare dicendum eſt. hęc quidam ſupina, alij abſolutiua, nonnulli depoſitiua appellāt. ¶ Quod eſt verbū deponens? Deponens verbum dicitur (vt ait Diomedes) vel per antiphraſim. hoc eſt econtrario, quia verbum. r. littera finitum deponere eam non poteſt, vel quia cum omnia verba deponentia apud antiquiores communia eſſent alterā, id eſt paſſiuā ſignificationem depoſuerunt. vt loquor loqueris. ſequor ſequeris. ¶ Quod eſt verbum commune? Verbum commune dicitur. qđ ſub vna voce actiuam & paſſiuam ſignificationē habet, quemadmodum & nomen commune dicitur, quod duo aut tria genera ſub vna voce complectitur. Imperſonalis verborum ſignificatio in actiuam paſſiuamq; vocem referuntur. ¶ Modi verborum quot ſunt? Modus in verbo quem Quintilia. appellat qualitatem, eſt inclinatio varios animi affectus demonſtrans. hi ſunt quinq;. Indicatiuus, quem alij finitiuū, alij diffinitiuū, alij pronunciatiuum appellant. Imperatiuus, qui & percontatus. Optatiuus. Subiunctiuus, qui & coniunctiuus. & adiunctiuus ab alijs dicitur. Infinitiuus. qui & imperſonatiuus dicitur, quia perſonas diffinitas non habet dicitur & perpetuus, quia finē nō habet. ¶ Quis eſt indicatiuus modus? Quo indicamus (inquit) ſiue oſtēdimus, ſiue pronunciamus aliquid fieri. ſine vlla alterius modi inclinatione: vnde & finitiuus a Diomede dicitur, q. quaſi finita & ſimplici vtimur expoſitione, cum per ipſum mentis ſenſum depromimus. ¶ Quis eſt imperatiuus modus? Quo imperamus (inquit) aliquid fieri. plerumq; autē & per eum precamur. vnde ab Ariſtote. deprecatiuus dicitur. vt Vergilius. muſa mihi cauſas memora, neq; enim tam imperat, quam precatur. habet & alias complures ſignificationes, vt alibi diximus.*

*¶ Quis eſt optatiuus? Hunc modum vſurpamus cum precibus aliquid a dijs expoſcimus (vt inquit Diomedes) vnde optandi aduerbijs illum adiungimus. vt videlicet & vtinam, & o. & oſi. in ſermone Hiſpano mutuamur a Pœnis oxala, quod interpretatur deus velit. deus faciat. Reperitur etiam ſine aduerbio optandi. vt Lucanus in. i. dij viſa ſecundent, & ſceleris ſit nulla fides. ¶ Quis eſt ſubiunctiuus? Subiunctiuus qui dubitatiuus dicitur, ideo dictus eſt, quod p ſe non exprimit ſenſū, niſi alteri verbo iungatur alterum, quod fit media cōiunctione, vt ſi audiueris, legam. Cū amaueris, docebo.*

*¶ Quis eſt infinitiuus? Qui caret (inquit) numeris & perſonis, hoc imperſonale verbum habet. indiget verbo alterius modi, hoc & ſubiūctiuus habet, ſed vtrumq; ſimul ſolus infinitiuus. His quinq; ſuperioribus modis quidā adiecerunt ſextū, quē appellauerūt promiſſiuum. vt ego amabo, ego docebo. ſed hunc indicatiui futurū nos fecimus. quidā imperſonalem modū coniūgunt, vt ſint modi ſeptē. ſed nos (vt diximus) in actiuā paſſiuāq; vocē hunc modū reduximus. Aduc alij cōmendatiuū ab imperatiuo ſeparant: quoniā per imperatiui præſens ſiue inſtans, vt confeſtim aliquid fiat, imperamus, quē ideo imperatiuū dixerūt. p futurū vero tpis, vt aliquid in ppetuū & ad multa tēpora fiat, cōmēdamus. atq; ideo hūc quaſi diuerſum a ſuperiorib⁹ modū mādatiuū appellauerūt. fuerūt adhuc, qui cōiūctiuū ab ſubiūctiuo ſepararēt, vt eſſent modi nouē. adhuc alij adhortatiuū ab imperatiuo ſeparāt. Gerūdia quoq; & ſupina verbi modos eſſe dicūt. Sed nos quinario modorū numero cōtēti fuimus, ad quos reliq ſunt reducti. niſi q gerūdia & ſupina nō recuſamus ab octo partib⁹ orationis ſeparare.*

Quis eſt infinitiuus modus? Qui caret numeris, & pſonis; & indiget verbo alterius modi; vt aliquid determinatum ſignificet; vt cupio legere.

Amo igitur cuius modi eſt? Indicatiui modi.

Tēpora verborū quot ſunt? Sex. Preſens, Preteritū impfectū. Preteritū pfectū; Preteritum pluſq̄ pfectū. Futurū impfectū, & Futurū pfectum.

Quod eſt tēpus preſens? Quo aliquid in preſentiarum fieri oſtendimus. vt ego lego.

Quod eſt preteritū imperfectū? Quo oſtēdimus qđ aliqđ fiebat, ſed nō fuit pfectū. vt ego legebā.

Quod eſt preteritū pfectum? Quo oſtēdimus aliquid iā factum; atq; perfectum eſſe. vt ego legi.

Quod eſt p̄teritum pluſq̄ pfectum? Quo oſtēdimus id quod factum eſt, inueteraſſe circa preteritū pfectum, vt ego legerā antequā tu veniſti.

Qđ eſt futurū impfectū? Quo oſtēdimus aut promittimus nos aliqđ inchoaturos, vt ego legā cras.

Quod eſt futurum perfectum? Quo oſtēdimus aut promittimus, quod ad certum tēpus aliquid erit a nobis factum. vt ad horam legero,

*¶ Tēpora uerborū quot ſunt? Tps in verbo (vt inquit Diome) eſt viciſſitudo rerū triformi mutabilitate cōprehēſa. Cū vero tēpus (vt philoſophi dicūt) indiuiduū ſit, nos illud in partes diuidimus, ſed nō tā ipſū tēpus, quā actiones noſtras p tēpora diuidētes, ea quātū ad nos attinet tria ſunt. præſens. q a quibuſdā inſtās appellatur. preteritū & futurū, qđ a nōnullis (vt ſupra dictū eſt) pmiſſiuus dicitur modus. qđ alij infinitiuū tēpus appellat, quia incertū ſit. qđ duplex quoq; eſt, imperfectū alterū, & alterū pfectū. de quo alibi plra dixim⁹. ¶ Preteritū in triplici differētia eſt. imperfectū, perfectū, & pluſquā perfectū. ¶ Preteritū impfect. qđ inchoatiuū alij dicūt, eſt p qđ ſignificamus. nos aliquid in tēpore pfecto incepiſſe, nec pfeciſſe tn̄. vt ego amabā. ¶ Preteritū perfectū eſt, p qđ ſignificamus nos aliquid in tēpore preterito incepiſſe atq; perfeciſſe. vt ego amaui.*

*¶ Pluſq̄ perfectū oēs antiqui & iuniores grāmatici videntur mihi nō recte diffiniuiſſe. dicunt enim eſſe cū tēpus iam pridē exactum demoſtramus, ita vt per preteritū perfectum rem factam breui, aut nō multo tēporeante oſtendimus. per pluſquā perfectū vero illud quod iam longo tempore inueteratum eſt. Quæ ratio, ſi vera eſt, non poſſemus latine atq; grāmatice dicere, quod in ipſo ſtatim ſacrarum litterarum initio ſcriptum eſt. In principio creauit deus cælum & terram. & quod ſequitur, dixit deus. fiat lux, & facta eſt lux. qua actione nulla prior. nulla antiquior eſt. Sed neq; ruſus diceremus recte cum tu veniſti, ego iam legam. quod de re paulo ante facta dici poſſe, nemo eſt adeo ſtupidus, qui non confiteatur. Sed hæc duo tempora non eo modo cenſentur, quo iſti putāt, ſed illo potius, quod preteritum pluſquā perfectum preterito præfecto comparatum antiquius eſt, ſiue id in multo, ſiue in paruo tempore exacto ſit, atq; ideo adiecimus inueteraſſe citra preteritum perfectum, vt ſi dixerim, ego legerā, cum tu veniſti, dico te veniſſe poſt id tempus quo ego legi. ſic Oui. i. meta. ſic modo quæ fuerat rudis, & ſine imagine tellus induit ignotas hominum conuerſa figuras. qđ ſi preteritum pluſquā perfectū preterito perfecto non comparetur, nihil aliud quā ipſum preteritum perfectum ſignificat. vt Oui. legerat huius amor titulum nomenq; libelli. id eſt legit. Sed indicatiuus & optatiuus cum ſubiunctiuo habent omnia quinq; tempora, quoniā per illa omnia poſſumus indicare, quid facimus. fecimus, aut facturi ſimus. cuius eſt per omnia ſimilis ſubiunctiuus. Imperatiuus duo tantum habet tempora, inſtans & futurū, ſed in ſingulari primam non admittit perſonā. Abſurdū nāq; eſſet quēq; quā ſibi imperare, cū pmptus ſua ſponte ſit, immo vltro facere quod vult. externæ vero perſonæ imperio indigēt, niſi figurate, quaſi ad alium loquens, in ſecūda perſona ſeipſum proferat. vt Iuue. tecū prius ergo voluta hec. in plurali vero etiam primā adhibet, quia cū imperat, ſe quoq; ad idē miniſteriū vocat. Sed animaduertēdum, qđ per imperatiui præſens imperamus aliquid e veſtigio fieri, vt puer lege, id eſt fac vt ſtatim legas. Per futurū vero imperamus aliquid in poſte[illegible] faciendum atq; (vt ita dicam) in perpetuū. Eſt quoq; eadem differentia inter futurū imperatiui & aliorū modorum futura. qđ hec indifferenter futurū tempus ſignificant, qđ eſt per aduerbia diſtinguendum. vt ego legam mox. cr[illegible] perendie. die quarti, die quinti. die primi. Imperatiui vero futurū non ſignificat, vt confeſtim aliquid fiat, ſed (vt diximus) ſemper impoſterū faciēdū eſſe. vt ſi vis eſſe doctus, legito libros. id eſt facvt ſemper legas libros, qđ poſſis commode facere. neq; opus eſt adiūgere aliquid, quod temporis diuturnitatem illam exprimamus. Inuenitur tamen apud antiquiores futurū pro præſenti, vt Terē. in heauton. loquitor paucula. & idē in adelphis. de te largitor puer, p eo qđ eſt loquere. largire. quos Verg. antiqtatis amator ſecutus dixit. v. ænei. primus equū phaleris inſignem victor habeto. & paulo poſt. tertius argolica hac galea contentus abito, pro eo quod eſt habeat & abeat. In voce paſſiua plurale futuri temporis huiuſmodi reperitur, idq; apud antiquiores tantum in legibus & fœderibus, quæ fiunt, & promulgantur. vt ſic dixerim, ad perpetuam rei memoriam. Optatiuus quinq; tempora habet, vt alibi diximus, quanquā fuit tempus quo putabamus tria tantum habere tempora.*

¶ Sunt, qui ab optatiuo præſens tempus excludant, quoniā futura ſunt quæ optamus. Sed dicet quiſpiam quomodo poſſumus præterita optare? Ad quod dicendū, quod non ſolū futura optare poſſumus: verūetiam plerūq; optatamus nos aliquid feciſſe, quod tamen non fecimus, vt vtinam ego legiſſem. Infinitiuus tria tempora habet, præſens, preteritum & futurum. Vſurpatur tamen plerumq; præſens infinitiui, pro preterito imperfecto indicatiui, quo genere dicendi plerumq; vtuntur hiſtorici. Salu. equitare curſu. cum æqualibus certare: cū omnis anteiret: oībus tamen charus eſſe, pro equitabat, certabat, erat.

Amo igitur cuius temporis eſt? Preſentis tēporis.
Numeri verborum quot ſunt? Duo ſicut in nomine. Singularis, qui de vno loquitur, vt ego amo. Pluralis, qui de plurib⁹ loquitur, vt nos amam⁹.
Amo igitur cuius numeri eſt? Singularis numeri.
Perſonę verborū quot ſunt? Tres. Prima, quę de ſe ſola, vel de ſe cū alijs loqtur, vt ego amo, nos amam⁹. Secūda, ad quā ſolā, vel cū alijs prima loquitur, vt tu amas, vos amatis. Tertia, de qua ſola; vel de qb⁹ prima loquit̃, vt Cicero legit hoīes; legūt.
Species verborū quot ſūt? Duę ſicut in nomine. Primitiua, vt lego legis. deriuatiua vt lectito, as.
Deriuatiuorū verborum formę quot ſunt? Septem Inchoatiua. Mediatiua. Deſideratiua. Frequētatiua. Diminutiua. Denominatiua. Aduerbialia.
Quę dicuntur inchoatiua? quę Laurētius dicit cōtinuum incrementum paſſionis innatæ ſignificare; fiuntq; tantum a verbis neutris abſolutis ſecundę coniugationis, formanturq; ſecunda perſona præſentis indicatiui modi addita. co. vt a tepeo, pes, tepeſco, is. ideſt, in horas magis tepeſio.
Quę dicuntur verba meditatiua? quæ Laurētius appellat deſideratiua, fiuntq; ab vltimo ſupino addita. rio. hæc fere; ab edo. is. eſu. eſurio. a cœno. nas. atu. cœnaturio. a pario. is. partu. parturio. a meio. is. mictu. micturio. a caco cacas cacatu. cacaturio. ab emo. is. emptu empturio.

¶ Numeri verborū quot ſunt? Duo inquit ſicut in noīe. Fuerūt tñ qui in tertia pſona plurali preteriti pfecti indicatiui modi dualē numerū a plurali diſtinxerūt in illis duabus vocalibus amauerūt vel amauere, vt amauerūt, ſit ad plures, amauere, ad duo tātū referendū, ſed (vt Quin. refert) apđ noſtrorū neminē hæc obſeruatio reperitur; cū ecōtrario Verg. i. æn. dixerit. deuenere locos: vbi nūc ingētia cernis. Et idem in. ij. cōticuere oēs: intentiq; ora tenebant. & Ouid. xiij. metamor. conſedere duces: & vulgi ſtante corona. hi aperte nos docent: nihil horū ad duos pertinere. ¶ Perſonæ verborū quot ſunt? Tres (inquit) & repetēdū eſt hoc loco id quod de pſona in capite ſuperiori diximus: cū de perſonis pronoīs agebatur. Illud tantū addimus, qđ Diom. ait perſonā eſſe rationabilē ſubſtātiā, qđ pprie in prima & ſcđa perſona reperitur: niſi fiat pſopopeia. ¶ Species verborū quot ſunt? Duæ (inqt) ſicut in noīe, Primitiua & deriuatiua. Deriuatorum rurſus ſeptē dicit eſſe formas: q̃s Diom. & Donatus ad verbi referūt qualitatē. alij ad genus ſiue ſignificationē. Deinde querit, reſpōdetq; de ſingulis ſeptē verborū formis. ¶ Quæ dicūtur inchoatiua? Oēs grāmatici qui vnq̃ fuere añ Laurētiū Vallā, appellauerūt verba inchoatiua, quæ in. ſco. deſinūt qualia ſunt frigeſco. tepeſco. albeſco. dixeruntq; inchoationē quandā ſignificare, qđ eſſe falſum validiſſimis rationibus cōuincit. quin potius hæc verba incrementū paſſionis innatæ ſignificare videtur, quā ſignificāt verba a quibus deriuātur, vt ægreſco. i. magis magiſq; ægerſio. albeſco, nigreſco, i. indies magis magiſq; albeo & nigreo, & vel (vt ipſe exponit): albeſio & nigreſio. Hæc verba alij ante Laurentiū dixerūt a verbis neutralibus tantū deriuari: nos autē adiecimus a verbis neutris, nō quidē oībus, ſed tantū ſecūdæ cōiugationis. nā ab alijs cōiugationibus deducta, nō tā inchoatiua, quā inchoatiuorū ſimilia eſſe dicēda ſunt, vt illa labaſco. cis. integraſco. cis. & ab hio hias hiſco hiſcis. a cōcupio. pis, cōcupiſco. cis. Sunt preterea huius formæ verba, quorū primitiua in vſu nō ſunt. vt herbeſco herbeſcis. ſilueſco, eſcis. ligneſco. eſcis. igneſco igneſcis, iuueneſco iuueneſcis, & ſimilia q̃ poſſunt videri a noīb⁹ herba. ſilua, ligno. igne. iuuene. potius q̃ ab herbeo herbes. ſilueo. ues. ligneo lignes, igneo. es. iuueneo. nes, deriuata. Nā verba huius formæ certis regulis cōſtāt: quarū vna ſi defuerit: inchoatiua ſiue, vt Laurētius mauult, augmētatiua nō erūt. Prima eſt qđ in. ſco. deſināt. Deinde qđ a ſecunda perſona præſentis indicatiui modi verborū neutraliū ſecūdæ cōiugatiōis paſſionē innatam ſignificantiū formētur. Præterea qđ deficiant in præterito perfecto indicatiui modi, & in reliquis tēporibus, quæ formātur ab eo, quodq; per tertiā verborū cōiugationem declinētur. ¶ Quæ dicūtur meditatiua? Scđa verborū forma eſt, meditatiua, q̃ Laurētius, & quidē recte, deſideratiua ſiue optatiua eſſe dicit, neq; enim eſurire eſt meditari comedendū eſſe, qđ ad intellectū pertinet: ſed cupere ſeu optare, qđ eſt opus partis apetitiuæ. Formātur aūt ab vltimo ſupino addita. rio. reperiturq; hæc verbo[illegible] forma in paucis verbis: apđ antiquiores fortaſſe in pluribꝰ: ſed quorū ego memeni in his fere. ab edo edis. eſum eſu eſurio. is, a cœno. as. atum, atu. aturio. a pario. is. partū partu parturio, a meio. is. mictū mictu. urio. a caco, as. atū. cacatu caturio. ab emo. is. emp[illegible] emptu empturio. i. cupio ſiue libido mihi inceſſit edere. cœnare, parere. meiere. cacare. emere. Iuue. eſurit intactā paridi niſi vēdat agauē. Mart. xi. epigra. cœnaturit Vacerra, nō cacaturit. Iuue. noctib⁹ hic ponūt lecticas micturiūt hic. Verg. in buc. nūc omnis parturit arbos. Varro. ij. de re ruſt. te empturiētē in cāpos macros adducūt crebro pedes. ex quib⁹ exēplis facile colligitur, inter meditatiua & formæ pfectæ ſiue abſolutæ verba illā eſſe differētiā, qđ abſolutæ actū, meditatiua effectū mētis non meditationē ſignificāt. vt Liuius qđ diu parturiuit animus veſter, aliqñ pariat: & illud pſalmographi. Ecce parturit iniuſticiā, cōcepit dolorē, & peperit iniquitatē. ergo parturire eſt cupere a partu liberari, parere illud ipſum cōceptū eſt. qđq; cuperemus parere, in lucē edere. Dicturio a dico. is. dictu Macro. vi. ſatur. vſus eſt. quid duces (inquit) & militesq; fortiter a ſe facta ſemp dicturiūt, idē lib. ſ. ne vltra te dicturientē tardem. & Apuleius. a nubo. is. nuptu nupturio. ſine vlla vnq̃ magia iā olim nupturiſſe. Inter ſcaturio etiā, quod videtur huius formæ verbū eſſe, & ſcateo. es. a quo deriuari

Quæ dicuntur deſideratiua? Quæ Laurentius non mentis affectum, ſed actum corporis ſignificare dicit. Sunt vero quā rariſſima, vt viſo viſis. laceſſo. is, faceſſo. is. capeſſo. is.

Quæ dicūtur frequentatiua? Quæ aſſiduam in agendo vim habere ſignificant. fiuntq; ab vltimo ſupino. u. mutata in. o. vt a curro curris, curſu. curſo curſas. a duco ducis ductu. ducto ductas. Animaduertendum tamen eſt in verbis primę coniugatiōis ſupina, a quibus formātur frequētatiua, mutare a penultimā ſupini in. i. breuē. vt ab impero imperas impatu. imperito impitas. Dicimus tñ ab ago agis, actito actitas & agito. tas. a dico dicis; dicto dictas, & dictito. tas.

Quæ dicuntur diminutiua? Quæ a ſuo principapali diminutionem ſignificant, vt a garrio garris. garrulo garrulas. a ſorbeo ſorbes. ſorbillo. ſorbillas. a caluo caluis. cauillor cauillaris.

videtur. nulla talis differentia reperitur, idem nanq; eſt ſcaturio, & ſcateo. declinantur autem huiuſmodi formæ verba oīa per quartam verborum coniugationem. ¶ Quæ dicuntur deſideratiua? Tertia verborum forma eſt eorum quæ dicuntur deſideratiua. Laurentius tamen non affectum mentis deſideriumq; hec ſignificare dicit, ſed actū corporis. Nam quod Priſ. affert illud Vergil. in. viij. nam memini heſionem viſentem regna ſororis Laomedontiadem Priamum. exponitq; viſentē pro cupientem videre, omnino ratione caret. nam ſi viſere eſt cupere videre, ſemper Priamus ſororem Heſionem viſebat, poſtea quā ablata fuit., nec minus cū erat in Troia, quā cum (vt illam videret) profectus eſt Salaminam. Ergo viſere, nō cupere videre, ſed ire ad videndum ſignificat. quod ſi viſo, cupio videre ſignificaret, nunquā Cice. ad atticum ſcripſiſſet, cupio Alexandriam reliquamq; epirum viſere, ſed viſo Alexandriam. reliquāq; Aegyptum. Vſurpatur tamen hec verba pro ipſorum primitiuis. vt laceſſo, pro eo ad lacerandum, vel lacero. faceſſo. eo ad faciendum, vel facio. Verg. iiij. æneid. ocyus omnes imperio leti parent ac iuſſa faceſſunt. Reperitur tamen. pro eo quod eſt recedere, vel ire ad recedendum. Cice. i. de legibus, pauliſper faceſſant rogemus. Reperitur etiam faceſſo, pro prohibeo. Cice. in verrē, ne innocenti periculum faceſſeris. Idem quoq; in eodem, cū audiuiſſent ei negocium faceſſitum. Capeſſo. is. pro capio, vel eo ad capiendum. Verg. i. æneid. mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Cicer. 4. thuſcu. is animus ſuperiora capeſſat neceſſe eſt. accerſo. is. vel arceſſo literis inuerſis, pro eo ad vocandum. Teren. in andria. obſtetricem accerſo, ſed cum omnia huius formę verba ſint tertiæ coniugationis, & in. ſo. deſinant. hoc reperitur etiam in. io. terminatum, declinatumq; per quartam coniugationem. vt Cicero de claris orato. accerſiuiſti ex vrbe ea quæ domus eſt, ſemper habita doctrinæ. Et actuū cap. x. mitte in ioppem & accerſe Simonem quēdam. Ex quibus exemplis colligimus verum, aut vero proximum eſſe, quod Valla ſuſpicatur, prædictarum formarum verba ab antiquiſſimis aliter fuiſſe appellata, quam a grammaticis iunioribus nunc dicuntur, & illorum nomina ſic fuiſſe inuerſa, vt pro meditatiuis dixerint inchoatiua, pro deſideratiuis meditatiua, pro actum corporis ſignificantibus deſideratiua. Sed quæ nos ex eo quod ſignificant, nouo nomine dicimus augmentatiua. Laurentius opinatur ab antiquioribus fuiſſe meditatiua appellata ex illa reconditiore ſignificatione, qua meditor ſignificat exerceri, vt apud Iuuena. ſtatua meditatur prælia luſca. & alibī Marmorea meditatus prælia villa. vt ſit caleſco. quaſi exerceor calore. frigeſco exerceor frigore, & ſimilia eodem modo. ¶ Quæ dicuntur frequentatiua? Frequentatiua verborum forma, quam Diomedes iteratiuam appellat, eſt quæ aſſiduā vel potius frequentem in augendo vim habet. vnde & appellationem habet, quoniam frequenter augendo iterat affectum. formantur autē ab vltimo ſupino. u. finali mutata in. o. declinanturq; per primam coniugationem. vt a curro curis curſu. curſo curſas. a quo eſt occurſo occurſas. ideſt frequenter occurro. Verg. in buc. occurſare capro cornu ferit ille caueto. A duco ducis ductu. ducto ductas. ideſt frequenter duco. Saluſt. in catilina. L. ſylla exercitum, quem in Aſia ductauerat. A mergo mergis merſum. merſo merſas, ideſt frequenter mergere. Verg. i. geor. fluuio merſare ſalubre eſt & frequentatiuū a frequentatiuo curſito curſitas. Hora. ij. ſermo. veluti ſuccinctus curſitat hoſpes. in verbis tamen primæ coniugationis mittentibus ſupinum in. atum. fiunt frequentatiua a penultima in. i. breuem mutata. vt ab impero imperas imperatu imperito imperitas. Hora. i. ſermo. olim qui ſummis legionibus imperitarunt. A volo volas volatu volito volitas, a rogo rogas rogatu rogito rogitas. ab ago agis actu. non dicimus acto actas, ſed actito actitas. Marti. cogit me Titus actitare cauſas, dicimus etiam ab ago agis in alia ſignificatione agito agitas. Verg. ij. geor. ipſe dies agitat feſtos fuſuſq; per herbam. a dico dicis dictu dicto dictas. quod eſt alio ſcribente dicere. Iuuen. celſo dictare parate. dictito dictitas. quod videtur eſſe frequentatiuum a frequētatiuo, eſt frequenter dicere. Hora. ij. epiſtola. dictitet Albano muſas in monte locutas. A quæro quæris. debuit eſſe quæſito quæſitas penultima longa. ſed dicimus quærito quæritas, eadem breui. A ſcribo ſcribis ſcriptu ſcriptito ſcriptitas. A ſcio ſcis ſciui ſcitu. ſcitor ſcitaris, & ſciſcitor ſciſcitaris. A noſco noſcis noui notu. noto notas. noſcito noſcitas. A cogo cogis coegi coactu, non coacto coactas, ſed cogito cogitas, dicimus. & a ſequor ſequeris ſecutu, non ſecutor ſecutaris, ſed ſector ſectaris formatur. ¶ Quæ dicuntur diminutiua? Eſt quinta verborum forma eorum, quæ dicuntur diminutiua, eo quod ſignificat diminutionem a ſuo principali vnde deriuatur. vt a ſorbeo ſorbes ſorbillo ſorbillas, quaſi minutim ſorbere. a garrio garris. garrulo garrulas. a caluo caluis. cauillo cauillas, & cauillor cauillaris. Sunt præterea quædā diminutionū formā habētia ſine origine formæ perfectæ, vt pitiſſo. as. p minutim bibere. vacillo. as. p eo qđ eſt alterno motu fluctuare. Terē. i heau. pitiſſando modo mihi, quā vini abſumpſit. Cice. de cla. ora. cū ex eo toto corpore vacillante quæſiuit: quis loqueretur e liſtore. huius ordinis videtur mihi eſſe verba illa, quæ paulo ante frequentatiua eſſe diximus. vt dormito dormitas. ſcriptito. tas. quod eſt non profunde dormire, aut plene ſcribere, ſed per interualla id facere ſignificāt. vt ſit dormitare, minus quā dormire, ſcriptitare minus quā ſcribere, vt illud. dormitauerunt oēs, & dormierunt.

# LIBER TERTIVS.

¶ Quæ dicũtur Denominatiua? Sexta verborũ forma eſt eorũ, quæ dicuntur denominatiua, eo q̃d a nominibus deriuãtur, vt a patre patriſſo.iſſas, a græco greciſſo.iſſas. & græcor.aris. ab attico atticiſſo.ciſſas, quæ verba imitationẽ quandã ſignificant. Dicimus quoq; a pabulo.lor.aris. a frumẽto.entor.ris, a ligno lignor.aris. ab aqua aquor.aris. p eo q̃d eſt ire quæſitũ pabulũ, frumentũ, ligna, aquã. Liui.xxv. ab vrbe condita. lignatũ pabulatũq; progreſſos exciperet. Gel.lib.xvi.noct. Atti.ea figura eſt oṗratur, qua lignãtur, pabulãtur & aquãtur. Liui.xxij.tertiã partẽ militũ frumẽtatũ dimiſit. Dicimus quoq; a rure ruſticor.aris. Cic.ij.de.ora. Leliũ ſemp fere cũ Scipiõe ſolitũ ruſticari, p quo antiquiores ruro.ras. & ruror.aris. dicebãt. a philoſophia philoſophor.aris. a poeta poetor.aris. quæ poſteriora ſignificãt dare operã philoſophiæ, poeticæ. ¶ Quæ dñr aduerbialia? Septima verborũ deriuatorũ forma eſt eorũ, q̃ dicũtur aduerbialia, eo q̃d ab aduerbiis deriuãtur, vt a perẽdie perẽdino.as. q̃d eſt in diẽ tertiã differre. a craſcraſtino.as. ab intra.intro.as. ¶ Amo igitur cuiꝰ ſpeciei eſt? Primitiuæ (inq̃t) neq; enĩ habet, vñ deriuetur, ſed tẽperamẽtũ adiecit, q̃d ego ſciã; fieri enĩ põt, vt originẽ habeat vñ dicatur. Sed neq; format ex ſe inchoatiuũ, vt iſti dicũt amaſco.aſcis. neq; deſideratiuũ amaſſo.ſſis. nec meditatiuũ amaturio amaturis, neq; frequẽtatiuũ amito.as. ¶ Figuræ verborũ quot ſunt? Duæ (inq̃t) quẽadmodũ in noĩe. Simplex vt amo.as. clamo.as. cõpoſita, vt deamo.as. declamo.as. cõponũtur aũt verba quattuor modis ſicut et nomẽ. ex duobus integris, vt examo.as. deamo.as. ex de & amo amas. ex integro & corrupto. vt diligo.gis. ex di. & lego.gis. aut ex corrupto & integro, vt alligo.as. ex ad & ligo.gas. aut ex duobus corruptis. vt officio. ex ob & facio.cis. Cõponũtur enim verba frequenter cũ præpoſitiõibus; ſed nõnũq̃ cũ noĩbus, vt tepefacio a tepidus & facio. verſificor a verſus & facio. belligero a bellũ & gero. Cõponũtur etiã ex præpoſitione, noĩe, & verbo. vt perterrefacio cis. a p & terrore & facio. ex duabus præpoſitiõibus & verbo, vt recõpẽſo.as. recõdo.is. Sed quẽadmodũ in cõpoſitione corrũpãtur in fine iã ſupioris dictũ eſt. ¶ Cõiugationes verborũ quot ſunt? Antiquiores grãmatici fere oẽs tantũ ponebãt cõiugationes tres, ſed tertiã rurſus diuiſerũt in breuẽ ſiue correptã. & in lõgã ſiue productã. Nos autẽ iuniores ſecuti grãmaticos, quia nihil referebat, quattuor cõiugationes poſuimus. Cõiugatio eſt cõſequẽs verborũ declinatio. dicta, q̃ vna eadẽq; rõne declinationis plurima cõiugãtur verba. vt ad ſimilitudinẽ amo.as. oĩa verba primæ cõiugatiõis. hæc a græcis ſyzigia dicitur. ¶ Priã q̃ ſcdã pſonã. Iã puer nõ rñdet ex eo q̃d li.j. didicit, priã coniugatio eſt, quæ habet a. productam ante.re. in infinitiuo, quod ex ipſa prounciatione atq; accentu poterat intelligere, ſed ex eo quod iam lib.v. audiuit, ſecũdã perſonã præſentis indicatiui modi primæ coniugatiõis in numero ſingulari in.as. longam terminari. Secundæ vero in.es. æque lõgam. Tertiæ in.is. breuẽ. Quartæ, in.is. longã, quæ ratio, & ſi eadem eſt cum ſuperiori, hic reſpondit quaſi prouectus ex Diome. Donati. Phocæ. Priſcia. omniumq; antiquorum verbis, qui ex ſecunda perſona indicatiui colligunt diuerſitatem coniugationum, illic vero quaſi rudis didicit rem ex eo, q̃d erat intellectu facillimum.

¶ De participio.

Amans quæ pars orationis? Deinde reſpondet, participiũ eſſe partem orationis declinabilem ad differentiã indeclinabiliũ, quæ pro verbo accipitur ex quo deriuatur, nã verborũ ſignificationes habet, atq; p verbo ponitur, ſed ab eo differt, quoniã genus & caſus habet ad ſimilitudinẽ nominis, a quo rurſus differt: quia accidẽtia verbi habet modos & pſonas, quibꝰ participiũ caret. ¶ Vñ dr participiũ? ab eo reſpõdet, q̃ duarũ partiũ q̃ ſunt pricipes in oratiõe, hoc eſt noĩs & verbi partẽ capiat & participet, vt ſit participiũ, quẽadmodũ cũ Seruio dicit Sergiꝰ, quaſi particapiũ. recipit enĩ (vt diximꝰ) a noĩe gñã & caſus, a verbo tpa & ſignificatiões. ab vtroq; nũerũ & figurã. ¶ Participio quot accidũt? Sex (inq̃t) duo, q̃ diximꝰ accepiſſe a noĩe, i. genꝰ et caſus. Duo quoq;, q̃ a verbo, hoc ẽ tps & ſignificatio. Duo præterea, q̃ ab vtroq;, hoc ẽ, figura & nũero.

Quæ dicuntur denominatiua? Quę a nomine deriuãtur; vt a patre patriſſo.as. a gręco gręciſſo.as. & græcor.aris. a frumento frumentor.aris. a pabulo.lor.aris. a rure ruſticor.aris.

Quę dñr aduerbialia? Quę ab aduerbio deriuãt. vt a perendie.perẽdino.as. a ſupra ſupero.as. ab intra, intro intras.

Amo igitur cuius ſpeciei eſt? Primitiuę ſpeciei. Nõ enĩ habet (quod ego ſciam) vnde poſſit deriuari.

Figuræ verborũ quot ſunt? Duæ ſicut in nomine Simplex, vt amo.as. Cõpoſita vt deamo deamas.

Amo igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ. Nõ enĩ poteſt diuidi in partes ſignificatiuas eius; q̃d integrum ante compoſitionem ſignificabat.

Coniugationes verborũ quot ſunt? Quattuor. Prima, quę ſcdam perſonã ſingularẽ pręſentis indicatiui modi mittit in.as. productam in voce actiua. Et in.aris. vł.are. in voce paſſiua, vt amo.as. lętor.aris. vel.are. Secũda, q̃ eandẽ ſcdam perſonã mittit in.es. productam in voce actiua, & in.eris. vł.ere. ĩ voce paſſiua. vt doceo.es. medeor.eris. vł.ere. Tertia, q̃ eãdẽ ſcdam perſonã mittit in.is. correptã in voce actiua. & in.eris. vel.ere. penultima correpta ĩ voce paſſiua. vt lego.is. loquor.eris. vł.ere. Quarta q̃ eãdẽ ſcdam perſonã mittit in.is. pductã in voce actiua. & in.iris. vł.ire penultima pducta in voce paſſiua. vt audio.is. audior.iris. vł.ire.

¶ De erotematis participiorũ. Cap.vij.

Amãs quę pars orõnis eſt? Participiũ. Quid eſt participium? Pars orationis declinabilis, quæ p verbo accipitur. ex quo deriuatur: genus & caſus habẽs ad ſimilitudinẽ nominis, & accidẽtia verbi ſine diſcretione modorũ & perſonarũ.

Vnde dicit̃ participiũ? Quaſi particapiũ; quia partem accipit a noĩe, partẽ a verbo, partẽ ab vtroq;.

Participio quot accidũt? Sex, genus. tempus. ſignificatio. figura. numerus. caſus cum declinatione.

¶ Genera participioꝝ quot ſunt? Quattuor eſſe dicit genera participioꝝ, maſculinū eorum quæ terminātur in. us. vt amaturus, amatus, amandus. fœmininū eorū quæ terminantur in. a. vt amatura, amata, amanda. Neutrū eorū q̄ terminātur in. um. vt amaturū, amatū, amandū. Cōmune trium eorū q̄ terminantur in. ns. vt hic & hæc & hoc amans, hic & hæc & hoc docens. Reperiūtur tamē participia in. ns. terminata in genere maſculino, quaſi ſubſtātiue poſita, ex eo qđ in illis ſubintelligitur nomē ſubſtātiuū generis maſculini. vt hic oriens, hic occidens. vbi intelligitur ſol. Verg. v. æñ. & me ſæuus equis oriēs efflauit anhelis. aliquādo tamen ipſum ſubſtantiuum exprimitur. dicimuſq; ab oriente ſole, ab occidente ſole. rudens quia intelligitur funis torrens, q̄a fluuius. generis quoq; ſunt maſculini, profluens & confluens, quia ſubintelligitur aquas, gñis ſunt fœminini. Liuiꝰ. i. ab vrbe condita, pueros. ꝓfluentē aquam mitti. Cæſar in cōmentarijs, cum ad profluentem moſæ & rheni cōueniſſent. & Iuſtinus in trogi epitome. pars quædam in confluentem Danubij & Sabij conſedit. Eſt autē profluens in ea parte fluminis, qua eſt violentior aquæ vena, confluens vero qua duo flumina iunguntur. quam Ptolomæi interpres ſciſſionem fluminis appellat. Continens quoq; pro terra, quæ non eſt inſula, etiam generis fœminini, quia ſubintelligitur terra. Pli. lib. vi. alymnū a proxima continente abeſt ſeptem mille centū quinquaginta paſſus. Conſonās quoq; pro littera quæ non eſt vo[...]lis hoc genere profertur. Animans tum genere maſcul[...] reperitur. vt Hora. ij. ſer. ſed hic ſtilus haud petet vltro quēquā animantē. tum fœminino. vt Cice. in. i. de legibus. nam cum cæteras animātes adieciſſet ad paſtū. Reperitur quoq; genere neutro, ſed in plurali tantum animantia. Serpens fœmininum reperitur. Iuue. & mouiſſe caput viſa eſt argentea ſerpēs. Verg. ij. æñ. maſculinū protulit, dicēs. ſerpēs cōplexꝰ vterq;. Prægnās quoq; qđ participij formā habet ſine origine verbi rōne ſignificationis, tātū gñis eſt fœminini. In neutro gñe participia reperiūtur quaſi ſubſtātiua, vt antecedens cōſequēs. decēs, cōueniēs. ¶ Tēpora participioꝝ quot ſunt? Tria inquit. ſed adnimaduertēdū eſt qđ nō ex oī verbo oīa tēpora naſcūtur, quēadmodū ſtati de ſignificationibꝰ participiorū dicemꝰ. illud quoq; eſt cōſiderādū. qđ licet latini nō habeāt ꝑticipia præteriti imperfecti tēporis & pluſquā ꝑfecti. inueniūtur tñ ꝓ illis participia præteriti poſita. vt apud Verg. i. æñ. & qua vectꝰ abbas & qua gradiēꝰ alethes. qđ Seru. ꝓ vehebatur exponit. ¶ Significatiōes participiorum quot ſunt? Duæ inqt, actiua & paſſiua, ſed q̄ participia ſignificēt actionē. q̄ paſſionē ſubiūgit. dicēs, q. a verbis actiuis & neutris non quidē oībus, ſed q̄ ſignificāt actionē. participia pñtis & futuri in. rus. ſigñant actionē. vt amās., qui amat. amaturus, qui amabit. ſeruiēs, qui ſeruit. ſeruiturꝰ, qui ſeruiet. A verbis paſſiuis vel paſſionē ſignificātibus, qualia ſunt. exulo. vapulo. caleo. ardeo. participia oīa ſigñant paſſionē. vt amatus, quē amauit quiſpiā, amādus, qui amabitur. vapulās, qui verberatur. vapulaturus, q̄ verberabitur. exulās, q mittitur in exiliū. exulaturus. q mittetur. Quīn. in. i. adde qđ vapulātibus multa dictu deformia. Cice. iiij. thuſ. quæſt. Thelamonē pulſum patria exulantē, atq; egentē. Iuſtinus in epito. trogi. ille quaſi in perpetuum cū viris exulaturæ. ¶ A verbis deponētibꝰ quattuor. veniūt participia, ſed pñtis, præteriti & futuri in. rus. actionē ſignificant. futuri vero in. dus paſſionē, qđ quia Alexandrini nō recipiebāt, autoritate probādū eſt, a loquor loquēdus. Hora. iiij. car. prælia cōiugibus loquēda, a ſequor ſequēdus. Oui. in epiſ. phillidis. nō tibi ſi dices phylli ſequēdus erā. ab inficior inficiandus. idē in epl'a deianiræ. Decolor & factis īficiāda tuis. a patior patiēdus. Idē in. iij. de arte. multaq; tyroni nō patiēda ferēt. ab imitor imitādꝰ. Idē in epiſtola phed. arcus & arma tuæ tibi ſunt imitanda Dianæ. a fateor fatēdus. Oui. in. ij. de triſtibus. Sunt tibi cuētu dura fatēda meo. & ab illius compoſito ꝓfiteor profitēdus. Idē in. i. de arte. nec ſpecies Veneris ſemꝑ ꝓfitenda rogāti. a tueor tuēdus. Idē in. iij. de arte. huic eqtes illi ſigna tuēda dedit. A modulor modulādꝰ. Hora. in. ij. epiſ. fidibus modulāda latinis, & fere ab oībus verbis deponētibus, quæ cū accuſatiuo cōſtruūtur, paſſim reperies huiuſmodi participia. Sūt etiā e[...] ponētibꝰ quæ cū alijs caſibus cōſtruūtur. vt ab vtor vtēdus. Gel. lib. vij. qui inuētū aliorū duxerat. quā quo vtēdū acceperat. Et in digeſt. titu. de acqrenda poſſeſſione. l. ſi quis rē vtēdā dederat. ſed hoc verbū etiā cū actō cōſtrui poteſt [...]t apud Cice. ij. de ora. ſi ærarij corpꝰ vtimur ad belli adiumēta & ornamēta pacis. & Gelli. li. xviij. quas voces nos poſſe[...] vti. Quid qđ & actiuū reperitur, vt apud Neuiū. quia ſupellex multa q̄ nō vtitur emi. Eodē modo a veſcor, legimus veſcēdus. quia Pli. li. viij. dixit caprinū iecur ſi veſcatur. ab eo qđ eſt veſco veſcis. & a fungor fungēdus, quia Terē. in adel. dixit æſchinus tuus neq; boni neq; liberalis functus eſt officiū viri. & qđ Plau. in trinūmo etiā actiue protulit, dicēs. munus fungas tuū. Quod ſi dixerit quiſpiā hæc verba olim fuiſſe cōia, atq; inde ꝓueniſſe hæc participia futuri in. dus. ego nō inficior. ſed illud dico, qđ aut nullū eſt verbū deponēs, aut ſi qđ eſt quod deponēs dicatur, ſi cū actō cōſtruitur. poſſe habere participiū futuri in. dus, qđ paſſionē ſignificet. Participiūquoq; præteriti aliqñ ſigñat paſſionē illa rōne, qđ olim cōia fuerūt, vt a comitor comitaris comitatus. Verg. i. æñ. ipſe vno graditur comitatus achate. ab imitor imitatus. Oui. ix. met. nec abeſt imitata voluptas.

Genera participiorū quot ſunt? Quattuor. maſculinū, vt amatus, fœmininū, vt amata. neutrū, vt amatū, cōmune triū, vt hic & hæc & hoc amās.
Amans igitur cuius generis eſt? Commune triū.
Tēpa participiorū quot ſūt? Tria presens vt amās, preteritū vt amatus, futurū vt amaturꝰ, amādꝰ.
Amās igitur cuius tēporis eſt? Preſentis tēporis.
Significationes participiorū quot ſunt? Due, actiua vt amans. paſſiua, vt amatus.
Que participia ſignificant actionē? A verbis actiuis & neutris actionē ſignificantibus, actionē ſignificāt participia preſentis & futuri in. rus. vt amās. amaturus, ſeruiēs, turus. A verbis paſſiuis vel neutris paſſiuis, vel neutris paſſionē ſignificātibus participia oīa ſignificāt paſſionē; vt amatus; amādus. vapulās; vapulaturus. A verbis deponētibꝰ participia pñtis & ꝑteriti & futuri in rus. ſignificant actionē. futuri vero in. dus. paſſionem. vt loquēs, locutus, locuturus, loquēdus.

A verbis cõmunibus participia preſentis & futuri in.rus.ſignificant actionem, præteriti actionẽ & paſſionem, futuri in dus, tantũ paſſionem, vt criminans, criminaturus, criminatus, criminandus.

Eſt ne hoc ſemp verum? Propemodum id quidẽ, niſi quod a verbis actiuis & neutris participia præteriti ſignificant nonnunquam actionem, vt

| | |
|---|---|
| Agutus, a, ũ, ab arguo, is. | Excretꝰ, a, ũ, ab excreſco. |
| Auſus, a, ũ, ab audeo, es. | Exoletus, a, exoletum, ab exoleſco, is. |
| Adultꝰ, a, ũ, ab adoleſco, is. | Euaſus, a, ũ, ab euado, is. |
| Aſſuetus aſſueta aſſuetũ ab aſſueſco, is. | Falſus, a, um, a fallo, is. |
| Cautus, a, um, a caueo, es. | Fluxus, a, um, a fluo, is. |
| Caſſus, a, um, a careo, res. | Iuratus, a, um, a iuro, as. |
| Circunſpectꝰ, a, um, a circunſpicio, is. | Ignotꝰ, a, ũ, ab ignoſco, is. |
| Cõſuetus, a, um, a cõſueſco, conſueſcis. | Oſus, a, um, ab, odi, ſti. |
| Conſideratus, a, um, a cõſidero, as. | Paſſus, a, um, a pateo, tes. |
| Contẽtus cõntenta, um, a contineo, es. | Placitus, a, um, a placeo, es |
| Cœnatus, a, ũ, a cœno, as. | Potus, a, um, a poto, as. |
| Decretus, a, ũ, decreſco, is. | Prãſus, a, um, a prãdeo, es |
| Defectus, a, um, deficio, is. | Profuſus profuſus, a, um, a pfundo, is. |
| Diſceſſus, a, ũ, a diſcedo, is. | Scitus, ta, tum, a ſcio, cis. |
| Diſertꝰ, a, um, a diſſero, is. | Sparſus, a, um, a ſpargo, is |
| | Tacitus, a, um, a taceo, es. |
| | Titubatus, ta, tum, a titubo, as. |

¶ *A verbis cõmunibus quattuor veniũt participia, præſentis & futuri in.rus. quæ ſignificãt actionem. & præteriti quod ſignificat actionem & paſſionem. & futuri in.dus, quod paſſionem. vt criminans, qui accuſat: criminaturus, qui accuſabit: criminatus qui accuſauit, & qui accuſatus eſt, criminandus, qui accuſabitur. Reperitur quoq; nonnunq̃ a verbis neutris participium in dus, vt a careo carendus, Ouid. in epiſto. penelopes. virq; mihi dempto fine carendus abeſt. & ab imperſonalibus, vt a pudet pudendus. vt Ouid. in epiſt. Deianiræ, huic victor victo nempe pudendus eras. a piget pigẽdus. Cicero. de cla. ora. ad miſericordiã inducitur ad pudendũ ad pigendũ. a facio. is. faciendus, non fiendus dicitur. A verbis quoq; neutris abſolutis, vt a reuiuiſco. Pli. lib. vij. ſimilis de aſſeruandis corporibus hominum ac reuiuiſcẽdis promiſſa, pro reuicturis. ¶ Eſt ne hoc ſemper verũ? propemodũ id quidẽ & fere verũ eſt. facit tamen exceptionem dicens, quod a verbis actiuis & neutris participia præteriti aliquando ſignificãt actionem. Vt ab arguo arguis, quod eſt actiuum. argutus arguta argutum. i. acute arguens & inueſtigans. inde argutiæ dictæ ſunt ingenij cautelæ. & argutor argutaris argute loqui. Adultus adulta adultum, qui adoleuit: ab adoleſco adoleſcis. quod eſt neutrum. Auſus. a. auſum, qui audet: ab audeo. des. quod etiam paſſiue acceptũ reperitur. Mar. hoc tibi pro meritis & talibus imprecor auſis. & ab eo cõpoſitũ inauſus. ſa. ſum. Idem. nil intentatum. Salius nil (inquit) inauſum. Aſſuetus. ta. tum. ab aſſueſco. is. qui aſſueuit: & quod aſſuetum eſt paſſiue. & eodem modo conſuetus, qui conſueuit, & quod eſt conſuetum. Cautus. a. um. i. qui cauet, & quod cautum eſt. Conſideratus, qui cõſiderat: & quod eſt cõſideratũ. Inſuetus, qui inſueuit, & quod eſt inſuetũ. Circunſpectus, quia circunſpicit, & quod circunſpectum eſt. Contentus, qui cõtinet: & quod cõtinetur. Caſſus, qui caret tantummodo. a verbis neutris huiuſmodi participia actionem tantũ ſignificant: quemadmodũ ab actiuis actionem & paſſionem. Cœnatus, qui cœnauit. Diſertus, qui diſſerit: quod a ſuo ſimplici alterũ. s. expũxit, vnde & prima breuis reperitur. Defectus, quæ defecit. Mart. Dulcia defecta modulatur carmina lingua. Quint. Defecta labore ſenectus. Diſceſſus, qui diſceſſit: quemadmodum occaſus, qui occidit: & obitus q obijt. Cœlius, cuſtodibus diſceſſis multi interficerentur. Lucillius, q̃ horis ſublatæ duabus omnia ſunt ſole occaſo ductoq;. Liuius andro. cupidius miſeralo obito. ſic Claudius quadrigarius ab intereo interitus fecit, acriter (inquit) cõmiſſa pugna multis interitis. A ſeneſco ſeneſcis. Saluſti. fecit ſenectus ſenecta ſenectũ, omnibus (inquit) quibus ſenecto corpore animus militaris erat. Decretus decreta decretũ, qui decreuit, a decreſco decreſcis. Liuius androni. nocte dieq; decretum & auctum. Excretus, quoq; qui excreuit. Exoletus, qui exoleuit & adultus eſt, aut quemadmodum Feſtus ait: qui adoleſcere deſijt. Verg. iij. Georg. multi iam excretos prohibent a matribus hædos. & Mart. ſtat exoletus ſuggeritq; ructanti. Euaſus qui euaſit. Liuius. xxij. ab vrbe condita, exercitum (inquit) cæſum ſeq; euaſum eſſe. Falſus, qui fallit, & quod falſum eſt: hoc eſt deceptum. Verg. i. Georg. ſolem quis dicere falſum audeat. i. fallentem. Fluxus, quod fluit: vnde & veſtes fluxas & ætatem fluxam ſenectutem dicimus. Iuratus, qui iurauit: & iniuratus qui non iurauit. Iuue, quãuis iurato metuam tibi credere teſti, [illegible] lib. vij. atq; iureiurando ſatiſfacto iniurati abijſſent. Ignotus, qui ignouit, hoc eſt ignorauit. Quint. ne quis tamen erret, ignotus non eſt filij mei nouerca. Profuſus, qui profundit. Saluſt. alieni appetens, ſui profuſus. Paſſus pro patens, ſiue quod patet. Vergil. i. æneidos, crinibus illiades paſſis peplumq; ferebant. Placitus, qui placet. Idem. ij. Georgicorum. placitam paci nutritor oliuam. i. placentem. Pranſus, qui prandit. Horatius in poetria, nec pranſæ lamiæ viuũ puerum extrahat aluo. Potus, qui potauit. i. bibit. Terent. in ecyra. cum virgine vna cubuerit plus potus. Scitus ſcita ſcitum, qui ſcit & ſapit. Ouidius. ix. metamorph. Neſus adit. membriſq; valẽs, ſcitusq; vadorum. Sparſus ſparſa ſparſum. idest qui ſpargit. Vergil. iiij. Georgicorum. prius hauſtus ſparſus aquarum, pro ſpargens. Tacitus tacita tacitum, qui tacet. Vergil. ij. tacita per amica ſilentia lunæ, hoc eſt tacentis. alias tacitus quod tacetur. Idem in. vi. quis te magne Cato tacitum, aut te Coſſe relinquat. Titubatus, idest qui titubat. Idem in. v. æneid. veſtigia preſſo haud tenuit titubata ſolo. pro titubantia. Exoſus & peroſus actionem ſemper ſignificant, quemadmodum & ſuum ſimplex oſus: itaq; cum accuſatiuo conſtruuntur.*

*¶ Reperiuntur quoq;. Cum a verbis actiuis participia præſentis temporis ex idiomate ſermonis latini ſemper ſignificent actionem, aliquando ad imitationem græcorum reperiuntur ſignificare paſſionem, vt voluēs pro eo quod voluitur. Verg. i. geor. tardaq; eleuſinæ matris voluentia plauſtra. i. quæ voluuntur. Idem. i. æñ. olim voluentibus annis. Volutans. i. quod volutatur. Idē in. iij. genibuſq; volutās hærebat, pro volutatus. Quaſſans pro quaſſatus. Idē. i. geor. ſiliquæ quaſſante legumen. & Apule. ij. meta. tunc illa capite quaſſanti ohi (inquit) fatue. Idem in. iij. quaſſanti capite ac demuſſata contumelia. Plautus*

Reperiūť quoq; participia p̄ſentis tēporis a verbis actiuis ſignificātia paſſionē. vt voluens. volutans quaſſans. præcipitans, pro eo q̄d voluitur, volutatur, quaſſatur, præcipitatur. Et q̄d dicitur euidēs negocium. i. quod videtur; & perſpicuum eſt.

Amās igiť cui⁹ ſignificatiōis ē? Actiuę ſignificatiōis

Figuræ participiorum quot ſunt? Duæ. Simplex. vt amans, Compoſita vt adamans. Quanq̄ ſunt qui dicant (quia participium per ſe nō componitur) non eſſe compoſitę, ſed de cōpoſitæ figuræ.

Amans igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ.

Numeri participiorum quot ſunt? Duo ſicut in nomine. Singularis, vt amans. Pluralis, ut amantes.

Amās igitur cuius numeri eſt? Singularis numeri.

Caſus participiorū quot ſunt? Septē ſicut in noīe.

Amans igitur cuius caſus eſt? Nominatiui caſus.

Declinationes participiorū quot ſunt? tres. Nā participia præteriti & futuri tā in. rus. q̄ in. dus. declinātur p̄ primā & ſecūdā nominis declinationē. Preſentis vero per tertiā, niſi q̄ iens participiū ab eo. is. mittit gtm̄ in eūtis cū cōpoſitis, vt iens. euntis. abiens abeūtis. Ambiēs; tamē facit ambiētis.

Amans igitur quotæ declinationis eſt? Tertiæ noīs.

## ¶ De erotematis præpoſitionum. Cap. ix.

AD; quæ pars orationis eſt? Prępoſitio. Quid eſt prępoſitio? Pars orationis indeclinabilis; q̄ alijs partibus orationis præponitur; aut per compoſitionem; aut per appoſitionem.

Vnde dicitur præpoſitio? Ab eo q̄ alijs partibus orationis prępomitur. Nam cōtra naturā præpoſitionis eſt, q̄ poſtponatur. vt cum, tenus. verſus.

Prepoſitiōi quot accidunt? Tria. figura. ordo. caſus.

Figurę præpoſitionū quot ſunt? Duæ. ſimplex. vt abs. circum. Compoſita. vt circum circa. abſq;.

Ad igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ; quia non poteſt diuidi in partes ſignificatiuas.

*in aſinaria. quaſſanti capite incedit. Inuehens. pro inuectus. Quadrigarius apud Gelliū lib. ij. et conſuli pater p̄conſul obuiam in equo vehens venit, pro vectus. Inuehens quoq; pro inuectus. Cice. in. ij. philippica. in te inuehens queſtus eſt. Idem in. iij. in me abſentem inuehens. Intolerās etiam pro intolerabilis poſuit Neuius apud Gelliū lib. xvij. curis (inquit) intolerātibus. Præcipitans quoq; pro præcipitatus. Verg. vi. æñ. præcipitās traxi mecum, q̄d Diome. fruſtra dicit. eſſe figuratū, vt ſubintelligatur me. Nā ſi in carmine id poterat ex licētia poetica fieri: vt accuſatiu⁹ ille in p̄ſona patiēti ſubticeretur, quomō poterit excuſari Cice. qui in. iij. de ora. dixit. in amne præcipitāte nō poſſum⁹, p̄ præcipiti ſiue præcipitato? Sed potius dicendū eſt, præcipito eſſe verbū neutrū paſſiuū quale eſt exulo, vt in ſequēti lib. dicetur cū de verbis neutris quartæ ſpeciei agemus. Atq; eodē modo de vibro dicendū vibrans pro vibratus. Verg. ij. æñ. linguis vibrantibus ora ſibila lambebāt. ¶ Figuræ Participiorū quot ſunt? Due (inq̄t) autoritate Donati, Simplex & compoſita, & ſi Priſcia. contendat nullū eſſe participium compoſitę figuræ, quia participiū per ſe non componitur, ſed compoſitionem verbi ſequitur. ¶ Numeri participiorū quot ſunt? Numeri participiorū duo ſunt, quēadmodū in nomine, pronoīe & verbo. Caſus vero ſeptē quēadmodū in nomine & pronomine. ¶ Declinatiōes vero ad nomē referūtur, vt ſint tres quia nullū eſt participiū quartæ & quintæ declinationis noīm. Cōpoſita vero ab iens, quēadmodū & ipſum mittunt genitiuū in eūtis, vt rediens. untis. præteriens prætereuntis, iniens ineuntis. Sunt vero quædam noīa participijs ſimilia, vt tunicat⁹, galeatus. togatus: quædam rurſus ſine verbi origine. vt innocens. indoctus,*

*AD, quæ pars orationis eſt? Poſtea quā de partibus oratiōis declinabilibus diſſeruit, accedit ad indeclinabiles, inter quas a præpoſitione incipit. Nam quēadmodū in partibus declinabilibus a noīe orſi ſumus, ita indeclinabilibus a præpoſitione propter affinitatem, quā habet cū noīe: cui appoſita ius ſibi dictionis defendit. Deinde ponit diffinitionē præpoſitiōis dicens, q̄ eſt pars orationis. i. vna ex octo partibus orationis indeclinabilis ad differentiā partiū declinabiliū: q̄ alijs partibus orationis præponitur: aut p̄ cōpoſitionē, vt p̄ducilis, indoctus. aut per appoſitionē, per vicos, in vrbē. ¶ Vnde dicitur prepoſitio? Suū atq; p̄priū eſt præpoſitiōis præponi, atq; inde ſibi nomē vſurpauit, nā cōtra naturā ... præponere ponitur, vnde & accētū mutat, quēadmodū lib. v. dicturi ſumus, vt in his dictiōibus tecū, pube, tenus. ¶ Præpoſitioni quot accidunt? tria (inq̄t) figura, ordo, caſus. ¶ Figura prepoſitionū duæ ſunt ſicut in noīe. Simplex, vt ... abs. circū. Cōpoſita vt abſq;, ex abs & q; cōiunctione, & circūcirca, ex circū & circa præpoſitionibus. Cōſiderādū tñ præpoſitiones eſſe q̄ nunq̄ reperiūtur niſi in cōpoſitione, & ſunt ſex. con. re. ſe. an. di. dis. vt cōduco. reduco. ſeduco. anquiro. diuido. diſtraho. Sunt quoq; q̄ nunq̄ in cōpoſitione reperiuntur, vt apud, iuxta. pone, penes. Sunt quæ cōponi & apponi poſſunt. vt ad. ante. per. in. Componuntur autē prepoſitiones cum noībus, vt perbonus. iniuſtus, deformis. Cū pronominibus. vt mecū. tecū, ſecum. nobiſcū. vobiſcū. Cum verbis, vt adamo. deamo. dedoceo. Cū participijs, vt indoctus, perlectus. Cū aduerbijs vt perpulchre, iniuſte. Cū coniunctionib⁹. vt abſq;. Cū alijs prepoſitiōibus, vt circū circa. Illud quoq; hoc loco eſt annotandū, q̄d Quint. lib. i. ſcribit, quæri ſolere in ſcribēdo præpoſitiones ſonū quē iunctæ efficiunt, an quē ſeparatæ obſeruare cōueniat. Nam cū dico obtineo ſecūdā. b litterā ratio poſcit, aures magis audiūt. p. atq; hæc potiſſimū fuit ratio, cur præpoſitiones in cōpoſitione corrūperētur.*

# LIBER TERTIVS.

Quotuplex eſt ordo præpoſitionum? Triplex. prepoſitiuus, poſtpoſitiuus, communis.

Quis eſt ordo prepoſitiuus? Qui prepoſitionem in conſtructionem ſemper debere preponi oſtẽdit, ut ad. ab.

Quis eſt ordo poſtpoſitiuus? Qui præpoſitionẽ in conſtructionem ſemper debere poſtponi oſtẽdit, ut tenus. uerſus.

Quis eſt ordo communis? Qui prepoſitionem in conſtructione modo præponi; modo poſtponi debere oſtendit. vt cum. pre. propter.

Ad igitur cuius ordinis eſt? Præpoſitiui; quia ſemper in conſtructione præponitur.

Caſus prepoſitionum quot ſũt? Tres. Accuſatiuus & ablatiuus; & nonnunquã Genitiuus.

Prepoſitiões genitiuo deſeruientes quot ſuut? Tres Pridie, poſtridie, tenus.

Prepoſitiones accuſatiuo deſeruientes quot ſunt? .xxx. octo. Ad, apud, ante, aduerſus, aduerſum.

*¶ Quotuplex eſt ordo? Accidit etiam præpoſitioni ordo: & ſi, quemadmodum diximus: proprium illius ſit. ſemper debere preponi. Quæ veniunt in compoſitionem ſemper præponuntur illis dictionibus, cum quibus componuntur. Poteſt etiam preponi alteri præpoſitioni iam compoſitæ, vt perterritus, imperterritus, inextricabilis. Cum vero pronominibus poſtpoſita eſt, non dicitur proprie cum illis componi, ſicut nec tenus cum hac. quãquam videtur in vnam dictionem vtraq; particula coaleſcere, vt hactenus aruorum cultus, & ſydera celi. Per appoſitionem accidit præpoſitioni ordo: quoniam ſunt, quæ ſemper preponuntur. vt ad. in. vt eo ad vrbem. perueni in vrbẽ. ¶ Sunt quæ ſemper poſtponuntur. vt tenus, verſus, dicimus enim capulo tenus, & nõ tenus capulo, dicimus quoq;, eo vrbem verſus, & non verſus vrbẽ. ¶ Sunt quæ preponi & poſtponi poſſunt. vt cum, quæ ſemper preponitur ablatiuo nominum, pronominum, & participiorum, preterquã ablatiuis triũ pronominũ, & huius nominis quis vel qui, qđ ipſum plerią; pnominibus annumerãt. dicimuſq;. mecũ. tecũ. ſecũ. nobiſcũ. quocũ quacũ. quicũ. quibuſcũ. & nõ ecõtrario, ſed hac præpoſitionis inuerſione neceſſario vtimur in proſa oratione, nedũ in carmine, in reliquis huius ordinis præpoſitionib9 hac præpoſtera immutatione vti non poſſumus, niſi tantũ in carmine. vt Verg. i. æñ. errabãt acti fatis maria omnia circũ. Idẽ in. v. immiſſis Vulcanus habenus trãſtra per & remos. atq; iterum in. iiij. te propter lybicæ gẽtes numadũq; tyranni oderein ſenſi tyrij te propter eundẽ. Cum præpoſitiones ponũtur mediæ iter relatiuũ & antecedẽs, aut adiectiuũ & ſubſtantiuũ, illis vti poſſumus indifferenter in proſa & in verſu, vt quãobrem. quas ob res, quẽadmodum, quẽ in modũ. bonas ad artes, multis in in locis. quãquã illis, quẽadmodum quãobrem, cõiunctiones poſſunt videri, ſicut quapropter, eapropter, idcirco. ¶ Caſus præpoſitionũ quot ſunt? tres inquit. nã cũ alij duos tantum poſuerint caſus præpoſitioni accidere, nos genitiuũ adiecimus, ꝓpterea qđ hec præpoſitio tenus reperitur gtõ in numero tãtũ plurali poſtpoſita. Verg. iij. geor. & crurũ tenus mẽto palearia pẽdent. Idẽ in. x. exterrẽt freta cui laterũ tenus hiſpida nãti. Quin. qui hec non vocibus ſibi nota atq; nominib9 auriũ tenus in vſum lingua precepit. Curtius, pauci hoſtiũ tenus exacti penetrauere ad portũ. Apule. i. florido. aquila cũ ſe nubiũ tenus altiſſime ſublimauit. Oui. tñ cũ abltõ plurali iunxit in. xiiij. meta. atq; iterũ in. xv. dicẽs pectoribuſq; tenus. Pridie quoq; gtõ reperitur coniũctũ. vt pridie illius diei. & in digeſtis titulo de teſtamentis. l. qua ætate. ſi teſtamentũ pridie calendarũ fecerit, reperitur etiã pridie cum accuſatiuo iunctũ. vt Cice. ad atticũ. pridie compitalia. & in digeſtis titulo de diuortijs. l. fructus. Nã ſi mulier pridie vindemias doti dederit. poteſt tamen pridie aduerbiũ eſſe, ea ratione qua Serui. dicit eſſe aduerbium. nos tamẽ recte præpoſitionibus annumeramus, ſiquidem caſibus apponitur, quemadmodum econtrario præpoſitiones aduerbia fiunt ſi caſualibus non ſint appoſitæ. Quodq; de pridie diximus, de poſtridie quoq; dicendum eſt. poſtridie iduum & poſtridie ĩdus, poſtridie calendarum, & poſtridie calendas. Liuius lib. vi. poſtridie idus rebus diuinis ſuperſederi iuſſi. ¶ Prepoſitiões accuſatiuo deſeruientes quot ſunt? Cum antiquiores grãmatici omnes dicant eſſe triginta, nos octo adiecimus, quas illi inter aduerbia numerant. nos inter præpoſitiones poſuimus, quoniam caſibus inueniuntur appoſitæ. hæ ſunt propius, proxime. pridie. poſtridie. ꝓcul. verſus. verſum. & ab eo compoſita aduerſum. de quibus ſuo loco dicemus. ¶ Ad. præpoſitio tam in cõpoſitiõe, quã in appoſitione reperitur. ſignificatq; prope ſemper proximitatem. vt adſum, prope ſum. ad vrbem eo. ideſt accedo. nã Diome. atq; Dona. teſtibus ad vrbem venire, aut ire, eſt ad vrbẽ accedere, etiam ſi non ingrediaris in vrbem. venire eſt intrare. Ad villã confero me recte dicitur, quẽadmodũ & in villam cõfero me, ſed non æque poſſumus dicere in Catonẽ cõfero me, quẽadmodũ ad Cato. cõfero me. nã cũ dicimus contulĩ me. nõ licet per in. ſed per ad addere alterã perſonã. ad. plerũq; gtõ noĩe addimus Dei iũgitur, vbi tẽplũ, vel ædẽ ſubintelligimus. Liui. li. i. ab vrbe, ad Murtiæ (inquit) datæ ſedes latinis. ſub audi ad æ... Veneris q̃ murtia dicta eſt. Terẽ. vbi a Dianæ Veneris abito ad dexterã. Hora. i. ſermo. vẽtũ erat ad Veſtæ. Cice. in epi. ad atticũ, ſenatus ad Appolinis datus eſt. Porphiriõ in illud Hor. ventũ erat ad veſtæ. ſubaudiendũ inquit ædẽ, vel aliquid tale. amant enim e... ipſum in relatione ſui ſacra loca. ſic deniq; Teren. ait. vbi a dianæ Veneris, ſic deniq; nos hodie in Claudij, vel Telluris dicim... et nec addimus tẽplum aut ædẽ. hec prophiriõ cui Acron aſtipulatur. ¶ Apud, nunquã niſi ꝑ appoſitionẽ reperitur, ſignificatq; in loco ſiue perſona, autore Feſto, vt apud forũ, ideſt in foro, apud Platonẽ. ideſt in plato. vel in loco vbi eſt Pla. Ad vero ſignificat ad locũ, & ad perſonã. vt eo ad forũ. eo ad Antoñ. Aliqñ etiã reperitur ad. pro apud. Verg. prima qđ ad Troiã ꝓ charis geſſerat argis. Ante. reperitur in cõpoſitiõe & appoſitione, ſitq; & vtrobiq; ſignat vt. Verg. iij. æñ. q̃ quib9 anteferãt Idẽ in. i. quis ante ora patrũ Troie ſub menib9 dicit. Reperitur etiã ſine caſu ꝓ aduerbio ante appoſitũ. vt Verg. in buc. ante leues ergo paſcẽtur in æthere cerui. Aduerſus, aduerſum. ꝓ eo qđ eſt cõtra vel erga. vt Terẽ. in andri. idq; aduerſum te gratũ fuiſſe habeo gratiã. Cõponũtur ex ad & verſus, vel a verſum, quoniam vtrũq; reperitur, vt ſuo loco dicemus. Compoſitum vero cum ex, aduerbio cedit. vt idẽ in phormio, ei loco ex aduerſum tonſtrina erat quædam.*

cis. citra. circiter. circũ. circa. cõtra. erga. extra. inter. intra. infra. iuxta. ob. pone. per. ꝓpe. ꝓpius. ꝓxime.

*Cis. citra. inter. cis. & citra nulla penitus differẽtia eſt: niſi q, antiquiores, vt autor eſt Gellius li. xi. has tres particulas, citra. intra. vltra. quibus certi locorũ fines demõſtrantur ſingularibus apud veteres ſyllabis appellabantur cis. in. vls. quæ quoniã paruo exiguoq; ſonitu obſcurius promebãtur: addita eſt his tribus eadẽ ſyllaba. & qđ dicebatur cis tyberim. & vls tyberim. dici ceptũ eſt, citra tyberim, & vltra tyberim. hæc Gell. Cõponitur hæc præpoſitio. cis dicimuſq; gallia ciſalpina. i. quæ citra alpes eſt. citra nunq̃ cõponitur, vtraq; tñ ſeparata apponitur nõibus fluminũ, aut mõtiũ, aut deniq; alicuiꝰ rei cuius ſit traiectio paulo difficilior, vt cis rhenũ. cis taurũ montem, citra taurũ montẽ. Extẽditur eius ſignificatio etiã ad tẽpus. vt citra calendas. cis natale chriſtianũ. Reperitur etiã citra pro ſine apud iurecõſultos, maxime vt in digeſtis titul. de diuortijs l. quoties. citra volũtatem (inquit) filiæ ſtipulari, & in titul. de donationibus. l. in ædibus citra corporis dationem. Circiter ad tẽpus tantũ pertinere Priſciã dicit: vt apud Hora. i. epľa. octauam circiter horam dum redit. poteſt etiam autore Valla ad numerũ locũq; pertinere, vt circiter mille equites. circiter decem mille homines: affertq; Caſſij heminæ verba dicentis, lapidẽ quadratum circiter in medio arce iunctũ candelis. vbi circiter aduerbiũ eſt, locũq; ſignificat. Circũ circa, pro eo quod eſt in circuitu loci, Sed circũ reperitur in cõpoſitione cũ nomine, vt circũforanus: cum verbo, vt circunfero: cum participio, vt circuncíſus: cum aduerbio, vt circunſcripte: componitur etiam cũ circa teſte Donato, dicimuſq; ex circũ & circa circũcirca. Ipſum vero circa rurſus cõponitur cum quo: fitq; coniunctio quo circa. Verg. i. æñ. quocirca capere ante dolis & cingere flãma. Cõponitur quoq; cũ id. a. finali mutata in. o. dicimuſq; idcirco, quæ eſt cõiunctio æque cauſalis. Circũ reperitur poſitum aduerbialiter. vt apud Verg. iiij. æñ. Anna vides toto properari littore circũ. Cõtra, cõpoſita & appoſita reperitur. Cõponitur enim cũ nomine, vt cõtrouerſia: cũ verbo, vt cõtrauerto: cũ participio, vt cõtrouerſus: cũ aduerbio, vt cõtrouerſim. Verg. ineſt nõ, ſi controuerſim diſſenſio ſubijciet, non per appoſitionem cõſtruitur cum accuſatiuo. Verg. viij. æñ. cõtra Neptunũ & venerem cõtraq; Mineruã. Reperitur quoq; aduerbialiter poſitũ. Idem in. i. ſic Venus & Veneris cõtra ſic filius orſus. pro e diuerſo. Erga ſemp affectus proximitatem ſignificat Cice. in epi. ego omni officio, ac potius pietate erga te, ſemel tamen reperi ſignificare loci propinquitatem in digeſt. titu. de verborũ ſignificatione. l. ſtatuæ. Extra cõpoſita eſt ab. ex. & tra. ſyllaba, quæ in aliarũ præpoſitionũ cõpoſitionem quoq; venit. Reperiuntur in cõpoſitione. vt extra ordinarius: & in appoſitione, vt apud Teren. in phor. extra vnã aniculã. & Iuue. extãtem extra pocula caprũ, & pro aduerbio poſita, vt apud Perſi. pinge duos angues pueri locus eſt ſacer, extra meite. Inter, intra, eodem modo fiũt ab in, quo propter a pro, ſubter a ſub. extra ab ex. citra a cis. Inuenitur inter in cõpoſitione cũ nomine, vt internũcius. cũ verbo, vt interpono: cũ aduerbio vt interdiu. & ſignificat tã in cõpoſitione q̃ in appoſitione duo extrema inter, quæ ſit vel eſt aliquid. Verg. xi. conuerſiq; oculos inter ſe atq; ora ferebant, hoc eſt qđ alter alterũ intuebatur: vt ſi dicas: inter prodigũ & auarũ media eſt liberalitas, dicis quod inter illa duo extrema certis interuallis diſtãs, media eſt liberalitas. Intra vero ſignificat fere idem quod in aliqua re: vt intra domũ. i. in domo: intra calẽdas. i. in calendis. intra oppidũ. i. in oppido: ſic enim exponit A. Gell. lib. xj. vbi multa de vi huius præpoſitionis intra diſſeruit. Sed fortaſſe adhuc arctius ſignificat intra: vt in Cice. pro Seſtio. antiochum maiores noſtri intra mõtem taurũ regnare iuſſerunt. i. in locis, qui finibus mõtis tauri claudũtur: & ſi nõ oĩbus, certe quibuſdã, vt ego ſum intra domũ. i. in aliqua parte q̃ clauditur terminis domus. Infra ab in præpoſitiõe, quẽadmodũ inter & intra deriuatur. Sed intra ad numerũ & ſpaciũ refertur, vt intra viginti dies, nõ infra viginti dies. intra cubiculũ, nõ infra cubiculũ. Infra ad locũ & dignitatẽ, vt infra tectũ, & qđ Terẽ. in eu. dixit, ego te eſſe infra oẽs infimos puto. Deniq; infra habet relatiuũ ſupra, intra vero hẽt extra. Sed intra nõ põt eſſe aduerbiũ: ꝓ quo vtimur intro & intus. Infra vero aduerbiũ eſſe põt, vt ego ſedeo infra, tu ſupra. Iuxta prepoſitio eſt, & idẽ ſignificat qđ ꝓpe. Reperitur etiã aduerbiũ de eo qđ eſt ſimiliter. vt Liui. ab vrbe cõdi. lib. vi. parere atq; imperare iuxta paratos. Saluſt. in. in catili. eorũ ego vitã morteq; iuxta æſtimo, quoniã de vtraq; ſiletur: & alio loco, iuxta bonos & malos libidinoſe interficere. Ob. reperitur in cõpoſitiõe, ſignificatq; cõtra vel circa, vt obulus. a. um. obãbulo. In appoſitione aliqñ ſignificat ꝓpter cauſale. Verg. i. æñ. cũctus ob Italiã terrarũ clauditur orbis. Aliqñ ꝓ eo qđ eſt ꝓ. Idẽ. iiij. geor, haud quanq̃ ob meritũ. Pone, ab omnibus grãmaticis inter præpoſitiões accuſatiui numeratur, ego aũt (niſi ſemel) nõ memini me legere pone niſi pro aduerbio poſitũ. Verg. ij. æñ. pars cætera pontum pone legit. Idem in eodẽ, pone ſubit coniux. & Georg. iiij. ſuperas veniet ad aures pone ſequẽs. Luca. in. i. patriaq; a ſede reuulſos pone ſequi. i. retro. Pli. lib. iiij. natura. hiſto. pone eos mõteinq; vltraq; aquilonem gens fœlix. Per, in cõpoſitione pro valde plerũq; accipitur cũ omnibus poſitiuis illorũq; aduerbijs, vt perpulcher perpulchre. perfacetus. ecte. perdoctꝰ. ẽte. Nõnunq̃ ſignificat in malũ, vt periurus, perfidus, pertinax. peruerſus, perfuga. ſæpe accipitur quaſi per mediũ, vt pſucidus, perſpicuus, ꝑfluo. is. perpluo. is. Aliqñ ſignificat ad finẽ deducere: vt perficio, peruigilo, plego. In appoſitiõe a... ſignificat inter. ut Verg. in. i. geor. circũ ꝑq; duas in morẽ fluminis arctos, ſignificat etiã ꝑ locũ & tẽpus: vt ꝑ forũ, ꝑ viã, ꝑ noctẽ, ꝑ diẽ. ſignificat etiã ꝑ cauſam, vt per virtutẽ fio laudabilis. Eſt aliqñ obteſtãtis, vt Verg. in. iiij. æñ. ...go has lachrymas dextera[m]q; tuã te oro. Prope. Propius. Proxime, præpoſitiões ſemꝑ reperiũtur appoſitæ. Verg. vij. æñ. ...c ingens gelidũ lucus ꝓpe cerſis amnẽ. Cice. in phil ipicis, nec propius vrbẽ milia paſſuũ ducẽta. Cæſar in cõmen. partẽ inſulæ, q̃ propiꝰ ſolis occaſum: nam cũ datiuo potius aduerbiũ eſſe putãdũ eſt, ut Sil. lib. i. puni. propiuſq; fuere periclo. & Verg. in. viij. propiuſq; periclo it metus. Cice. pro milone. proxime deos acceſſit clodius. Et in digeſtis titu. de ſer. pre. vrb. l. ſi ꝓpius ædes tuas. Et in eodẽ. l. Seruitutes, quæ in alios propius ianuã meam facere poſſum. Saluſt. in iugurtæ. loca, quæ proxime carthaginẽ numidia appellantur, & paulopoſt, proxime hiſpaniã mauri ſunt. & Cice. ad atticũ. officium meum putaui exercitum habere proximũ hoſtem. Et cæſar in cõmenta. proxime attegua. flumen vt ſit. & Gellius lib. xiij. quercum vidit proxime viã. Reperitur quoq; prope in eadem ſignificatione aduerbium. Terentius in andria, prope adeſt, cum alieno more viuendum eſt mihi.*

Reperitur & cōpoſitum ex prope & modus propemodū pro quaſi. Cice. de perfe. orato. de ſyllabis propemodū dinumerandis & dimetiendis. Pridie & poſtridie diximus poſſe conſtrui cum genitiuo. Conſtruuntur etiam cū accuſatiuo, vt paulo ante probauimus. Procul quoq; tum præpoſitio reperitur huius ordinis, vt apud Pli. in fine noni li. hiſto. natu. pauliſippū villa eſt campaniæ, haud procul Neapolim. Curtius quoq; procul vrbem dixit, tum aduerbium, & Iuue. procul o procul eſte profani, clamatur. Poſt in compoſitione reperitur, vt poſthumus poſtpono, poſtea. poſthac, & in appoſitione, Verg. iij. geor. poſt montē oppoſitum. Reperitur quoq; pro aduerbio poſitum. vt idem in primo, poſt mihi non ſimili pœna cōmiſſa luetis. Idem in buc. proſpexit tñ, & lōgo poſt tpe venit. vbi Ser. dixit poſt antiquiores etiā cū ablatiuo iunxiſſe. Penes non reperitur in compoſitione, in appoſitiōe ſignificat dominium ac poteſtatem: nam inter apud & penes (autore Feſto) illa eſt differentia, q. vt ſupra memorauimus: apud perſonam & locū ſignificat, penes perſonā & dñium, vt ſi dixerim penes me eſt liber, ſignificat qđ & habeo in poteſtate mea librū. & meus eſt, quod ſi dixero apud me eſt liber: eſt quod habeo illū domi etiā ſi non ſit meus. Præter in compoſitione reperitur, vt præterlabor, præteruehor præterfluo, ſignificatq; ſemper prope, in appoſitione vero magis ſignificat extra accipere, vt ſi dicas omnes ſapiunt, aut ſapere volunt Hiſpanos. Propter eodem modo componetur a pro interpoſita. p. quo præter a præ, in compoſitione nuſq̄ reperitur, in appoſitione tum cauſalis eſt, vt Verg. iiij. ǣn. te propter libycæ gentes numadumq; tyranni, odere infenſi tyrij te propter eundem, tum pro eo quod eſt prope accipitur, vt. Verg. in buc. propter aquæ riuū viridi procumbit in vlua, quod Ser. exponit pro iuxta & iiij. geor. propter aquam tardus ingēs vbi flexibus errat mincius. & ix. ǣn. atheſim ſeu ꝑpter amœnū. Repitur quoq; præter ꝑpter præpoſitio ex duabus præpoſitionibus cōpoſita. vt Ennius apud. A. gelliū, Imus huc. hinc. illuc. cū illuc ventū eſt, ire illinc libet. Incerte errat aius. præter ꝑpter vitā viuitur, quid vero præter ꝑpter in eo loco ſignificet, nec ipſe Gellius auſus eſt exponere. Præter pro ſine in ablatō. Saluſt. in catil. præter rerū capitaliū condēnatis. Priſcia. lib. viij. Supra in compoſitiōe nō reperitur, in appoſitione ſignificat in parte ſuperiori. Verg. iij. ǣn. olli ceruleus ſupra caput aſtitit imber. In eadem quoq; ſignificatione reperitur ꝑ aduerbio poſitum. Saluſt. in iugur, pauca ſupra repetam. Secundum in appoſitione ſemper reperitur, ſignificatq; aliquando iuxta. Verg. iij. geor. dulcibus illa quidem illecebris, aut plena ſecundum flumina, & in digeſtis de via pub. l. ædiles. eas quæ ſecundū ciuitates ſunt vias. Aliquando ſignificat poſt, Quint. in gladia. Nam qđ vnum mihi fortuna ſecūdū partem videbatur paraſſe præſidiū. Cice. proxime autem & ſecūdū deos hoĩes hoĩbus maxime eſſe vtiles poſſunt, accipitur etiam pro eo qđ eſt pro. vt Gell. lib. v. ſin vero ſecundum te iudicatū erit. & lib. xiij. tunc illi vnde petitur credere, & ſecundū eum iudicare. In eo vero, qđ diximus, ſecundū Tho. ſecundū Cice. ſecundū pro iuxta accipitur. Secus præpoſitio pro iuxta raro inuenitur apud autores: in ſacris litteris ſæpe, quale eſt illud pſal. primi, & erit tanq̄ lignū quod plantatū eſt ſecus decurſus aquarū. aduerbialiter vero poſitū ſecus ſignificat aliter. Perſius, nō ſecus ac ſi oculo rubricā dirigat vno. Verg. lib. xij. haud ſecus accēſo gliſcit violētia turno. Trās reperitur in cōpoſitione frequēter, vt trāſtyberinus, trāſalpinus, trāſcribo. traduco. In appoſitione quoq; Verg. iij. Georg. illas ducit amor trans gargara tranſq; ſonantem Aſcaniū. Vltra nō reperitur in cōpoſitione. in appoſitione vero ſignigcat contrarium eius, quod eſt citra, nam citra eſt ante locum: vltra eſt poſt locum, intra vero eſt in loco. Iuue. vltra Sauromatas fugere hinc libet, reperitur etiam pro aduerbio poſitum, vt apud Cenſorium, nil vltra facies. Vſq; præpoſitio non videtur multis: quia ſine alia præpoſitione nunq̄ reperitur: vnde vtriq; caſui adiungitur pro qualitate præpoſitionis illius cui fuerit copulata, vnde Sergius ait, nouo quodam modo ſibi ſemper adiungere aliam præpoſitionem. Verg. xi. protei Menelaus adusq; columnas exulta. nam ſi coniuncta ſit, iam non aduerbium erit. ſed potius habet naturam ſuam. Verſus & verſum, ſolus Valla inter præpoſitiones numerauit, ſemperq; contra naturam ſuam poſtponuntur. Saluſtius. in iugur, quem locum Aegyptum verſus imperij finem habuere Carthaginenſes. Cicero. de diuinatione, que cum exercitu luſtrato Arctium verſus caſtra mouiſſet, dicimus quoq; deorſum verſus, vel deorſum verſum, quoquo verſus, & quoquo verſum, nam ſic verſus & verſum dicimus, ſicut aduerſus & aduerſum.

**pridie; poſtridie. procul. poſt. penes. prĕter, ꝑpter**
**ſupra. ſecūdū. ſecus. trās. vſq̧. vltra. verſus. verſū.**
**Præpoſitiones ablatiuo caſui deſeruientes quot**
**ſunt? Quindecim, A. ab. abs. abſq̧. cum. coram.**

¶ Præpoſitiones ablatiuo deſeruientes quot ſunt? quindecim ſunt præpoſitiōes ablatiuo deſeruientes. quarū. a. ab. abs. tam in compoſitione quam in appoſitione reperiuntur, ablationemq; ſignificat. In appoſitione vero ſignificant tum ablationem. vt rapio a te libros. tum locum. vt diſcedo a te, tum tempus. vt a meridie te expecto. tū ordinem. vt tertius ab Hercule. tum verbis paſſiuis iunguntur cum perſona agente vel faciente, vt a me amaris. Vtimur tamen præpoſitione. ab, cum dictionibus incipiētibus vocali exili vel aſpirata. vt ab Antonio. ab homine. Vtimur vero. a. cū incipiētibus a conſonante. vt a Bruto. a Catone. a Decio. Cū incipientibus tñ vel ab. i. cōſonāte. vel ab. l. vel. ab. r. plerūq; apponimus ab. vt Verg. in bucco. ab Ioue principiū muſæ, Iouis omnia plena. Et ibidē. hinc tibi quæ ſemꝑ vicino ab limite ſepes. Idē. xi. pacē Troiano ab rege petendum. Cū incipientibus præterea a. q. t. nōnunq̄ apponimus abs. Vt Terē. in adelphis. abs quouis homine beneficiū accipere, & Hector ille Neuij, apud Cicero. letus ſum laudari me abs te pater laudato viro. Abſq; quod ab abs & que particula cōponitur, ſignificatq; idem quod præter, ſiue ſine: vt abſq; iniuria abſq; metu. Cum, nunq̄ niſi appoſita reperitur, quia alius loco componitur con. ſignificat vero cum præpoſitio quandam veluti comitantiam. vt ego cum Antonio miſimus tibi libros cum pecuniis, neq; iungitur nomini ſignificanti inſtrumentum quo aliquid fit. vt nunc vulgo loquuntur, percuſſit illum cū gladio. ſcribit cum calamo, in quo loquendi genere non ablatiui: ſed effectiui natura vtimur, quemadmodum cum de ſeptimo caſu loquebamur, explicitum eſt: componitur autem, vt paulo ante diximus, cum ablatiuis illis trium pronominum, vt ego tu ſui. Coram non componitur, in appoſitione præſentiam perſonarum ſignificat: vt coram iudice, coram teſtibus.

Reperiuntur frequentius aduerbialiter poſitum.vt Verg.i.æñ. coram quem quæritis adſum,& in eodẽ. Poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Clam non venit in compoſitionem,in appoſitione habet contrariam ſignificationem ei, quæ eſt coram,& ei quæ palam.Teren.in andria,nec clam te eſt quã illi nũc vtræq; res inutiles. Inuenitur etiam pro aduerbio poſita,vt Verg.i.æñ.clam ferro incautum ſuperat ſecurus amorum.De.plerumq; in cõpoſitionem venit,atq; aliquando auget, vt deamo.demereor. i.valde amo.valde mereor,aliquando minuit. vt dedoceo, deſpero, ſignificat aliquando deorſum,vt deſpicio,deſcendo.

clam;de;e.ex.pro.præ.palam.ſine.tenus.

Præpoſitiones accuſatiuo ; vel ablatiuo deſeruiẽtes quot ſunt? Quatuor.in.ſub.ſuper.ſubter.

Præpoſitiones inſeparabiles, hoc eſt; quæ nunq̃ niſi in compoſitione reperiuntur;quot ſunt? Sex.

In appoſitione tum localis eſt,vt de villa venio,tũ memoratiua,vt de re ſubtiliſſima diſputo,tum ablatiua, vt Cato. de re ruſt. de domino bono colono boneq; ædificatore melius emetur.Cice.in epiſtolis.emi domum de Craſſo.E. Ex. tam in compoſitione, quã in appoſitione inueniuntur,atq; aliquando augẽt, vt eluceo,edoceo.i. valde luceo,valde doceo, aliqñ minuunt, vt enodis ſine nodo. exlex ſine lege,aliquando ſignificant extra. vt emitto,extra mitto, effundo,extra fundo. In appoſitione cum dictionibus a vocali incipientibus ſemper ponimus ex. Cum incipientibus a conſonante.tum.ex.tum. e. apponimus : vt ex vrbe,ex domo,vel e domo. Cum incipientibus tamen ab.r.ſemper ponimus,e.vt e regione,e.rep.e.re mea,in compoſitione vero cum incipientibus a vocali dicimus.ex.vt exaudio.exhæredo. Cum incipientibus a conſonante partim componitur.e.vt ebullio.edico.egero,eludo,emano.enato.euito,partim ex.vt excindo,expromo.expiro.extimeſco. partim.x. mutatur in conſonantem, vt effundo,efficio. In appoſitione tum localis eſt.vt venio ex vrbe,tum temporalis,vt ex anno ſperiori ſcribo,tum materiæ apponitur:vt annulus ex auro,domus ex latere,ponitur etiam teſte Valla pro eo quod eſt pro,vt e republica.i. pro re publica. Quintil.ſaluos eſſe eos magis e republica ſit:quam puniri.i.pro reip.vtilitate. Dicimus præterea hic poteſt ex tẽpore orationem habere.i. impræmeditatus & ex improſo.(ſic Perſius inquit),ex tempore viuis.laborat e dolore,vel ex dolore renum, vel laborat e renibus. Dicimus quoq; ex ſententia hoc mihi euenit.i. vt ego cupiebã. ¶ Præ in compoſitione & appoſitione accipitur pro ante,vt præcedo.præpono.præ oculis,præ conſpectu.Inuenitur quoq; in compoſitione pro valde, vt prædiues. prædulcis.prædurus.præclarus,præciſus. Inuenitur & pro ab.Teren.in eu. præ amore hunc excluſiſti foras.i.ex parte amoris. Inuenitur aliquando cõparatiue.vt idem in eodem, hic ego illum contempſi præ me, pro ad comparationem mei, præ me fero,præ te fers,præ ſe fert.teſt ipſa ſtatim fronte qualem opinionem de aliqua re habes confiteri Cice.in epiſtolis,præ te fers perſpectum mihi quidem,ſed tamen dulcem & optatum amorem.Quint.fiduciam igitur præ ſe ferat orator. Pro.in compoſitione & appoſitione complures habere ſignificationes Gellius. libro.x.colligit. aliquando namq; accipitur pro ante vt pro roſtris, pro curia, prouideo, proſpicio. Saluſt. in catili, q in maturaſſet pro curia ſignum ſocijs dare. Terentius. tibi proſpexi & ſtulticiæ tuæ. Aliquando pro in,vt pro muro. Saluſt.in iugurtha. Pro muro dies noctesq; agitare.i. in muro,aut pro defenſione muri.dicimus quoq; pro patre habeo te.i.loco patris.proconſul loco conſulis, prouinciæ præfectus. Palam ſemper apponitur,differtq; a Coram,quod hoc ad perſonas,illud ad omnia pertinet,vel potius,vt dicit Vulpianus in lib.digeſtorum titul.qui eſt de verborum ſignificatione.l.palam eſt coram pluribus,coram etiam vno præſente.vnde Donatus pro exemplo poſuit palam omnibus. Reperitur etiã aduerbialiter poſitũ. Terentius in eunuch. ſi falſum aut fictum continuo palam eſt. Sine,nunq̃ in compoſitione reperitur,nam quod quidam dicunt ſyncerus dictus quaſi ſine cera,refelluntur a Valla,cum potius a ſyn præpoſitione græca compoſitum ſit,in appoſitiõe valet quantum abſq;. Verg.iij. Georgicorum,te ſine nil altum mens inchoat. Tenus, quam poſtpoſitiuam eſſe diximus contra naturam præpoſitionum: conſtruitq; in plurali cum genitiuo. Apul.ix.metamorph. Coſtas oſſium tenus renudati. Cicero ad Cælium. illi rumores Cumarum tenus caluerunt, & Vergil.iij.Georgicorum.crurum tenus a mento palearia pendent. Ouid. tamen.xv.meta. pectoribusq; tenus dixit, & iterum in. xiiij. Firmicus in proemio. Matth.de ſtate (inquit) corporis brachia humeris tenus diſſoluta ceciderunt.ſignificatq; vſq; ad. Seruius vero apud Vergiliũ dicit eſſe aduerbium. Feſtus, quod ſignificat finem,vt cum dicimus hactenus,in ſingulari ſemper poſtponitur ablatiuo. Idem in.ij. æneidos. capulo tenus abdidit enſem. Idem in.iij.pube tenus poſtrema immani corpore piſtrix. ¶ Præpoſitiones vtriq; caſui deſeruiẽtes quot ſunt? Quatuor ſunt huius ordinis præpoſitiones. In. ſub. ſuper.ſubter. In.cum ſignificat ad locum vel contra locum accuſatiuo apponitur.vt Verg.in.vi.itur in antiquam ſiluam. Idem.in.ix.ibant in Eurialum,& cum affectum ſignificat. vt Cice. quæ fuit pietas in omnis ſuos,quando vero ponitur pro in loco, iungitur ablatiuo,vt in domo.in vrbe. In.compoſitione præter ſignificationes ſuperiores aliquando auget,vt inſignis. aliquando minuit,vt infamis. Sub quoq; c[illegible] pro ante ponitur,vel per,accuſatiuum ſibi adiungi vult:vt Verg.i.Georgicorũ ſub ipſum arcturum tenuit ſaterit ſuſpendere ſulco. Idem in.iij.ſub lucem exportant calathis.pro ante arcturum,& ante lucem. Ablatiuum vero deſiderat cum pro in loco ponitur.Verg.viij.æneid.arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. & in.vi.ibant obſcuri ſ[illegible] ſub nocte per vmbram. In compoſitione modo minuit, vt ſubluſtris:ſubrideo.modo locum inferiorem deſignat. vt ſubeo ſuburbanus. Super & Subter componuntur,vt ſuperpono ſubterlabor, In appoſitione autem differunt tantum poſitione. Nam ſuper, partem ſuperiorem.ſubter inferiorem,atq; vtraq; ſine interuallo ſignificat. vt ſuper aquas natat,ſubtus aquas vrinatur,ſuper lapidem ſedeo.ſubter terram iacet,contrario differunt ſub & ſupra,vt ſub cælo eſt terra.ſupra terram ignis. Cum ablatiuo quoq; conſtruuntur,quando ponuntur pro ablatiui præpoſitione.Verg.i.æñ.Multa ſuper priamo rogitans. ſuper hectore multa,pro de priamo,de hectore.¶ Præpoſitiones inſeparabiles,præpoſitiones quemadmodũ ſupra diximus,aut ſeparabiles ſunt,aut inſeparabiles. Sed de ſeparabilibus dictũ eſt,nũc incipit de inſeparabilibus diſſerere,dicitq; eſſe numero ſex. ſcilicet

*An.ꝗ valet circũ.vt amburo.is.ambio.is.ex an atq; vro & eo.amplector amplecteris.amputo.as.anquiro.is. anſanctus anſancta anſanctũ.Con.quæ tantũ valet quãtũ ſimul & cũ alijs,vt cõcors,cõpono,cõquiro.Dis.di.quæ ſeparationẽ ſignificãt.differunt tñ:quoniã dis cõponitur cum dictionibus quæ incipiunt a.c.vt diſcutio diſcutis,vel.p.vt diſputo diſputas,vel.q.vt diſquiro diſquiris.vel.ſ.vt diſſuo,is.vel.t.diſturbo.as.vel ab.i.conſonãte,vt diſiungo.is.Cũ incipientibus ab.f.euphoniæ cauſa.s.mutatur in.f.vt a dis & fundo.is.diffundo.dis.Di.vero cõponitur cum dictionibus incipientibus a quacunq; alia cõſonante:vt diduco,cis.digero.ris.diluo.is.diminuo.is.dirimo.is.vel.u.conſonãte,vt diuello.is.Re aliquãdo ſignificat retro,vt reſpicio.cis.reuertor.eris.aliqñ ſignificat iterũ.vt repeto.tis.requiro.ris.aliqñ vertit ſignificationem in cõtrariũ.vt recludo.dis. id qđ eſt clauſum aperio.regelo.las.qđ eſt gelatũ liquefacio.recingo.is.retego.gis.reſero.ras.Se.quæ valet ſeorſum.vt ſeduco.cis.ſeparo.as.ſciungo.gis.ſecerno ſecernis.*

an.con.dis.di.re.ſe.

Ad igitur cui caſui deſeruit? Accuſatiuo quoniam tali caſui appoſita ſemper reperitur.

¶ Derotematis Aduerbiorũ. Cap.x.

VBi quę pars orationis eſt? Aduerbiũ. Quid eſt aduerbium? Pars orationis indeclinabilis quæ addita verbo ſignificationem eius aut complet,aut mutat,aut minuit,vt iam faciam,non faciam,parum faciam.

Vnde dicitur aduerbiũ? Quaſi ad verbũ,quoniã verbo fere ſemper adiungi deſiderat.

Species aduerbiorũ quot ſunt? Duæ ſicut in noie. Primitiua,ut nuper. Deriuatiua,ut nuperrime.

Vbi cuius ſpeciei eſt? Primitiuæ,neq; enim habet aliquid vnde deriuetur,quod ſit antiquius.

Figuræ aduerbiorum quot ſunt? Duæ ſicut in nomine.Simplex,vt ecce.Compoſita,vt eccum.

Vbi igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ,neq; enim poteſt diuidi in partes ſignificatiuas.

Significationes aduerbiorũ quot ſunt? Innumeræ. Nũeralis,ſemel;bis.ter;quater,quinquies,ſexies.

*VBi quæ pars orationis eſt? Secunda pars ex indeclinabilus eſt aduerbium;quæ ſic deſiderat verbo ſubiungi,quẽadmodũ præpoſitio caſualibus præponi.Diffinitur autẽ;aduerbiũ eſt vna ex octo partibus orationis,quæ addita verbo,vnde & adiectiuũ verbi dicitur:eius ſignificationẽ cõplet. Nam cũ dico Antonius legit:nõdũ ſatis plane dixi:niſi adiecero qualiter legit:hoceſt bene vel male. Nã eo modo ſe habent aduerbia verbis,quo adiectiua noibus ſubſtãtiuis adiũcta.vt prudens homo prudẽter facit:bonus hõ,benefacit.Sed modus ille determinandi verbũ,aut complet augetq; verbi ſignificationẽ,vt faciã ſatis:valde,nimiũ.Et aut mutat.i.in totũ tollit.vt non faciã,nequaq̃ legã:minime audiã.aut minuit.aliquidq; ex verbi ſignificatione remittit,vt parũ facit,tepide legit, frigide audit. ¶ Vñ dicitur aduerbiũ?reſpondet aduerbiũ ab eo dici qđ in illius diffinitiõe eſt expreſſum,hoc eſt,qđ verbo ſemper adiungi deſiderat.ſed adiecit fere quoniã & noibus adiectiuis nõnũq; adiũgitur,atq; participijs adhuc frequẽtius,ipſaq; tanq̃ verba modificatur,vt valde bonꝰ,nimis doctus.ſatis factꝰ,vehemẽter iratus. ¶ Species aduerbiorũ quot ſunt?ẽ Aduerbia,aut a ſe naſcũtur,vt nuper,ſepe.aut aliũde deriuãtur.Idq; fit,vel a noie ꝓprio.vt a Tullio tulliane,vel ab appellatiuo,vt ab oſtio oſtiatim,vel a pronoie:vt meatim vel tuatim a meus & tuus.vel a verbo,vt a curro curſim.vel a nomine & verbo.Vt a pede & tento pedetentim,vel a participio.vt ab amans amanter,vel ab altero aduerbio.vt a nuper nuperrime.a ſepe ſepius & ſepiſſime,aut a præpoſitione,vt ab inter interim. Exeunt autẽ aduerbia in varias terminationes:quẽadmodũ inueſtigare volenti,facile apparebit. ¶ Figuræ aduerbiorũ quot ſunt?duæ(inquit)ſicut in nomine.Simplex vt diu;Compoſita,vt interdiu.Eccũ vero Valla contra Priſ.Sergiũq; contendit,non eſſe compoſitũ ex ecce & eũ.vt ſit eccũ,ideſt ecce eũ.vel potius ecce hunc.ſed ex ecce & hic.vt ſit eccũ.i.ecce hic,ſubaudi de quo loq̃bamur. nã ſi eccũ in ecce eũ reſolueretur,cũ Terẽ.ait,eccũ Parmenonẽ,qđ ſibi volebat:tãn qđ iſti dicũt ecce eũ,aut ecce hũc Parmenonẽ,qđ purgata mẽte nemo auderet dicere, ¶ Significationes aduerbiorũ quot ſunt?cõplures ſunt aduerbiorũ ſigñationes, ſed illas oẽs ad paucas ſpecies reduximus. Quarũ prima eſt aduerbiorũ, q̃ ex noibus numeralibꝰ deducũtur, vt ſemel,qđ vna( vt ſic dixerim) vice ſit.bis duabꝰ.eodẽ mõ ter,quater,quinquies.ſexies.ſepties.octies.nouies.decies.vndecies,duodecies. tredecies.quattuordecies.quindecies.ſexdecies,ſeptẽdecies,duodeuicies. vndeuicies.vicies.vicies ſemel.vel ſemel & vicies.vicies bis,vel bis & vicies. vicies ter.vel ter & vicies.vicies quater. vel quater & vicies,vicies quinquies.vel quinquies & vicies,vicies ſexies, vel ſexies & vicies.vicies ſepties,vel ſepties & vicies.vicies octies,vel octies vicies.vł duo de tricies. vicies nouies,vel nouies & vicies,vel vndetrĩcies,tricies.quadragies,quinquagies.ſexagies. ſeptuagies,octogies.nonagies.cẽties.ducẽties.trecẽties,quadringẽties [illegible]gẽties.ſexcẽties,ſeptingẽties,octingẽties.noningẽties.vł nõgẽties.milies.bis milies.ter milies.quater milies.quinquies milies.ſexies milies.ſepties milies.octies milies.nouies milies.decies milies.vicies milies.tricies milies.quadragies milies.quinquagies milies.& eadem ratione cõiungendo aduerbia aduerbijs,quẽadmodum numeros numeris adiũgere cõſueuimus. Pro eo qđ vul[illegible] dici cuẽto, latine dicimus decies centum milia,pro eo qđ dos cuentos.vicies centum milia.pro tribus,tricies centum milia. pro quattuor,quadragies centum milia.pro quinq;, quinquagies centum milia.pro ſex,ſexagies centum milia.pro ſeptem, ſeptuagies centum milia.pro octo,octogies centum milia.pro nouem, nonagies centum milia.pro decem,centies centum milia.pro vndecim.centies decies centum milia,pro viginti, ducenties centum milia. ꝓ triginta,tricenties centum milia, pro quadraginta,quadringinties centum milia, pro quinquaginta,quingenties centum milia.pro ſexaginta,ſexcenties centum milia. pro ſeptuaginta, ſeptingenties centum milia. pro octoginta,octingẽties centum milia.pro nonaginta,noningenties,vel nongenties centum milia.pro centum,milies centum milia,pro ducentis, bis milies centum milia.pro tercentis,ter milies centum milia.*

Bi eodē modo de reliqs quæ ſequūtur, q̄ numerandi ratio ex eo prouenit, quod antiquiores autore Plinio.xxxiij.naturalis hiſto.nō nūerabāt niſi ad cētū milia deīde numerū illū p̄ aduerbia repetebāt, vt ſupra docuim⁹, ſed de his in æditione vltima introductionū plura diximus. ¶ Tēporalis, aduerbia tēporalia, aut ſunt tp̄is præſentis aut præteriti, aut futuri, p̄ntis ſiue inſtātis eſt nūc, diei p̄ntis hodie, p̄xime præteriti eſt heri & deinceps nudius terti⁹, nudius quartus, nec amplius hæc rō p̄cedit, quāq̄ Plau.poetica vel potius ſua licētia dixit nudius quītus, nudius ſextus, nudius ſeptim⁹. & deinceps. Cic. quoq; in.v. philippica. Recordamini, q̄ dies nudius tertius decimus fuerit. & paulopoſt iterū, Philipp⁹ quoq; in quadā ep̄la dicere auſus eſt nudius decimus ſeptimus. hæc enim aut aduerbia ſunt, aut aduerbialiter poſita. De die p̄ximo futuro dicim⁹ cras. poſtea perēdie. die quarti, die quīti. die ſexti. die ſeptimi. & deinceps. nā & hæc aduerbia eſſe A. Gellius autor eſt, q̄ ſcribit die quarti, die quīti, die ſexti & ſimilia p̄ aduerbijs copulate poni, & ſubdit hoc igitur intererit, qđ die quarto de præterito dicimus. die quartæ vel die quarti de futuro, eodē quoq; modo dicēdū eſſe putat die priſtini pro pridie. die de craſtini pro cras, die perēdini p̄ perendie. De tēpore vero præſenti p̄ximo ſiue illud ſit præteritū, ſiue futurū. mō, iā dudū, vt mō feci, modo faciā, iā feci, iā faciā, dudū feci, dudū faciā. Verg.ij.æñ.iam dudū ſumite pœnas. Iuue.in.iij.dudū vigilantibus orbis: hoc de præterito, illud de futuro, ſignificatq; autore Valla ſpaciū horæ vnius, aut paulo plus minus ve, p̄ qualitate rei de qua loq̄mur. de futuro quoq; præſenti p̄ximo dicimus: ſtatim. mox, cōtinuo illico. Nuper vero paucis diebus ante. Pridem, & iāpridem paucis mēſibus. Olim & quondā de tēpore a p̄ſenti remoto, ſiue illud ſit præſens ſiue futurū, aliq̄n de tēpore indifferēti, de præterito Hora. olim trūcus erā ficulneus inutile lignū. Cice. in catilinam, fuit iſta quōdā in hac repu. virtus. de futuro. Verg.i.æñ.certe hinc Romanos olim voluentibus annis: & ſi dicas veniet quōdā illa dies, de tempore indifferenti. Verg.v.æñ.quod tumidis ſummerſum tunditur olim. Idem.ij.æñ.quondam etiam victis redit in præcordia virtus. Eodem quoq; modo aliquando: vt aliquando factum fuit, aliquādo fiet. Sunt & alia complura aduerbia temporis: vt ſemper, nunq̄, ſæpe. raro. ¶ Localis, aduerbia quoq; loci complura ſunt, ſed nunc tantum de diſcretis dicendum: eſt cum communia paſſim reperiantur. Itaq; aduerbia localia in quadruplici ſunt differentia: nam aut ſunt in loco, aut de loco, aut ad locum, aut per locum. Vbi & vbinam quærit de loco in quo: vt vbi eſt Antonius, Vnde, quærit de loco a quo. vt vnde veniſti? Quo & quorſum. quærit de loco a quem. vt quo is? Qua, quærit de loco per quem. vt qua iturus es? Significantia locum in quo. hic vbi ego ſum ponitur etiam pro illic. Verg.i.æñ.hic illius arma, hic currus fuit pro illic, ponitur etiam pro tunc aduerbio temporis. Iuue. hic tunc Vmbritius: quando artibus (inquit) honeſtis. Iſthic, hoc eſt vbi tu es. Verg.ij.æñ.patet iſthic ianua leto. Illic vbi aliquis eſt. Iuue. viuat Arturius illic & Catulus. Vbi, quando grauatur ſignificat in quo loco relatiue. Verg.in.i.æñ.ſæuus vbi æacidæ telo iacet Hector. Reſponſiue quoq; grauatur. vt vbi eſt Cæſar interroganti, ſi dixeris vbi Pompeius: in primo ſyllaba finalis acuitur, in ſecūdo grauatur. Eodē modo dicimus ſicubi, pro ſi in aliquo loco, Necubi, pro ne in aliquo loco. alicubi p̄ aliquo loco, vbiuis. vbiq;. vbilibet. vbinbi. vbicunq;. pro in quocunq; loco. Ibi pro in eo loco, ibidem pro in eo ipſo loco. Alibi pro in alio loco. Inibi pro in eodē loco. Vſq̄ pro alio in loco. Nuſquā pro nullo in loco. Intus pro in parte interiori. Foris pro in parte exteriori. Supra p̄ in parte ſuperiori. Infra pro in parte inferiori. Nōia vrbiū & oppidorū propria: ſi ſunt primæ & ſecundæ declinationis ſingularia ponuntur in genitiuo aduerbialiter, vt Romæ, pro in vrbe Roma. Tarenti, pro in oppido tarento. Si vero ſunt tertiæ declinationis, aut pluralia, ponuntur in datiuo, vt carthagini, pro in vrbe carthagine. Plaut. in prologo caſſinæ. Ego aio hoc fieri in græcia & carthagini, Idem in ciſtella. fuere Sicyoni iam diu Dionyſia. Verg.iiij.æñ.tyria carthagine qui nūc expectat. Quanq̄ Seruius in locū illum Verg. dicit, nōia huiuſmodi locorū cum aduerbialiter ponuntur, non in ablatiuo, ſed in dtō debere poni. Ait enī his verbis tyria carthagine p̄ carthagini. & pro aduerbio in loco de loco poſuit. Apuleius in libris floridorum ſemper carthagini, nunq̄ carthagine ponit aduerbialiter. ſic Hora. Roma tybur amē vētoſus tyburt romā.

Idem quoq; dicendum eſt de pluraliter declinatis, vt piſis. fundis. trallibus. hoc eſt in illis vrbibus. Sed in his nihil refert cum datiuus in terminatione ſimilis ablatiuo ſit. Ad ſimilitudinem ſuperiorum ponuntur aduerbialiter illa togæ. i. in pace, militiæ. i. in bello. domi. i. in domo. ruri. in rure, veſperi. i. in veſpere. luci p̄ in die, quod ſi hæc in ablatiuo reperiantur, aut aduerbia non ſunt, aut ablatiuus pro datiuo ponitur, vt Hor.i.epi. quinq; dies tibi pollicitus me rure futurum. Significantia locū ad quē huc. i. ad hunc locū in quo ego ſum. iſthuc. i. ad iſtū locū in quo tu es. illuc. i. eſt ad locū in quo aliquis eſt. Si quo. i. ſi aliquem locum. Ne quo. i. ne ad aliq̄ ꝑem locum. Alio. i. ad alium locum. Vtroq;. i. ad vtrunq; locū. Quoquo, quocunq;, quoslibet. quouis. i. ad quemcunq; locum. Eo. i. ad eum locum. Eodem. i. ad ipſum eūdem locum. Intro. i. ad partem alicuius loci interiorem. Foras. i. ad partem loci exteriorem. Surſum. i. ad partem loci ſuperiorem. Deorſum. i. ad partē inferior[em.] [Sin]iſtrorſum. i. ad ſiniſtram partem. Dextrorſum. i. ad dextram. Horſum. i. ad aliquem locum. Nōia quoq; vrbiū & oppidorū p̄pria ponuntur aduerbialiter in accuſatiuo, vt romā. i. ad vrbem romam. tarentum. hiſpalim. piſas. fundos, hoc eſt ad illas vrbes. Significātia locū per quem. hac. i. per locū vbi ego ſum. iſthac. in per locum vbi tu es. illac. i. per l[ocū] vbi aliquis eſt. Si qua. i. ſi per aliquē locū. Ne qua. i. ne per aliquē locū. Alia. i. per aliū locū. Quauis, qualibet, quacūq;. i. per quācūq; partē. vtraq;. i. per vtrāq; partē. Ea. i. per eū locū. Eadē. i. per eūdē locū. Intus. i. per locū interiorē. Foris. i. p̄ locū exteriorē. Nōia quoq; vrbiū & oppidorū propria ponūtur in ablatiuo. vt roma. i. per vrbē romā. tarento. hiſpali. piſis. fundis. trallibus per illas vrbes. Significātia locū a quo, hinc. i. ab eo loco, vbi ego ſum. iſthinc. i. ab eo loco vbi tu es. illinc. i. ab eo loco vbi aliquis eſt. Sicunde. i. ſi. ab aliquo loco. Necunde. i. ne ab aliquo loco. Aliunde. i. ab alio loco. Vtrinq;. i. ab vtroq; loco. Vndiq;. vndelibet, vndeuis. vndeunde, vndecunq; pro ex quacunq; parte ſiue loco. Inde. i. ab eo loco. Indidem. i. ab eodem ipſo loco. Intus. i. a loco interiori. Foris. i. a loco exteriori. Superne. i. a loco ſuperiori. Inferne. i. a loco inferiori. Cælitus. i. a cælo.

Temporalis. ut hodie; cras; perendie; heri; nuper.
Localis. ut hic; iſthic; illic; Huc; iſthuc; illuc;
Negatiua. ut non; haud; minime, nullatenus.

Affirmatiua,vt etiam,profecto,nimirum.
Demonſtratiua,vt,en,ecce.
Optatiua,vt,o,ſi,vt,vtinam.
Ordinatiua,vt continuo,deinde,deinceps.
Interrogatiua,vt cur? quare? quãobrem? nũquid?
Dubitatiua,vt fors,forte,fortaſſe,forſan,forſitan.
Vocatiua,vt,o,heus,oho.
Diſcretiua,vt ſeorſum,diuiſim,biſariam.
Congregatiua,vt ſimul,vna,pariter.
Iuratiua,vt ædepol,me Hercule,mecaſtor.
Hortatiua,vt eia,age,agedum,agite.
Intenſiua,vt ualde,penitus,uehementer.
Remiſſiua,vt ſenſim,paulatim,pedetentim.
Diminutiua,vt belle,argutule,clanculum.
Comparatiua,vt magis,melius,fortius.
Sperlatiua,ut maxime,optime,fortiſſime.
Similitudinis,ut ceu,ſicut,tanquam.
Quantitatis,ut multum,parum,minimum.
Qualitatis,ut bene,docte,ſapienter.
Vbi igitur cuius ſignationis eſt: Localis.

Nomina quoq; vrbium & oppidorum ponitur in ablatiuo aduerbialiter. vt Roma,i,ab vrbe Roma. Eodẽ modo tarento. Hiſpali. Piſis. Fundis. Trallibus,i,ab illis vrbibus. Reperitur tamen ſæpe apud autores huiuſmodi nominibus vrbium proprijs adiuncta præpoſitio. vt Cicero in Verrẽ. Ea die verres ad Meſſanam venit. Saluſt. in iugurtha. ad cirtham oppidum iter conſtruunt. Item in catilina. nam Brutus ab Roma aberat. Liuius. viij. ab vrbe condita, & ab lauinio venerant antiqua auxilia. Econtrario cũ nominibus regionũ & prouinciarum præpoſitiones addi debeant. aliquando ab autoribus detrahuntur. Verg. i. æñ. Italiam fato profugus lauinaq; venit,i,ad Italiam. Et in eodem. ſi datur Italiã ſocijs & rege recepto tendere. Negatiua ſunt aduerbia etiã negandi, per quæ aliquid negamus, vt non. qđ imperatiuo iungi non poteſt, ſed alijs modis. vt non lego. haud amo. minime doceo. nullatenus audio. Ne particula potius eſt dehortatiua. Virg. iij. æñ. tu ne cede malis, ſed contra audentior ito. Sed in carmine iungitur hec particula imperatiuo & optatiuo. in proſa oratione aut optatiuo, vt Terẽ. in phor. qđ vtinam ne phormioni id ſuadere in mente incidiſſet, aut ſubiunctiuo. vt ſi dixeris, oro te, ne facias, ſed tunc coniunctio eſt, & accipitur pro eo qđ eſt vt non. Affirmatiua aduerbia affirmandi ſunt: per quæ aliquid affirmamus. vt etiam cum pro aduerbio conſentiẽtis accipitur. vt eſt in digeſtis titu. de verborum oblig. reſponderit etiã. quid ni? nam & quid ni interrogatiue prolatum aduerbiũ eſt affirmandi, exponiturq; i. cur non? profecto. nimirũ. nempe, certe: & alijs ſimilis. Demonſtratiua, demonſtrandi aduerbia ſunt, quibus aliquid quaſi digito indicamus, vt en, ecce, quæ nominatiuo & accuſatiuo iungi poſſunt. Vergilius, i, æneid. en Priamus ſunt hic etiam ſua præmia laudi. Item in buc. en quattuor aras, ecce duas tibi daphin, duoq; altaria phoebo. Teren. in eunu. ecce autẽ alter: qui ſi occeperit amare. nam alter nõ alterũ eo loco eſſe legendum Donatus precipit. Plau. in bacchidibus. opus ne erit tibi aduocato triſti iracũdo? ecce me. hem. magis eſt poeticũ affectui deſeruiẽs atq; admirationi. Optatiua, optandi aduerbia ſunt, quæ optatiuo modo iũgi poſſunt. vt Verg. in buc. o tantum libeat mecũ tibi ſordida rura. Si, idem. vi. æñ. ſi nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus. vt. Hora. ij. ſer. Iupiter vt pereat poſitũ rubigine telũ. Vtinam. Verg. i. æñ. atq; vtinam rex ipſe noto compulſus eodem afforet Aeneas. iũgimus etiã hec, vt oſi. o vtinã. Ouid. in epi. Penelopes. o vtinã tũc cũ Lacedæmona claſſe petebat. Perſi9. o ſi ebulliat patruũ præclarũ funus. & o ſi argenti crepet mihi ſeria. Ordinatiua. ordinandi aduerbia ſunt, quibus medijs plura ordinamus, vt continuo. Verg. vi. æñ. cõtinuo auditæ voces vagitus. Deinde. idem in eodem. proxima deinde tenent mæſti loca. Deinceps. Cic. iiij. thu. q. vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam. Interrogatiua. quibus interrogamus. vt cur. Iuue. cur deſiderio bibulæ ſertorius ardet? quare. Mar. nec poſſum dicere quare. ideſt quamobrem, & quapropter. nunquid, & nũ. Ouid. in epi. ſappho. nũquid vbi aſpecta eſt ſtudioſæ littera dextræ. Dubitatiua quibus ſignificam9 nos dubitare. vt fors, Verg. xi. æñ. fors vt vota facit cumulataq; altaria donis. pro forte & fortaſſe, forſam. forſitã. forſit. Hora. i. ſer. quia non vt forſit honorem iure mihi inuideat. Vocatiua, quibus aliquem vocamus. vt o regina nouam cui condere Iupiter vrbem. neq; enim articulus eſt, quoniã ſexum non demonſtrat. heus, quod vocantis ſimul & hortantis eſt. vt idẽ in eodem, ac prior heus (inquit) iuuenes monſtrate. oho vocantis quoq; eſt, ſed magis poeticum. Diſcretiua, quibus diſcernimus & ſeparamus. vt ſeorſum. ſeorſis. Verg. i. eſt & non pariter nonũquã ſepe ſcorſis, diuiſim. ſeparatim, ſigillatim, diſtincte: biſariam, triſariã, multiſariã. Cõgregatiua, quibus multa in vnũ cõgregamus. vt ſimul, vna. pariter, quæ tẽporis & loci ſunt. Iuratiua. ſunt & aduerbia iurãdi, vt Hercule. me hercle, mehercule, ideſt per Herculem. vel ita me Hercules amet. caſtor, mecaſtor. ideſt per Caſtorẽ. vel ita m[illegible]tor amet. & ſic mediuſfidius ideſt per Iouis filium. Hortatiua, exortandi aduerbia ſunt. eia. Hora. i. ſermo, eia, quid ſatis? Age. agite, agedum. ſed per age vnum exortamur. per agite plures. per agedum vnum & plures. Quintil. agedum ſi videtur, extra portas proſpicite. dicimus quoq; coniunctim. eia agite. Verg. in. iiij. æñ. eia age rumpe moras.

Intenſiua. intenſiua ſun[illegible] quibus intenſe, ac nimiũ aliquid fieri, aut eſſe ſignificamus. vt valde. penitus. omnino, vehementer, funditus. Remiſſiua ſunt his contraria, per quæ aliquid fieri remiſſe & frigide dicitur, vt ſenſim, paulatim. pedetentim. frigide, tepide. Diminutiua. vt clam. clãculum. & quæ ab adiectiuis diminutiuis fiunt, vt a bellus belle. ab argutulus argutule, a molliculus mollicule. Comparatiua. quæ a comparatiuis deriuantur, vt a maior magis. a melior melius. a fortis fortius. Superlatiua. quæ a ſuperlatiuis deriuantur. vt ab optimus optime. a maximus maxime, a fortiſſimus fortiſſime. Similitudinis aduerbia ſunt, quaſi. ceu, velut. veluti. vt, vti, ſicut. ſicuti. hęc etiã coniunctionũ vim habent cauſaliũ, vt poſtea dicemus in ſuo loco. Quantitatis aduerbia ſunt. multum. minimũ, parũ. nimis. Qualitatis aduerbia latiſſime patent, nã & ab oĩbus adiectiuis dicuntur, vt a bonus bone. a malus male. & a participijs, vt a docto docte. ab amãte amanter.

*Sunt multæ aliæ aduerbiorum ſignificationes: vt quæ dicitur atractiua; quæ (vt ſupra memorauimus) autore Quinti. a quibuſdam pars orationis diſtincta ab alijs partibus ponitur, vt viritim, per ſingulos viros. oppiditatim, per ſingula opida. municipatim, per ſingula municipia.*

*DE interiectione. Cap. xi. Interiectionem, quẽadmodum ſupra memorauimus, græci inter aduerbij ſignificationes annumerant, quia hæc quoq; ſicut & aduerbium verbo adiũgitur, aut expreſſo, aut ſubintellecto. vt ſi dicas, pape quid video, vel ſi p ſe dicas: pape ſubauditur miror: vł aliud verbũ, qđ admirationẽ ſignificet. Latini vero interiectionẽ ab aduerbio ſeparantur, aut quia videtur in ſeſe affectũ habere verbi. & plenã motus animi ſignificationẽ: etiã ſi nõ addatur verbũ: vł quia cũ articulis careãt voluerũt æquare cũ græcis partes oratiõis, vt hac vna rõne octo eſſent apud noſtros, quẽadmodũ & apud illos. Dicit igitur partes diffinitionis explicãs: interiectionẽ eſſe vnã ex octo partib⁹ orationis: ſed quia ex illis quattuor ſunt declinabiles & quattuor indeclinabiles: dicit vnã eſſe ex quattuor ĩdeclinabilib⁹ ſignificãtẽ affectũ, i. paſſionẽ: in quo (vt dixim⁹) latini eã ab aduerbio differre voluerũt: qđ vero additur voce ĩcõdita, hoc etiã illã ab aduerbio ſubiungit, quoniã p exclamationẽ quãdã & vocẽ incõditã, i. prope inarticulatã ꝓfertur. Interiectio autẽ ideo eſt appellata: qđ ſeriẽ oratiõis rũpens interijcitur: & cũ aliquo mẽtis affectu profertur. vt Virg. j. æñ. nauib⁹ infandũ amiſſis vni⁹ ob irã ꝓdimur. Ordo enim erat nos prodimur nauibus amiſſis ob irã vnius iunonis, ſed cũ exclamatione interiecit Infandũ (quaſi dicat) p ſcelus ĩdignũ. Habet igitur ĩteriectio varias ſignificationes. Lugẽtis Terẽ. in eu. cũ inducit Dorũ lugẽtẽ, hei. hoi. dicit. heu quoq; & hei, quæ dolẽtis diximus etiã lugẽtis ſunt, dolẽtis. Verg. lib. j. hei mihi qualis erat. Idẽ in. x. o dolor atq; decus magnũ. Idẽ in buc. ah ſilice in nuda cõnixa reliquit. Timẽtis. Terẽ. in and. hei vereor ne quid Andria opporter mali. Idẽ in eadem. hei metui a Chriſide. Vergi. in buc. ah ne te frigora lædant. ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Exultãtis. Terẽ. in heautũ. vah ergo mea antiphila. Idẽ in adel. oh lachrimo prægaudio. Admirãtis. Terẽ. ĩ eu. pape, faciẽ honeſta. & iterũ. pape noua figura oris. Idẽ in and. vah cõſiliũ calidũ. Exclamãtis. Luc. p ſi remeaſſet in vrbẽ. Terẽ. in and. vah perij: hoc malũ ĩtegraſcit & illud ex euãgel. vah q deſtruis tẽplũ dei. Ridẽtis. Terẽ. in and. ha ha he. mirũ vero. Idẽ in eunu. ha ha. ha. deſſa iã miſera ſum te ridẽdo. Deridẽtis. Terẽ. ĩ and. hui tã cito? ridiculũ. Idẽ ĩ eu. hui mihi illã tu laudes. Silẽtis. Terẽ. in eu. au me cõparãdus hũc quidẽ ad illũ eſt. Idẽ in eadẽ. au obſecro mea Pythias, ſi. qđ ẽ ſilẽtis apd Ter. apud Plau. ſt. legitur. Laudãtis. Mar. effecte, grauiter. cito. nequiter, euge beate, & illud ex pſalo: q dicũt mihi euge euge. Vitãtis. Te. in eu. apageſis, ego [illegible] dolos⁹. Idẽ ĩ eadẽ apagete. Vocãtis. Oui. ecquis io ſiluæ crudelius (inqt) amauit. Terẽ. in adel. oh o vocare. Deprehẽdẽtis. Ter. in An. at at hoc illud eſt, hinc ille lachrymæ. Idẽ in eu. at at data hercle verba.*

¶ De erotematis Interiectionum. Cap. xi.

HEu, quę pars orationis eſt? Interiectio. Quid eſt interiectio? Pars orationis indeclinabilis affectum mentis incognita voce ſignificans.

Vnde dicitur interiectio? Ab interijciendo, eo ꝙ alijs partibus orationis interijcitur.

Interiectioni quot accidunt? Sola ſignificatio.

¶ Significationes aduerbiorũ quot ſunt? Plures.

Lugẽtis, vt heu. hoi. hei. Dolentis, vt hei ah.
Timentis, vt hei. ah. Silentis, vt au. ſi. ſt.
Exl̃tãtis, vt euax. vah. oh. Laudãtis, vt euge.
Admirãtis, vt pape. vah. Vitãtis, vt apage. eſſis. ete.
Exclamãtis, vt pro. vah. Deprehendentis, vt at at.
Ridentis, vt ha ha. he. Vocantis, vt io, oh.
Deridẽtis, vt hui. Heu cui⁹ ſignĩtionis eſt? lugentis.

¶ De erotematis Coniugationum. Cap. xij.

ET, quę pars orationis eſt? Cõiunctio. Quid eſt cõiunctio? pars orationis indeclinabilis connectẽs ordinanſq; ſententiam.

Vnde dicit᷑ cõiunctio? Ab eo qđ cõiungat, & orationis pro vinculo interponatur.

Coniunctioni quot accidunt? Tria. Figura. Ordo. Poteſtas, ſiue Species, ſiue Significatio.

Figurę coniugationis quot ſunt? Duę ſicut in nomine. Simplex, vt at, et. Cõpoſita, vt atq; etenim.

Et, cuius figurę eſt? Simplicis figurę.

Ordo coniunctionis quotuplex eſt? Triplex. quędã enim ſemper preponũtur, vt et. ac. at. aſt. aut. vel. nec. ne. neq;. Quędam ſemper poſtponuntur, vt q;. ne. ue. quidẽ. quoq;. autem. vero. enim. Quędam modo præponũtur, modo poſtponũtur, vt atq;. igitur. itaq;. quoniam. quia. etſi.

Et, cuius ordinis eſt? Præpoſitiui.

Poteſtates coniugationis quot ſunt? Complures.

Copulatiua quæ ſenſũ & verba cõiungit, vt et. q;. atq;. quoq;. autem. vero. quidem.

Diſiunctiua, que quamuis dictiones coniungit; ſenſum tamẽ diſiũctũ habet, vt aut. vel. ve. ſiue. ſeu.

Subdiſiũctiua eſt; quę voce diſiuncta vtrũq; adeſſe ſignificat vel ſimul; vel diſcrete. vt Alexander ſiue Paris dormit, vel legit tota die.

*¶ De c[illegible]ugatione. Cap. xij.*

*VLtima ex quattuor ĩdeclinabilib⁹ oratiõis ptib⁹ eſt cõiũctio, cui⁹ ꝓpriũ eſt diuerſas oratiõis ptes cõiũgere. Itaq; diffinitur. Cõiũctio ẽ pars oratiõis ĩdeclinabilis cõnectẽs ordinãſq; ſentẽtiã. cõnectẽs (inq̃) qñ ſimul res aliquas ĩeſſe ſignat, vt Aeneas pi⁹ & fortis. vel cõnectẽs verba & diſtĩgẽs ſentẽtiã, vt Aeneas bon⁹ vel malus. ordinãs, qñ alterũ ſequitur ad alterũ, vt ſi currit mouit, ex his manifeſtũ eſt vñ cõiũctio dr. ¶ Cõiũctioni quot accidũt? Priſ. dicit tria. figura, ordo. ſpẽs. quã alij poteſtatẽ, alij ſignificationẽ appellãt. ¶ Figuræ Coniugationis quot ſunt? Duæ reſpondet ſicut in nomine. ¶ Ordo cõiũctionis quotuplex eſt? triplex inquit. Deinde membra diuiſionis explicat. ¶ Poteſtates coniugationis quot ſunt? Et quia nõ habet certum numerũ, dicit eſſe complures, & enumerat quaſdam ex iis, quæ ſunt magis notæ, hoc eſt copulatiuã, diſiunctiuam, ſubdiſiunctiuam, cauſalem, collectiuam, dubitatiuam, aduerſatiuam, approbatiuam.*

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS

Cauſalis,quæ cauſam continuationis explanat,vt quoniam nam.namq;,enim,vt.

Collectiua ſiue illatiua,quę ſuperiora colligit.vt igitur. ergo,itaq;.quare. quapropter. quamobrē.

Dubitatiua. quę dubitationem aliquam cum interrogatione ſignificat, vt an.ne,necne,

Aduerſatiua, quę aduerſam ſententiam ſequenti aut pręcedenti monſtrat, vt licet,quamq;. quāuis,etſi,ſaltem.

Approbatiua,quæ rem aliquam approbat.vt ſi.ſiquidem.quando.quandoquidem. quidem.

Comparatiua,quę ornatus cauſa aut metri neceſſitate ponitur.vt quidem. enim.nam. nāq;, vero.

Cauſualis,rurſus diuiditur in continuatiuā.ſubcōtinuatiuam.adiunctiuam.effectiuam.

Continuatiua eſt;quę continuationem & cōſequētiam rerum ſignificat;vt ſi.cum.dum.vbi.

¶ Cauſalis rurſus diuiditur in continuatiuā. ſubcōtinuatiuā adiunctiuā, effectiuā.De quib9 ſingulis oſtendit, & quę ſint. ſubiungens exemplum cuiuſq;.Sed,quia,coniunctiones ſub eadem voce inueniuntur diuerſarum tantum,ſiue ſignificationū viſum eſt de ſingulis aliquid dicere. Idq; ſecundum ordinem alphabetarium,quo facilius volēti inquirere occurrant. Ac,igitur reperitur copulatiua: vt bonus ac ſapiens. Reperitur etiam poſita pro quā. vt Verg.ac ſecus ac iuſſi faciunt.Saluſtius. in iugurtha.caſtra mouebant iuxta, ac ſi hoſtis adeſſet. At, pro ſaltem,aduerſatiua eſt.Verg.vi.æñ.atramum hunc agnoſcas,eſt etiam exclamantis aduerbium. vt Hora.in epo. at o deorū quicquid in cælo regis terras.Verg.ij.at tibi pro ſcelere exclamat,pro talibus auſis. Aſt ediuerſo copulatiua.Verg.i.æñ.aſt ego quæ diuum incedo regina Iouiſq;. ſed tantum poetice, quoniā.s. recipit. at.vt cū breuis eſſet produceretur.Atq;.copulatiua eſt.Verg. i.æñ.atq; equidem memini teucrum ſidona venire.reperitur etiam poſita ꝑ quā. Terē. in phormione.ne ſimili vtamur fortuna, atq; vſi ſumus. Atqui,inter collectiuas ponitur a Priſ. Teren.in eunu.atqui ita opus eſt. An,dubitatiua ſimul eſt, & interrogatiua.Verg.i.æñ. an phebi ſoror.an nimpharum ſanguinis vna. idem in.iij.eloquar,an ſileā? Inter an & aut,Qīntilia.hoc diſtare putat,quod ꝑ aut nō poſſumus interrogare, ꝑ an poſſum9. Aut diſiūctiua eſt.iuue. aut dic,aut accipe calcem.Verg.ij.æñ.aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.Reperitur etiam copulatiua pro et. Autem.reperitur copulatiua, vt Abrā genuit Iſaac.iſaac autem genuit Iacob.iacob autem genuit Iudam.reperitur etiā completiua. Cum.reperitur cauſalis ſimul & adiunctiua.Verg.in buc.cum faciam vitulam pro frugib9 ipſe venito. Dum,quoq; cauſalis ſiue adiunctiua reperitur.Verg.multa quoq; & bello paſſus dum conderet vrbem.Ergo collectiua,ſiue illatiua,ſiue rationalis.Lucanus,ergo pari voto geſſiſti bella iuuentus.reperitur etiam completiua,Terent.mihi ne tibi ergo.Enim. cauſalis reperitur frequēter, ſed & completiua.Verg.i.æñ. progeniem ſed enim Troiano a ſanguine duci audierat. Idem in eodem.hic tibi fabor,n.quando hæc te cura remordet.ſed cum eſt cauſalis ſemper poſtponitur.præpoſita vero ſemper ponitur completiue,ſequente vero,vel non ſequente.Terent.in adel,enim non ſinam.Idem in Andria,enim uero Daue nihil loci eſt ſegniciæ.Equidem,reperitur approbatiua.Verg.non equidem inuideo,miror magis vndiq; totis . Idē .xij.æñ.equidem merui,nec deprecor inquit.poteſt etiam poni completiue. Et ponitur copulatiue, vt Aeneas pius & fortis. ponitur etiam cauſalis pro quia.Quint.lib.i.harum verba effingere imitādo conabatur puer: & natura tenaciſſimi ſumus eorum.quæ rudibus annis percipimus.Reperitur etiam cōpletiua cū preponitur ſibiipſi, vt Aeneas & pius & fortis fuit. Primum enim & abundat,ſed ponitur ornatus cauſa.qđ & de reliquis copulatiuis & diſiunctiuis dici poteſt.Etſi,aduerſatiua eſt,cui reſpondet tamen, Cicero in oratione pro milone.& ſi vereor iudices ne turpe ſit,& ſequitur.tamen hæc noui iudicij noua forma.Etiamſi aduerſatiua eſt,quemadmodum tametſi,quibus æque reſpondet tamen.Igitur itaq;.iccirco collectiuæ,ſiue illatiuæ,ſiue rationales ſunt. Cicero pro ligario. habes igitur, qđ eſt accuſatori maxime optandum confitentem reum.Idem in eodem. itaq; quo me vertam neſcio.ex ſuperius nanq; dictis hæc inferuntur.alias cōpletiuæ ſunt.Immo illatiua quoq; eſt,ſed ediuerſo.vt Terē.dictū puta,immo aliud.Ne.dubitatiua ſimul & interrogatiua eſt. Verg.i.æneid.qui teneāt,nam inculta videt,homines ne,feræ ne,Idem in.xi.iuſticiæ ne prius mirer.belli ne laborem. Dicimus etiam nonne pro an nō. Verg.in buc.nonne fuit ſatis triſtes amarillidis iras.atq; ſuperba pati faſtidia,nonne menalcam.Iungitur etiam abſciſſa per compoſitionem cum alijs partibus orationis.Verg.iij.æneid.pyrrhin connubia ſeruas.pro pyrrhine ſeruas cōnubia.Idem in.x.omnipotēs genitor tanto me crimine dignum duxiſti.pro tantone. Inuenitur etiam ne approbatiua,qđ eſt quando nec dubitatiue,nec interrogatiue ponitur,vt Hora.ij.ſer.clarus erit fortis.iuſtus.ſapiens.ne etiam rex.Idem in eodem.o ſeri ſtudiorum, qui ne putetis. Reperitur quoq; ne cauſalis.& neu a ne & ve compoſita.Verg.ij.æneid.ne recipi portis,... ...ci in mœnia poſſet,neu populum antiqua ſub religione tueri.Necne quoq;,pro an non,dubitatiue ſimul & interrogatiue ponitur.Cice.pro Flacco.vtrū vultis prætori flacco licuiſſe,necne? Nec. neq;,copulatiuæ ſunt per abnegationē, vt ſi dixeris.Antonius nō leget,neq; lecturus eſt,aut nec lecturus eſt.Nam, & nāq; cauſales ſunt.Verg.æole,nāq; tibi diuū pater atq; hominum rex. Reperitur etiam cōpletiuæ,vt idem in.v.heu.quia nam tanti cinxerunt æthera nymbi.Quam.reperitur electiue poſita.Terent. in and. que inhoneſte hic voluit diuitias parare, quā honeſte in patria pauper viuere. Quāuis & quāquā aduerſatiuæ ſunt,quibus reſpondet tamen,qđ aliquando ſubintelligitur,vt Verg.ij.æneid.quāquam animus meminiſſe horret,luctuq; refugit.incipiam,ſubaudi tamen.Que. copulatiua eſt,ponitur etiam nonnūquā completiue Verg.v.æñ.dixitq; & prælia voce diremit. ¶ Quia,ſubcontinuatiua eſt,reperitur autem in ſacris litteris frequenter pro vt adiunctiua ſiue cauſali.Quidem,a Priſ.inter completiuas ponitur,qđ multis teſtimonijs confirmat,itaq; miror tantam audacitatem fuiſſe Hierony. Paulum apoſtolū reprehendēdi. Tractans enim verba illius, quæ ſunt ſcripta ad Coloſſenſes.nemo vos ſuperet in humilitate mentis,illud (inquit) qđ crebro diximus, & ſi imperitus ſermone , non tamen ſcientia.

*nequaꝙ̃ Paulũ de humilitate: ſed de conſcientiæ veritate dixiſſe etiã nũc approbamus, & qđ Apoſtolus in eadem epiſtola ſubdit, quæ ſunt rationem quidẽ habentia ſapientiæ, hoc ait loco quidẽ cõiunctio ſuperflua eſt, qđ in plæriſq; locis propter imperitiam artis grãmaticæ apoſtolũ feciſſe reperimus, neq; enim ſequitur ſed, vel alia cõiunctio, quæ ſolet, vbi quidem poſitũ fuerat, reſpondere: nã quidem plerumq; aduerſatiua reperitur, hæc Hierony. Quin. teſte. Priſc. ponitur collectiue ſiue illatiue. Verg. x. æñ. quin occidit vna ſarpedon mea progenies, ponitur etiam pro curnõ præſenti indicatiui iuncta: & ſemper interrogatiue. vt Perſius. quin damus id ſupis de magna quod dare lance. Verg. in buc. quin aliquid ſaltem viminibus molliq; paras detexere iunco. vtrobiq; p cur non ponitur, & pro quod non cum ſubiunctiuo. Idem in. iij. æñ. hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti quin adeas vatem. ¶ Si, adiunctiua eſt cum verbo ſubiunctiuo adiuncta, vt ſi legeris, eris doctus, eſt etiam ſi cauſalis ſiue continuatiua, vt ſi ſtertit, dormit. ſi ambulat. mouetur. ¶ Eſt quoq; approbatiua cum indicatiuo iũcta. Verg. i. æñ. ſi quid vſq; iuſticiæ eſt, & mẽs ſibi cõſcia recti. Idem in. ij. dij (ſi qua eſt cælo) pietas, quæ talia curet. Reperitur etiam abnegatiua. Verg. xi. æneid. tu nunc ſtares immanis truncus in armis. eſſet par ætas: & idem ſi robur annis. Eſt autem coniunctio abnegatiua, quæ verbis coniuncta poſſe fieri rem oſtendit, ſed propter cauſam aliquam, ne fiat impediri, vt feciſſem ſi potuiſſem. Saltem aduerſatiua eſt, Verg. iiij. æñ. ſaltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet. Sed &, ſed enim copulatiuæ ſunt ex aduerſo. Verg. i. æñ progeniem, ſed enim Troiano a ſanguine duci. Seu & ſiue diſiunctiuæ ſunt. Verg. ij. æñ. ſiue errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti. Reperiuntur etiam ſubdiſiunctiuæ, vt ſi dixeris: alexander, ſiue paris atrides, ſeu agamennon. Tamen aduerſatiua eſt, reſpondens illis etſi. tametſi, quamuis, quanq̃. Cicero pro milone, & ſi vereor iudices, deinde ſequitur tamen hæc noui iudicij noua forma &c. Reperitur etiam complectiua cum ſuperiori, aduerſatiuæ non reſpondet vt apud Papiniũ. xi. thebai. me miſerã vinces: tamen hæc prius arma neceſſe eſt experiare domi. Tametſi aduerſatiua eſt, quẽadmodum eius ſimplex etſi. Tum copulatiua eſt, iungitq; res pares cum ſuccedit alteri tum: cum vero ſuccedit coniunctioni cũ, iungit aliquid quod maius eſt. vt Laurentius diligentiſſime colligit. Ve & vel, diſiunctiuæ ſunt, reperitur etiam vel ſubdiſiunctiua ſimul. vt Teren. in eunu. vel rex ſemper maximas mihi gratias agere, pro etiã poſuit. Reperitur & ſubdiſiunctiua diſcretiua: vt ſi dixeris, toto die vel dormit, vel legit. Vero, copulatiua ſiue diſtributiua eſt, quia diſtribuit diuerſas res diuerſis perſonis, vt Aeneas fuit pius, Vlyſſes vero callidus, reperitur etiam completiua. Vt. cauſalis eſt: vt ſi dixeris venio, vt legam, exerceo te, vt ſis ſanus. Reperitur & adiunctiua. Vt Terentius, ſi eſt (inquit) patrue, vt Antipho culpam in ſe admiſerit.*

Subcõtinuatiua eſt, quę cauſam cõtinuationis oſtẽdit cum eſſentia rerum. vt quoniam, quia.

Adiunctiua eſt, quæ verbis ſubiunctiuis adiũgitur, vſi. vt cum, vbi quando.

Effectiua eſt, quæ reddit cauſam effectus, vt enim, namq;.

Et eiuſdem poteſtatis: Copulatiuæ.

¶ De partibus orationis, quę aliæ pro alijs & pro ſe inuicem ponũtur. Cap. xiij.

QVę partes oratiõis alię pro alijs ponuntur? Omnes fere, quẽadmodũ quę ſequũtur.

Nomen p participio. vt ſibilus p ſibilans.

Nomen p aduerbio; vt recens pro recenter.

Nomen p interiectione. vt infandũ voce incondita.

Nomen p coniunctione. vt quare, quamobrem.

Pronomen p nomine pprio. ut ego p Antonius.

Pronomen pro aduerbio. ut hoc pro huc.

Pronomen p coniunctione. ut ideo p propterea.

Verbũ p nomine. ut amare p amor. viuere p uita.

Verbum pro aduerbio. ut amabo. ſodes.

*DE partibus orationis, quæ aliæ pro alijs, & pro ſe inuicem ponuntur. cap. xiij. Solet turbare hoc plerunq; grammaticæ artis ignaros, q eandem particulam ſub diuerſis partibus orationis reperiunt. Itaq; cum ſingulatim de octo partibus oratiõis diſputatum ſit, hoc in loco inducit caput, in quo oſtendit, quemadmodum particulæ quædam orationis ponuntur pro alijs, quã in prima poſitione fuerant, atq; rurſus, quædam ponuntur pro ſeipſis inuicem, vt nomen pro nomine, pronomen pro pronomine &c. ¶ Nomen igitur pro participio poſitum reperitur, vt apud Verg. ij. æñ. ſibila lambebant linguis vibrantibus ora, vbi Ser. dicit ſibila poni p ſibilantia, nam participiũ eſt. Idem i. geor. corruſca fulmina molitur dextra: quod eodem modo pro corruſcantia exponit. ¶ Nomen pro aduerbio. vt recens p recẽter. Verg. iij. geor. ſole recens orto, aut noctem ducentibus aſtris. Saluſt. coria recens detracta veluti glutino adhærebant. Gel. lib. xj. recens natis notum familiarem viſum offert. Verg. ij. georg. flos apprima tenax, pro apprime: & in eodem, denſa fere [illegible] laſe. & in. iij. aſper acerba ſonans pro acerbe. ¶ Nomen p interiectione. Verg. i. æñ. nauibus infandum amiſſis vnius ob iram: neq; enim aduerbiũ tantum eſt hoc in loco infandũ p infande, ſed quia cũ affectu mentis p fertur incondita voce: interiectio eſt. hoc enim tantũ ab aduerbio diſtat quẽadmodũ ſuis locis diximus. ¶ Nomen p cõiunctione, vt qu[illegible], q̃ ex quis & res cõponitur. quãobrem. quapropter ex nomine & præpoſitione. ¶ Pronomẽ p nomine pprio, ſemper. n. pronomen ſic ponitur, vt ex illius diffinitiõe manifeſtũ eſt, ſed ſuus. a. um. plerũq; p pprius. a. um. reperitur, vt ſuũ eſt hoĩs ridere, i. propriũ ¶ Pronomẽ p aduerbio. Verg. viij. æñ. hoc tunc ignipotẽs cælo deſcendit ab alto, vbi Seruius inquit, hoc p huc poſuit ſecundum antiquũ morem, nam antea hoc aduerbiũ loci fuit, nunc aboleuit ſicut illo p illuc. ¶ Promen p coniunctione, vt ideo, quæ ab id & eo componitur, ppterea, quæ ex propter & ea, qua propter, quæ ex qua & pppter. ¶ Verbum p nomine. Teren. in eunu. extrema linea amare nonnihil eſt, p amoris. Perſius, noſtrum iſtud viuere triſte, p vita triſtis. ¶ Verbum p aduerbio. Mar. dic inquit rogo Marce dic amabo, nam aduerbiũ blãdientis eſt quẽadmodũ & ſodes, qui frequenter vtuntur poetæ comici.*

¶ Verbum pro interiectione, vt age pro eia. Verg. iiij. æn. vtrunq; cõiunxit dicens, eia age rũpe moras. Idem in .i. quare agitẽ o iuuenes. ¶ Verbum pro coniunctione Luca. in .vij. omnia maiorum vertamus buſta licebit, pro quãuis. Mar. laxior hexaphora tua ſit lectica licebit. Oui. i. meta. placeat ſibi quiſq; licebit. Hora. i. ſer. licebit ille repotia natales alioſue dierũ. de licet pro quãuis, vbiq; ſe offerunt exẽpla. ¶ Participiũ pro noie, de hoc abunde ſumus dicturi libro in ſequenti cum diſputabim⁹ quot modis participiũ tranſit in vim nominis. ¶ Participiũ ꝓ aduerbio. Verg. vi. æn. ac belua lernæ horrendũ ſtridens, pro horrẽde. ¶ Præpoſitio pro aduerbio. Verg. i. æn. poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Iuue. Fient iſta palam, immo (quemadmodũ ſepe diximus) quoties præpoſitio nõ iungitur caſibus: aduerbium eſt. ¶ Præpoſitio pro interiectione, vt pro, cum circunflectitur, quæ (ait Priſcia.) interiectionis loco ponitur. Saluſt. in catil. pro deum atq; hominũ fidem. Verg. iiij. pro Iupiter ibit (hic ait.) Idem in buc. ah ſilici in nuda cõnixa reliquit, vbi Serui. (inquit) ad hoc pertinet præmiſſa dolentis interiectio, ſunt qui aſpirationem in fine addant differentiæ cauſa. ¶ Præpoſitio pro cõiunctiõe, vt propterea, quapropter. ¶ Aduerbiũ pro noie. vt Mar. luſiſtis. ſatiſtis eſt: & ſi dixeris ſatis eſt mihi diuitiarum. Verg. vij. æn. terrorũ & fraudis abunde eſt. ¶ Aduerbium pro coniunctione. Idem. i. æn. hic tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet. ¶ Coniunctio pro aduerbio, vt cum pro quando: immo frequenter aduerbium & coniunctio ſibi cedunt ita vt nõ facile quibuſdam in locis deſcernere poſſis coniunctio an aduerbium ſit aliqua particula orationis. ¶ Coniunctio ꝓ interiectione. Hora. ij. ſer. pereat poſitum rubigine telũ, niſi enim interiectiue ꝓferas, vt frigidiuſcule dixeris: quod alias erit concitatiſſimum. ¶ Quæ partes orationis. Nomen ponitur pro nomine, vt Dardanus pro dardanius, hoc eſt primitiuum pro deriuatiuo. Verg. iiij. æn. hauriat hũc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. i. Aeneas Dardanius. & eodem modo per reliqua nominis accidentia. ¶ Verbum pro verbo, vt populo pro populor. Verg. iiij. æn. ac veluti ingẽtem formicæ farris aceruũ cum populant. Proper. lib. iij. hic olim ignaros luctus populauit achiuos, pro eo quod eſt populantur & populati ſunt: nam populo in ſermonis latini vſu frequẽti nõ eſt: ſed populor, multa quoq; alia verba huiuſmodi reperiuntur, quæ Nonius ex antiquorum vſu diligentiſſime colligit. ¶ Participiũ pro participio, vt Saluſt. alieni appetens. ſui profuſus, pro profundens: nam participium eſt loco nois poſitũ. ¶ Præpoſitio pro præpoſitione. vt Verg. ix. æneid. ibat in curialũ, pro contra. Idem. i. geor. ſub ipſum acturũ tenui ſat erit, ſuſpẽdere ſulco. Quod Ser. exponit pro circa. ¶ Aduerbiũ ꝓ aduerbio. Verg. i. æneid. hic illius arma, hic currus fuit, pro illic. Et hic aduerbium loci pro aduerbio temporis. Idem in eodem. conſtitit hic, arcumq; manu celereſq; ſagitas, hic poſuit pro tunc. & notandum aduerbia loci plerumq; poni pro aduerbijs temporis: ſed non econtrario aduerbia temporis pro aduerbijs loci. ¶ Coniunctio pro coniunctione. vt Teren. in phor. ne ſimili vtamur fortunæ ... vſi ſumus, atq; poſuit pro quam.

Verbum pro interiectione; vt age agite.
Verbum pro coniunctione, vt licet, licebit.
Participium pro nomine, vt ſapiens, diligens.
Participium pro aduerbio, horrendũ pro horrende.
Præpoſitio pro aduerbio, vt coram, palam,
Præpoſitio pro interiectione, vt pro, a.
Præpoſitio ꝓ cõiunctione: vt ꝓpterea, quapropter,
Aduerbium ꝓ nomine, vt ſatis eſt, abunde eſt.
Aduerbiũ ꝓ coniunctione. vt quando pro quoniã.
Coniunctio pro aduerbio, vt cum pro quando.
Coniunctio pro interiectione, vt at.
Quæ partes orationis ponũtur inuicẽ ꝓ ſeipſis:
Oẽs fere, nomen ꝓ noie, vt dardanus ꝓ dardani⁹
Verbum pro verbo, vt populo pro populor.
Participiũ ꝓ participio, vt profuſus ꝓ ꝓfudens.
Præpoſitio ꝓ præpoſitione, vt in pro contra.
Aduerbiũ ꝓ aduerbio: vt hic loci ꝓ tunc temporis.
Coniunctio ꝓ coniunctione, vt vel pro et.

## ¶ De ſyntaxi & orationis conſtructione. Cap. xiiij

Quid eſt ſyntaxis? Sciẽtia qua bona conſtructio a mala dignoſcitur.
Vnde dicitur ſyntaxis? A ſyn quod eſt con & tatto ordino: a quo eſt taxis, quaſi coordinatio.
Quid eſt conſtructio? Congrua dictionum ordinatio, cõgruam perfectamq; ſententiam demonſtrãs.
Quid eſt oratio? Vt Scaurus diffinit; ore miſſa, & per dictiones ordinata pronunciatio.
Quotuplex eſt oratio? Quadruplex. Perfecta, q̃ ꝑfectũ ſenſum in animo auditoris generat, vt ego amo deũ. Imperfecta; quæ impfectũ ſenſum in animo auditoris generat, vt ſi deũ amaueris. Finita; in qua verbũ finitũ ponitur. vt ego amo. Infinita, in qua verbũ infinitũ ponĩt. vt me amare.

DE ſyntaxi cap. xiiij. ¶ Cum tres libri ſuperiores circa ſingulas orationis partes verſati ſint: liber ſequens cum breui cõmate huius libri tertij, totus eſt de cõſtructiõe, que græce ſyntaxis dicitur. Itaq; primo dicit, quid ſit ſyntaxis. & vnde dicitur, quid cõſtructio, quid oratio. Deinde orationẽ diuidit in quattuor formas, hoc eſt. perfectã. imfectã, finitã infinitã, quæ oĩa quoniã plana ſunt, ad difficiliora ꝓperemus. ¶ Quid eſt figura cõſtructionis? quẽadmodũ (inquit Seruius) in .v. æn. inter barbariſmũ & lexin, hoc eſt latinã elocutionẽ & perfectã metaplaſmus eſt, qui vno ſermone fit ratione vitioſus. Idem inter ſolæciſmũ & ſchema. i. perfectã ſermonũ cõnexionẽ figura eſt, quæ fit cõtextu ſermonum ratione vitioſa. Ergo metaplaſmus (inquit) & figura media ſunt, & diſcernũtur peritia & imperitia. Sed de barbariſmo & ſolæcimo. de lexi & ſchematis atq; metaplaſmo ſuo loco dicetur, nũc de figura quomõ a Seruio accipitur figura ſyntaxeos (hoc ẽ cõſtructiõis) a græcis eſt. Dicit igitur figurã cõſtructiõis eſſe modũ dicẽdi nouatũ, hoc eſt a naturali & cõſueto ſermone mutatũ, ac pinde vitioſum: niſi aliqua ratiõe excuſetur, q quidẽ mod⁹ verſatur circa grãmaticas cõſtructiões: hoc ẽ in cõtextu partiũ orationis.

Quid eſt figura conſtructionis? Eſt aliqua ratione nouatus dicendi modus, qui circa grammaticas conſtructiones verſatur.

Euocatio, eſt reductio tertię perſonę ad primam vel ſecundā. vt ego Antonius lego. tu Ioānes audis. Et requirūtur quattuor in euocatione. pſona euocans. perſona euocata. remotio copulæ. & verbū conueniens cum perſona euocante.

Appoſitio, eſt immediata duorū ſubſtātiuorū cōiūctio, quorū alterū exponit alterū. vt miratur molem æneas magalia quondā. Et requirūtur duo in appoſitione. dictio apponēs. & dictio appoſita.

Prolepſis, eſt attributio proprietatis toti in ſuas partes diuiſo. vt interea reges ingēti mole latinꝰ &c. & requiruntur quinq; in prolepſi. hoc eſt totum, partes, diſtributio partium, pprietas, & ordo.

Syllepſis. eſt diuerſarū dictionū ſub pꝛali pprietate cōceptio. vt ego & tu docti legimꝰ. & requirunt quinq; in ſyllepſi. hoc eſt dictio cōcipiens, dictio cōcepta, copulatiua coniunctio vel prepoſitio cū. verbum vel nomē adiectiuum numeri pluralis. pprietas cōcordans cum dictione concipiente.

Zeugma, eſt vnius pprietatis ad diuerſas clauſulas facta redditio. vt ego & tu & Cicero ſcribit. & requirunt tria, hoc eſt plura ſubſtantiua, copula, pprietas, quę cōueniat cum propriori ſubſtantiuo.

*¶ Quotuplex eſt figura cōſtructionis? Multo plures ſunt figuræ conſtructionis quam octo: ſed reliquis in alium locum reiectis, de his quæ frequentius in vſu reperiuntur diſſerit: quas enumerat. ¶ Euocatio, quæ græce ecleſis vocatur, fit quoties nomen tertię pſonę reducitur ad primā, vel ad ſecundā. Improprietas autē in hoc eſt, quod cū dico ego Antonius lego. Antonius quod alias eſt nomen tertiæ pſonæ ſic cedit pronomini primæ perſonæ, quod verbū huic non illi reditur. Excuſatur aūt hæc improprietas, quoniā verbū ſemꝑ digniori reſpōdere debet. Prima namq; pſona ordine naturæ dignior eſt ſecūda. & ſecūda tertia. ¶ Appoſitio, q̄ ꝓthesis græce dicitur: eſt immediata duorum ſubſtantiuorū coniūctio & ponit exemplū ex primo æn. miratur molem æneas magalia quondā. Improprietas aūt hoc eſt, qđ duo ſubſtantiua ſine cōiunctione eſſe nō poſſunt in oratiōe, ſed excuſatur vitiū, qđ dictio appoſita ſic iungitur apponenti: quaſi adiectiuū qđ aliquid in ſubſtātiuo determinat & exponit ¶ Prolepſis, q̄ latine interpretatur præſūptio, eſt (vt a Donato atq; Diomede diffinitur) præſumptio rerū ordine ſecuturū, & vtrq; ponit exēplū ex Verg. xij. æn. interea reges ingēti mole latinus. Quadriiugo inuehitur curru. & ſequitur. bigis it Turnus in albis. hinc pater æneas Romanæ ſtirpis origo & iuxta aſcanius magnæ ſpes altera Romæ procedūt caſtris. Sed quēadmodū Priſc. lib. xvij. qui eſt de cōſtructiōe dicit, ſi in cōſtructione diuiduodā per ꝓlepſim præponitur verbū plurale ad vtrūq; ſequens licet nominatiuū ante ſe ferre. vt aquilæ euolauerūt hæc ab oriente: illa ab occidēte: ſin ad ea, quæ diuidūtur verba ſingulariter conſequātur: genitiuo oportebit præponi pluralem diuidēdo. vt aquilarū altera volauit ab oriente, altera ab occidente. Excuſatur aūt, quia verbū ſiue præpoſitū ſiue cōſequens iure exigit ſibi nomiatiuū. ¶ Eſt & prolepſis implicita, quale eſt illud apoſtoli, alter alterius onera portate: intelligitur enim qđ alter portet onus alteriꝰ, & alter alterius. Simile eſt illud Verg. ij. æn. alterum in alterius mactatos ſanguine cernā, hoc eſt Anchiſen in aſcanij & Aſcanij in anchiſen: & creuſam in aſcanij & aſcaniū in creuſæ &c. Eſt quoq; aliud prolepſis genus: cū id qđ poſteriꝰ accidit ante tēpus aſcribitur: quale eſt illud Verg. lauinaq; venit littora. Lauiniū enim quēadmodū Diomedes & Seruius dicūt, nondum erat, quo tēpore æneas Italiam venit, & apud Saluſtiū, montē ſacrū & auentinū inſedit: qui mons ob hoc quod illū plebs inſederat, poſtea ſacer dictus eſt. ¶ Syllepſis, q̄ latine interp. cōceptio, a Donato & Diome. diffinitur ſic: Syllepſis eſt diſſimiliū ac diuerſarū clauſularū per vnū verbū cōglutinata cōceptio, vt Verg. i. æn. hic illius arma, hic currus fuit. Idē in buc. ſunt nobis mitia poma: caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Eſt etiā ſyllepſis quoties fit adductio indignioris ad dignius, qđ tribꝰ modis cōtingit, genere, nūero, & pſona. genere, vt maſculinū cōcipiat fœmininū & neutrū, fœmininū cōcipiat neutrū. Numero, vt pluralis cōcipiat ſingularē. Perſona, vt prīa cōcipiat ſcđam & tertiā, ſecunda vero tertiā. Quod vero dicit in cōceptiōe requiri copulatiuā cōiunctionē vel cū præpoſitionē, intelligendū eſt cū præpoſitio (quēadmodū ait iuriſcōſultus) ponitur ꝓ &. vt ſi dicas tu cū Antonio legitis, ꝓ eo qđ tu & Antonius. Tale eſt illud. Verg. i. æn. remo cū fratre quirinus iura dabūt. ꝓ eo qđ remꝰ & frater. In illo vero qđ Hora. dixit, tu qđ ego & populꝰ mecū deſiderat audi, nulla eſt figura, nedū pſonarū cōceptio, quēadmodū e diuerſo nimis licēter, atq; haud ſcio an tollerabiliter dictū ſit: qđ legimus in euāgelio Hieronymo interprete: pater tuus & ego dolētes quærebamꝰ te, nā & ſi numerorū & pſonarū cōceptio recte facta eſt, ordo tn̄ illarū eſt inuerſus, q debuit eſſe ego & pater tuus dolētes quærebamꝰ te. Quod ſi Hebraici ſermōis idioma illud tolerare pōt, græcus ... atq; latinus reformidat: de quo in prologo huius operis plura diximus. ¶ Zeugma, q̄ latine interpretatur iugatio, ſiue iunctura, ſiue adiūctio: eſt, quēadmodū Donatus atq; Diomed. diffiniūt vnius verbi cōcluſio diuerſis clauſulis apte cōiūcta. addit Diome. cū duo, aut cōplura ad vnā partē oratiōis iungēda referūtur. fit autē ꝑ zeugma variatio pſonarū. vt ego lego & tu & Cicero. nūerorū, vt Romani pugnāt & Hanibal, pſonarū vt illud apl̄i hebræi ſunt & ego. Huius aūt figuræ cōuerſio tribus locis poni pōt, aut enī ponitur vnū verbū ad qđ ſeqūtes ſenſus cōferūtur. vt vicit pudorē libido, timorē audacia, rōnē amētia, aut cū in medio ſenſuū loco poſitū regitur, vt apđ Verg. iii. æn. troiugena interpres diuū, q numina phœbi, q tripodas clarij laurus, q ſydera ſentis & volucrū linguas, & præpetis oīa pēnæ. ſentis enī verbū tā primis q̄ vltimis iūgitur. ob id meſozeugma d. Zeugma a medio nolatur. aut cū vno verbo ſenſus claudūtur: qualeeſt illđ Ciceronis in catilina, nihil te nocturnū præſidiū palatij, nihil vrbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil cōcurſus bonorū oīm, nihil hic munitiſſimꝰ ſenatus habēdi locus, nihil horū ora vultuſq; mouerūt: nā ſenſus ſuperiores cōcluſit vno verbo mouerūt, et inde hypozeugma d. hoc ē zeugma ab inferiori.*

# IN LIBRVM QVARTVM PRAENOTATIO.

Antiptoſis eſt caſus ꝓ caſu poſitio ſub ab aliqua ꝓprietate, vt vrbem quã ſtatuo veſtra eſt. & requiruntur tria, hoc eſt vnum ſubiectum, vna ꝓprietas; & ꝙ caſus ponatur pro caſu.

Syntheſis eſt attributio proprietatis vni vel pluribus copulatis; quod fit non gratia vocis, ſed ſignificati, vt pars in fruſtra ſecant; & requirũtur tria; hoc eſt vnum ſubiectum; vel plura copulata, ꝓprietas, & attributio proprietatis concordans cũ ſignificato & non cum voce.

Synechdoche eſt attributio partis ad totũ ſub proprietate verbi vel participij; vel nominis adiectiui, vt expleri mẽtem nequit, nuda genu nodoqꝫ ſinus collecta fluentes. & requiruntur tria, hoc eſt totum, ꝓprietas, & pars in accuſatiuo poſita.

¶ Antiptoſis dicitur ab anti (quod eſt pro) & (ptoſis) caſus, vnde & Diomed. atq; Donatus dicunt ſolœciſmũ eſſe per caſuũ immutationẽ, cum vero ſubeſt ratio aliqua figura eſt, quæ latiſſime patet. Atq; omiſſis quæ marcellus colligit ex vario autorũ vſu nõiatiuus ponitur pro genitiuo. Verg. v. æñ. creſſa genus pholoe: gemini circum vbera nati. i. generis Cretenſis. Gell. lib. xviij. Ariſtotelis (inquit) libri ſunt omnes genus elegãtiæ refertì, id eſt omnis generis. Et in digeſtis titulo de fundo inſtructo, eadem ratione ponitur accuſatiuus pro genitiuo, niſi forte & nominatiuus eſt. in l. cuius initium eſt quæſitum, ſupellecticarios (inquit) & cæteros id genus ſeruos, pro eius generis. Liuius quoq; apud Priſcia. quando duo (inquit) cõſules eius anni alter morbo alter ferro periſſet: ſuffectum conſulem negabant comicia habere poſſe. duo ordenarij conſules dixit. pro duorum cõſulum ordinariorum, nam quemadmodum diximus in prolepſi: ſi ad ea quæ diuiduntur: verba ſingulariter conſequantur: genitiuum oportet præponi pluralem diuidendo. Nominatiuus quoq; ponitur pro vocatiuo. Verg. i. æñ. gnate meæ vires mea magna potentia ſolus. Plinius lib. vij. natura. hiſto. ſalue primus omnium parens patriæ appellate. Nominatiuus pro ablatiuo. Cicero in lelio, qd enim indigens Affricanus mei. pro in quo, & illud ex euangelio, ſi quid aliquem defraudo, reddo, quadruplũ pro in aliquo. Genitiuus pro nominatiuo. Cicero in. i. de diuinatione. cum illius diei mihi venit in mentem. ꝓ ille dies, quod exemplũ inter idiomata ſermonis latini Diomedes Poſuit. Idem quoq; Cicero in verrẽ. ita velim mihi deos propicios: vt cum illius mihi temporis venit in mentem, pro illud tempus. Valla aliquod ſubſtantiuũ in his clauſulis ſubintelligendum eſſe opinatur, puta condicio, aut ſtatus, aut fortuna. Genitiuus pro nominatiuo vel accuſatiuo ex figura græca. Terentius, quod illic hominũ litigãt, pro quot homines. Idem dij boni boni quid porto, pro quod bonũ. Hora. i. ſermo. ille repotia natales alios ve dierum, pro alios dies. Genitiuus pro ablatiuo. Cicero ad herenium. oratoris officium eſt ijs de rebus poſſe dicere, quo ad eius fieri poterit. i. ab eo. Datiuus ꝓ accuſatiuo & præpoſitione. Verg. i. æñ. inferretq; deos latio. i. in latium, & in eodem venturũ excidio Lybiæ. i. in excidium. Accuſatiuus pro nominatiuo. Verg. i. æñ. vrbem quã ſtatuo veſtra eſt. pro vrbs. Vocatiuus pro nominatiuo, ſeptimꝰ caſus pro genitiuo. Verg. i. æñ. ſunt mihi bis ſeptem præſtãti corpore nymphæ, pro præſtantis corporis. Plinius. lib. vij. natural. hiſto. gentem ſilueſtrem ſtridoris horrendi. hirtis corporibus oculis glaucis. dẽtibus caninis. Alia ratione Plautus in caſſina poſuit ſeptimũ caſum pro genitiuo, habet (inquit) gladium, ſed duos, q̃bus altero te occiſurũ ait, altero villicũ: quibus dixit pro quorũ. ¶ Syntheſis græce latine interpretatur cõpoſitio, quæ quoties fit: ſolœciſmus eſt, niſi aliqua ratione excuſetur. vt Verg. i. æñ. pars in fruſtra ſecant: verubuſq; trementia figunt. pars poſuit pro alij. Hora. iactamus iam pridem omnis te Roma beatum, omnis roma poſuit pro omnes romani. Terentius in adelphis. aperite aliquis actutum oſtium, pro aliqui ex vobis aperiant. Apuleius. iij. floridorum. ingens frequẽtia cõuenere. pro homines frequentes. ¶ Synechdoche. græce interp. cõprehenſio. & eſt quoties id quod eſt partis, datur toti, vt niger capillos, pro eo quod eſt habens capillos nigros. dicit autem poſſe fieri per verbum ſubaudi neutrum, aut paſſiuum. Verg. iij. geor. micat auribus & tremit artus. Idem primo æneidos, expleri mentem nequit. i. non habet mentem expletam. Idem quinto, flauaq; caput nectentur oliua. per participium. Vergilius. i. æñ. nodoq; ſinus collecta fluentes, hoc eſt habens ſinus fluentes collectos. Per nomen adiectiuum. vt idem in eodem. nuda genu. i. habens genu nudum. Horatius in carmine, quam notam dixit viuens videri, cætera fuluus, hæc figura quãq̃ poetis tantum ſit permiſſa: vtimur aliquando illa & hiſtorici, qui nonnunq̃ in genere dicendi poetas imitantur. Liuius. xxij. ab vrbe. at vero Hannibal ipſe dum murum incautus ſubit. aduerſum femur tragula ictus cecidit. Pomponius mella de Britannis. vitro (inquit) corpora infecti. Idem alio loco. Sarmatæ totum brachati corpus, & niſi qua vident, ora tecti. Apuleius primo metamorphoſeos. tremor (inquit) viſcera quatior.

¶ Finis tertij libri.

Liber quartus. Quemadmodum libro ſuperiori dictum eſt, præceptiuæ grammaticæ partes ſunt quattuor. Orthographia, quæ de littera. Proſodia, quæ de ſyllaba. Etymologia, quæ de dictione. Syntaxis, quæ de oc. ꝯpartium orationis conſtructione diſputat. De littera pauca in eodem libro tetigimus, quia eius cõſideratio per ſingulas fere dictiones ſpargitur, atq; ex libris, quos de vocabulorum ſignificatiõe partim edidimus, partim edituri, ſumus petenda eſt, quandoquidem ſingularia ſub generalibus præceptis cõprehendi non poſſunt. De ſyllaba copioſius libro inſequenti diſſeretur. De etymologia parte illa quæ circa ſingularum dictionum accidentia verſatur, tribus libris ſuperioribus per omnia fere diſputatum eſt. Nam deriuationes ſignificationeſq; ad memoratos vocabulorum libros refertur. De quarta grammatices parte, quam græci ſyntaxin, nos partium orationis ordinem ſiue conſtructionẽ vocamus, in hoc quarto libro diſputabimus. Reſumentes in primis, quæ combinatione adiectiui cum ſubſtantiuo, relatiui cum antecedenti, nominatiui cum verbo primo libro ſcriptũ eſt, quodq; in fine libri

ſuperioris de figura cōſtructionis diximus. Igitur primum praeceptum conſtructionis id, quod libro primo diximus, propemodum naturale eſt, quod adiectiuū & ſubſtantiuū in tribus conueniunt in genere, numero, & caſu. Quod ſi adiectiuum cum ſubſtantiuo in illis tribus non cōueniret, ſolœciſmus eſſet manifeſtarius: niſi aliqua ratione vitium illud excuſaretur: vt Cicero ad atticum. Solius enim meum peccatum corrigi non poteſt. Idem pro murena, ex tuo ipſius animo coniecturā apeeris. Idem in piſonē. Dico mea vnius opera republicam liberatam. & illud ex euangelio Lucae. tuam ipſius animam pertrāſibit gladius. Excuſatur autem hoc vitium, quod genitiui illi ſolius, ipſius, vnius ad genitiuos ſubſtantiuos referuntur, qui receſſerunt ab vſu: in quorum locum ſubſtātiua ſunt pronomina poſſeſſiua, quemadmodum lib. primo diximus. Et infra, cū de conſtructione verborum impersonaliū intereſt & refert dicturi ſumus, agetur. nam quod Cicero in .ij. de oratore dixit. voluntati veſtrae omnium parui, non poteſt eadem neceſſitate excuſari: cum potuiſſet dicere volūtati veſtrum omniū parui. Illud vix tollerabile, quod Ouid. in epi. œnones ſcripſit. & fleſti: & noſtros vidiſti flentis ocellos. nam & noſtros poſuit p meos, & meos pro mis, flentis vero quē genitiuū eſſe ex ſyllabae quantitate deprehenditur, nō ad vocem: ſed ad ſignificationem retulit. Quod ſi poſt illa pnomina poſſeſſiua, quae pro ſubſtātiuorū genitiuis ponuntur: alterū ſubſtantiuū ſequatur in genitiuo, intollerabilis erit conſtructio, quale eſt illud Boetij in .i. de cōſolatione, ſolantur mœſti nunc mea facta ſenis. & illud ex .iij. lib. regū, tulit filiū meū de latere meo ancillae tuae: & illud quoq; Pauli apli in .i. epla ad Corinth. Salutatio manu mea Pauli. niſi forte ſit appoſitio duorum ſubſtantiuorum pro mis ſenis. mis ancillae. mis Pauli. neq; n. potuit dici mi: ſenis. meae ancillae. mei Pauli: quia error eſſet ſimilis illi: cuius merito Valla Priſcianum refellit dicentem. mei Priſciani eges. tui priſciani egeo, ſignificabat enim idem, quod meo priſciano eges. tuo priſciano egeo. non me priſciano eges. te priſciano egeo. Ablatiui praeterea numeri ſingularis horum nominum ſiue participiorū praeſens abſens iunguntur cum ablatiuis pluralibus quorundā ſubſtantiuorū: vt apud Terentium in eunucho. neſcio quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi. pro abſentibus nobis. Plaut. in amphy. neq; nobis praeſente aliquis quiſquam niſi ſeruus. Pomponius attellanarum ſcriptor, quid enim apud forum praeſente teſtibus mihi vendidit. pro praeſentibus teſtibus. Neuius. volumus dono dare paeſente omnibus. p praeſentibus omnibus. Actius, eſt res aliqua, quae praeſente his prius natura inſtitit. pro praeſentibus his. Praeterq̄ autoritate poteſt excuſari hoc vitium illa ratione Marcelli, qui putat has dictiones abſente praeſente formae eſſe monopotae. Genera quoq; & & numeri confunduntur cum non ad vocem, ſed ad rem adiectiuum refertur. vt Verg. vij. aeñ. pars arduus altis puluerulentus equis. Idem in .iiij. pars grandia trudunt obnixe frumenta humeris. & Hora. in .i. ſermo. legati miſſi magnis de rebus vterq;. & Ouid. de remedio. vtraq; formoſae me iudice ſunt venerandae. Idem in epiſtola œnones. Miſcuimus lachrymas maeſtus vterq; ſuas. Huc etiam pertinet illud Verg. xij. aeñ. dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in equora currunt quiſq; ſuū populatus iter. Idem in eodem. pro ſe quiſq; viri ſumma nituntur opum vi. & illud Liuij. auſi ſumus cum parentibus certare quaeq; ciuitas ſuis. Gerundium quoq; adiectiuū genitiui ſingularis poſſe iungi cum ſubſtantiuo plurali ſuo loco dicemus. Conſtruuntur etiam inter ſe genera diuerſa. vt Verg. dulce ſatis humor depulſis arbutus hedis, & quod ſequitur. Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres: vbi dulce & triſte diuerſis generibus copulantur. Illud quoq; Luca. in .i. hinc leges, plebiſcita coactae. Relatiuum duplex eſt relatiuum, alterum ſubſtantiae. alterum accidentis. Relatiuum ſubſtantiae eſt, quod refert antecedens ſubſtantiuum: qualia ſunt, qui, quae, quod, ſuus. a. um. & alia pronomina relatiua: quae dicuntur identitatis Sunt alia relatiua, quae dicuntur diuerſitatis. vt alius. alter. reliquus, caeter caetera caeturum: ſi caeter vſpiam reperitur. Relatiuum accidentis eſt, quod refert antecedens adiectiuum, cuiuſmodi ſunt qualis. quantus. quotus. cuias. Relatiuum accidentis cum antecedente debet conuenire: ſi non ſequatur alterum ſubſtantiuum, cum quo iungi poſſit. vt ſi dicas, miſi tibi libros mēdoſos: quales mihi dederas. Quod ſi alterum ſubſtantiuum ſequatur, cum illo debet conuenire. vt eſt animal varium, qualis eſt mulier, eſt templum magnum, quantus eſt mons. Horatius tamen in epodo ſingulari exemplo relatiuum accidentis antecedenti retulit dicens. Sed incitat me pectus mammae putres: aequina, quales vbera. Relatiuum vero ſubſtantiae cum antecedente debet in genere & in numero conuenire: vt ego amo, qui doceo. Si tamen quis, vel qui inter duo ponatur ſubſtantiua, vtriq; illorum referri poteſt. vt ſi dixeris, eſt animal, quod appellant orygem, vel quem appellant orygem. ſi tamen ſubſtantiuum, quod ſequitur, nomen eſt proprium: relatiuum illi debet reſpondere. vt Saluſtius in catilina, eſt locus in carcere, quod tullianum appellatur. & Liuius. anxur fuit, quae nunc ſunt terracinae. & Paulus in epiſtola ad galatas Hieronymo interprete. ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Verg. j. aeñ. eſt locus, heſperiam graij cognomine dicunt. vbi Seruius notat debere ſubintelligi quam, & nullo modo quem. Solœciſmum tamen fecit Ennius apud Diomedem: cum (inquit.) Quis tu es mulier, qui me inſueto nuncupaſti nomine: qui dixit pro quae. Sed quemadmodum hoc vitium intolerabile eſt, ita illud excuſari poteſt, quod Boetius de conſolatione ſcribit. nihil imbecillius homine, quos morſus muſculorum necat: nam cum homo indiſtr[illegible]gnificet: retulit ad ſingulos: qui ſub ſpecie humana continentur. illud quoq; Saluſtij in Catilina, interea ſeruitia repudiabat: cuius initio ad eum magna copia concurrebat. cuius dixit pro quorum, excuſari poteſt, quod ſeruitia pro ſeruis ſingulari numero caret, quod ſi haberet. ita dixiſſet ſeruitium p ſeruis: ſicuti iuuentutem pro iuuenibus, ſed h[illegible] in ſingulari dicimus. illud tantum in plurali. vel potius dixit cuius ſubſtantiuae in genere neutro, pro cuius rei. quale eſt illud Terētij in eunucho: qui habet ſalem, quod in te eſt. i. quae res. Ad rem quoq; nō ad vocem refertur quādoq; relatiuū: vt apud Terentiū in andria. laudare omnes fortunas meas, qui haberem gnatum tali ingenio praeditum. meas dixit pro mis ea ratione qua ſupra diximus in pronominibus poſſeſſiuis ſubintelligi genitiuos illos, quorum in locum ſucceſſerant. Ergo laudare pro laudabant omnes fortunas meas. i. mis, qui haberem gnatum & caetera. Econtrario idem in eodem. Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis quam plurimis, in his poeta nomen profitetur ſuum. excuſatur vitium, quod quiſquam ad plures pertinet. Nominatiuus & verbum. Solœciſmi quoq; ſunt contra hoc praeceptum, ſed excuſantur aliqui ex figuris: de quibus in fine libri ſuperioris dictum eſt.

Liber quartus de cōſtructione. Quemadmodū omne verbū perſonale ante ſe cū nominatiuo conſtruitur: ita poſt ſe varios caſus recipit, quā rem nūc aggredimur ab illo potiſſimū facientes initiū, quod verba partim ſunt perſonalia: partim imperſonalia. Itaq; perſonale & imperſonale duo prima genera ſunt verborum: cū Diomed. atq; Donatus partim ad ſignificationē verborum: partim ad modos verbum imperſonale referant. Illi namq; ad quinq; genera verborum ſiue ſignificationes addunt ſextum, quod appellant imperſonale. & ad quinq; modos ſextum quem æque vocant imperſonalem.

¶ Liber Quartus de cōſtructiōe octo partium orationis. Cap. primum de cōſtructione verborum actiuorum.

VErba partim ſunt perſonalia, partim imperſonalia.

Perſonalia ſunt, quæ habent numeros & perſonas,

Imperſonalia, quæ carent numeris & perſonis, de quib⁹ poſtea dicemus. Perſonalia rurſus in quinq; genera diuidūtur. actiuum. paſſiuum. neutrū. commune. deponens.

Actiuum verbum eſt illud, quod deſinit in. o. & habet paſſiuum in. or. & exigit ante ſe nominatiuū in perſona agenti vel facienti. & accuſatiuum in perſona patienti. Eius complures ſunt ſpecies.

Nos tamen qui ſignificationem in quinq; genera & modos in numerū quinariū diuidimus, prima diuiſiōe verbū in perſonale & in imperſonale partimur. vt ſit illud pſonale, cuius tempora per numeros & pſonas explicantur: imperſonale, cuius tēpora numeris & perſonis carēt. Differt autem ab infinitiuo modo, qui æque numeris & perſonis caret, qđ infinitiuus verbū alterius modi deſiderat, numeroſq; & pſonas habet, ſed implicitas: imperſonale non indiget verbo alterius modi: quin potius ipſum libere per oēs modos ſpargitur. Sed verbi imperſonalis conſideratione in aliū locū reiecta: verbum perſonale in quinq; genera (vt dialectici dicūt) ſub alterna diuidimus. actiuū. paſſiuū. neutrū. deponens. cōmune. de quibus ſingulatim diſſerentes dicimus: actiuū verbū eſſe illud, qđ in. o. deſinit: habetq; paſſiuū in. or. hæc diffinitio non omnia: ſed pleraq; huius generis verba cōplectitur, nā audeo es. volo. vis. facio. cis. do. das. actiua eſſe nemo dubitat: quæ tñ in voce paſſiua nō habēt audeor. volor. facior. dor. illa quoq; defectiua odi odiſti. noui nouiſti. memini meminiſti. cœpi cœpiſti. inter actiua ꝓprie numeranda ſunt: quādoquidem cū accuſatiuo cōſtruuntur, quæ tñ neq; vocem actiuā in. o. neq; paſſiuā in. or. habent. Et exigit ante ſe noīatiuū. hoc cōmune eſt oībus verbis perſonalibus. Pro perſona agenti, vel facienti, hoc propriū eſt verbi actiui vel neutri actionē ſignificātis. nā reliqua verborū genera poſſunt etiā paſſionē ſignificare. exiguntq; ante ſe noīatiuū ꝑ pſona patienti. vt exulo. as. lætor. aris. criminor. aris. Accuſatiuū in perſona patienti: hoc etiā cōmuni & deponēti cōmune eſt, niſi qđ omnia actiua poſſunt cōſtrui cū accuſatiuo: nō tamē oīa, ſed quædā cōia & deponētia. Quod vero dixi: in pſona agenti, vel faciēti, nō ocioſe dictū eſt. Nā differentia illa inter agere, & facere, qua vtitur Ariſt. in. xi. æthicorū & ix. metaphyſicorū. nō ſolum a philoſophis, verūetiā ſtudioſis linguæ latinæ obſeruatur: vt facere ſit rerū in materiā exteriorem trāſeuntiū. vt feci domū. feci librū. feci opus. agere vero eſt rerū immanentiū. vt ago fortiter. ago prudenter. ago orationem. Ego hoc loco non poſſum ſatis mirari, quæ demētia grāmaticos cœperit partim iuniores: partim etiā quoſdā ex antiquioribus: vt verbum actiuū diffiniāt, qđ pōt cōſtrui cū accuſatiuo noīm ſignificātiū animal rationale, neq; enim aliā ob cauſam illos hoc ſcripſiſſe arbitror, niſi vt difficultatem augerēt iis in rebus in quibus nulla erat difficultas. nā quid per deū immortalem obſecro te ad grāmaticū rei literariæ præſertim adhuc rudem ſcire attinet: quid ſit trāſire in animal rationale, quid in aīal irrationale? aut ſi dicere poſſumus ego exerceo terrā: tu ſeminas agrū. ille comedit panem. curetiā (ſi rerum natura nō patiatur) non poſſumus dicere, ego aro mulierē: tu ſeminas filios. ille comedit puerū, atq; in voce paſſiua. ego aror, quemadmodū apud Ouid. ii. met. tellus dicit. totoq; exerceor anno. pro aror. ſicut Verg. i. geor. exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis. & quod Paulus ad thimotheum. cap. iiii. ſcribit. ego enim iam delibor, quod ſi ſeminor a patre: comedor a lamia. & ſimilia dicere non poſſumus, quoniam illud dici poſſe rerum natura non patiatur, atqui licebit dicere ego non aror, non ſeminor, nō comedor: ſed nec arari neq; ſeminari, neq; comedi poſſum, neq; illud dici poſſet. aſinus centipes volat. bos alatus diſputat. vulpes arguta cauillatur, & non intelligunt homines perditi aliud eſſe grāmaticæ loqui: aliud verum a falſo diſtinguere, quod propriū eſt dialecticæ. Pari ſtultitia ſunt, qui rem neq; philoſophis quidē oībus perfecta conantur ad grāmaticē transferre, quo miſerorum ſimpliciumq; puerorū ingenia vexent. & torqueant in re, quæ nihil ad illos pertineat. Aiunt nanq; verba illa metuo. timeo formido, & quæ ad ſenſus exteriores, interioſq; pertineāt: qualia ſunt. video. audio. tango. intelligo. ſentio. coſti. [illegible] noīatiuo in pſona patiēti & cū accuſatiuo in perſona agēti vel facienti. vt ſi dixeris ego video lapidē, quia lapis ſenſum videndi moueat, idcirco agere putandus ſit. Hoc eſt ſimplicitatem puerilem erudire: an nugis, vel potius nebulis quibuſdam inolere? Aut cū dicitur ego video lapidē, quomodo puer intelliget lapidis ſpeciē oculos meos mouere: cū etiā inter philoſophos ſint, q dicāt viſionē ꝑ radiorū ex oculis emiſſionē fieri? Eadē rationē pauca admodū verba eſſent, q nō haberēt ſignificationē inuerſam: vt in voce actiua pſona agēs, vel faciēs ſit in actō: atq; e diuerſo patiēs in noīatiuo cū præſertim philoſophi dicāt: qđ oīs agēs agēdo rē patitur. hoc enim modo, qui aliqđ amat. ab illo patitur: cū amor: vt phiſici dicūt, affect⁹ vel vt iuniores dicūt: paſſio ſit. Sed hoc nō magis ad grāmaticū ꝑtinet, quā verū a falſo diſtinguere, cū hoc ad dialecticū, vt diximus aliud ad philoſophū pertineat. Eius, hoc eſt verbi actiui, cōplures ſunt ſpecies ſiue gradus. ſiue ordines, ſunt enim ſex. Nā cum ſit verbi actiui ꝓpriū poſſe cū actō conſtrui, aut cōſtruitur tantū cū actō, aut cū actō & genitiuo, vel datiuo, vel altero actō, vel ſeptimo caſu, vel ablatiuo cū prepoſitiōe. a. vel. ab. Ex quo fit, vt verbi actiui ſex ſint ſpecies. Species aūt nō eo modo accipimus quo grāmatici, qui in ſingulis partibus orationis ponūt ſpeciē ꝓ illa forma: qua primitiuū a deriuatiuo diſtinguitur, ſed quo dialectici quā gñri ſupponūt ſpecies: vt cū ſint quinq; gña verborū, quodlibet genus rurſum diuidatur in ſpecies.

¶ Prima igitur verborum actiuorum ſpecies eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cum accuſatiuo tantum: vt amo vxorem, doceo filios, non quod vllum ſit verbum, quod præter accuſatiuum non poſſit alios quoq; caſus recipere: ſed quod pleruq; accuſatiuo contentū ſit. vt ego amo vxorem voluptati amore quodam ſingulari. doceo tibi filios grammaticam tantī quanti alius dialecticam. Atq; econtrario nullum verbum eſt, quod non poſſit abſolutum reperiri (vt Ouid.) prima mihi nutrix æole dixit amas, neq; enim expreſſit, quem amaret. Poſuimus autem in qualibet ſpecie pauca verba illa præcipue: in quibus aliqua differentia eſt: nam reliqua a lexico illo noſtro diffuſio ri repetenda ſunt.

¶ Prima ſpecies verborum actiuorum eſt; quæ poſt ſe conſtruuntur cum accuſatiuo tantum; Qualia ſunt.

Amo, as, aui, por amar cō paſſion. vt ego amo filiū.

Redamo redamas redamaui, por amar en retorno, vt ego redamo amantem me.

Deamo, as, aui, por mucho y con aficion amar. vt Terentius, deamo te.

Adamo, as, adamaui, por amar como enamorado. vt mater filium amat, quaſi adamet.

Diligo diligis dilexi, por amar con razon y elecion. vt ego diligo res honeſtas.

Colo colis colui, por amar al mayor en dignidad. vt ego colo principes terræ.

Colo, is, por labrar afeytar o morar. vt colo agros, colo faciem, colo domum.

Traho trahis traxi, por lleuar o traer por fuerça. vt trahe me poſt te.

Duco ducis duxi, por lleuar o traer guiando. Terētius, duc me ad illam.

Deduco deducis, por acompañar a otro deſde ſu caſa. vt deduc me in forum.

Reduco reducis, por acōpañar a otro haſta ſu caſa vt reduc me domum.

Deduco deducis, por echar las naues al agua. Vergilius, deducunt ſocij naues.

Subduco, ducis, por ſacar las naues del agua. Vergilius, ſubducite naues.

Ago agis, por lleuar delante de ſi, vt capellas protinus ago.

Ago agis. por lleuar la beſtia caualgando. vt ago mulas.

¶ Amo, as. interamo, as. redamo, as. deamo, as. adamo, as. diligo, is. colo, is. hoc intereſt vehementer atq; cum effectu quodā ceco, q amare eſt, & immoderato aliquid amore pſequi. ¶ Redamare vero eſt repenſionem in amore facere. vt Apul. in li. de philoſophia. nec reciprocari queant, vt ament: qui redamātur. ¶ Deamare eſt adhuc vehementius & pluſq amare. vt Terent. in heauton. deamo te (inquit) ſyre ¶ Adamare eſt idipſum facere: ſed laſciuiori quodam atq; amatorio modo, quæ differentia, vel Quint. verbis oſtenditur in declamatione pro vxore. Matres (inquit) liberos ſuos tanq adamarint: amant: & quomodo id fiat ſubiungit: videbis oculos nūq a facie vultuq; deflectere, comare caput, habitumq; componere. & quæ ſequuntur. Cicero tamen in epiſtola ad curionem pro amare tātum poſuiſſe videtur: cum ſcribit, quarum laudū gloriā adamaris. ¶ Diligere vero rationem quandā atq; electionem præ ſe fert. vt diligere ſit opus rationis: amare vero eius partis irrationalis, qua cōcupiſcimus. Vnde & in ſacris litteris frequentior eſt vſus dilectionis quam amoris, quod huic paſſio: illi vero ratio ſubeſt. Cicero in epiſtola ad brutum. L. Clodius valde me diligit, vel emphaticoterō, i. expreſſius valde me amat. Idem alio loco. Dolobellā antea diligebā, nūc etiam amo. Atq; adhuc alio in loco, ſic igitur facies: & me amabis, aut quo ſis cōtētus diliges. ¶ Colere eſt ſuperiores gradu ac dignitate cum obſeruātia quadā amare, quā differentiam diſticho illo Mart. oſtendit. Vis te ſexte coli: volebā amare, Sed ſi te colo ſexte: non amabo. Nam omiſſo ſenſu, turpiori in quo plerią; volunt videri ingenioſi: hoc vult poēta ſignificare, cum amicitia teſte Ariſtotele nō poſſit eſſe niſi inter æquales, o ſexte tu vis coli tanquā ab amico inferiori. ego volebam amare te tanquam æqualem: ſed ſi colo te quaſi maiorem amicum: non amabo te quia iam non eſt æqualis ea ratione qua vis a me coli & obſeruari. ¶ Colo colis colui, præter eam ſignificationem, quam ſupra memorauimus. ſignificat etiam exercere, vel adornare, vnde & agricolas & colonos dicimus: qui colunt agros. & faciem colere fœminæ dicuntur. eſt etiam colere habitare. vt apud Verg. in buc. Pallas, quas condidit arces, ipſa colat. & Iuue. nos colimus vrbem tenui tibicine fultam. ¶ Traho, is traxi. eſt violenter rapiare. ducere vero eſt iis, quæ ſponte ſequuntur quaſi ductum exhibere, quam differentiam Seneca in epiſtola. cviij. ad Lucillum oſtendit dicens. fata volentem ducunt, nolentem trahunt. ¶ A duco præterea compoſita deduco & reduco. præter generalem ſignificationem, ſignificant etiam ſpecialiter comitatus officium alicui præſtare. Hora. i. ſermo. occurram in triuijs: deducam. Mart. dum te proſequor, & domum reduco. Inter deducere q[illegible] autem & ſubducere nauem, eſt differentia, quod deducere, eſt ex nauali in aquam immittere. Verg. iij. æn. deducunt ſocij naues. Idē in. iiii. & litore celſas deducunt toto naues. Liui. xxiiij. ab vrbe condita, nauibus longis ad Caralis ſubductis, & paulopoſt nauibꝰ longis deductis Verg. i. æn. vrbē quam ſtatuo veſtra eſt. ſubducite naues. ¶ Agere quoq; ou[illegible] boues, capras eſt quaſi ante ſe cogendo impellere. Ouid. in meta. hac agit, vt paſtor per deuia rura capellas. Verg. in buccolicis, en ipſe capellas protinus æger ago. hanc etiam vix tityre duco. Nam capram illā quæ partu ſoluta erat, deducebat. i. ſe illi ducem exhibebat, vt q; ſequi poterat, reliquas agebat. eſt etiam agere equum, aſinum, mulam, illos tergo inſidendo moderari. vt in epigrammate illo Martial. quo pleraſq; huius verbi ſignificationes complexus eſt poeta. Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper. Eſt, non eſt quod agas, Attale ſemper agis. Si res & cauſæ deſunt, agis Attale mulas. Attale ne quid agas deſit, age animam. Sed quemadmodum ducere & trahere & agere dicuntur illa, quæ non ſubſtinemus noſtro corpore: ita illa portare, ferre, baiulare, gerere dicimur, quæ vobiſcum, & in aliqua corporis parte habemus.

Vehere autem ea tantum, quæ humeris, aut capite portamus, ſic equus vehit ſeſſorem. nauis nautam. & illud Ouidij primo metamor. fuluos vehit vnda leones. & Verg. vi. æñ. hi quos vehit vnda ſepulti. Quæ vehuntur, dicuntur etiã portari, ferri, baiulari. Verg. i. æñ. portãtur auari pygmaliõis opes pelago, ſed qđ manu portatur, non recte dicetur vehi. ¶ Inchoo inchoas. ſemper cũ accuſatiuo cõſtruitur. vnde Diomedes inter idiomata incuſatiui illud poſuit. Verg. iij. geor. te ſine nil altũ mens inchoat. Idem. vi. æñ. nocturnas inchoat aras. hinc Georgius Merula iure Galeotũ martiũ præceptorẽ meũ refellit, qđ in titulo cuiuſdã operis ſui ſcripſit, liber inchoat prim9. ¶ Incipio, & ſi cũ accuſatiuo conſtrui poteſt, recte forſitam poſſis dicere, liber primus incipit, ſed recti9 pfecto liber prim9 incipitur. ¶ Ineo, inis, autore Valla cum in hac ſignificatiõe accipitur: nunq̃ niſi de rebus maximi momẽti dici ſolet. vt ineo pacẽ, ineo ſocietatem, ſed nõ ita poſſis dicere ineo prandiũ, ineo conuiuiũ. Huius quoq; verbi participiũ præſentis poſitũ abſolute ſine accuſatiui cõſtructiõe maioribus rebus adhibetur. vt ineunte vere. ineunte puericia. non autem recte poſſis dicere. ineunte die. ineunte dormitione. ſed potius incipiente.

¶ Diſco. cis. diſcere eſt eorum, quæ ignoramus cognitionem aſſequi. Martia. diſce, quod ignoras marſi: docti q; pedonis. ¶ Ediſcere eſt illa, quæ dicimus memoriæ mãdare. Cice. i. de oratore, exercẽda eſt memoria, ediſcenda ad verbũ quã plurimis. ¶ Dediſcere eſt illa, quæ edidicimus obliuiſci. Idem in. iij. eiuſdem, ob eamq; cauſam dediſceret ediſcẽdo iuuẽtus noſtra. ¶ Oppugno. gnas. oppugnare. & impugnare eſt pugnando aliquem locum aggredi. Verg. v. æñ. ille velut celſam oppugnat qui molibus vrbem. ¶ Propugnare eſt oppugnantib9 repugnare, vnde & turrium propugnacula dicta ſunt. ¶ Expugnare eſt oppugnãdo capere. Ex quo interpretis error, vel potius librariorũ, cõuincitur, qui in pſalmo p ſæpe impugnauerũt, vel oppugnauerunt me a iuuentute mea, ſcripſerũt ſæpe expugnauerũt me a iuuentute mea. Nam ſi expugnauerunt, ideſt ſi pugnando ceperunt prophetam, quomodo non potuerunt illi præualere: eſſe autem librariorũ nõ interpretis errorem, ex eo ſuſpicari poſſumus, quod in Pſalmo. xxxiij. differẽtiam obſeruauit dicens. Iudica dñe nocẽtes me: expugna impugnãtes me. ¶ Capio. is. cœpi eſt capere, vl' accipere ſponte, vel non ſponte. vt magnã cœpi moleſtiam. magnum cœpi dolorem. accepi vulnus in prælio. accepi pecunias in bello. ¶ Sumere eſt tantum ſponte. Valeri9 maximus, non coactus enſem accipere: ſed ſua ſponte ſumere videtur. Dicimus præterea reciproce capio voluptatem: & voluptas capit me. Cicero in epiſtolis magnam cœpi ex tuis litteris voluptatẽ. Idem, me ſumma cœpit voluptas. ¶ Paco. as. pacare eſt pacẽ victis imponere, atq; leges illis dare. Verg. in buc. pacatũq; reget patriis virtutibus orbẽ. ¶ Placare eſt ab indignatiõe ad lenitatẽ [illegible] vere. Verg. ii. æñ. ſanguine placaſtis vẽtos & virgine cæſa. ¶ Pacificare, ſũ placare, ſũ pacem facere ſignificat. Catull9, hoſtia cæleſtes pacificaſſet heres. Silius lib. xv. pacificãs d[illegible]s. Saluſt. in Iugurtha. metellus initio Iugurthæ pacificãte præſidiũ impoſuerat. Iuſtinus lib. vi. pacificare cũ altero ſtatuit. Laſſo. as. laſſare eſt propemodũ fatigare, & ptinet idẽ ad animata. Iuue. & laſſata viris nondũ ſatiata receſſit. Laxare vero eſt, qđ erat cõtractũ explicare: & ptinet ad inanimata. Luca. in. v. totoſq; rudẽtes laxauere ſinus. Eadẽ differẽtia eſt inter laſſus & laxus: quoniã laſſus eſt labore fatigatus, laxus vero fluxus atq; ſolutus. Terẽ. laſſus ſum, ſed nõ defatigatus. Verg. i. æñ. & premere & laxas ſciret dare iuſſus habenas. ¶ Abdico. as. abdicare eſt expellere filiũ a bonis, dũ viuit pater, aut quomodolibet aliquid a liene. Teren. generũ abdicat. Exhæredare vero eſt, poſt mortem illud idem facere. Martialis, exhæredauit te philomuſe pater, dicimus quoq; abdicauit ſe conſulatu. abdicauit ſe magiſtratu, p eo quod vulgo dicitur, reſignauit conſulatum & magiſtratum.

Veho vehis vexi. por lleuar o traer encima de ſi. vt vehe me humeris.

Porto portas portaui. por lleuar o traer en ſu cuerpo. vt porto pecunias.

Fero fers. Gero geris. Baiulo baiulas. por aquello meſmo. vt fero libros. &c.

Inchoo inchoas inchoaui. por començar. Vergili9 nil altum mens inchoat.

Incipio incipis. por començar como quiera. vt incipio legere, & incipio rem arduam.

Ineo inis iniui. por començar alguna coſa notable. vt ineo amiciciam tecum.

Diſco diſcis didici. por aprẽder algo de nueuo. vt diſco prima elementa.

Ediſco. cis. edidici. por deprẽder algo decoro. vt edidici Vergilium.

Dediſco. cis. dici. por oluidar lo deprendido. vt dedicit pacem.

Oppugno. as. aui. por combatir algun lugar. vt oppugnauit oppidum.

Impugno. as. aui. por aq̃llo meſmo. vt impugnauit hoſtes.

Propugno. nas. aui. por defender lo combatido. vt propugnauit vrbem.

Expugno. as. aui. por tomar por combate. vt expugnauit arcem.

Capio capis. por tomar queriẽdo, o no queriendo. Vt cœpi voluptatem, cœpi moleſtiam.

Summo. is. ſumpſi. por tomar por nueſtra volũtad. vt ſumpſi negocium.

Paco. as. aui. por apaziguar alos vencidos. vt Scipio pacauit Lybiam.

Placo. as. aui. por amãſar al ayrado. vt ego placaui illũ.

Pacifico. as. aui. por aquello meſmo, o hazer paz.

Laſſo. as. aui. por fatigar lo que tiene anima. vt ego laſſabo hominem.

Laxo. xas. aui. por afloxar lo apretado. vt ego laxabo vincula.

Abdico. cas. caui. por deſheredar al hijo en vida. vt Terentius generum abdicat.

Exhæredo. as. aui. por deſheredar lo en la muerte. vt exhæredera uit filium.

¶ Secunda verborum actiuorum ſpecies eſt, quæ præter accuſatiuũ conſtruũtur etiã cũ genitiuo, vel ablatiuo, vt impleo granarium frumenti, vel frumento. Qualia ſunt hæc.

Impleo.es. Repleo.es. Compleo.es. por hinchir alguna coſa.

Accuſo.as. por accuſar en iuyzio o fuera. vt accuſabo te criminis vel crimine.

Incuſo.as. por reprehendiẽdo quexarſe de alguno. vt hic incuſat matrem.

Poſtulo.as. por demandar en iuyzio. vt poſtulabo te apud iudicem homicidij: vel homicidio.

Damno.nas. por condemnar o obligar. Vergilius. damnabis tu quoq; votis, vel votorum.

Emo, redimo, paro, comparo. por comprar, vt emi librum tanti, vel tanto precio.

Vendo. venundo. diſtraho. por vender. vt vendidi pluris & maiori precio.

Aeſtimo, taxo, as. apprecio apprecias, por apreciar. vt æſtimo centum aureis. vel quanti tu.

Animaduertendum eſt, ꝙ verba precium ſignificãda conſtruunẽ cũ ablatiuo precium denotante: præterq; cum his genitiuis tanti. quanti. pluris. maioris. minoris. tantidem. quãtidem. quantiuis. quantilibet. & quod Vergilius dixit. non aſſis faciunt. & Catullus Veronenſis. Omnes vnius æſtimemus aſſis.

¶ Tertia verborum actiuorum ſpecies eſt: que preter accuſatiuum conſtruuntur etiã cum datiuo. Qualia ſunt hæc.

¶ Secunda verborum actiuorũ ſpecies. ¶ Impleo.es. Vergilius primo æneidos. implentur veteris bacchi pinguiſq; ferinæ. Lucanus in primo. implentur valido tyrone cohortes. ¶ Accuſo.as. verba quæ ad accuſationẽ pertinent, hui⁹ ordinis ſunt, accuſauit Appium dolobellã repetundarũ, vel criminis repetũdarum, vel de repetundis: poſtulauit etiã illum repetundarũ, vel repetundarũ crimine, vel de repetundis, & conuicit illũ ambitus, vel de ambitu, & dãnatus vtriuſq; criminis, vel vtroq; crimine. ¶ Incuſo.as. ad hunc ordinem non pertinebat, ſed interpoſitum eſt: vt differentia inter illud, & accuſo denotetur: ne putet quiſquam, idem vtrumq; verbum ſignificare: ſed neq; cũ eiuſdem caſibus cõſtrui debere. Inſimulo quoq; accuſo. Plautus in Amphytrione, atq; inſimulabit eam probri. Idem in eodẽ, neq; me perpetiar probri falſo inſimulatã. ¶ Emo.is. verba preciũ ſignificantia nõ conſtruuntur paſſim cum genitiuo & ablatiuo, ſed quemadmodũ ſtatim dicturus eſt cũ genitiuo quorundã nominũ, & cũ aliorũ ablatiuo. vt Plautus quãti eã emit: Reſpõdetq; alter vili. Hora. quãti emptæ? paruo, quãti ergo? octuſſibus. Leuitici. tamen. xxxvij. quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur. ex quo regula illa grãmaticorum exceptionem habet, aiunt nãq; eodẽ caſu reſpondendũ nobis eſſe, quo interrogamur, nã interrogamur per genitiuũ & reſpondemus per ablatiuũ. Teren. qd agas niſi te vt redimas, quantũ queas minimo: & ſi nequeas paulo: at quanti queas. Iuue. balnea ſexcentis & pluris porticus empta. Paro paras, pro comparo compras. Lucanus in. j. magnoq; æterna parantur regna deis. Iuuẽ. flos Aſiæ ante ipſum precio maiore paratus. Sto ſtas, pro conſto, as. Verg. lib. x. haud illi ſtabunt æneia paruo hoſpitia. Martial. conſtatura fuit megalenſis purpura cẽtũ. Iuue. tãti partus æque, quãti veneficia conſtat. Cice. in verrem. tantidem æſtimaſſe: quanti ſacerdotem. Iuuẽ. quanticunq; domus conſtet. ¶ Animaduertẽdũ eſt, hec annotatio ex libro. iij. elegantiarum Laurentij Valenſis tranſlata eſt: qui hoc preceptum a ſe primũ fuiſſe excogitatũ gloriatur, ſcribit enim hos duos genitiuos tanti & quanti ſubſtantiuos in neutro genere cũ illorũ cõpoſitis tantidem quãtidem, quãtilibet. quanticũq;, & duos genitiuos cõparatiuorũ pluris & minoris adiungi his verbis emo, vẽdo, eſtimo, & reliquis preciũ aut æſtimationẽ ſignificantibus, cũ reliquis vero nominibus nõ poſſe conſtrui. neq; enim poſſis recte dicere. vendit hic auri patriã, ſed cũ Verg. vi. æñ. auro: & in. j. eiuſdẽ. exanimũq; auro corpus vendebat Achilles, recte tũ dixeris emi librũ tanti quãti tu, & minoris quã Antonius, & pluris quã Ceſar. Neq; licet his genitiuis adiungere ſubſtãtiuũ, niſi in ablatiuũ cõuerteris: vt tãto precio emi quãto tu vẽdidiſti, & minori precio emi quã Cæſar: & maiori precio quam Antonius, & quantolibet precio: vel quantouis precio emeris librum, numerabo pecunias bibliopolæ. Iuue. quanto mitiris precio, quom tibi deditus eſſem. Valerius maxi. magno vbiq; precio virtus æſtimatus: tantodem tñ precio non dicimus: quia datiuo & ablatiuo caret tantundẽ. Itaq; non licet exponere quanti emiſti, ſubaudi precij: ſed quanti. ideſt quanto precio, tanti. ideſt tanto precio. fallit enim hoc etiam in loco regula grãmaticorum: q. oportet exponẽs & expoſitũ eiuſdẽ eſſe caſus. Neq; ſolũ in verbis huius ſpeciei ſeruit hæc regula: ſed in aliis omnibus preciũ quocunq; modo ſignificantibus. vt veneo venis, quod eſt neutrũ paſſiuum. vt mercor. aris, quod eſt deponens. Liuius. xl. viij. ab vrbe, mancipia minora annis viginti, quæ poſt proximum luſtrum [illegible] millibus æris, aut pluris veniſſent, ea quoq; decẽ tanto pluris, quanti eſſent æſtimarẽtur. Cicero in epiſtolis, in licitatione prius ponam, quam illud minoris veneat. Vergil. ij. æñ. magno mercentur Atridæ. Alia quoq; verba, quorum actus mercede fiunt, etiam hoc modo conſtruuntur, vt doceo doces, Iuue. chryſogonus quanti doceat, vel Pollio quan[illegible] Plinius. xxxv. natural. hiſtoriæ, neminem (inquit) minoris docuit. Ago agis. Iuuena. atq; ideo pluris quam coſſus agebat. Licentius dixit Plinius libro. viij. natural. hiſtor. tanti perire potuiſſi atq; etiam hodie minoris. pro tanto periculo & minori periculo. Contra hanc tamen Laurentij praeceptionem, ſtat quorundã ſcriptorum autoritas: ſed Valla de vſu frequentiori ſemper loquitur. Verg. in priapeia, non aſſis faciunt euntq; recta, & Catullus omnes vnius æſtimemus aſſis. facio enim & æſtimo preciũ ſignificant, quæ tamen genitiuo aſſis iunguntur. Illa quoq; paruifacio. paruipendo. floccifacio. floccipendo. nihilifacio. nihilipendo. naucifacio, naucipendo. & quod Apuleius. j. metamor. ſcribit: iſtud quidem, quod polliceris æqui boniq; facio. contra Valla preceptionem dicta eſſe videntur. ¶ Tertia verborum actiuorum ſpecies eſt: earum quæ dicuntur acquiſitiua.

¶ Do das, etiã cũ accuſatiuo & duobus datiuis cõſtrui poteſt, vt do tibi pecunias dono, do tibi veſtem pignori, exempla ſunt Diomedis in idiomate conſtructionis huius verbi. Dicimus preterea do tibi fidem, ſicut habeo tibi fidem, ſed dare fidem, eſt fidem obligare, habere fidem, eſt credere. Dicim9 quoq; do tibi pœnas, i. perſoluo, ſicut pendo tibi pœnas: & do tibi verba, ideſt decipio te. Dicimus etiam, do tibi litteras, ſignificatq; dare, non vt illas legas: ſed vt ad alium perferas, qui legat: vnde & accuſatiuum cũ præpoſitione adiungimus: vt do tibi litteras ad Antonium. tibi, vt perferas ad Antonium vt legat. Saluſtius. Vulturno litteras ad Catilinã dat: ſed dare (vt dicit) eſt quomodocunq;. donare vero eſt dare gratis, cum huius ordinis eſt. vt dono tibi coronam. Si vero eſt quintæ ſpeciei, ſignificat, (vt ai: Valla) facere id premij, aut beneuolentie gratia. Cicero pro Archia poeta. Silla cum Gallos, & Hiſpanos ciuitate donaſſet. videlicet in premium meritorum. Plautus in aulularia. dij immortales quot & quantis me donatis gaudijs, qđ eſt magis beneuolentie quam meriti. Verg. v. æñ. ſergeſtum æneas promiſſo munere donat, & in eodẽ, hoc iuuenem egregium preſtanti munere donat, hic quoq; in meriti premium munus donatur. ¶ Dedo. dis. eſt ſeipſum alicuius fidei atq; autoritati tradere. Vnde & obſides dicuntur dedere ſe victori & inde deditio. & ſerui dedititij. i. qui ſe miſericordiæ victoris dediderunt. ¶ Præpono. is. vt ego præpono Ciceroni Demoſthenem. præfero Homero Verg. ante pono callimacho Ouidiũ. ¶ Cõmodo. as. inter commodo. as. & mutuo. as. hoc intereſſe conſtat, quod accõmodamus res, quæ eadem numero reddendæ ſunt. vt libros. veſtes. argẽti phialas. gẽmas. mutuam9 vero res, quæ eadem numero reddendæ non ſunt, ſed tãtum in ſpecie, vt frumentũ. vinũ. pecunias. nemo. n. hec acciperet mutuo ea lege. vt illa ipſa redderet. Sed quemadmodum dicimus ego mutuo tibi pecunias: ita etiam tu mutuaris a me pecunias. Reperitur quoq; commodo tantum pro do. vt apud Luca. in. j. nec cõmodat inuidã fortuna ſuã. Reperitur & neutrũ ſecundæ ſpeciei. pro eo, quod eſt proſum Apulei9. in. ij. florido. beneficio multis cõmodaſti, & exẽplo omnibus profuiſti. ſic ediuerſo incommodo. das. pro noceo. Idem pro magia, ne quid eo nõie ſuis incõmodaret. Teren. in andria. magis vt incõmodet mihi: quam vt obſequatur gnato. ¶ Loco locas, inter loco. as. & conduco. cis. hoc diſtat. q. locare eſt mercede aliquẽ alicui vtendum tradere. vt domum, ſeruum, iuuentum. agrum. cõducere eſt illa eadem mercede accipere. ¶ Suadeo. es. inter ſuadere & perſuadere illa eſt differẽtia, q. ſuadere eſt ratiõibus & autoritate aliquẽ exhortari, vt aliquid faciat: quẽadmodũ diſſuadere eſt, ne aliquid faciat. Perſuadere vero eſt impetrare, vt illud ipſum, quod ſuademus efficiatur. ¶ Dico. is. inter dicere & loqui illã differẽtiã nõnulli eſſe voluerũt: vt dicamus ea, q̃ ex arte pferimus. loquamur vero natura. ¶ Edico tñ qđ a dico eſt cõpoſitũ ad magiſtratus pertinet. vñ dicũtur edicta pretorũ. & illud ex euãgelio. Exijt edictũ a Ceſare Augu. ¶ Indicere vero eſt cũ quadã ſolẽnitate denunciãdo imperare, Ho. i. ſer. vẽtri indico bellũ. ¶ Credo. is, eſt cõmodare alicui, vel mutuare nõ poſitu [illegible] ribus, ſed tantũ fide obligata. cuius cõtrariũ eſt debeo debes. vnde ab hoc debitores, ab illo crediteres ſunt appellati. Credo vero neutrũ ſcđi ordinis, eſt alicui fidem habere: nã credo in deũ & ſimilia inuſitatũ eſt in ſermone latino. ¶ Cõmẽdo. as. nota ſignificatiõis verbũ actiuũ eſt huius ſpeciei. vt Mart. peccat q cõmẽdãdũ ſe putat eſſe ſuis. at vero cõmẽdare apđ aliquẽ, eſt illũ laudare, vt e[illegible] te apud pricipes noſtros cõmendaui. Oui. v. faſto. illa datos faſces cõmẽdat. i. cõmẽdabiles facit. In eadẽ prope ſignificatiõe reperitur cõmitto. is. cũ duobus verbis ſupioribus, hoc eſt credo cõmẽdo. vt apđ Verg. i. geor. debita qua ſulcis cõmittas ſemina. Reperitur quoq; p eo qđ in pugnã inducere. Mart. victores cõmitte Ven9. Luca. in. i. exiguis dũs cõmiſit aſylũ. Cõmitto vero abſolutũ ſequẽte clauſula cũ vt cõiunctiõe, peccare ſignificat. Cic. ij. de orat. neq; cõmittã, vt ineptũ me eſſe iudices. ¶ Cõſulo. is. lui. huius ſpeciei eſſe põt. vt ego cõſului tibi vtilitatẽ. i. vtile cõſiliũ tibi dedi. Cõſulere vero aliquem, hoc eſt primæ ſpeciei, eſt cõſiliũ ab illo petere. vt Verg. vij. æñ. lucoſq; ſub alta cõſulit albunea. Cõſulo tibi, i. cũ eſt neutrũ ſcđi ordinis accipitur p eo qđ eſt pideo. Oui. in epla penelo, ſed bene cõſulũis caſto deus æquus amori. Cõſulo boni neutrũ eſt ſcđæ ſpeciei. Quĩ. in inſtitutionũ orat. li. i. Conſul (inqt) a cõſulẽdo dictus, vel a iudicãdo, nã hoc cõſulere veteres vocauerũt.

¶ Do das. dedi, por dar como quiera. vt do tibi pecunias. libros.

Dono donas donaui. por dar gracioſo y de balde; vt dono tibi veſtes,

Dedo dedis dedidi. por dar ſe aſſi meſmo. vt hoſtes vt dedunt ſe victori.

Præpono præponis. præfero præfers. Antepono. is. por præferir. vt præpono te Homero.

Commodo. das. por preſtar lo meſmo que ſe torna. vt commodo tibi equum.

Mutuo. as. aui. por preſtar lo q̃ ſe torna en ſpecie. vt mutuo tibi nummos.

Loco. cas. caui. por dar algo por alquiler. vt tu locaſti mihi domum. mulam.

Conduco. cis. xi. por tomar algo por alquiler. vt tu conduxiſti a me tabernam.

Suadeo. des. ſi. por induzir; y traer por razones. vt ego ſuaſi tibi honeſta.

Perſuadeo. des. ſi. por induzir con effecto. vt ego perſuaſi tibi turpia.

Dico. cis. xi. por dezir o hablar artificioſamente. vt tu dixiſti mihi ſententiam.

Edico. cis. xi. por mandar como iuez o principe. vt prætor edixit omnibus legem.

Indico. cis. xi. por denunciar con ſolennidad. vt Romani indixerunt Veijs bellum.

Credo. dis. didi. por preſtar o confiar. vt tu credidiſti decoctori nummos.

Commendo. as. aui. por encomendar. vt rogo commendes regi hominem.

Cõmitto. tis. por cometer o encomendar o confiar; vt committe mihi hæc.

Conſulo. is. lui. por conſejar algo a alguno. vt conſule filio vtilia.

Vnde adhuc manet illud. rogat boni conſulas. i. bonum iudices. Pli. libro. viij. quæſo, vt legentes boni conſulant. Plautus in truculento, quicquid autem erit boni conſulas. Verg. in priapeia, quamuis pauca domus conſule poma boni. Ouidius. i. de ponto. ad me peruenit: conſuluitq̃; boni. Idem in. v. eiuſdem, tu tamen hæc quæſo conſule miſſa boni. Cato apud Gelliũ lib. ix. noctium atticarum. ea fieri bonis bono genere natis bonis conſulitis. Seneca in epiſtola. hanc coqui ac piſtoris moram boni conſulo. Apuleius. vij. metã. quod a me retenta cuſtodiaris; nõ fueris: optimi conſule. ¶ Facio facis, huius ordinis verbũ notã

Facio. cis. feci. por hazer lo que paſſa en materia de fuera. vt feci tibi opus.

¶ Quarta verborum actiuorũ ſpecies eſt, q̃ præter accuſatiũ principalẽ cõſtruũtur cũ altero accuſatiuo minus principali. Qualia ſunt que ſequunt.

Doceo. ces. cui. por enſeñar. vt tu docuiſti me grammaticam. & dialecticam.

Dedoceo. ces, por demõſtrar ſer falſo lo enſeñado. vt ego dedoceo te vitia.

Moneo. nes, por amoneſtar aconſejando. vt tu monuiſti me iuſta.

Admoneo. es, por traer algo ala memoria de otro. vt ego admonui te vtilia.

Oro oras, raui. por rogar al mayor. vt miſeri orant principes veniam.

Rogo rogas, por rogar al ygual, vt amicus rogat amicum opes.

Interrogo. gas, gaui, por preguntar, vt interrogas me quæſtionem arduam.

Flagito, tas, taui. por demandar con importunidad, vt flagito te libros.

Poſco. cis, popoſci. por demandar lo honeſto, vt poſco te rem honeſtam.

Poſtulo. las. laui. por demandar requiriendo en iuyzio, vt poſtulo te pecunias.

Peto. tis. iui. por demandar rogando. vt peto te rem factu facilem.

Induo. is. Veſto. is. por veſtir. vt veſtiam te, induam te diploidem.

Exuo. is. exui. Spolio. as. aui. por deſpojar. vt exuam & ſpoliabo te veſtem.

Cingo. gis. xi. Accingo. gis. xi. Succingo. gis. xi. por ceñir. vt cinxiſti me enſem.

Calcio. as. por calçar. vt calciabo te ſoleas, cothurnos. calceos.

Exalcio, as. por deſcalçar, vt excalciabo te omnia, quæ alius calciauit.

¶ Quinta ſpecies verborũ actiuorũ eſt, que preter accuſatiuum cõſtruitur cum ablatiuo ſine præpoſitiõe, vł potius cũ effectiuo. Qualia ſunt hec.

Dono. as. aui. por dar inſignias de honra, vt ego donabo te corona laurea.

habet ſignificat[illegible] . & q. ab ago agis differt. ſupra memorauimu[illegible] ius quoq; facio te certiorẽ & nõ certum. pro eo quod in libros digeſtorum certioro & certifico legimus. Nam quod Verg. iij. æñ. dicit. Anchiſen facio certũ: neceſſitate carminis excuſari poteſt, qđ ſi diceret certiorem: fuiſſet ſyllaba breuis inter duas lõgas. facio præterea pro æſtimo, quod cũ genitiuo poſſet conſtrui: paulo ante diximus. Reperitur etiam neutrum ſecũdi ordinis. vt bene facio tibi. male facis mihi niſi mauis male & bene aduerbia eſſe pro nominibus poſita. vnde eſt, bene fit, male fit. Reperitur & abſolutum pro eo quod eſt conuenio. Ouid. in epiſtola hypſiphyles. Medeæ faciunt ad ſcelus omne manꝰ. & in epiſtola ſaphꝰ: nõ facit ad lachrymas barbitos vlla meas: & Horatius, mecũ facientia iura. ¶ Quarta verborũ actiuorũ ſpecies eſt. doceo & dedoceo. Horatius. ij. car. populumq; falſis dedoceret vi. i. Cicero. i. de finibus geometriã docere maluiſſet, quã illam dedocere. ¶ Moneo mones. Terẽtius in Andria, habeo pro illa re, quod illũ moneam probe. Admoneo (quod ab illo cõponitur) cũ genitiuo potius poſt accuſatiuum principalem cõſtruitur. Tibul. lib. ij. admonuit dominæ deſeruitq; Venus. Ouidius tertio de ponto. ecquid ab ijs ipſis admonere re mei. Idem. xv. metamorphoſeos, qđ poſſit equorũ admonuiſſe. ¶ Oro. oras. vt oro te rem honeſtã, dicimuſq; oro a te rem honeſtã. Verg. xi. æñ. ipſum obteſtemur: veniãq; oremus ab ipſo. Gell. lib. xvi. orauit a ſuis amiciſſimis impẽſe. ¶ Rogo. as. Hora. ij. car. otiũ diuos roga in patienti prenſus ægeo. Verg. lib. viij. ſanctũ mihi numen arma rogo genitrix nato. Poſſumus etiam dicere rogo a te. Plau. qua cõfidẽtia rogare tu a me argentum audes? interrogo quoq; eodẽ modo poſſe conſtrui, quo ſuũ ſimplex, dubium non eſt. ¶ Flagito. as. Hora. ij. car. nec potẽtẽ amicũ largiore flagito. Ouid. i. de amato. qđ det amatorẽ flagitet ãte ſuũ. ¶ Poſco. is. Verg. iiij. æñ. tu modo poſce deos veniã. Idẽ in. xi. pacẽ te poſcimus oẽs. ¶ Poſtulo. as. quod proprie eſt ꝑ tribunali & nõ alibi petere, (vt inquit iureconſultus, in titulo de dãno infecto. Lentus initiũ eſt dies). Cũ ablatiuo & præpoſitione. a. iungi: pſalmographus dicens, interprete Hiero. Poſtula a me, & dabo tibi gẽtes. ¶ Peto is apud Cice. fere ſemꝑ hoc modo cõſtruitur. ¶ [illegible]uo. is. Verg. ij. æñ. androgei galeã, clypeiq; inſigne decorum induitur. Conſtruitur etiã cũ datiuo. Idem. vi. æñ. harũ vnã iuueni ſupremũ mœſtu[illegible] onorẽ induit. & cũ ſeptimo caſu. vt idẽ in eodẽ. indutuſq; iubet truncos hoſtilibus armis. Eodem modo veſtio. Ver. ij. geor. quoq; ſuo viridi ſemꝑ ſe gramine veſtit. ¶ Exuo quoq; eodẽ modo cõſtruitur, & q̃ ſunt ſimilis ſignificatiõis. Exigo te pecuniã & a te dici poteſt. Cecilius apud Gell. lib. xiiij. ero illud munus nihilo exigor portoriũ. Metellus numidicus apud eundem, ſocios ad ſenatum quã tũ flentes veniſſe ſeſe maximas pecunias exactos eſſe, ſed ex figura græca dictũ eſſe Gellius affirmat. illi enim exigor argentum dicunt. Hierony. in Leuiticum. [illegible] noli mirari ſi inter tribulationes carnis & incentiua vitiorum angelorũ vitam nobis exigi non ſed docemur, & paulo infra, materie gratiæ eſt offerre, quod nõ debeas, quam reddere quod exigeris.

¶ Quinta verborũ actiuorũ ſpecies eſt. Dono, as, aui. de cõſtructiõe huius verbi in tertia ſpecie verborũ actiuorũ diximus.

¶ Spolio.as. Verg.vi.æñ.poſtquam illum vita victor ſpoliauit Achiles. ¶ Satio.as.& ſaturo.ras.diff[illegible]int, teſte Valla.q ſatiare ad omnes ſenſus pertinet.ſaturare ad ſolum guſtum.vt ego ſatiabo te ſpectaculis. & ſaturabo te [illegible]. ¶ Onero.as. oneraui.Cice.in epiſto.homines nequiſſimi quibus te onerarunt mendacijs. ¶ Exonero.as. Ouid.iij.triſti. attamen hanc odijs exonerare fugam. ¶ Peto.tis.pro eo quodeſt percutio.Verg.in buc.malo me galatea petit laſciua puella. ¶ Afficio.is.verbũ eſt in hac conſtructione frequentiſſimũ apud oratores.vt Cice.in epiſtolis.magno me dolore affeciſſent literæ tuæ.i. magnũ mihi dolorem feciſſent litteræ tuæ [illegible]to.as.aui.pro eo quod aliam rem alia permuta[illegible] .i.geor.chao niã pingui glandem mutauit ariſta.H[illegible]ti xit. edifi cat.mutat quadrata rotundis.Perſius.mercibus hic ita lis mutat ſub ſole cadenti rugoſum piper & palentis grana cimini. ¶ Priuo.as.Cice.in epiſt. graui teſte pri uatus ſum patre tuo viro clariſſimo. ¶ Leuo.as.pro eo qđ ſubleuo ſiue alleuo. Verg.ego hoc te faſce leuabo. ¶ Sexta ſpecies verborum actiuorum eſt. Audio audis audiui,actiuum huius ſpeciei eſt,ſermonem alterius in telligendi gratia percipere.vt audiui ex te,vel a te,vel de te.Audio primæ ſpeciei,eſt vocem tantum audire ſiue animalis ſiue alterius rei ſonũ.Exaudio eiuſdem ordi nis eſt,quod audio facere. Audio,vel inaudio tibi neu trum ſecundi ordinis pro eo,quod eſt obedio,qđ ex ob & audio cõponitur,Plautus in captiuis duobus:cum dicto haud audiebat, facto nunc lędat licet. frequen tius tñ in hac ſignificatiõe reperitur ab illo participiũ præſentis tẽporis.Plau⁹ in Amphyt.ego ſum Iouis di cto audiẽs.Cic.in philippicis. vt audiens eſſet huius or dinis.Idem p Deiotaro rege,aut q dicto vulgata duo decim tabularũ.filium minus dicto audientem liceat ab dicare.Inaudio quoq; pro obedio huius ordinis reperi tur.Afranius apđ Marcellũ.nouis dictis quæſo,ne ille inaudiat. Male audio cũ eſt abſolutum, hoc eſt neutrũ quinti ordinis ſignificat infamari.Cic.ij.de ora. Opimi⁹ cõſularis.q adoleſcẽtulus male audiſſet.Idẽ pro Marc. cælio.vicinũ eius mulieris miraris male audiſſe. Idẽ.v. thuſ.ſed aliud moleſtius,qđ male audiebat. Teren.vul gus mulierũ,qđ male audit.Oui.v.triſtiũ.indolui. nec tã mea qũ fortuna male audit.Mart.gẽtibus in lybicis vxor tua Galle male audit. ¶ Abſtineo.es.& cõtineo.es. verba ſunt hui⁹ ordinis.differũt tñ autore Valla,q, abſti nere,eſt ab aliena,vl exteriori re.vt abſtineo me ab iniu ria,abſtineo me a muñerib⁹. ¶ Cõtinere vero eſt a pprijs voluptatibus.vt contineo me a libidine,a coitu,a cibo. Cice.qđ beneficiũ eſt, ſi te abſtinueris ab alieno ſcelere. & Lucil.manus abſtinere a muliere,melius eſt.Cõſtrui tur etiam figurate cũ genitiuo.vel potius ex idiomatis græci imitatiõe.vt Horat,mox vbi luſit,ſatis abſtineto dixit irarũ.Verg.prepoſitionẽ ab ſuppreſſit. vij.æñ. dicens[illegible] xuit tactu pater auerſuſq; refugit. ¶ Acci pio.is.quo differat a ſumo,is diximus in prima ſpecie actiuorum. ¶ Recipio.pis.præter alias ſignificationes quas habet,cũ eſt neutrũ [illegible]cundi ordinis: ſignificat pro mittere,quo verbo Cice.frequẽter vtitur in epiſtolis ma xime. ¶ Suſcipio.is,eſt aliquid in curã atq; fidem ſuam accipere. ¶ Eripio.is.& reliqua verba ſeparationẽ ſignificãtia huius ordinis ſunt.Verg.ij.æñ.teq; his ait,eripe flãmis,& in eodem,eripui,fateor,leto me & vincula rupi.nã vtrobiq; ſubintelligitur ab vel ex,quo eiuſdẽ eſt ſignificationis. ¶ Amo ueo.es.idem eſt,quod aufero aufers,atq; vtrũq; huius ordinis, Admoueo.es.tertiæ eſt ſpeciei cõtrariæ ſignificatiõis.vt admo ueo tibi manum.amoueo a te manũ. ¶ Auerto,is eodem modo differt ab aduerto.vt aduerte oculos ad me.i.conuerte ad me. auerte oculos a me.i.remoue.Eodem modo differunt auerſus & aduerſus,q, aduerſus eſt faciem oſtendens ex oppoſito,auer ſus terga vertens,vel oculos ab aliqua re declinens,vt Vergilius.i.æneidos.Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.

Spolio,as,aui,por deſpo[illegible] [illegible]guna coſa,vt tu me ſpoliaſti exuuijs.

Satio,as,aui.Saturo,ras.por [illegible]ar,vt ego te ſatiaui cibo;& ſaturaui pane.

Onero,ras,por cargar,Exonero,as,por deſcargar. vt ego exonero te faſce.

Peto,is.pro percutio,is.por herir,vt malo me galetea petit.

Afficio,is,eci,pro eo quod eſt in bonum ſiue malũ aliquid facere.

Afficio te voluptate, yo te hago plazer. Afficio te muneribus,yo te hago beneficios.

Afficio te moleſtia.yo te hago peſar. Afficio te iniuria,yo te injurio.

Muto,as,aui,por trocar vna coſa con otra,vt mutauit glandem ariſta.

Priuo,as,aui,por priuar o quitar algo,vt tu me priuaſti multis bonis.

Leuo,as,aui.Subleuo,as,aui,por aliuiar,vt ego hoc te faſce leuabo;vel ſubleuabo.

¶ Sexta verborum actiuorũ ſpecies eſt,quæ præter accuſatiuum conſtruuntur cum ablatiuo,& prępoſitione a vel ab;Qualia ſunt

Abſtineo abſtines.por ſe refrenar delas iniurias, vt ego abſtineo me ab iniuria.

Contineo contines.por ſe refrenar delos deleytes, vt fac vt contineas te a voluptate.

Accipio,pis. accepi,por recebir como quiera. Vt accepi a te commoda & incommoda.

Suſcipio.pis.por tomar a ſu cargo, vt omnia tua negocia ſuſcipio a te.

Recipio recipis,por reſcebir o recobrar, vt ego recepi a te libros omnes.

Eripio eripis,por librar;o arrebatar,vt tu eripis me a malis; & ego a te pecunias.

Amoueo amoues,por quitar de alguna coſa,vt amoue obſecro a me manum.

Aufero afers.por aquello meſmo, vt aufer a me opprobrium;& contemptum.

Auerto auertis auerti,por boluerſe de alguna coſa;vt auerte oculos a vanitate.

¶ De verbis Paſſiuis. Cap. ij.

PAſſiuũ verbum eſt illud, qđ deſinit in.or. & habet actiuũ in.o. & exigit ante ſe nominatiuũ ꝓ ꝑſona patiẽti. & ablatiuũ cũ ꝓpoſitione a vł ab, vł datiuũ ꝓ ꝑſona agenti vel facienti, vt deus amať a me vel mihi. Eius tot ſunt ſpecies, quot diximꝰ eſſe in verbo actiuo, Sed animaduertẽdum eſt, ꝙ cum mutamꝰ verbũ actiuum in paſſiuum, caſus cum quo verbũ cõſtruiť poſt accuſatiuũ principalem nõ mutatur, vt impleo granariũ frumẽti, vł, mẽto, granariũ impleť a me frumẽti, vel, to, do tibi pecunias, pecuniȩ danť tibi a me, Doceo te grãmaticã, tu doceris a me grãmaticã, Dono te corona, tu donaris a me corona, Audio ex te grãmaticam, Grammatica auditur a me ex te, Animaduertendum eſt quoq; verba reciproca, & quȩ dicunť vocatiua, qualia ſunt ſcribor, habeor, iudicor, ꝑdicor, agnoſcor, dicor, vocor, nominor, appellor, nuncupor, & ſimilia conſtrui poſt ſe cũ eodem caſu, cum quo ante ſe conſtruuntur. vt ſcribor fortis, vocor Antonius,

¶ De de verbis Neutris. Cap. iij.

NEutrũ ỽbũ eſt illud qđ deſinit in.o. & nõ hẽt paſſiuũ in.or. vt ſeruio, is. eiꝰ cõplures ſũt ſpẽs.
¶ Prima ſpecies verborũ neutrorũ eſt, ꝗ poſt ſe cõſtruunť cũ genitiuo, vel ablatiuo; vt careo pecuniarũ, vł pecuniis. Cuiuſmodi ſunt quȩ ſequunť.

DE verbis paſſiuis. cap. ij. Quemadmodum verbum actiuum diffiniuimus paſſiuo dicentes: Actiuum eſſe quod in.o. deſinit, & habet paſſiuũ in.or. ita nunc e diuerſo paſſiuũ diffinimus, qđ in.or. deſinit & habet actiuũ in.o. in quo differt a deponẽti, & cõmuni, quæ nõ habẽt actiuũ in.o. & exigit ante ſe nominatiuũ pro perſona patienti, in quo differt ab actiuo, qđ exigit nominatiuũ pro ꝑſona agenti, & facienti, & ablatiuũ cũ præpoſitione. a. vel. ab. vel datiuũ pro perſona agenti vel faciẽti, in quo differt a deponẽte, nam cõmune eodẽ modo cõſtruitur, quo verbum paſſiuũ. vt deus amatur mihi, vel a me. Eius, hoc ẽ verbi paſſiui, tot ſunt ſpecies, quot diximus eſſe in verbo actiuo: ſunt enim ſex, quemadmodum ex ſuperiori cap. colligi poteſt. Sed animaduerendũ eſt: duo notãda eſſe. Dicit primũ, ꝙ cũ verbũ actiuũ paſſiuo mutare volumus: accuſatiuum perſonæ patientis in nominatiuũ: & nominatiuũ perſonæ agẽtis vel facientis in ablatiuũ cũ præpoſitione, a. vel ab vł datiuũ vertere debemus. Caſus vero ille cum quo verbũ actiuũ poſt accuſatiuum pricipalem cõſtruitur: mutari non debet: id quod per omnes ſpecies obſeruandum eſt. vt in ſecunda, impleo granarium frumenti, vel frumento. granarium impletur a me frumenti vel frumento. Verg. j. æñ. implentur veteris bacchi pinguiſq; ferinæ. Alterum, quod notandũ eſſe dicit: eſt quod verba reciproca, & quæ dicuntur vocatiua in voce paſſiua reciprocantur, hoc eſt, poſt ſe conſtruuntur cũ eodem caſu: cum quo ante ſe conſtruebantur. vt Hora. j. carmi. ſcrĩberis vario fortis & hoſtium victor. habeor indoctꝰ. prædicor ignauus. iudicor ſapiens, vocor Antonius. nũcupor Nebriſſenſis. dicor grãmaticus. Non eſt hoc in loco diſſimulandum, quod Seruius annotauit in illud Verg. vij. æñ. optato cõduntur tybridis alueo: eſſe quædam verba, que nulla ratione mutantur ex voce paſſiua in actiuã. vt ſacerdotes creari. virgines capi. vnde & captæ dicebãtur, quoniã a pontifice de manu patris non minores decem annis capiebantur: neq; enim dici poſſet, ꝙ põtifex illas capiebat. Eodem modo dicit Seruius, condi proprie illos, qui ſibi ſtatuunt ciuitatem: conduntur ergo tybridis alueo, dixit Verg. pro ſedem ſtabilẽm locant. Pari ratione dicimus ego linquor animo ꝓ exanimor. qui loquẽdi modus frequens eſt apud Plĩ. nõ tñ recte dixerimus, animus linquit me. Eodem modo cõſterno animo, pro eo qđ eſt terreor. vt apud Saluſt. equi ſine terroribus cõſternantur. & Ouid. ij. meta. cõſternantur equi, nõ tamen dici poſſet, ꝙ aliquis cõſternat equos. dicimus quoq; ex numero noſtrorũ militũ decem ſunt deſiderati in prælio. i. mortui ſunt & defuerunt. Cæſar in commentariis. deſiderati ſunt eo die ſagittarij circiter ducenti: non tamen recte diceretur: nos deſiderauimus ducẽtos ſagittarios. Dicimus præterea interdico tibi aqua & igni: nõ aquã & ignẽ. at in voce paſſiua dicimus aqua & ignis interdicitur tibi a me. dicimꝰ quoq; aqua & igni interdicitur tibi, a me autẽ vix dici poſſet: quia interdicitur eſt impſonale ab hoc verbo neutro interdico. Cic. de ſenectute. male rem gerẽtibus bona interdici ſolẽt. Apul. in. iiij. floridorũ. datiuũ vocis actiuæ in nõiatiuũ paſſiuæ cõuertit, cũ ſcribit: diues ille cibo interdicatur: & in digeſt. ti. de curatore furioſi. l. j. lege (inquit) duodecim tabularũ ꝓdigus interdicitur: & ibidẽ, mulier, ꝗ luxurioſe viuit: bonis interdici põt. Datiuũ quoq; in nõiatiuũ vertit Hora. in poetria dicẽs, Ego cur acquirere pauca (ſi poſſum) inuideor? Idẽ alio in loco. hæc ego procurare & idoneus imperor. Eadem quoq; rõne dicimus in actiua, ego iubeo tibi, & in paſſiua, tu iuberis a me: & ego ſum iuſſus a te. Dicimus præterea mutuo tibi pecunias. fœnero tibi nũmos. In voce tñ paſſiua nõ dicimus pecuniæ mu..antur tibi a me, aut nũmi fœnerẽtur tibi a me: ſed tu mutuaris a me pecunias: & fœneraris a me nũmos. Dicimus etiã ego delecto te: ſed tu delectaris a me, nõ dicitur: ſed tãtũ delectaris: quia mutuo. fœnero. delecto actiua ſunt, mutuor. fœneror delector. deponẽtia: multa nãq; (vt diximus ſupra) verba ſunt actiua deſinẽtia in.o. ꝗ nõ hñt paſſiuũ in.or.

¶ De verbis neutris. Ca. iij.

DOnãt in primis verbi neutri diffinitionẽ dicens, ꝙ verbũ neutrũ eſt, qđ deſinit in.o. ad differẽtiã paſſiui, deponentis, & cõmunis: & nõ habet paſſiuũ in.or. ad differentiã verbi actiui: quẽ tñ caſum ante ſe & poſt ſe regat, nõ dicit: ſed addendũ, verba, ſignificãtia actionẽ exigũt ante ſe nõiatiuum pro ꝑſona agente, vel facientẽ: vt ego ſeruio, quæ vero paſſionem illatam, aut idiopathiã. i. paſſionem innatã: exigũt ante ſe nõiatiuũ pro perſona patiente, vt ego vapulo, ego frigeo, poſt ſe vero cũ omnibus obliquis poteſt conſtrui: aut abſolutum eſt. Hoc loco repetendum eſt, quod ſupra, cum de verbi actiui diffinitione agebatur, diximus: proprium eſſe verbi actiui cum accuſatiuo conſtrui atq; habere paſſiuũ in.or. eſſe tñ verba, quæ ꝗ̃uis cũ accuſatiuo in voce cõſtruuntur, nõ tamen habẽt paſſiuã in.or. itaq; partim actiua, partim neutra eſſe dicendum.

# LIBER QVARTVS.

¶ Careo.res cū ablatiuo frequētius cōſtruitur,antiquiores etiā genitiuo iūgebāt.vt Terē.in heautō.oēs mihi labores fuere leues.preterq̄ tui carendū,qḋ erat. & Neuius apud Gel.lib.xviij.nocti.attica.carendū tui eſt(inquit)qḋ ipſe exponit pro te.Accuſatiuo quoq; iungebāt.vt Turpillius apud Marcellū.meos(inquit)careo.Sed ablō(vt diximus)frequēter iūgitur.vt Iuue.cariturus turture magno.Pli.in epiſt.carēt iure togæ,quibus aqua,& igni interdictū eſt.¶ Egeo.ges.indigeo.es.huius eſſe ſpeciei,atq; cū gtō etiā poſſe iungi cōtra Philaletē.immo vero cōtra Philaſeudon dicimus. Verg.x.eñ. nec te rationis egētē abſtulit atra dies. Hora. mancipijs locuplex. eget æris capadocū rex. Idē.j.ſermo,at qḋ tātulo eget quāto eſt opus.Cice.p roſcio.nā p deū immortalē quid eſt ī hac cauſa,qḋ defenſionis indigeat?Et Lucil.apud Noniū marcellū. quarū abūdemus rerū:& quarū indigem⁹.de ablatiui cōſtructiōe paſſim expēpla repies. ¶ Abundo,das.Cice.pro cluentio mulier(inquit) abundās audacia.Virg.in buc.quā diues niuei pecoris,quā lactis abundans,& illud quod ex Lucil.afferebamus, quarum abundemus rerum,& quarum indigeamus. ¶ Sto ſtas.& cōſto cōſtas.cū aliquid precio eſſe emptū ſignificant,huius ordinis ſunt,ſed de illorum conſtructione plura diximus in ſecunda verborum actiuorum ſpecie.¶ Satago ſatagis.p eo qḋ eſt curioſum atq; ſolicitū eſſe.abſolutū plerūq; reperitur quēadmodū & ſatis ago.p quo ponitur.Ceſar in cōmentarijs,q̄ ſatagētibus(inquit)celeriter occurrāt.Gel.lib.xviij.plorātibus omnibus noſtris,atq; in ſentina ſatis agentibus.Terē. tamē in heutonti.genitiuo iunxit dicens,& ſi is quoq; ſuarū rerum ſatagit.Pendeo & faſtidio Plau. in mercato.diſſolue iā me.nimis diu animi pēdeo.Idē ī aulu. faſtidit mei,quia videt me ſuam amiciciam velle.
¶ Secunda ſpecies verborum neutrorū. Cedo.is.ceſſi. Verg.v.eñ.cede deo:hoc eſt,da locum & fatere te eſſe victū.aliquādo etiam exprimitur locus,& tūc eſt actiuū tertie ſpeciei.Papi.in achilleide.hortātur,cedūtq; locum.vnde & Cice.participiū futuri vocis paſſiuæ protulit de cla.orato.gratioſi(inquit)ſcribæ ſint ī dādo & in cedendo loco. Cum accuſatiuo etiā iunxit Verg.lib. xi.dicens.cedat ius propriū regi.in qua ſignificatiōe ſepe apud iureconſultos reperitur. vt in digeſt.de legatis.iij.l. ſi mulier.ſi vſufructum(inquit) mortis cauſa ceſſero.& in titul.de aquirenda poſſeſſione,cedere poſſeſſionem dixit.Nam & Diom. grāmaticus in idiomatis annotauit,recte poſſe dici.cedo poſſeſſionem & cedo poſſeſſione.¶ Pareo.es.obedio.is.optempero,as.huius ordinis verba,idē prope ſignificant. ſed cum accuſatiuo etiam iunxit Papi.in achilleide dicens. nō adeo parebimus omnia matri.& Gell.lib. ij. quædā(inquit)non eſſe parendum,quædā non obſequendū. ¶ Conſulo.is. de hoc in ſecunda verborum actiuorū ſpecie diximus. Prouideo.es.& proſpicio.is.vt ego prouideo mihi,& proſpicio tibi.Verg.i. eñ.grauiter cōmot⁹,& alto proſpiciens,reperiuntur etiā actiua.vt Luca.in.iij.hec vbi ſunt prouiſa duci,& Verg.tris litor... quos proſpicit errantes. Caueo.pro eo qḋ eſt prouideo huius ſpeciei verbum,apud iureconſultos frequēter reperitur, Cice.in epi... melius te ei cauere volo,quā ipſe alijs ſolet.Cum accuſatiuo,vero ſignificat fugere.Iuue.cauet hūc,quem coccina læna vitari iubet.¶ Placeo,& diſpliceo,occurro & obuio,eiuſdem ordinis ſunt,fere ſemper.¶ Seruio & inſeruio eo differūt, qḋ ſeruire proprie ſeruorum eſt, aut eorum quæ ſub tyranno viuūt,in cuius verbi ſignificatione plurimū Hiſpani labuntur ſequentes lingue ſub idioma,dicentes ſe eſſe ſeruitores:& ſe paratos eſſe ſeruire,cum ſerui non ſint,pro eo quod debearent dicere ſe paratos eſſe inſeruire.hoc eſt obſequi,& morem gerere. ¶ Parco parcis,& ignoſco.cis.tum huius ordinis tum actiua reperiuntur quarte ſpeciei,Verg.vi.eñ.parcere ſubiectis,& debellare ſuperbos.Idem in.x.auri memoras,qua multa talēta natis parce tuis.Gell.xv.vitam modo ſibi,vt parcerent orauiſſe,ſed,his in locis p ſeruo ſeruas.Plaut.in amphytrū.velatis manibus orāt,ignoſcamus peccatū ſuū.Eodē modo ignoſco.cis.Quin.in declam.ignoſcite maiorū periculorū metus.ignoſcite humana diſcrimina. Piſo frugi apud Priſ.quodcūq; deliquiſſet ignoſciturū affirmabat. Verg.iiij.geor. ignoſcēda quidē ſcirēt,ſi ignoſcere manes,quāquā Seruius in eo loco dicat,ignoſcēda participium eſſe ſine verbi origine. perinde ac ſi ignoſco non eſſet niſi neutrum huius ſpeciei.

Careo cares.por no tener lo que deſſeamos,vt ego careo tui,tu cares pecunijs.

Egeo eges.Indigeo indiges indigui.por auer meneſter.vt ego egeo ſalutis,vel ſalute.

Abundo.das.Redundo.das.por abundar.vt abūdo diuitiarum & diuitijs.

Sto ſtas,Conſto conſtas.por coſtar.vt hic liber ſtat tanti;quanto precio tu emiſti.

Satago,ſatagis.por eſtar ſolicito y congoxoſo.vt hic ſatagit rerum ſuarum;& rebus ſuis.

Abſtineo abſtines.por ſe refrenar.vt abſtineo irarum;& ab iracundia.

¶ Secunda ſpecies verborum neutrorum eſt;que poſt ſe conſtruuntur cum datiuo. Qualia ſunt que ſequuntur.vt Cedo cedis.ceſſi.por dar a otro lauantaja;o mejoria,vt cede maiori.

Pareo pares.Obedio obedis.Optempero.peras. Por obedeſcer.vt paret amor dictis.

Cōſulo cōſulis.Prouideo.des.Proſpicio.cis.Caueo caues.por proueer.vt pater conſulit filio.

Placeo places.por aplazer.Diſpiceo diſplices.por deſagradar.vt ego placeo tibi.

Occurro occurris.Obuio obuias.por ſalir al encuētro;y a recebir.vt ego occurram tibi.

Faueo faues,Studeo ſtudes.Aſpiro aſpiras.por fauoreſcer.vt tu faues mihi.

Seruio.ſeruis.por ſeruir como ſieruo.vt ſeruus frugi ſeruit pro domino fideliter.

Inſeruio inſeruis.por hazer lo que alguno quiere.vt fac ſeruias mihi.

Parco parcis.Ignoſco ignocis.por perdonar.vt ego parco tibi;vt ignoſcas mihi.

Noceo noces. Officio officis.por empecer. vt non noceas mihi;ne ego officiam tibi.

Doleo doles dolui.por doler lo que trae dolor. vt hoc vulnus non dolet mihi.

Indulgeo indulges indulſi.por dar obra;o regalar,vt indulgeo litteris & filio.

Inſto.as.inſtiti.por dar prieſſa.vt noli inſtare mihi.

Supplico ſupplicas,por rogar humilmente.vt ego ſupplico tibi,& tu regi ſupplica.

Hæreo hæres. Adhæreo.res.por ſe allegar.vt ego hæreo tibi,tu adhæres mihi.

Illudo illudis. Inſulto inſultas.por hollar eſcarneciendo.vt tu illudis capto.

Inuideo inuides,por auer embidia.vt omnibus inuideas,inuide nemo tibi.

Impono.is.por engañar.vt facile eſt barbato impo(nere regi.

Inceſſo inceſſis inceſſi.por acometer.vt regibus inceſſit magno diſcordia motu.

Inuado inuadis. por aquello meſmo.vt tanta inuaſit cupiditas plæriſq;.

Incumbo.bis. por poner las fuerças en algo.vt validis incumbite remis.

Volo vis cum bene iunctum.por querer bien. vt non bene tibi vult,qui accuſat.

Cupio cupis.cum bene iunctum.por querer biẽ. vt quod ipſi bene cupio Glycerio.

Timeo times timui,por temer,que no vẽga mal a otro.vt pater timet filio.

Metuo metuis.por aquello meſmo,vt inopi metuens formica ſenectæ.

*¶ Noceo noces.officio,cis.quæ etiã actiua reperiũtur.vt Apul.i.meta.cũ multa (inqt)nocerẽtur, publicitus(inqt)indignatio perebuit, & in pſal. xxxiiij. Iudica dñe nocẽtes me, expugna impugnãtes me. Lucre.quoq; quaſi ab actiuo dixit,officiũtur vti cogãtur tardiꝰ ire. ¶ Doleo.les.huiꝰ quoq; eſt ordinis:niſi qđ q dolorẽ patitur, ponitur in datiuo, qđ dolorẽ infert in nõ. Mart. ſi qua fides vulnus, qđ fecit non dolet (inquit) ſed qđ tu facies,hoc mihi Pœte dolet. Terẽ.in eunu. dolet dictũ impudẽti adoleſcẽti & libero. Nã qđ Hierony.interprete dicitur, caput meũ doleo,poeticũ eſt, atq; figuratũ ea figura, q orationi ſolutæ nõ eſt permiſſa. Licẽtius tamẽ alia figura dicitur vicẽ tuã doleo. Salu.in catilina, quaſi dolens eius caſum.cũ gtõ etiã iunxit Ouid.ij.meta. dicẽs ſuccesſorũq; mineruæ indoluit. ¶ Indulgeo.es. huiꝰ ordinis frequẽtiꝰ reperitur. Verg.iiij.æñ.indulge hoſpitio,cauſaſq; innecte morãdi. Idem.ij.geor.indulge ordinibꝰ. Terẽ.in heautõ.nimiũ illi Menedeme indulges.dicimus quoq;:indulgeo operã litteris: & Iuue.cũctis narratur ephebis mollior ardenti ſeſe indulſiſſe tribuno. Cũ accuſatiuo tantũ Lucilius apud Marcel.tu(inquit)qui iram indulges nimis. ¶ Inſto.as. inſtiti. Iuuẽ. inſtantẽ regi armenio,parthoq; comerẽ. Verg.i.æñ.inſtans operi,regniſq; futuris. Idẽ in.viij.heu quãtæ miſeris cædes laurentibus inſtant. Idẽ in eodem.parte alia Marti currum rotaſq; volucres inſtabat,datiuo accuſatiuũ iunxit. ſed figurate: pro eo qđ eſt inſtãter faciebat. ¶ Supplico.cas. Teren.in andria.ipſum orabo,huic ſupplicabo. Priſc. dicit etiã accuſatiuo iũgi poſſe,ſed nõ probat. ¶ Hæreo hæres, & adhæreo.res,eiuſdẽ ſignificationis vnius ſpeciei ſunt. Virg.ij.æñ. hærent parietibus ſcalæ. cũ vero eſt abſolutũ,ponitur pro eo qđ eſt dubito. Iuue.hæres, & dubitas alta chionẽ deducere ſella. Idẽ.hæremus.dicat ipſa.ab hoc frequentatiuum hæſito hæſitas,ſemper in hac vltima ſignificatione reperitur. Cice.in acade.dubitant.hæſitant,reuocant ſe interdum. ¶ Illudo illudis, & inſulto.tas, Verg.iiij.geor. neq; oues hediq; petulci floribus inſultent. Idẽ in.viij.huic capiti inſultãs tot ferro ſæua dediſſet funera. Seruius dicit, inſultare eſſe aliquẽ irridere. eiuſdẽ ſignificationis eſt illudo illudis. Verg.ij.æñ.certantq; illudere capto. Idẽ in.iiij. & noſtris illuſerit aduena regnis. iungitur etiã cũ accuſatiuo. Terẽ. ſatim ſuperbe illuditis me. Inuideo.des. Iuue. haud tamen inuideas vati, quẽ pulpita paſcunt. apud antiquiores actiuũ ordinis tertij reperitur frequẽtius. Verg.in buc. Liber pampineas inuidit collibꝰ vmbras. Idem.i. geor.iam pridẽ nobis cæli te regia Cæſar inuidet. & in.xi. æñ.te ne(inquit) miſerande puer cũ læta veniret,inuidit fortuna mihi. ¶ Impono imponis.huius ordinis verbũ eſt decipere. Iuue.facile eſt barbato imponere regi. Martial.callidus impoſuit nup mihi caupo rauennæ,in libro quoq; Geneſ.xxix. Hierony.interprete:quare(inqt) impoſuiſti mihi? Geneſ.xxvij. dixitq; Abimelech. quare impoſuiſti nobis? hinc impoſtores dicti ſunt & impoſtura.alias cum accuſatiuo & datiuo iungitur. Verg.iiij.æneid.puppibus & læti nautæ impoſuere coronas. ¶ Inceſſo inceſſis.pro eo quod eſt inuado.is. Verg.iiij. geor. regibus inceſſit magno diſcordia motu, Valeri. maxi. in. pri.nec mihi cuncta complectendi libido inceſſit. id eſt inuaſit,vel inuadit, cum accuſatiuo iũxit Silius Italicus dicens,tunc præceps ruit in medium telumq; fatigat flamminiũ inceſſens. Dicimus præterea inuado tibi, & inuado te. Varro apud Marcellum,tanta inuaſit cupiditas bonorum [illegible] ſed videtur in hac conſtructione pro inceſſo acceptum. ¶ Incumbo incumbis, autore Quintilia. huius ordinis eſt:dicimuſq; incumbo huic rei.antiquiores tamen incumbo in hanc rem dicebant,vt idem autor ait. ¶ Volo vis,vt volo tibi bene,ſicut & cupio tibi bene. Ennius, non bene tibi vult,qui te falſo criminat. Catullus, cogor amare magis ſed bene velle minus. Teren.in andria.vel quod ipſi bene cupio Glycerio. Dicimus etiam volo hanc rem, & cupio hanc rem. volo legere, & cupio legere. ¶ Timeo times & metuo metuis,huius ſpeciei verba ſunt, & eſt timere,ne quid mali alicui eueniat. Verg.i. georg. aut inopi metuẽs formica ſenectæ. Hora.ij.car.te ſuis matres metuunt iuuencis. Ennius apud Diome.metuo(inquit) legionibus labem. & ſic videtur eſſe actiuum tertiæ ſpeciei. Quintæ quoq; ſpeciei reperitur apud Teren. in andria.metuo (inquit) a Chryſide. Cice.ad heren.a quo ſibi non iniuria ſummum periculum metuebat. Apul.viij.metamor.etiam cum de præpoſitione iunxit.de me(inquit) metuentes ſibi. Idem de timeo times dicendum eſt. Verg.ij.æneid.ſuſpenſum pariter comitiq; onerique timentem. aliquando etiam abſo iungimus. Idem in eodem. & quæ ſibi quiſq; timebat.*

¶ Tertia verborũ neutrorũ ſpecies eſt. Flagro flagras. aui. qđ eſt inflãmari, vt Oui. ij. meta. flagratq; cupide currus. ¶ Fragro. as. per r. eſt odorem ex ſe emittere. vt in canticis Salomonis. Verba tua fragrantia vnguentis optimis. Verg. i. æneid. thymo fragrantia mella. ¶ Ardeo ardes arſi, nam quod Verg. in buc. dixit. Coridon ardebat Alexim. figuratum eſt. ¶ Aeſtuo. as. nam Hierony. (vt ſupra memorauimus) noua quadam ratione dixit. in imedio ignis non ſum æſtuatus. ¶ Caleo cales calui. Frigeo friges frixi. Palleo palles pallui, & reliqua omnia verba ſignificationis, quam græci idiopathiam. ideſt propriam paſſionem appellant. omnia ſunt abſoluta. niſi qđ poſſunt conſtrui cum ſeptimo caſu ſignificanti inſtrumentum, quo actus ille ex ingenitis principijs excitatur. vt domus flagrat ignis, homo ardet ira, mulier æſtuat calore, puer calet febri, puella friget imbri, animalia algent frigore, & eodem modo de reliquis ſimilibus. ¶ Mano. nas. & fluo. is. huius ordinis verba poſſunt eſſe. Dicimus nãq; fons manat aqua & fons fluit aqua. & rurſus aqua manat ex fonte, aqua fluit ex fonte vel de fonte. Scateo, & ſcaturio. Plautus in aulula, inter bibere ſola ſi vino ſcateat Corinthienſem fontem. & pirenem poteſt. ¶ Quarta verborum neutrorum ſpecies eſt: hæc neutra paſſiua dicũtur a grãmaticis, neutra, quia non habent vocem paſſiuam in, or. paſſiua, quia paſſionem ſignificant. atq; ad ſimilitudinem verborum paſſiuorum conſtruuntur, hoc eſt ante ſe cum nominatiuo pro perſona patienti, poſt ſe cũ ablatiuo media præpoſitione. a. vel. ab. vt ego exulo a rege. Sunt autem huius ſpeciei pauca verba. ¶ Exulo exulas. a quo duo tantum reperiuntur participia, exulans, & exulaturus, paſſionem quoq; ſignificãtia. Cice. iij. thuſ. Telamonem pulſum patriaq; exulantem. Iuſtinus libro. xxv. ille quaſi in perpetuum cum viris exulaturæ, atq; eodem modo. vapulãs vapulaturus. Quin. lib. i. adde quod multa vapulantibus dictu deformia. ¶ Veneo venis. huius ordinis verborũ eſt, quod ab antiquis veneor veneris declinabatur. Plau. ego ne illi veneor. Titianus apud Diome. de agricultura. nam id melius emitur, quã veneatur. ab hoc, cum ſupinũ ſit venũ, in participio præteriti, non dicimus venus, nec venitus, ſed venditꝰ eodẽ Diome. autore, neq; vllũ aliud hẽt participiũ. ¶ Fio fis. & ab eo cõpoſita Confio confis. defio defis. Columel. li. ij. ſtercus (inquit) quod ex pecudibꝰ confit. Macro. lib. i. ſatur. diem, qui ex quadrantibꝰ cõfit. Verg. in buc. lac mihi non æſtate nouũ. non frigore defit. Teren. in eunu. nil cum eſt, nil defit tamẽ. Antiquiores fior fieris declinabãt. Cato in thermũ. poſt (inqt) fietur diutius. Idem. græco ritu fiebãtur ſaturnalia. Hæc Priſcia. lib. viij. Participia factus & faciẽdus, a facio mutuãtur, fiens & fiendus nuſquã legi. ¶ Liceo. es. inter ſuperiora numeratur. Sunt qui huic verborum ordini addant nubo. bis. ſed ego neſcio, an ſatis latine dicatur. virgo nubit viro a patre. apud antiquiores actiuum fuit. Vnde in euangelio. Matth. legimus interprete Hierony. neq; nubent neq; nubentur, qđ idem exponens ait, nubunt viri, nubuntur fortaſſe fœminæ, quamuis & mulieres nubere dicantur, ſed & viri per abuſionẽ nubere [illegible], cum in coniugiũ ſub minori conditione veniunt, ſic Martia. dixit. vxori nubere nolo meæ, & Ouid. ij. meta. tibi nubere Nympha volenti votis code dei. ab hoc ſunt tria participia, nubens, nuptus, nupturus. Reperiuntur quoq; verba in voce actiua paſſionẽ ſignificantia. Præcipito, tas. turbo, bas. ingemino ingeminas. tondeo. des. verto. tis. inſinuo. as. accingo. gis. Plau. in trinũmo. nam qui in amore præcipitauit, peius perit, quã ſi ſaxo ſaliat. Verg. ij. æneid. & iam nox humida cœlo præcipitat, pro præcipitatur. Idem in. iiij. tũ flumina monto præcipitant, pro præcipitatur. vnde & participiũ præſentis paſſionẽ ſignãre reperitur (vt ſupra memorauimus) Verg. tepidi turbãt ſeptẽ oſtia Nili, ꝑ turbãtur, & ab eo cõpoſitũ cõturbo, as, pro qđ eſt decoqre. Mart. cõturbabit Atlas, & nõ erit vncia tota. Iuue. ſic pedo cõturbas, mato deficit. & i lege quidã fundũ. digeſt. de in rẽ verſo. Poſtea (inquit) cõturbauerat, quã boues vẽdiderat. Verg. i. geor. ingeminãt auſtri & denſiſſimus imber, ꝑ ingeminãtur. Idẽ in eodẽ ciniphij tõdẽt hirci in canaq; meta, ꝑ tõdẽtur. Idẽ in eodẽ, & tote ſolida in glaciẽ vertere lacunæ, ꝑ verſæ ſunt. Idẽ i. æñ. tũ proa auertit, & vndis dat latꝰ. qđ Ser. exponit, ꝑ auertitur, quẽadmodũ & illud Verg. tũ vero tremefacta nouꝰ ꝑ pectora cũctis inſinuat pauor, ꝑ inſinuatur, Idẽ eodẽ, accingũt oẽs opi, ꝑ accingũtur.

¶ Tertia verborum neutrorum ſpecies eſt, quæ poſt ſe conſtruitur cum ablatiuo ſine præpoſitione; vel potius cum effectiuo. vt

Flagro flagras, aui, por encender. vt flagratq; cupidine currus.

Fragro fragras, por oler dando olor. vt redolẽtq; thymo fragrantia mella.

Ardeo ardes arſi, por arder. vt ardet amore pari qui ſcit ſe amari.

Exardeo exardes exarſi, por mucho arder, vt his dictis ſubitas exarſit in iras.

Aeſtuo. as, por auer calor. vt oceanus lunaribus æſtuat horis.

Caleo cales, por eſcalentarſe. vt ego caleo febri, tu vero cales amore.

Frigeo friges. Algeo alges. por eſfriarſe. vt tu friges dio, ego algeo pluuia.

Fluo fluis. Mano manas. por correr o manar. vt locus fluit lacte, & fons manat aqua.

¶ Quarta verborũ neutrorum ſpecies eſt. Quę poſt ſe cõſtruuntur cũ ablatiuo & præpoſitione, a. vel. ab. ad ſemilitudidẽ verborũ paſſiuorũ; in perſona agẽte; vel faciemte; ante ſe vero exigũt nominatiuũ ꝑſonæ patientis. Qualia ſunt.

Exulo exulas, por ſer deſterrado. vt homicidæ exulant a prætore.

Vapulo vapulas. por ſer herido. vt diſcipuli vapulant a magiſtro.

Veneo venis veniui; vel veni. por ſer vendido. vt ſerui veneunt a mangone.

Fio fis factus ſum. por ſer hecho. vt templum fit ab architecto.

Liceo lices. por ſer pueſto en precio; o en almoneda. vt liber licet a me.

¶ Quinta verborum neutrorum ſpecies eſt; q̄ poſt ſe cum nullo caſu conſtruuntur, niſi media præpoſitione. vt ego viuo in vrbe. qualia ſunt.

Viuo. uis. por biuir. vt viuat gabijs. vt vixit in vrbe.

Eo. is. iui. por ir. Adeo. is. por yr a lugar o a perſona. vt eo ad vrbem; adeo Antonium.

Obeo. is. por morir. Exeo. is. por ſalir de lugar. vt obijt & exiuit de vita.

Nato. as. por nadar. Enato. as. por ſalir a nado. vt natat in flumine, & enatat.

Sto ſtas. por eſtar en pie. Sedeo. es. por eſtar aſſentado. vt ego ſto, tu ſedes.

Salio ſalis. por ſaltar. Salto. as. por baylar o dançar. vt ego ſalio, tu ſaltas.

Ambulo. as. por andar. Deambulo. as. por paſſearſe. vt ante cœnam deambulo.

Incedo. is. por andar con pompa y aparato. vt ego quæ regina diuum incedo.

Sapio. is. por ſaber. Deſipio. is. por enloquecer. vt modo ſapit, modo deſipit.

Reſipiſco. is. por tornarſe a ſu ſeſo el q̄ enloquecio. vt reſipiſcit ex phreniti.

Contendo. is. Certo. as. Pugno. as. por pelear y contender. vt contendo tecum.

Concurro concurris. por encontrarſe con otro. vt noli concurrere mecum.

Conſtituo. is. conſtitui. por concertar con otro. vt ego conſtitui cum illo.

Attineo. es. Pertineo. es. por pertenecer. vt hoc attinet ſiue pertinet a me.

*¶ Quinta verborū neutrorū ſpecies eſt, hæc ſunt quæ a grāmaticis dicuntur abſolutiua, quæ in conſtructione caſus non admittunt niſi media præpoſitione. vt Iuue. viuat gabijs, viuat fidenis, vt vixit in vrbe. Viuo viuis, xi, quod cum accuſatiuo etiā poteſt conſtrui, ſed figurate, quemadmodum paulopoſt dicturi ſumus. Eodem quoq; modo dego. is. vt apud Verg. iij. æñ. vitam degere more feræ. ¶ Eo. is. iui. ſed eo inficias dicimus, pro inficior ſiue nego. Exeo. is, cum accuſatiuo conſtruitur ratione præpoſitionis extra. & cum ablatiuo ratiōe præpoſitionis ex, cum quibus componitur. Solinus. poſtq̄ tatius (inquit) hominem exuit. i. diem ſuum obijt. Verg. v. æñ. corpore tela modo atq; oculis vigilantibus exit, quod. Macrobius in ſaturnalibus & Seruius exponunt pro vita. Lucanus. exeat aula, qui vult eſſe pius. Adeo. is. ratione præpoſitionis ad, cum qua cōponitur, iungit ſibi accuſatiuū. Verg. adit oppida paſtor. aliquando præpoſitio etiam accuſatiuo iungitur, vt Teren. in andria. adeo ne ad eū. Ratione præpoſitionis etiam dicimus obeo mortem, p̄ morior. & obeo. is. abſolute poſitum. Sulpitius ad ciceronem. Paulo (inquit) ante lucem Marcellum diem ſuū obiiſſe. Nam compoſita ab eo. is. pleruncq; actiua reperiuntur. ¶ Nato. as. aui. quod videtur etiā frequentatiuum a no. as. naui. natū. ſed non ſeruauit ſimplicis quātitatem. enato. as. aui. eſt natando ad littus ſiue ripā peruenire. Mar. ad votum Diodorus enatauit. Verg. vi. æñ. gelidas enauit ad arctos. ¶ Sto. as. ſteti. eſt in hominib⁹ pedibus inſiſtere, in quadrupedibus a motu ceſſare cū gradiuntur. in his, quæ fluunt non labi. in inanimatis erectum eſſe. Sedeo. es. eſt contractis cruribus in nates deſidere. ¶ Salio. is. eſt ſaltum facere. ſalto. as. eſt tripudio. as. ab hoc eſt ſaltatio, ab illo ſaltus. Verg. ij. geor. vactos ſaliere per vtres. Hora. ij. ſer. ſaltat milonius, vt ſemel ictus acceſſit feruor capiti. Reperitur ſalio actiuum pro eo, quod eſt fœminam inire. Ouid. in. ij. de arte. leta ſalitur ouis, hinc ſalaces dicūtur libidinoſi, et ſalacitas ipſa libido. Salto quoq; accuſatiuo iungitur, ſed figurate, ſi modo ſaltationē ipſam, quæ ſaltatur, exprimat. Hora. i. ſer. paſtorem ſaltaret vti cyclopa rogabat. Iuue. chironomon ledam molli ſaltante bathyllo. ¶ Ambulo. as. eſt tantum pedibus ire. Incedo. is. eſt cū faſtu & magno apparatu. Verg. i. æñ. aſt ego, quæ diuum incedo regina iouiſq;. Idem in eodem. regina ad templū forma pulcherrima Dido inceſſit magna iuuenum ſtipante caterua. Differentiam tamen horū verborum Seneca notauit dicens. tenero ac molli paſſu gradum ſuſpendimus, nec ambulamus, ſed incedimus. De ambulare eſt voluptatis, aut exercitij cauſa ambulare, quod & ſpaciari dicitur. Nō poſſum diſſimulare Philalethæ tarditatem me dicam ſtulticiam, qui putauit in illo Valerij maxi. quod in principio ſui operis ſcripſit: nec mihi cūcta cōplectendi libido inceſſit, ab eo quod eſt incedo. is. eſſe præteritum, cum ſit ab inceſſo. is. q̄ verbum ipſe non agnouit neq; apud Saluſt. legit, quod in catillinario ſcripſit, tanta cupido gloriæ inceſſerat. quem locū Valerius emulari viſus eſt. Inceſſere autē, vt ſupra diximus, eſt inuadere. Verg. regibus inceſſit magno diſcordia motu. Lucanus. in. viij. gemitus tacitos inceſſere fata. Ouid. xiiij. meta. ſeuiſq; parant inceſſere telis. ¶ Sapio. is. eſt ſapiens ſum. Martial. quiſquis plus iſto non ſapit ille ſapit. Deſipio. is. eſt a cōmuni ſenſu ſapientiaq; minus habeo, vel quod meo ſenſu deſtituor. ¶ Reſipiſcere, vel reſipere eſt ad priorem mentis ſtatū redire. Terē. me fortiſſimum puto eſſe, nam tecum te intelligo ... Sapio. is. cū accuſatiuo eſt ſaporem aliquem præ ſe ferre. Mar. quod ſapit hyblæ atticaſq; flores: etiam abſolutum huius ſignificati eſt. Idem, vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ. ¶ Contendo. is. certo. as. pugno. as. concurro. is. conſtituo. is. huius ordinis verba ſunt. vt ego contendo tecum. pugno cū Ceſare. certo cum Pompeio. conſtituo cum Antonio. Reperiuntur q̄ apud poetas ſecundi ordinis, hoc eſt cum datiuo conſtructa. Verg. ij. geor. nec collis ideo contende falernis. Idem in buc. montibus in noſtris ſolus tibi certat amyntas. quod Ser. vſurpatum eſſe dicit pro eo quod eſt certat tecum. Idem. in. ij. geor. argitiſq; minor, cui non certauerit vlla. Idem in eodem. laudibus Italiæ certent non bactra neq; indi. Proper. tu caue ne tritis cupias pugnare puellæ. Ouid. i. meta. frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. ſed & idem iunxit ablatiuo media præpoſitione cum, dicens: mollia cum duris ſine pondere habentia pondus. Idem. xij. meta. & quoniam concurrere cominus hoſti non datur. Iuue. hic vbi nocturnæ Numa cōſtituebat amicæ. ¶ Attineo. es. pertineo. es. cum accuſatiuo media præpoſitione ad conſtruuntur. Teren. ad te attinere omnem hāc rem. Mar. hoc ad te pertinet, olim ſed quid agas, ad me pertinet, ole nihil.*

Animaduerthēdū eſt hoc verbū ſum es fui poſt ſe cōſtrui cū ntō; vt ego ſum Antonius, cū gtō. vt virtꝰ eſt hominis, cū dtō. vt tu es mihi magi-ſter. cū ſeptīo caſu, vt es vir ſinglis eloquētia. Cū hoc nōie opus omnibꝰ fere caſibus iūgi poteſt.

Sunt præterea quædam alia verba; quę dicuntur ſubſtantiua; deſiderantia poſt ſe caſum ſimilem pręcedenti. vt exiſtit inutilis; extat incorruptus, manet immortalis, viuit fœlix, & ſimilia.

Sūt & alia, quæ cū ſint intrāſitiua, reciprocantur tñ. vt incedo triſtis, ambulo lætus, euado doctus.

Præterea verba illa quæ dicuntur neutra tranſi-tiua, iudicio meo nihil habere; quod illis repu-gnet; cur non dicamus actiua, cū etiā ſi natura repugnaret, ſermo idcirco nō deberet eſſe mā-cus. Nā ſi recte dicitur; comederūt Iacob, & do-mus tuę zelus comedit me, recte quoq; dicet Iacob, ego ſum comeſus, ſicut & Iuuenalis dixit, & cito rapturꝰ de nobilitate comeſa qđ ſupeſt.

Preterea verba q̄ dicūtur ad ſolā naturā ptinere ego nō video, cur nō recipiāt oēs numeros & perſonas. vt ego non ſereno, ego nō grādino.

Præterea nullum eſſe verbū actiuum, quod non poſſit eſſe abſolutum; ſi poſt ſe cum nullo caſu conſtruatur. vt ſi dixeris; ego amo.

Præterea verba neutra poſſe conſtrui cum accu-tiuo rem verbi ſignificante. vt ego viuo vitam. eo iter, ambulo viā. ſeruio ſeruitutē. furio furorē, certo certamē. pugno pugnā. pecco peccatum;

¶ Animaduertendū eſt, quoniam hoc verbum ſum es fui per omnes verborum neutrorum ſpecies ſpargitur, viſum eſt illud hoc in loco ponere. nam & poteſt eſſe abſolutum. vt eſt locus heſperiam graij cognomine dicunt. poteſt & poſt ſe cōſtrui cū caſu ſimili præcedenti, vt homo eſt animal. poteſt & cū genitiuo, vt virtus eſt hominis. pecudis vero voluptas. poteſt & cū duobus datiuis. unde & Diome. inter idiomata latina hæc ponit exempla. gloriæ mihi eſt patris. teſtimonio tibi ſum. auxilio tibi ſum, gaudio mihi eſt aduerſarius. bono mihi eſt veritas. oneri mihi eſt hæc res. cordi mihi eſt amicitia. dolori mihi eſt iu-diciū. curæ mihi eſt doctor, miſeriæ mihi eſt labor. infamiæ mihi eſt amor. ſic Terē. dixit in andria. aut tibi hæ nuptiæ ſunt cordi. Conſtruitur etiā cū ſeptimo caſu, quando ponitur cū genitiuo. Verg. i. æn. ſunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ. quarū quæ forma pulcherrima Deiopeia, pro corporis præſtantis & formæ. qđ vero ſubiūgit cum hoc nomine opus. Diomedis eiuſdē eſt præceptū, q inter idiomata ſcribit, vſitate dici, opus eſt mihi monito. apud veteres tamen inueniri per omnes caſus præter vocatiuū. atq; addit, pro eo qđ græci dicūt habeo opus, habui opus ex ratione idiomatis latini, non poſſe dici, niſi opus eſt mihi. opus fuit mihi. Hieronymus igitur ſermonis græci proprietatē ſecutus, dixit in euāgel. dominus opus habet his. ¶ Sum es fui. cū re verbi pro ipſo verbo. vt Plautus in amphy. quid tibi hanc rē curatio eſt verbero. pro curas. Idem in aſinaria. quid tibi huc receptio eſt meū virū, ideſt cur recipis. Idē in aulularia. quid tibi nos mendice homo tactio eſt. ideſt cur non tangis. ¶ Sunt præterea: proprie verbum ſubſtantiuum, vnū eſt tantū ſum es fui. quod ſubſtātiā ſignificat, quodq; ob idipſum dei propriū eſt. qui mera eſt ſubſtātia, ipſo dicente in Exodo. qui eſt, miſit me ad vos. ſunt tamen & alia verba, quæ poſſunt dici propemodū ſubſtantiua. vt ſiſto, exiſto, exto, fio, maneo, viuo. quæ poſt ſe æque regunt caſum ſimilem præcedēti. Cicero in lib. de amicitia. exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis. Idē de ſenectute, ipſiꝰ Apij extat oratio. poteſt enim addere ad illud diputāda, differēda. adhuc pulchra. elegātiſſima. artificioſa. Eodem modo dicimus fio ſenex. Hora. iiij. carmi. fis anus, & vis formoſa videri. maneo immortalis. Virg. iiij. æn. at genus immortale manet. Idem in. iij. æn. viuite fœlices, quibus eſt fortuna peracta. Pari modo conſtruuntur verba quæ cum ſint intranſitiua in obliquos caſus. reciprocantur tamē, vt incedo triſtis, ſicut Verg. quæ diuū incedo regina. ambulo lætus, ſicut Hora. nocturnus obambulat. ¶ Præterea verba illa. de his multa diximus in principio huius libri. Illud tñ hoc in loco tātū repetimus nihil obſtare, quo minus hæc verba ſint actiua, niſi qđ putāt aliqui idcirco dici nō poſſe, quia veritati repugnāt. Neq; enim omnino Priſciano aſſentior multis in locis dicenti ſignificatiōis cauſa, aliquid non poſſe dici. Neq; enim, quia nō eſt niſi vnus mundus, vnus ſol, vna luna, iccirco nō poſſem dicere deum momento poſſe creare innumerabiles mundos, complures ſoles. multas lunas. aut quia non poſſum aratro arari. ligonibus paſtinari, prohibeor dicere, ego nō aror, neq; paſtinor, ſed neq; poſſum arari, nec paſtinari. Quod & de verbis ad ſolam naturam pertinentibus, dici poteſt, ſed illa fateor non omnia poſſe ad vſus noſtros acōmodari. vt ego nō ſereno. at poſſet dicere Iupiter, qui vultu cælum, tempeſtateſq; ſerenat. ¶ Præterea nullum eſſe verbum actiuum, hinc multi arguunt, verbum imperſonale ab omnibus verbis etiam a[illegible] poſſe prouenire, quandoquidem nullum eſt verbum actiuum, quod nō poſſit eſſe neutrum. ſed nos de huiuſmodi verbis loquuturi exponimus. ¶ Præterea verba neutra poſſe conſtrui cum accuſatiuo rem verbi ſignificante, vt ego viuo vitam. & vita viuitur a me. Oui. xij. metamor. vixi annos biſcentum. iam tertia viuitur ætas. Alia tamen figura Iuuenalis dixit, qui curios ſimulant & bacchanalia viuunt. ideſt more bacchantium. Ambroſius ad Herentianum. iam enim nō vitam noſtram, ſed chriſtum viuimus. Eo iter ſiue viam. Cicero pro murena. hanc viam dico, ite viam. Vergilius. iiij. æneid. ſola incomitata videtur ire viam. Ambulo viam. In ſacris literis ſæpe legimus. vt in libro ſapientiæ ambulauimus vias difficiles. Seruio ſeruitutē. Gell. lib. ij. Diogenes cinicus, ſeruitutē ſeruiuit. Furio furorem. Verg. ij. æneid. ſine me furere ante furorem. Plautus in trinūmo. tuis ſeruiui ſeruitutem imperijs & præceptis pater. Certo certamen. Paulus in epiſtola. ij. ad Timotheum bonum certamen certaui. Pugno pugnam. Gellius libro. iij. qui vnam atq; alteram pugnam proſpere pugnaſſet. Idem lib. ix. aliquot pugnas populus Romanus proſpere pugnaſſet. Pecco peccatum. Ieremias in threnis interprete Hieronymo. Peccatum peccauit Hieruſalem. ideo inſtabilis facta eſt.

Præterea nullum eſſe verbum, quod nõ cum accuſatiuo; vel ablatiuo ſignificante tempus indifferenter conſtrui poſſit, vt docui te grammaticam tres annos, vel tribus annis.

Præterea cõplura eſſe verba neutra abſoluta, quæ figurate accuſatiuo iungi poſſunt, vt depereo virginem, & quod Verg. dixit Corydon ardebat alexin. illa quoq; ex idiomate ſermonis latini dicũtur. hoc latet me. neſcio quis me manet exit⁹, & olet vnguentum. ſapit piſcem & ſimilia.

Omnia etiã verba neutra poſſe iungi datiuo ſignificanti illum, cuius voluptati, aut moleſtiæ, dãno aut commodo, aut deniq; cuius gratia aliquid fit Verg. Cui pendere ſua patereris in arbore poma.

¶ De verbis Deponentibus. Cap. iiij.

Deponens verbum eſt illud quod in. or. deſinit; & non habet actiuũ in. o. retinetq; tamen actiui ſignificationem, vt ego loquor verba. Eius cõplures ſunt ſpecies.

¶ Prima ſpecies verborum deponentium eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cũ genitiuo, qualia ſunt, quę ſequuntur.

Miſereor. eris. por auer miſericordia. vt miſerere animi non digna ferentis.

Obliuiſcor. eris. oblitus ſum. por oluidar ſe. vt quis non malorum obliuiſcitur?

Reminiſcor. eris. Recordor. aris. por recordarſe. vt reminiſcere bonorum.

¶ Præterea nullum eſſe verbum. Regula hæc ad omnia verborũ genera pertinet. Neq; obſeruãda eſt illa differentia, quam multi facere voluerunt, vt per accuſatiuũ tẽpus iuge atq; perpetuũ ſignificemus, per ablatiuum vero aliquid fieri per temporum interualla intelligamus. Nam ſi per accuſatiuum temporis continuitas ſignificaretur, fruſtra Verg. i. æñ. dixiſſet: hic iam tercentum totos regnabitur annos. Et in quarto georgicorum. ſeptem illum totos perhibent ex ordine menſes, aut ſi dicis totos ideo adieciſſe Vergiliũ, vt tẽporis continuitatem, quæ alias erat implicita, exprimeret: cur e diuerſo ſi ablatiuus interualla temporũ ſignificat, Ouidius in. v. triſtiũ dixit, pene decem totis aluit pe[?]antius annis. & Terẽtius in adelphis. ſex totis mẽſibus olfeciſſem? Ergo (quemadmodum diximus) indifferenter tres annos & tribus annis docui te grammaticam dici poteſt. vt Cicero in principio officiorum. quanq̃ te. M. fili iam annũ audientem Cratippum, neq; enim filius Ciceronis per totum tempus annuum quo fuit athenis Cratippum philoſophũ audiuit: nã & obiit, & egit, aut cœnauit, aut deniq; dormiuit. ¶ Præterea cõplura eſſe verba, figurate, quia nullum verbum cum accuſatiuo cõſtrui poteſt, niſi ſit actiuũ. Cum igitur depereo abſolutũ ſit verbum: figurate dixit Gell. lib. vj. cũ eam penitus deperiret. & Apuleius. iij. meta. quendã Boetium iuuenem afflictim deperiret. pro eo quod eſſe deberet perdite amaret, ſic Hora. iiij. car. non ſola cõptos arſit adulteri crines. & Verg. in buc. formoſum paſtor Corydon ardebat alexim, pro ardenter amabat. Idem. i. æñ. nec vox hominẽ ſonat, pro eo q; ſonando reddit, ſicut in eodem. perſonat aurata docuit. quæ maximus atlas. i. perſonãdo cecinit. Et i buc. formoſam reſonare doces amaryllida ſyluas, ideſt reſonando ex vocis repercuſſione reddere nomen amaryllidis. Eadem ratione accuſatiuo iungũtur illa ſtupeo. es. paueo. horreo. tremo. & ſimilia. Verg. ij. æñ. pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. pro admiratur cum ſtupore. Hora. ij. car. nec muliebriter expauit enſem. pro eo quod cum pauore timuit. Ouid. i. meta. vrſaq; conſpectos in montibus horruit vrſos. i. cum horrore formidauit. Seneca in hercule furente. thalamos tremiſco. capta nunc videor mihi. i. cum tremore recuſo. Illa quoq; gemo. lugeo. fleo. & ſimilia niſi figurate accuſatiuo iungi nequeunt. Iuue. Iene gemin⁹ caſus vrbis. & Liuius matronæ Brutũ annum luxerunt. Figurate quoq; dicũtur illa olet vnguenta, ſapit thymbram. callet grãmaticam. Iuuẽ. afferetur miſero tibi caulis: olebit laternam. i. imitabitur talis olei odorem. Hora. paſtillos ruffillus olet: gorgonius hircum. Idem. i. epiſtola. vina fere dulces oluerunt mane camenæ. Notat Ouidiũ. Diomedes, quod dixerit, perq; locos ſacros, & olentia ſulphure fertur. nec Verg. cum Ouid. faceret cum in primo æneid. dixit redolentq; thymo fragrãtia mella, nã thymo cum fragrantia, non cum redolẽt iungi debet. Ergo oleo, aut abſolutum eſt: ſignificatq; odorem emittere, aut figurate cum accuſatiuo conſtruitur ſignificante odorem illum, quem res illa, quæ olet euaporat. pro eo quoq; quod eſt olfacio olfacis, hoc eſt odorem naribus capio: Alio modo dicimus: olet mihi hec res per datiuum. Plautus in aulularia. aurum (inquit) huic olet. pro hic olfacit aurum. ¶ Omnia etiam verba neutra, quod in prima ſpecie verborũ diximus, nullum eſſe verbum, quod non cũ datiuo poſſit conſtrui: idem quoq; nunc de verbis neutris dicimus, & po[...] exemplum ex buc. Verg. Cui pendere ſua patereris in arbore poma. nam pendeo abſolutum eſt, ſed dixit cui, i. ad cuius vſum atq; vtilitatem, aut voluptatem. Idem. ij. Georg. tibi res antiquæ laudis & artis ingredior. ideſt ad tuam laudem. Idem in eodem, nemorumq; Ioui, quæ maximus frondet æſculus. ideſt in cuius Iouis honorem. Idem. v. æneid. [...] ſo tantum mihi dexter abis. hoc eſt in cuius perniciem vtq; damnum.

De verbis deponẽtibus, & ponit in primis verbi deponẽtis diffinitionẽ dicẽs, q; verbũ deponens eſt illud quod deſinit in. or. ad differentiã actiui & neutri: & nõ habet actiuũ in. o. ad differentiã verbi paſſiui. & retinet tamen actiui ſignificationem ad differentiã cõis q; vtrãq; habet. Eius cõplures ſunt ſpecies. Colligit autem ſex. ¶ Prima eorũ, quæ cõſtruũtur cũ genitiuo, vt miſereor innocẽtis. Verg. in buc. nil noſtri miſerere. Idem. ij. æñ. oro miſerere laborũ tantorũ miſerere animi non digna ferentis. cũ datiuo cõſtructũ, hoc verbũ non reperitur. cũ accuſatiuo nõ miſereor, ſed miſeror. aris. iungitur. Idem. iiij. æñ. aut miſeratus amantẽ eſt. ¶ Obliuiſcor. eris. recordor. aris. & reminiſcor. eris. æñõ etiã iungũtur. Hor. in epodo, quis nõ malarũ ques amor habet curas hac inter obliuiſcitur. Verg. ij. æñ. quiſq; ſe amiſſos hinc iã obliuiſcere graios.

¶Secunda verborũ deponẽtium ſpecies eſt.quę poſt ſe cõſtruũtur cũ datiuo. Qualia ſunt hęc.

Opitulor opitularis. Auxilior auxiliaris.por ayudar.vt opitulare mihi;auxiliabor tibi.

Suffragor ſuffragaris, por ayudar conel voto. vt rogo te, ſuffragare mihi.

Refragor refragaris. por eſtoruar conel voto. vt peto a te, ne refrageris mihi.

Patrocinor patrocinaris. por defender en huyzio. vt ego patrocinabor tibi.

Adulor adularis. Aſſentor aſſentaris. Palpor, aris. por liſongear;vt ne aduleris malo.

Blandior blandiris.por aquello meſmo,o halagar. vt cur blandiris potentiori?

Gratulor gratularis.por auer plazer del bien de otro.vt gratulor tibi fortunis aucto.

Iraſcor iraſceris. por ſe enſañar de otro.vt tibi Pol iratus ſum Philomena.

Aſſentior aſſentiris.por ſentir,y cõſentir cõ otro. vt ſenatus mihi aſſenſus eſt.

Inſidior inſidiaris,por aſſechar a otro.vt lupus inſidiatur ouibus.

Obſequor. eris. por obedecer. Vt ego obſequor tibi.vt obſequaris mihi.

¶Tertia verborũ deponẽtiũ ſpecies eſt; quę poſt ſe conſtruuntur cum accuſatiuo. Qualia ſunt.

Solor ſolaris. Conſolor conſolaris, por conſolar. vt ſolare egenum,conſolare orbum.

Execror execraris, Abominor, Deteſtor, Auerſor. por maldezir, vt execror te.

Sequor ſequeris ſecutus ſum, por ſeguir, vt I. ſequere Italiam ventis.

Conſequor conſequeris conſecutus ſum.por alcãçar.vt conſequor ego;quod volo.

Fateor fateris, por confeſſar por ſu voluntad, vt fateor fatenda.

Confiteor confiteris. por confeſſar ſin ſu voluntad.vt confiteor confitenda.

Diffiteor diffiteris. por no confeſſar;o negar, vt diffiteor neganda.

¶Secunda verborum deponentium ſpecies eſt. Opitulor.aris. Cice.in epiſtolis, opitulare collegæ, ſubueni patriæ. Saluſtius in catil'.inopiæ ſuæ opitulati ſunt. ¶Auxilior.aris.qđ Priſ.actõ vel datiuo poſſe iungi dicit. Cum genitiuo etiã reperitur in ſacris litteris cõſtructũ. Eſaie.xlviij. Hiero.interpete. in tempore (inquit) placito exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. ¶Suffragor.aris.qđ eſt pũcto, atq; ſentẽtia alicui fauere. Refragari vero iiſdẽ modis alicui aduerſari. Cice.in.i.de legibus.mihi enim videris fratrẽ laudando ſuffragari tibi. Refrago in voce actiua cũ accuſatiuo Siſena apud Marcellũ protulit, dictaturam (inquit) omnibus animis, & ſtudiis refragauere, pro eo quod eſt dictaturæ refragati ſunt. ¶Adulor aris.aſſẽtor.aris.palpor.aris.blãdior.iris.cũ datiuo cõſtrui nemini dubiũ eſt. Reperitur tñ adulo.as. cũ accuſatiuo in voce actiua. vt Valerius Maximus. ſi Dionyſiũ (inquit) non adulares, iſta nõ eſſe. & Actius apud Marcellũ, pennata cauda noſtrũ ſanguinẽ adulat. Cicero.i.officiorũ cauendũ eſt, ne aſſentatoribus patefaciamus aures, neq; adulari nos ſinamus. Eodẽ modo palpor palparis.cũ datiuo reperitur. palpo palpas cũ accuſatiuo. Hora.ii. ſerm.cui ſi palpere recalcitrat. Iuue.quẽ munere palpat car9. ¶Blandior.iris. Quin. blãdiar pauliſper iudices calamitatib9 meis. ¶Gratulor gratularis eſt (vt Valla inquit) teſtari nos gaudere de fœlicitate alterius apud eum ipſum, qui ea fortuna affectus eſt, & cõſtruitur cum dtõ, aliquando ſupprimitur dtũs, cũ tamẽ intelligatur. Oui.gratulor œbalia titulis accedere noſtris. ſubaudi tibi. Idẽ in.iii.de arte, egome nunc deniq; natũ gratulor. ſubaudi mihi. Reperitur & gratulari, pro gratias agere, ſed tantũ diis immortalibus, vt Affranius apud Priſc. ſexte frater mi ſalue cum ſaluus venis: gratulor diis. Gratari idem prope eſt qđ gratulare, niſi quod magis eſt poeticũ. Verg. iiii.æn. inueni germana viam gratare ſorori. ſed conſtruitur etiã cũ accuſatiuo. Idẽ in.v. gratatur reduces. Gratificor.aris.qđ eſt gratũ facere, etiã dtõ iungitur. Cicero pro Cornelio, nõ alicui gratificabatur homini, aut ordini. Saluſt. etiã actõ iunxit in Catilina. potentiæ paucorũ decus, atq; libertatẽ ſuam gratificare. Cicero quoq; ad Val. cur enĩ tibi hoc nõ gratificetur. ¶Iraſcor iraſceris. Teren. tibi pol iratus ſum Philomena. ¶Aſſentior.iris. Cice.in epiſto. ſenat9 mihi aſſenſus eſt. Idem alio loco. quibus aſſentior ſollicitam & periculoſam iuſticiã, non eſſe ſapientis. Siſena aſſentio.tis. putauit eſſe dicendũ, quẽ deinde multi ſunt ſecuti. vt autor eſt Quin.lib.i.orato. & Gellius.lib.ii.noctiũ atticarum. Cice.tñ aſſentior ſemper fere dixit. atq; actõ iunxit, vt in primo de oratore. cętera (inquit) aſſentior Craſſo. Idẽ in.ii.quare tibi Antonii vtrũq; aſſentior. ¶Tertia verborũ deponentiũ ſpecies eſt. Solor ſolaris, qđ eſt rebus ſolatiũ afferre. Conſolor.aris.dãtũ verbis alicui conſo… adhibere. ab illo eſt ſolatiũ. ab hoc conſolatio. Execror execraris. abominor.aris. deteſtor.aris. auerſor. aris, idẽ prope ſignificant, atq; huius ordinis verba ſunt ſed aduerſari ẽ vultũ, ad… a re quã deteſtamur auertere. Vergilius.iiii.æneid. non aduerſata petentem. Ouidi9.i.faſtorum officioq; leuem, non aduerſatus honorem. Plinius.libro. xxx. terram orbitis depreſſam aduerſantur. hoc verbo frequenter Hieronymus vtitur in ſacris litteris. ſed fere ſemper legitur mendoſe, aduerſor pro auerſor. ¶Sequor ſequeris, cum ſuis compoſitis, huius ordinis eſt verbum, preterquã obſequor obſequeris. quod ad ſuperiorem ſpeciem pertinet. Proſequor tamen elegantiſſime preter accuſatiuum etiam ſeptimo caſui iungitur, vt proſequor te muneribus. proſequor te lachrymis. Plinius in epiſtolis. proſecutus eram viatico ſecedentem. Cicero in epiſtolis. quam tu ipſe omnibus letis proſequeris. Conſecut eſt rem. quã fugiebat aſſequi. ¶Fateor fateris, & confiteor eo differunt, quod fatemur ſponte. confitemur coacti. diffiteri vero eſt negare, aut non fateri, quod fatendum erat.

Precor precaris precatus ſum. por rogar. vt ſæpe precor mortem.

Deprecor.aris.por rogar o abominar. vt mortem quoq; deprecor idem.

Demereor.eris.erui.por obligar por beneficios. vt demereor amicum.

Cauſor.aris.por traer occaſion o achaque. vt locum immeritum cauſatur.

Aemulor.aris.Imitor.aris.por remedar. vt æmulor patrem. Imitor matrem.

¶ Quarta verborum deponẽtium ſpecies eſt, quæ poſt ſe conſtruuntur cum ablatiuo ſiue ſeptimo caſu. Qualia ſunt.

Lætor lætaris. Delector.aris.por ſe alegrar. vt letor meis rebus, & delector tuis.

Vtor vteris.por vſar. vt rogo te vtere meis omnibus rebus.

Potior potiris. por alcançar lo deſſeado. vt optata Troes potiuntur arena.

Veſcor veſceris.por comer. vt capre veſcuntur frõdibus.

Fungor.eris.por vſar de officio. vt fũgor meo munere.

Fruor frueris.por gozar de algo. vt fruimur honeſtis, & quæ ſunt propter ſe.

¶ Quinta verborum deponentium ſpecies eſt; quæ poſt ſe cum nullo caſu conſtruuntur niſi media præpoſitione. Qualia ſunt.

Iocor iocaris.por burlar de palabras. vt Cicero iocatus eſt in Antonium.

Graſſor graſſaris. por ſaltear para robar. vt Clodius graſſabatur per vrbem.

Caſtrametor caſtrametaris.por aſſentar real. vt Ceſar caſtrametatus eſt in Alpibus.

Labor laberis. por caer o reſbalar deſlizandoſe. vt caue ne labaris in lubrico.

Ruſticor ruſticaris.por eſtar en el campo, o en heredad. vt ruſticatur in otio.

Philoſophor.aris. por eſtudiar en philoſophia. vt philoſophatur in vrbe.

*¶ Precor.aris.manifeſtã habet ſignificationem. ¶ Deprecor quoq; idem ſignificat qđ precor, habet tamen aliam recõditiorem ſignificationẽ, quod eſt deteſtari & abominari. Ouid.i.de ponto. ſæpe precor mortẽ, mortẽ quoq; deprecor idem. Luca. in.ix. non deprecor hoſti ſeruari. Saluſtius. inimici imperium & cruciatus corporis deprecor. Quid autem ſit depercari Gellius copioſe lib.vi.diſputat. Imprecari eſt malũ alicui precari. ¶ Demereor.eris. quod eſt aliquem ſibi beneficiis obnoxium facere. Quĩtil.lib.i. ſimul vt demererer amantiſſimos mei iuuenes. Suetonius in othone. nec minus alium alia via demerebatur. Idẽ in vitellio. ne qua nõ arte demereretur Claudium. Ouid. in epiſto. phillidis. Crimine te potui demeruiſſe meo. illiterati dicunt demereri pro nõ mereri. & demerita pro non merita. ¶ Cauſor.aris. pro eo, quod eſt cauſam ſiue occaſionem afferre. Horatius in epiſtolis: locum immeritum cauſatur inique. Ouid.ix.meta. viſaq; cauſatur. Apuleius pro magia. vim meam quam voluntatem ſuã cauſari maluiſſe. Cauſo cauſas. quo imperiti vtuntur p̃ efficio.is. nõ dicitur latine. ¶ Aemulor.aris. pro eo quod imitor in bonã partem accipitur: nam pro eo quod eſt inuidere datiuo iunxit Hierony. in pſalmo. Noli æmulari malignantibus. Ad hanc ſpeciem referenda ſunt verba, que præter accuſatiuum conſtruuntur etiam cum datiuo, vt loquor tibi verba, precor tibi multa mala: & que præter accuſatiuum deſiderant etiam ſeptimum caſum. vt muneror muneraris. dignor dignaris. Horatius in epodo. certantem, & vnam purpuræ qua muneretur te Priape. Verg.i.æñ. haud equidem tali me dignor honore. Apud antiquiores digno dignas fuit. Cicero apud Priſcia. in œconomico. ex eo (inquit) numero hominũ, qui apud nos hoc nomine dignantur, id eſt digni habentur. hinc Verg.iiij. æñ. dixit, coniugio Anchiſa veneris dignata ſuperbo. ¶ Quarta verborum deponentiũ ſpecies eſt. ¶ Letor letaris. Verg.vi. eneid. apud ſuperos furto letatus inani. Idem tamen.xi. libro genitiuo iunxit dicens. veterum meminí, letor ve malorum. ¶ Vtor vteris quod antiquiores etiam accuſatiuo iungebant. Varro apud Priſcianũ. vtile vtamur potius, quã a rege abutamur. ¶ Potior potiris cum genitiuo & ablatiuo cõſtrui poteſt. ſed & cum accuſatiuo apud antiquiores iungebatur. Saluſtius in Iugurtha. priuſquam legatos conueniren: Aterbalis potiretur. & infra. ſi eius oppidi potitus foret: & ibidem. Romani ſignorum & armorũ potiti ſunt. Cicero ſecundo inuecti. rerum potiri volunt. Vergilius.i. eneid. optata Troes potiuntur arena. Terentius in adelphis. ille alter ſine labore patria potitur commoda. Plautus in amphy. contigit, vt ſalui potiremur domum. ¶ Veſcor.veſceris. Vergilius veſcitur Aeneas ſimul & Troiana iuuentus perpetui tergo bouis, quod etiam accuſatiuo iunxit Actius apud Marcellum. Pacinus (inquit) oculi veſcuntur. & in Leuitico Hieronymo interprete aſſerat p̃ ſe duos pa[illegible] quos veſci licitum eſt. Idem numeri.xiii. erat autem tẽpus quando iã præcoque vuæ veſci poſſunt. ¶ Fungor fungeris accuſatiuo quoq; iũxit. Terentius in adelphis dicens, neq; boni, neq; liberalis functus eſt officium viri. Plautus in Menechmis. nã Paraſitus octo hominũ munus facile fungitur. ¶ Fruor frueris, qđ eſt finis: quemadmodũ vtor vtitur eorum, quæ ſunt ad finem. Vnde vtimur pecuniis, fruimur autem virtute. ¶ Quinta verborũ deponentiũ ſpecies eſt. ¶ Iocor.aris. Auſo. falſoq; in amore iocari. Manil.v. aſtro. pendens iocatur in hoſtẽ. ¶ Graſſor. Sil. graſſandum ad magna periclis. Liuius lib.ii. vt in te hac via graſſaremur. ¶ Caſtrametor. Regum.i. Hierony. interp. Et ſicut caſtrametatus eſt iuxta lapidem Madintori. ¶ Labor.eris. Ouid.iii. de Arte. cito pede labitur etas. ¶ Ruſticor. Cice.i. de legibus. Si qui dies ad ruſticandum dati ſunt. Philoſophor. Idem.i. de Na. De. Et cum minime videbamur, tum maxime philoſophabamur.*

¶ *Tumultuor. Pli. libro. ij. hic tumultuatur hominum genus.* ¶ *Cachinor a græco videtur. canchazo enim interpretatur cachinor: ad hanc ſpeciem reduci poſſunt etiam, quæ in ſexta ſpecie poſita ſunt ſcilicet.* ¶ *Orior oreris, vel oriris. Ouid. lib. x. meta. Tu quoties oreris. viridiq; in ceſpite flores.* ¶ *Naſcor. Iuue. filia naſcitur ex me.* ¶ *Patior. eris. Ouid. xiiij. meta. quæ patiēda diu eſt. Idem. Heu patior telis. Verg. O paſſi grauiora. Apd veteres vero actiuum fuit. Ennius. Populus pati, tu paties modo.*

## ¶ *De verbis communibus. Cap. v.*

*IN primis dicit verbum commune eſſe illud, quod deſinit in. or. & non habet actiuam in. o. quod etiam verbum deponēs habet, a quo differt: quoniā deponens actiuam tantum habet ſignificationem: commune vero actiuam & paſſiuam. Apud antiquiores quemadmodum Priſcianus & Marcellus colligunt; multa huius generis fuerunt verba, vt auxilior. auxiliaris. adulor, aris. adminiculor adminicularis. adhortor adhortaris, auſpicor auſpicaris. abhominor, aris. adorior adoriris. abutor. eris. atteſtor. aris. aſpernor. aris. architector. aris. aſſector. aris. aſſequor. eris. argumentor argumentaris. arbitror. aris. adipiſcor. eris. blādior iris conſolor. aris. conſpicor. aris. comminiſcor. eris, calumnior. aris. carnificor. aris. conſector, aris. conteſtor. aris. deſpicor. aris. demolior. iris. dominor. aris. depeculor depecularis. dilargior. iris. dignor. aris. exordior. iris. experior. iris, exequor. eris. fruſtror. aris. for faris. hortor hortaris. metor. aris. morigeror. aris. miror. aris. machinor, aris. mentior. iris. obliuiſcor. eris. queror. eris, ſolor ſolaris. Quæ omnia, tametſi inter deponentia numerantur, tamen aliquando paſſiue reperiuntur prolata, & ab eis participia præteriti paſſionem ſignificantia. Sed etiam ab his nonnunq̄ vox actiua reperitur, vt ſit vero ſimillimum, fuiſſe hæc olim actiua.*

## ¶ *De verbis diuerſorum generū. Cap. vi.*

*DE verbis diuerſorum generum. Sunt quædam verba, quæ reperiuntur diuerſis modis cōſtructa, de quibus per ſingulas generum ſpecies aliquid attigimus, quæ nunc iccirco repetimus, vt ſub vna facie per ordinem alphabeti poſſint lectori occurrere. Abſtineo abſtines de quo in ſexta actiuorum verborū ſpecie diximus.*

*A[illegible] in quinta verborum ſpecie actiuorum.*

*Adulor, adularis, in ſecunda deponentium ſpecie.*

*Amoueo, amoues. in ſexta actiuorum ſpecie.*

Tumultuor. aris. por hazer bollicio. vt tumultuatur in caſtris.

Cachinor cachinaris. por reir demaſiado. vt cachinatur in conuiuio.

¶ Sexta verborum deponentium ſpecies eſt. quæ poſt ſe conſtruuntur cum ablatiuo & præpoſitione. a. vel. ab. Qualia ſunt.

Orior oreris vel. iris. por nacer. vt ortus a patribus honeſtiſſimis.

Naſcor. eris. por nacer. vt natus a clariſſimis maioribus.

Patior. eris. por padecer. vt ruſtici patiūtur a ciuib[9].

## ¶ De verbis Cōmunibus. Cap. v.

COmmune verbum eſt, quod deſinit in. or. & non habet actiuum in. o. & retinet actiui & paſſiui ſignificationē. vt ego amplector te, tu amplecteris a me. Pauca huius generis reperiūtur. hæc fere.

Complector. eris. amplector. eris. por abraçar y ſer abraçado. vt complector te, & a te.

Oſculor oſcularis. por beſar y ſer beſado. vt ego oſculor te; tu oſcularis a me.

Criminor criminaris. por acuſar y ſer acuſado. vt ego criminor te, & tu a me.

Experior. iris. por experimentar y ſer experimentado. vt ego ego experior illum: & ille a me.

Veneror. aris. por honrar y ſer hōrado. vt ego veneror deos; & dei a me.

Interpretor. aris. por declarar y ſer dclarado. vt ego interpretor obſcura: & illa a me.

Largior. iris. por dar y ſer dado. vt largior pecunias & pecuniæ largiuntur a me.

## ¶ De verbis diuerſorum generū, atq; ſub eodem genere diuerſarum formarū. Cap. vi.

ABſtineo me ab iniurijs. no hago iniuria a otro. actiuum ſextę ſpeciei.

Abſtineo manum a muliere. por no tocar a muger. actiuum eiuſdem ſpeciei.

Abſtineo irarum. por no enſañarſe. neutrū primæ ſpeciei.

Adeo domum. vel ad domum. por yr a caſa. neutrum quintæ ſpeciei.

Adulor tibi vel adulor te. por liſongearte. deponens ſecundæ & tertiæ.

Admoueo tibi manum. yo llego la mano a ti. actiuum tertiæ ſpeciei.

Amoueo a te manum. yo quito la mano de ti. actiuum ſextæ ſpeciei.

Aduerſor tibi. yo te contradigo, o ſoy te contrario. deponens ſecundæ ſpeciei.

Auerſor te. yo huyo de ti, & abominor te, deponens tertiæ ſpeciei.
*Auerſor auerſaris. in tertia deponentium ſpecie.*

Audio te, audio vocem. por oyr el ſonido tuyo. actiuum primę ſpeciei.

Audio a te; vel ex te vel de te, por oyr tu doctrina, actiuum ſextę ſpeciei.
*Audio audis. in ſexta actiuorum ſpecie.*

Audio tibi vel inaudio, por obedeſcerte; neutrum ſecundæ ſpeciei.

Audio male abſolutum. por ſer infamado. neutrũ quintæ ſpeciei.

Aſſentior tibi. vel aſſentior tibi hoc. por conceder. deponens ſecundę & tertię.
*Aſſentior. iris. in ſecunda deponentium ſpecie.*

Aſſentio tibi. vel aſſentio tibi hoc. por aquello meſmo. neutrum & actiuum.

Caueo tibi. yo te pueo, caueo te, yo huyo de ti, neutrum & actiuum.
*Caueo caues. in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Careo te vel careo tui, por carecer de ti. neutrũ primę & tertiæ,

Cõmitto tibi libros. por encomendar te los libros. actiuum tertię ſpeciei.
*Committo committis. in tertia ſpecie actiuorum.*

Committo prælium vel milites, por trauar pelea. actiuum primæ ſpeciei.

Committo vt non colam parentes. por peccar. neutrum quintę ſpeciei.

Credo tibi & credo tibi hoc. por creer. neutrum ſecundę & actiuum tertiæ.
*Credo credis. in tertia ſpecie actiuorum.*

Credo tibi pecunias. por preſtarte los dineros. actiuum tertiæ ſpeciei.

Conſulo tibi. por proueerte o darte conſejo. neutrũ ſecundæ ſpeciei.

Cõſulo te. por demãdarte cõſejo. actiuũ primę ſpe.
*Conſulo conſulis. in tertia ſpecie actiuorum.*

Conſulo boni. por echarlo, o juzgarlo a buena parte. neutrum ſecundæ ſpeciei.

Commendo te regi. por encommendarte al rey. actiuum tertiæ ſpeciei.
*Cõmendo cõmendas. in tertia ſpecie. actiuorum.*

Commẽdo te apud regem. por alabarte delãte del rey. actiuum primæ ſpeciei.

Certo tibi vel certo tecum. por contender contigo. neutrum ſecundæ & quintæ.
*Certo certas. in quinta ſpecie neutrorum.*

Cõtendo tibi vel tecum. por aquello meſmo. neutrum ſecundæ & quintæ.
*Contendo contendis. in quinta ſpecie neutrorum.*

Congredior tibi vel tecum. por encontrar cõtigo. deponens ſecundæ & quintæ.

Conſtituo tibi vel tecũ. por concertar contigo. neutrum ſecundæ & quintæ.
*Conſtituo conſtituis. in quinta ſpecie neutrorum.*

Do tibi pecunias. por darte los dineros. actiuum tertiæ ſpeciei.
*Do das, dedi. in tertia ſpecie actiuorum.*

Do tibi litteras ad amicum. para que ſe las lieues. actiuum eiuſdem ſpeciei.

Do ad te litteras. para que en auſencia las leas. actiuum primæ ſpeciei.

Do tibi pecunias dono. por darte los dineros graciosos. actiuum tertiæ



ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS DEI GRA ... ARAGONVM

| | |
|---|---|
| *Dono donas. in tertia ſpecie actiuorum.* | Dono tibi pecunias. por aquello meſmo. actiuum tertiæ ſpeciei. |
| | Dono te corona, por darte corona en ſeñal de honra. actiuum quintæ. |
| | Dolet mihi caput proprie. Doleo caput figurate. neutrum ſecundæ. |
| *Doleo doles. in ſecunda ſpecie neutrorum.* | Doleo vicẽ tuã, peſame de tu fortũa y deſdicha, figu. |
| *Dego degis. in quinta ſpecie neutrorum.* | Dego, is. abſolute, vł dego vitã, por biuir. neutrum quintæ. |
| *Exigo exigis. in quarta ſpecie actiuorum.* | Exigo te pecunias, vel exigo a te pecunias, actiuum quartæ & ſextæ. |
| *Exeo exis. in quinta ſpecie actiuorum.* | Exeo domum. vel exeo domo, por ſalir de caſa, neutrum quintæ. |
| *Facio facis. in tertia ſpecie actiuorum.* | Facio tibi iniuriam, por hazer te iniuria. &c. actiuũ tertiæ. |
| | Facio te maximi, por eſtimarte en mucho, acti. ſcđe |
| | Facio te certiorẽ, por auiſarte, actiuũ primę ſpeciei. |
| | Facio tecum, por conuenir y concertar cõtigo. neutrum quintæ. |
| *Iduo induis. in quarta ſpecie actiuorum.* | Induo te veſtem, por veſtirte la veſtidura, actiuum quartæ ſpeciei. |
| | Induo te veſte. por aq̃llo meſmo, actiuũ ſextæ ſpe. |
| | Induo tibi veſtem por aquello meſmo, actiuum ter- tertiæ ſpeciei. |
| *Ignoſco ignoſcis. in ſecunda ſpecie neutrorum.* | Ignoſco tibi, vel ignoſco tibi peccatum, por te perdonar. neutrum & actiuum. |
| *Inuideo inuides. in ſecunda ſpecie neutrorum.* | Inuideo tibi, vel inuideo tibi veſtẽ, por tener te embidia, neutrum & actiuum. |
| *Illudo illudis, in ſecunda ſpecie neutrorum.* | Illudo tibi. vel illudo te, por hazer de ti burla, neutrum & actiuum. |
| *Indulgeo indulges. in ſecunda ſpecie neutrorum.* | Indulgeo tibi, por regalar y tratar delicadamenre, neutrum ſecundę. |
| | Indulgeo operam litteris, por dar obra a las letras, actiuum tertiæ. |
| *Impono imponis, in ſecunda ſpecie neutrorum.* | Impono tibi onus por ponerte carga a cueſtas, actiuum tertiæ. |
| | Impono tibi, por engañar te, neutrũ ſecũdę ſpeciei. |
| *Inceſſo inceſſis, in ſecunda ſpecie neutrorum.*<br>*Inuado inuadis, in ſecunda ſpecie neutrorum.* | Inceſſo tibi, inuado tibi, por tentar o acometer, neutrum ſecundæ. |
| | Inceſſo te, Inuado te, por aquello meſmo, actiua primæ ſpeciei. |
| *Lætor lætaris in quinta deponentium ſpecie.* | Lætor malorum vel malis, por alegrarſe cõ males, deponens primæ. |
| *[illegible] nas, in tertia neutrorum ſpecie.* | Manat aqua ex fõte, vel fons manat aqua, por manar, nneutrum quintę & tertiæ. |
| *Moneo mones. in quarta actiuorum.* | Moneo te rem honeſtam, por amoneſtarte lo honeſto, actiuum quartę. |
| | Admoneo te honeſtorũ. por traer te a la memoria actiuum ſecundæ. |
| *Miſereor miſereris. in prima deponentium ſpecie.* | Miſereor innocentis, por auer miſericordia del innocente, deponens primæ. |
| *Miſereor miſereris. in tertia deponentium ſpecie.* | Miſereor innocentem, por aq̃llo meſmo, deponẽs tertiæ. |
| *Miſeret. in quarta imperſonalium ſpecie.* | Miſeret me innocentis, por aquello meſmo, imper |

Metuo tibi, por auer miedo que te venga mal. neutrum ſecundæ.
*Metuo metuis. in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Metuo te, por auer miedo de ti. actiuum primæ ſpeciei.

Noceo tibi; vel noceo te por empecer te. neutrum ſecundæ & actiuum primæ.
*Noceo noces. in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Oro te, vel a te rem honeſtam, por demandar te lo honeſto. actiuum quartæ & ſextæ.
*Oro oras. in quarta actiuorum ſpecie.*

Oleo vnguentum, por oler a vnguento. neutrum figuratum.
*Oleo oles. in quinta neutrorum ſpecie.*

Olet mihi vnguẽtum, por oler me el vnguẽto. neutrum ſecundæ.

Olfacio vnguentum, por oler yo el vnguento. actiuum primæ.

Obliuiſcor tui; vel te. por oluidarte. deponens primæ & tertiæ.
*Obliuiſcor. eris. in prima deponentium ſpecie.*

Palpor tibi, por liſongearte, o halagar te. deponens ſecundæ.
*Palpor. aris. in ſecunda deponetium ſpecie.*

Palpo te, por aq̃llo meſmo actiuum primæ ſpeciei.

Pugno tibi, vel pugno tecum. por pelear contigo neutrum ſecundæ & quintæ.
*Pugno. as. in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Prouideo tibi, por proueer te y mirar por ti. neutrũ ſecundę.
*Prouideo. es. in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Prouideo te. por mirar te d̃ lexos. actiuũ primę ſpe.
*Prouideo. es. in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Parco tibi por perdonar te los errores. neutrum ſecundæ ſpeciei.

Parco tibi pecunias, por guardarte los dineros. actiuum tertiæ ſpeciei.

Pareo tibi, vel pareo tibi omnia, por obedecer. neutrum ſecundæ & actiuum tertiæ.
*Pareo. es. in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Poſtulo te vel a te debitum, por demandarte la deuda. actiuum quartæ & ſextæ.
*Poſtulo. as. in quarta actiuorum ſpecie.*

Poſtulo te repetundarum, por demandar los cohechos. actiuum ſecundæ.

Peto a te vel te libros, por demandarte los libros. actiuum quartæ & ſextæ.
*Peto. is. in quarta actiuorum ſpecie.*

Peto te lapide. por herir te cõ piedra. acti. quĩtę ſpe.

Potior virgine, yo alcanço la donzella que deſſeaua. deponens quartæ.
*Potir. iris. in quarta deponentium ſpecie.*

Potior rerum. por alcançar el imperio de las coſas. deponens primæ.

Reminiſcor tui vel te. por recordarme de ti. deponens primæ & tertiæ.
*Reminiſcor. eris. in prima deponentium ſpecie.*

Salio ſalis por ſaltar. Salto ſaltas, por dançar. neutra quintæ.
*Salio ſalis. in quinta neutrorum ſpecie.*

Salit ouem aries, por ſaltar ſobre ella. actiuum primæ ſpeciei.

Timeo tibi, por auer miedo que te vẽga algũ mal. neutrum ſecundæ.
*Timeo times. in ſecunda neutrorum ſpecie.*

Timeo te, por auer miedo de ti. actiuũ primæ ſpeci.

Veſcor panem vel pane, por comer pan. deponens tertiæ & quartæ.
*Veſcor. eris. in quinta deponentium ſpecie.*

Vtor panem vel pane, por vſar de pan. deponens tertiæ & quartæ.
*Vtor. aris. in quinta deponentium ſpecie.*



ARAGONVM · ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS REX

# LIBER QVARTVS

¶ De verbis Imperſonalibus. Cap. vij.

VErbū impſonale eſt duplex, actiuæ vocis, qđ eſt ſimile tertijs pſonis verbi actiuę vocis. vt vt miſeret, pudet. paſſiuę vocis: qđ eſt ſimile tertijs perſonis paſſiue vocis. vt curritur; ſtatur; de quo paulo poſt dicemus. Sed verborū imperſonaliū ̄ctiuæ vocis, complures ſunt ſpecies.

¶ Prima verborū impſonaliū actiuę vocis ſpecies eſt. q̄ ante ſe exigūt genitiuū; & poſt ſe infinitiuū, & ſunt duo; intereſt & refert. vt p̄ceptoris intereſt docere. ſenatoris refert adminiſtrare rē publicā. Cōſtruūtur vero cū ablatiuo generis fœminini numeri ſingl'is horū pnominū mea. tua. tua. ſua. nr̄a veſtra. adde etiā ab hoc nomine q̄s vel q̄. vt mea intereſt legere. tua refert audire. cuia intereſt pfiteri. ei⁹ intereſt ſalariū pcipere.

¶ Sc̄d'a verborū impſonaliū actiuę vocis ſpēs eſt. quę ante ſe exigūt dtm̄. & poſt ſe infinitiuū. vt

Accidit mihi febrire. acontece me tener fiebre.
Contigit mihi ire. acontece me yr.
Euenit mihi docere. acontece me enſeñar.
Conuenit mihi audire. conuiene me oyr.
Placet mihi legere. Plaze me leer.
Licet mihi amare. yo puedo amar.
Expedit mihi proficiſci. es me vtil partir.
Vacat mihi dormire. vaga me dormir.
Cōſtat mihi te inſanire. es me cierto q̄ tu eres loco;
Patet mihi te eſſe ignarū. es claro q̄ tu eres neſcio.

DE verbis imperſonalibus. Poſtea quā in ſuperioribus de verborū perſonaliū conſtructione diſſeruimus, conſequens eſt, vt de imperſonalibus diſputetur. Cumq; imperſonaliū genera ſint duo. hoc eſt actiuæ vocis, & paſſiuæ vocis. primū agit de verbis imperſonalib⁹ vocis actiuæ, que ruſus in quinq; ſpecies diuidit. ¶ Prima verborū imperſonaliū. Si bene horū verborū naturā cōſtructionēq; excutias. perſonalia ſunt, quoniā ſuppoſitū habent, aut expreſſum: aut implicitū. Cice. pro Plancio. ſi quid mea minus intereſt, id te forte magis delectat. Idem pro eodem. non ſolū quid cuiq; debeam, ſed quid cui⁹ iuſq; interſit. Idē pro Sylla. veſtra enim hoc maxime intereſt. Quod ſi cū infinitiuis hæc verba cōſtruātur, quis nō videt infinitiuū, qui pro nomine rē verbi ſignificāte plerūq; ponitur: poſſe illis dare ſuppoſitū? Tantū nāq; valet mea intereſt legere, quātum lectio ad me pertinet. tua refert audire, quantū auditio eſt tua, vel (vt paulo poſt ex verbis Sipōti. dicemus) in re tua eſt auditio. hac quoq; ratione dicimus. ſenatoris eſt, vel intereſt rēpublicam gubernare, pro eo qđ gubernatio reipublicæ eſt ſenatoris. vel eſt in re ſenatoris, vel pertinet ad ſenatorē. Itaq; qđ diximus hæc verba conſtrui cū genitiuo ante ſe: ſi clauſulā reſoluas: cū genitiuo poſt ſe cōſtrui recte dixeris. Affert Laurentius rationem, cur dicimus mea. tua. ſua. noſtra. veſtra. cuia refert. vel intereſt. & non mei. tui. ſui. noſtri. veſtri. cuius refert, vel intereſt cū in reliquis omnibus genitiuo vtamur. Nā quēadmodū ex illius autoritate lib. i. diximus. ego. tui. ſui. pronomina duplices apud antiquiſſimos habuere genitiuos. ego mei vel mis. tu tui vel tis. ſui vel ſus. quorū priores genitiui ſignificant paſſionem, poſteriores vero actionē: qui tamē cū ab vſu receſſiſſent, in eorū locū ſubſtituta ſunt pronomina illa poſſeſſiua meus. tuus. ſuus. quæ æque actionē ſignificant. Itaq; cū illa verba intereſt & refert exigerent, vt cū genitiuo ſignificationis actiuæ cōſtruerentur. genitiui autē illorū pronominū qui extāt, paſſiue ſignificarēt, recurrēdū fuit ad pronomina poſſeſſiua (quæ vt dixim⁹) actionē ſignificāt, quādoquidem in locū actiuæ ſignificationis genitiuorū, qui non extant, ſubſtituta ſunt. & p eo qđ eſſe debuit, intereſt mis legere. refert tis audire. dicim⁹ intereſt mea legere. refert tua audire, quia (vt diximus) nō potuimus dicere: intereſt mei legere. refert tui audire. accepim⁹ autē mea. tua. ſua, qua neceſſitate dixim⁹ coacti. noſtra. veſtra. cuia. ad illorū pportionē affinitatēq; quā inter ſe habebāt. Potuim⁹ nāq; recte dicere itereſt noſtrū legere. refert veſtrū audire. cui⁹ vl' quorū itereſt docere, ei⁹ vel eorū refert ſalariū accipere, videlicet q̄a noſtrū & veſtrū, cui⁹ vl' quorū actiue accipi poſſunt. Sed cur gtūs ī ablatiui terminationē fœmininā cōmutat⁹ eſt, Valla putat eſſe hāc rationē, qđ abltūs in ſignīōe pxim⁹ ē gtō, & qđ termīatio fœminina media ē triū genrū, vl' ſuauitatis gratia, ne durū videretur dicere, meo itereſt. veſtro refert. Putat quoq; mea. tua. ſua. noſtra. veſtra. cuia. ſubſtātiue eſſe accipiēda. Huius cōmēti Valla ſe inuētorē eſſe gloriatur. Sed in hac poſteriori rōne, ego magis Sipōtino aſſentior dicēti, qđ intereſt cōponitur ex in, & re, & eſt. refert ex res, & fert. nihil enim aliud eſt intereſt praeceptoris legere, quā in re praeceptoris eſt legere, hoc eſt lectio. & refert diſcipuli audire. i. res diſcipuli fert audire. itereſt mea docere, hoc eſt in re mea eſt docere. refert tua mercedē ſoluere, hoc eſt res tua fert mercedē ſoluere. p eo qđ eſſe debuit in re mis eſt docere, & res tis fert mercedē ſoluere. Sed, vt ad Laurētij inuētū redeamus, quoniā ablatiui illi pnominū poſſeſſiuorū p genitiuis primitiuorū q nō extant, ſuppoſiti ſunt, ſi adiectiuū ſuperuenerit, genitiuis potius qui ſub intelliguntur, quā ablatiuis qui explicantur, iungendum eſt. vt mea ſolius intereſt legere. quaſi dicerem, mis ſolius intereſt legere. tua vnius intereſt audire. ac ſic diceretur, tis vnius intereſt audire. Si [illegible] ro ſubſtantiuum fuerit illud, quod additur, quia vix eſſet tollerabile, ſi genitiuo iungeretur in aliā dicendi formam cōmutari debet. itaq; rectius dixerim, mea qui ſum Antonius intereſt legere. quā mea Antonij. Sed de hoc ſatis multa in principio huius libri diximus. ¶ Secunda verborū imperſonaliū, & hæc in infinitiuo, quod loco nominis ponitur, ſuppoſitum habet, vt accidit mihi febrire, pro febricitatio mihi accidit. contigit mihi ire, pro iter mihi contigit. euenit mihi docere. pro doctrina mihi euenit. conuenit mihi audire. pro auditio mihi conuenit. placet mihi legere, pro lectio mihi placet. licet mihi amare. pro amor mihi licet. expedit mihi proficiſci, pro profectio expedit mihi. vacat mihi dormire. pro dormitio mihi vacat. conſtat mihi te inſanire. pro inſania tua mihi conſtat. patet mihi te eſſe ignarum. pro ignorantia tua mihi patet. liquet mihi te eſſe mendacem. pro mendacium tuū eſt mihi liquidū. Et eodem modo de ſimilibus. hæc enim verba alias imperſonalia ſunt, vt quod Apoſtolus, Hieronymo interprete dicit, omnia licent, ſed non omnia expediunt

¶ Tertia verborũ imperſonaliũ, hęc quoq; perſonalia ſunt, habentq; æque ſuppoſitum in infinitiuo; vt delectat me audire pro auditio delectat me. nam delecto actiuũ eſt. Iuuat me cantare. id eſt cantus iuuat me. quoniam iuuo acti uũ etiã eſt. Verg. in buc. non omnes arbuſta iuuant humileſq; myricæ. Decet me legere, hoc eſt lectio decet me. Nam & Ouid. in .j. de reme. dixit hũc decẽt animos mollia regna tuos. Oportet etiam, quod imperſonale videtur eſſe, perſonale fuit aliquando. vt Cecil. apud Priſcia. vt ea, quæ oportuerint facta nõ ſint. ¶ Quarta verborum imperſonaliũ, huius ordinis verba manifeſtũ eſt eſſe perſonalia, quamuis a nonnullis inter imperſonalia numerẽtur, habent autem ſuppoſitum in infinitiuis, qui (vt diximus) loco nominũ ponũtur. vt incipit me tædere vitiorum, hoc eſt tedium vitiorum me inuadere; & eadẽ ratione de reliquis. ¶ Quinta verborum imperſonaliũ pœnitet. Verg. in buc. nec te pœniteat calamo triuiſſe labellũ, apud antiquiores pſonale fuit actiue vocis. vt Actius. nunc pœnitebant libenter liberi. Sed Hierony. quaſi actiuum protulit in Eccleſiaſt. poſt factũ (inquit) non pœnitebis. & quaſi deponens in euangel. Marci. pœnitemini. & credite euangelio. & in actib⁹ apoſtolorum. pœnitemini & conuertimini. Participia quoq; reperiũtur pœnitens & pœniturus. Actius apud Marcellum, neq; queq̃ arbitror pœniturum tuæ laudis. Piget. Plau. in pſeudolo perſonale protulit, quod pudet (inquit) facilius fertur: quã id, quod piget. in præterito pigitum eſt dicimus Gelli. lib. xij. pigitum eſt cunctos ſaltem eſſe penulatos. Silius lib. vij. puni. nec pigitum paruoſq; lares, gerũdio quoq; vſus eſt. Cicero. de claris orato. ad miſericordiã (inquit) inducitur: ad pudendũ ad pigendum. Participium quoq; futuri vocis paſſiuæ Propertius poſuit lib. iiij. hoſtis ab inuita verba pigenda lyra. Pudet quoq; actiuũ etiam fuiſſe Luca. teſtatur, cum dicit ſemper metuit, quem ſæua pudebunt. in præterito puduit & puditum eſt facit. Plautus in bacchidibus, neq; me, neq; te tuis intus puditũ eſt factis. Apul. pro magia. nonne vos puditum eſt hec crimina tali viro obiectare? Gerundio vſus eſt Cice. in .j. de orato. non (inquit) pudendo: ſed non faciendo id, quod non decet. Participia quoq; reperiuntur pudens. puditurus & pudendus: & in preterito pudefactus. Pli. lib. xxxvi. tanq̃ puditurum eſſet extinctos. Gell. lib. j. neq; pudenda dico aut pœnitẽda. Cõpoſita quoq; ſunt ab eo diſpudet pro valde pudet, & depudet pro non pudet. Apul. pro magia. non vos tot calumniarum tandem diſpudet. Ouid. depuduit. profuguſq; pudor ſua ſigna reliquit: Miſeret. Verg. vij. æneid. o genitor nec te miſeret nateq; tuiq;, nec matris miſeret. in præterito miſertum eſt facit. Miſereſcit quoq; imperſonaliter reperitur. Teren. atq; inopis (inquit) te miſereſcat mei. Tædet, a quo eſt compoſitum pertedeo, quod in præterito pertæſum eſt facit: cũ datiuo conſtruxit Gracchus apud Diomed. vſq; adeo (inquit) mihi pertæſum eſſe. Gellius etiam perſonale protulit lib. j. nocti. verbis (inquit) eius defatigati pertæduiſſent. Pertæſus participium frequens eſt: ſed omiſſa ſui verbi origine cum accuſatiuo conſtruitur. Sueto. in Iulio, pertæſus (inquit) ignauiam ſuam. Idem in Tiberio. poſtremo ſemetipſo pertæſus. Idem in Auguſto. pertæſus morum perverſitatem.

¶ Tertia verborum imperſonalium ſpecies eſt, quę ante ſe cõſtruuntur cũ accuſatiuo, & poſt ſe cũ infinitiuo, vt

Delectat me audire. plazer me oyr.
Iuuat me cantare. plazer me cantar.
Oportet me docere. conuiene enſeñar.
Decet me legere. es me honeſto leer.

¶ Quarta verborũ impſonaliũ ſpecies eſt, q̃ cũ iunguntur infinitiuis verborũ imperſonaliũ proprie ſic dictorũ, impſonalia ſunt, alias vero pſonalia. vt

Incipit me tædere vitiorum. comiẽço auer enojo delos vicios.
Deſinit vos pudere. vos dexays de auer verguẽça.
Non poteſt illos pœnitere. no pueden tener peſar.
Solet bonos pigere. ſuelen los buenos auergõçarſe.
Debet malos pudere. deuẽ los malos auergõçarſe.

¶ Quinta verborũ impſonaliũ ſpecies eſt, q̃ ante ſe cõſtruũtur cũ accuſatiuo. & poſt ſe cũ genitiuo vel infinitiuo. & hęc ſũt pprie impſonalia, ſi vlla ſũt, vt

Pœnitet me vitæ. peſa me dela vida.
Piget me patris. verguença he de mi padre.
Pudet me peccati. verguença he del peccado.
Miſeret me pauperis. miſericordia he del pobre.
Tædet me ciborum. enojo he delos manjares.

Verba impſonalia paſſiuæ vocis ſemp ſignificãt actionẽ cũ quadã gñalitate. ſuntq; pprie a verbis neutris abſolutis. vt curritur. cõcurritur. ſtatur. pugnatur. itur. certatur. Tranſfigurantur tamen, vt dicit Diomedes, a verbis neutris, quæ

Verba imperſonalia. Nullus eſt in arte mea locus, qui tãtum nouitatis videatur attuliſſe, tãtumq; mihi ab obtrectatoribus meis inuidius conflauerit, quantum hic in quo de verbo imperſonali vocis paſſiuæ contra omniũ fere præcepta diſſerui. Nam cum plerīq; omnes grammatici, tam ex veteribus, quam ex iunioribus ſcribant: verbum imperſonale vocis paſſiuæ ab omnibus verbis actiuis poſſe deduci, atq; ad imaginem paſſiuorum admittere ablatiuum cum prępoſitione a. vel ab. pro perſona agente, vel faciente, quæ inſolentia ne dicam intemperies fuit, vt contra communes aliorum præceptiones a verbis tantum neutris abſolutis originem habere, & cum nullo conſtrui caſu diceremus: ego (vt eſſe conſcientia mea verum fatear) antea quam hoc documẽtum ſcriberem, diu multumq; cogitaui, quos potiſſimum autores ſequerer: nã apud Phocam & Diomedẽ grammaticos non contemnendos legiſſem, verbum imperſonale vocis paſſiuæ figurari tantum a verbis neutris abſolutis, vel quæ datiuum caſum in ſeriem orationis admittunt, apud reliquos vero omnes grammaticos poſſe etiam a verbis actiuis deriuari. Sed cum in ponẽdis exemplis vidiſſem vtroſq; nunq̃ vſos niſi verbis imperſonalibus, quæ a neutris deriuantur, cœpi mecum acrius reputare: an vſpiam apud autores reperiretur verbum imperſonale, quod a verbo actiuo deſcenderet, quod cum non facile occurriſſet, atq; econtrario mille loci veniſſent in mentem, in quibus erat a verbis neutris imperſonale deductum: cœpi pedibus manibuſq; in Phocæ atq; Diomedis ire ſententiam, ſecutuſq; ſum

illud maxime præceptum: quod multis alijs in locis vſurpaui, & repetens iterum iterumq; monebo: regulas artis grammaticæ limitandas eſſe potius, quam ampliandas, quemadmodum enim ex præcepti contractione etiam circa terminos ab arte permiſſos nihil periculi timetur: ita ex laxitate illa nimia in multos errores & linguæ vitia incurramus, neceſſe eſt. Quare de nobis exiſtimare nemo debet, quod hanc præceptionem ex errore, aut ignorantia quadam ſcripſerimus: cum in explicandis quattuor coniugationum formis communem ſim doctrinam ſecutus: & in verbis actiuis, quæ declinanda pueris propoſuimus, vt ex illa ꝓportiōe reliqua declinare poſſet, nos quoq; verba imperſonalia vocis paſſiuæ adiecimꝰ, amatur, docetur, legitur, auditur. Sed quoniā illic pueros litterarum rudes erudiebamus, laxādæ fuerunt habenæ: vt in vna verbi poſitione tres ſimul voces agnoſcerent. actiuam. imperſonalem. paſſiuam. Nunc vero cum incipiunt aliquid ſapere. cōpeſcendi ſunt, atq; luxuries illa verborū, quaſi falce quadā coercenda eſt.

datiuum caſum in ſeriem orationis recipiunt. vt nihil mihi noceri poteſt. Cum accuſatiuo vero nullo modo conſtrui poſſunt. ſed neq; cū ablt̄o cū præpoſitione a vel ab, niſi gn̄alitatem illum explicet. vt ab omnibus reclamatur. hoc eſt qđ omnes reclamant:

Idq; fecimus perſuaſi eius ipſius quem citauimus Diom. exēplo: qui in explicanda verborū cōiugatione ſcripſit verba imperſonalia amatur, docetur. legitur. auditur. poſtea vero cū de illis cœpit diſſerere (inquit.) Paſſiua imperſonalis declinatio figuratur ex verbis, quæ abſolutiua ſunt. ideſt neutralia, quæ certas perſonas nō admittunt paſſiuæ declinationis: quoniam ſunt neutralia, nihilominus tn̄ tertiā perſonā admittunt paſſiuā & declinātur paſſiua declinatione more imperſonali. vt pugnatur, certatur. viuitur, itur & ſequitur. ¶ Sunt præterea verba, quæ cum ſint imperſonalia ab actiua declinatione: in perſona tamen patienti impſonali modo figurantur: ea ſunt quæ datiuo caſui cohærent. vt maledico tibi. inuideo tibi. conſulo tibi. prouideo tibi. noceo, tibi hæc omnia in paſſiua declinatione non recte dicimus tu malediceris a me: ſed maledicitur tibi, inuidetur tibi. conſulitur tibi. prouidetur tibi, nocetur tibi. & ſimilia: non enim dicimus noceor. eris. huiuſmodi enim verba paſſiuam naturā non habent. hæc Diomed. Cui aſtipulatur eadem prope ſentiēs Phocas Sunt (inquit) verba imperſonalia, quæ a uerbis neutri generis transfigurātur, vel actiuis, quæ datiuum caſum in ſeriem orationis admittunt. Et qualia verba ſint, exemplis declarat. vt ſedetur. ambulatur. ſtatur. pugnatur. itur, ſtudetur. nocetur. ſuadetur. Illud quoq; mirabile eſt, cur Priſci. de vero imperſonali diſſerens ſcripſit poſſe illud deriuari ab omnibus verbis actiuis & neutris, ſed nulla deinde alia ſubdit exempla: quam quæ Diomed. & Phocas adiecerunt. Nimirum, quia apud autores idoneos illa tantum reperta ſunt, ergo aliud ſentire videtur cum præcepta ſcribit, aliud cum exempla ſubiungit. ¶ Sed quid immoramur in re, quæ non argumentis atq; rationibus, ſed vſu & autoritate clariſſimorum in ſermone latino virorum cōprobanda eſt: atq; vnius maxime Vergilij extra omnē humani ingenij ſortem poetæ caſtigatiſſimi: apud quē nemo vnq̄ legit verbū imperſonale a verbo actiuo, ſed paſſim a verbis neutris & abſolutis. vt in. i. æn̄. hic iam tercentū totos regnabitur annos, & in eodem, ſtratoq; ſuper diſcumbitur oſtro. Idem in. iiij. Anna vides toto properari littore circum. Et in. vj. itur in antiquam ſiluam ſtabula alta ferarum. Et in. x. macte noua virtute puer ſic itur ad aſtra. Et in. xij. nunc totis in vulnera viribus itur. Idem in. vij. ſtant belli cauſæ, pugnatur cominus armis. Et in. x. certatur limine in ipſo auſoniæ. Et in eodem licet in muros tota diſcurritur vrbe. Idem in. iij. geor. heu male tunc Libyæ ſolis erratur in agris. Et in. iiij. eiuſdem, poſt vbi iam thalamis ſe compoſuere, ſiletur in noctem. Sed & alij autores vno omnium conſenſu idem obſeruant. Hora. i. ſermo. concurritur horæ momento. Flaccus. viij. argonauti. Gramineis aſt inde toris diſcumbitur olim. Iuuen̄. curritur ad vocem iocundam. idem. clamatur, nullo gemit hæc tibiſſina cornu, & alio loco, ſurgitur: & miſſo proceres exire iubentur conſilio. Ouid. iiij. faſto. ſeu quod ad vſquam decem numero creſcente venitur. Flaccus. v. argonauti. Surgitur in ſomnos: ſeq; ad ſua lumina flectunt. Idem in. i. paretur, molli iuuenes funduntur in alga. Papi. ij. theba. ſumniſq; inſiditur aſtris. Apuleius. iij. floridorum: ſed vbi diutius equo ſedetur. & lib. Regum. iij. Hiero. interprete. domuncula in qua ſedebatur ad iudicandum. Teren. quid fit? quid agitur? ſtatur. Iuue. ſtat cōtra, ſtariq; iubet. Ouid. i. meta. viuitur ex rapto. & Perſius. nec vocto viuitur vno. & Claudi. Viuitur exiguo melius. Cic. in epiſt. quid agas? ſic viuitur. & in alio loco. laboratur vehementer. Quint. lib. i. ſed compoſitione peccatur, quæ iam ſermonis eſt. nimis audacter Apul. in. i. flori. ſpatium (inquit) pluitur & ningitur: & iiij. meta. idem. mœretur. fletur. lamentatur, quod a deponenti durum eſt. quemadmodū ſit illud Plauti in capti. duobus. quaſi cum calletur, cochleæ in occulto latent. ¶ Transfigurantur tamen, vt dicit Diomed. & cū illo Phocas a verbis neutris, quæ datiuū caſum in ſeriē orationis recipiunt. quanq̄ illi neutralia actiua dicunt. vt Cice. nihil mihi noceri poteſt. Apul. in. lib. i. de philoſophia, ijs rebus nocetur, quæ ſunt viliores. & ibidem cū noceri alteri, malorum omnium maximū ſit. Mart. non bene (crede mihi) ſeruo ſeruitur amico. Ouid. in epiſt. Didus. ſi mihi non parcis: puero parcatur Iulo. Idem. i. meta. vix nunc obſiſtitur illis. Papi. iij. thebai. proficitur bello. ni mauis effectiuum eſſe. Flaccus in. ij. argona. vela legunt, remis inſurg... pro in remos: ſicut Verg. in voce actiua dixit. v. æneid. nunc nunc inſurgite remis Hectorei ſocij. Sunt etiam verba quædam ambigua, quæ, vt ſupra diſſeruimus, in diuerſis generibus reperiuntur, quæ res poterit imperitiores turbare. vt ecce timeo te, actiuum eſt: timeo tibi neutrum. Ab hoc igitur poſteriore dixit Seneca in medea, timetur vrbi. Dicimus etiam vindico te, & vindico ... in te: ſed illud actiuum, hoc neutrum, a quo Saluſt. dixit, vindicatum fuit in noxios. & Apul. in primo metamor. vt in eam die altero ſaxorum iaculationibus vindicaretur. & in. iij. dixit, quin etiam in veſtrum ciuem vindicaretis. nam vindicare in aliquem: autore Diomed. eſt illum punire. ¶ Præterea credo tibi pecuniam, actiuum eſt, pro fidei tuæ committo, credo tibi, pro eo quod eſt fidem habeo neutrum. ſic Iuue. ab eo dixit, hæc eadem nobis licet & laudare: ſed illis creditur. Cano quoq; actiuum eſt. vt arma virumq; cano, ſed canere progreſſui & receptui, quo ſæpe vtuntur hiſtorici: neutrum eſt ſecundi ordinis, ab hoc igitur dixit Macrob. libro ſecundo in ſomnum Scipionis: ad bellum progreſſui atq; etiam receptui canitur. Ludo etiam tum actiuum, tum neutrum abſolutum, tum etiam neutrum tranſitiuum reperitur.

*Vnde & a Diome. inter ambigua numeratur, hoc eſt quæ in.o. terminata & actiua poſſunt eſſe & neutra. Nam (vt ille dit.) pro irrideo, actiuum eſt. & apud Verg.j.æneid. quid natum toties crudelis tu quoq; falſis ludis imaginibus. ſed ab abſoluto, pro eo qđ eſt aleam exercere. Iuue. Dixit, poſita ſed luditur arca, a neutro, Perſi. tibi luditur, aſſiuis amens. Nam pro illuditur poſitum eſt, qđ (vt alio loco diximus) tum actiuum, tum neutrum tranſitiuum reperitur. vt apud Verg.iiij æneid. & noſtris illuſerit aduena regnis, Nam cũ verbum pro alio verbo ponitur, etiam illius conſtructionem cum ſignificatione mutuatur. vt Coridon ardebat alexin. pro amabat. & Papi.in Achil. quo fugitur per plana gradu .i. curritur, neq; enim fuga, ſed curſus ſignificabatur.*

> Quod ſi vſpiam apud autores reperiatur exẽplum, quod huic pceptioni repugnet, illud erit pquã rarũ; & qđ nõ poſſit vſũ cõſuetudinẽq; efficere, atq; ex cõſequenti, neq; in artẽ redigi.

*Sunt tamen apud autores plerũq; verba paſſiua, quæ videntur impersonalia, cũ ſuppoſitũ in nominatiuo non habeãt, ſed aut verbum infinitum, aut clauſulam integram. vt apud Verg.j.æñ, cur dextra iungere dexteram non datur: vbi iungere, nomen eſt infinitum: & pro coniunctione dextrarũ ponitur, & in eodem. ſi datur Italiã ſocijs, & rege recepto tendere. ideſt iter ad Italiam. & in.vj. ſed non ante datur telluris operta ſubire. ideſt deſcenſus ad opaca terræ. & in eodem. nec ripas datur horrendas & rauca fluenta traſportare prius .i. traſportatio riparũ, atq; iterũ. datur ora tueri nate tua. ideſt intuitus tui oris. Idem in. vj. non dabitur eſto regnis prohibere latinis. ideſt prohibitio regnorum. & in.ix. Maria ante exurere Turno, quam ſacras dabitur pinꝰ. ideſt exuſtio maris. & in.xj. coeant in fœdera deſtra, qua datur. ſubaudi coire. ideſt coitio ſiue coniunctio dextrarum. & in.j.georg. multa forent, qui mox cœlo properanda ſereno maturare datur. ideſt maturatio properandorum. Simile eſt illud Plin.iunio.in epiſtolis, & quatenus denegatur illis diu viuere. ideſt vita diuturna. nam hoc loco diu viuere, tam nomen eſt, quã in illo Perſij verſu. noſtrũ illud viuere triſte aſpexi. pro noſtram illam vitam triſtem. Eadem ratione efficiuntur impersonalia quædam verba vocis actiuæ. vt conuenit mihi docere. ideſt doctrina, expedit mihi legere. ideſt lectio. Sed & oratio integra poteſt dare verbo paſſiuo ſuppoſitum. vt apud Ouidium.xv.metamor. queritur interea, quis tantæ pondera molis ſuſtinere queat. nam pro ſuppoſito huius verbi, queritur. totum illud poſitum eſt, quis queat ſuſtinere pondera tantæ molis. Eodem modo dixit in. ij. eiuſdem. ne ve preces animos, & verba precantis flectant, poſſe loqui eripitur. ideſt poteſtas loquendi. Horat. j. epiſt. quo mihi fortuna ſi non conceditur vti. ſubaudi fortuna. ideſt vſus fortune. Macro. in. j. ſaturn. eundem eſſe Iouem, & ſolem claris docetur indicijs. & in eodem, quid in commune ſeruilis fortuna profuerit. non paucis docetur. neq; audiendus eſt Seruius grammati. qui inani quadam ratione ductus in carmine illo primi buc. vſq; adeo turbamur agris. Nam ſuo tempore (vt ipſe fatetur) illa fuit lectio, & quidem meo iudicio veriſſima, expuncto verbo turbamur, illius loco ſubſtituit turbatur, quaſi turbamur, illo in loco non aptius quam turbatur, quadret. Quid? quod ſi turbatur verbum eſſet impersonale, cum ſemper actionem cum quadam generalitate ſignificet, exponendum erat omnes, aut pleriq; turbant, ſiue expellunt, quod eſt contrarium ſenſui poetæ, quia non omnes ciues expellunt a totis agris, ſed potius expelluntur, neq; ſum ignarus Quintilian. etiam hunc, verſum ita legere vſq; adeo turbatur agris, ſed ego perſancte iurarem Vergil. non turbatur, ſed turbamur ſcripſiſſe.* ¶ *Sunt præterea quædam verba, quæ cum ſint actiua ratione conſtructionis quodãmodo neutra efficiuntur, vt ſi dicam, diſputatur de re ſubtili, agitur de re præclara. queritur de ſubſtantia elementorum, docetur de natura deorum. Cicero in epiſto.de panthe. agitur diligenter. intelligitur enim res, aut negocium de pantheris, qđ in alia epiſtola expreſſit dicens. res agitur per eoſdem creditores. quemadmodum Vergi.vij.æneid. ſuppreſſit, dicens. ſtipitibus duris agitur ſudibus ve præuſtis. Macro.j.ſatur. inter illos de rebus arduis diſputatur. Idem in.j.in ſomnium Scipionis. in hac interrogatione de animæ immortalitate tractatur. Cicero in topi. diffinitio eſt oratio, qua id de quo queritur, oſtenditur. Quintilianus lib. x. de perſonis iudicatur, ſed de rebus contenditur. Quemadmodum igitur ego de hac re in actiua voce dicimus, pro ago hanc rem. ita agitur de hac re in voce paſſiua, pro hac res, ac ſi mauis dicere, ago de hac re naturaliter dictum eſſe, agitur de hac re verbum impersonale erit. Sed de his ſatis multa diximus, & quæ poſſint etiam pertinaces in noſtram ſententiam adducere. In eo vero quod ſcripſi, cum dependentiuo nullo modo conſtrui poteſt, cum vno tantum Alexandro illiuſq; ſectatoribus mihi certamen eſt, qui putauit latine poſſe dici. Mattheum legitur. pſal. erat ante legendum, qui loquendi modus inauditus eſt, atq; latino ſermoni incognitus. Quod vero addidi ſed neq; cum ablatiuo & præpoſitione.a.vel.ab. niſi generalitatem illam explicet. contra omnes in commune artis grãmaticæ præceptores me ſcripſiſſe fateor. Sed mea ratio fuit ab illorum ratione diuerſa. illi namq; nullis aut perpaucis raris exemplis præcepta tradiderũt: quibus dici poſſet curritur a me, itur a te, pugnatur ab illo, quod poſſe latine dici [illegible] ſim affirmare. Ego vero qui nihil aſſeuero, niſi quod optimis autoribus probare poſſum, non permiſi ablatiuos cum præpoſitione.a.vel.ab. niſi generalitatẽ illam verbi impersonalis exprimerẽt. vt Cicero in epiſt. vehementer ab omnibus reclamatum eſt. & Luca.in.j. tibi numine ab omni ceditur. Certas vero res pro perſona agente vel faciente recipere non poſſe, vel exemplis illis quibus ſuperioribus vſi ſumus facillime probari poteſt, ne oporteat nos [illegible] inquirere. Mirũ enim eſt in tam frequenti vſu verbi impersonalis, nunquam reperiri conſtructum cum ablatiuo, qualem iſti dicunt: facileq; ego concederem verbum impersonale poſſe a verbis actiuis deriuari, quã huiuſmodi ablatiuo iungi. Quidquod etiam ipſorum ſcriptis cogemus eos verba conſiteri, quãquã ſui ipſorum obliti aliud ſcripſerint. omnes enim fatentur verbum impersonale ad cunctos, aut plerosq; pertinere, quemadmodum Diomed. curritur hoc eſt omnes currunt. Seru. cum male Vergilianum illud exponit, vſq; adeo turbatur agris. Quod ſi verum eſt, ego non video quemadmodum res, quæ ad multos pertinet, ad vnũ contrahi poſſit, vt dicatur, curritur a me, pro ego curro. itur a te, pro tu is. pugnatur ab illo, p ille pugnat.*

*Quod ſi vſpiã apud autores reperiatur exemplũ, quod huic noſtræ preceptioni diſſentire videatur. illud erit per quã rarũ, & qd' non poſſit vſum, & conſuetudinẽ efficere, quæ (vt ait Quin.) eſt conſenſus eruditorũ, imitanti vero non quod ab vno atq; altero ſcriptore ſingulari exemplo, atq; ex licẽtia dictũ eſt, ſed ſemper optima proponenda ſunt, & in quæ ex autoribus pleriq; omnes conſentiũt. Oſtẽdũt verba, hoc nemo vnquam dixit, primuſq; omniũ admonuit me Alphonſus aluarez ille cuius alijs in locis meminimus, id quod poſtea ex multa lectione, quã veriſſimũ eſſe didici. Nam cum dico itũ eſt in viſcera terræ, & illud iam ſol inclinat, eundũ eſt. quis nõ videt ab eo qd' eſt itur. ibatur. ibitur. eſſe deriuatũ? & quemadmodũ hæc imperſonaliter dicuntur: ita & ſua participia per quæ circũloquimur præteritum indicatiui cũ ſex alijs tẽporibus quæ ſequũtur illud. vt itũ erat. itũ erit. itũ eſſet. itũ fuerit. Nam quero a te itũ, & eundum, que partes orationis ſunt? non quidem participia vocis paſſiuæ cũ a verbis abſolutis huiuſmodi nõ ſint, non gerundia aut ſupina, cum ſignificent cũ tempore, ergo verbi imperſonalis; cũ ſimilia ſint in ſignificatione. Et quẽadmodum Oui. vtitur ex rapto dixit. ſic Iuue. viuendũ recte, tũ ppter plurima, vt & Pli. dixit terræ partitũ eſt. & Oui. puero parcatur Iulo. ſic Iuue. parcẽdum eſt teneris. ſic ab eo, quod Terẽ. dixit, ignotum eſt, & mãſum oportuit, ignocẽdũ eſt, & manendũ eſt dicimus. ſic a ſto. as. ſtatũ eſt, a doleo, dolendũ. a certo certãdũ, a dormio dormiendũ, a venio, veniendũ, & a verbis deponẽtibus abſolutis etiã ſi non habẽt verbũ imperſonale. vt a morior moriẽdũ eſt omnib9 dixit Cice. & idẽ illud mihi letandũ eſt, ab eo qd' eſt letor. & Teren. ab eo qd' eſt morigeror morigerandum eſt Thaidi.*

Habẽt verba imperſonalia ſua participia ſimilia participijs vocis paſſiuę in neutro genere quaſi ſubſtãtiue poſita. vt itum eſt. eundũ eſt, ab eo qd' eſt itur, ibatur, ibitur.

¶ De Infinitiuo. Cap. viij.

INfinitiuus dicitur. quia nõ habet determinatos numeros & pſonas, & cõſtruũtur ante ſe cũ accuſatiuo pſonę patiẽtis in actiua ſignificatiõe, & in paſſiua pſonę patiẽtis, poſt ſe vero cõſtruũt cũ caſu verbi a quo deſcẽdit, vt me amare deũ piũ eſt. me amari a deo fœliciſſimũ eſt. me carere voluptatib9, & inſeruire amicis, & miſeri innocẽtis, iucũdũ eſt. Dicimus tñ, volo eſſe doctus, & natura beatis omnib9 eſſe dedit, ſed nõ dicimus, video mihi eſſe docto, ſed doctus. & volo me eſſe poeta & non poetam.

Verba infinitiua volunt determinari a verbis volũtarijs, q̃ greci prohæretica dicunt, qualia ſunt. volo, cupio, deſidero, opto, debeo, habeo. & ſimilia.

*DE infinitiuo. cap. viij. Infinitiuũ modũ quidam nomen infinitũ. alij verbũ infinitum. alij indefinitum vocauerũt, quo ab imperſonali diſtet, alio in loco diximus. Conſtruitur autem infinitiuus ante ſe cum accuſatiuo in actiua ſignificatione perſone agentis, & in paſſiua perſonæ patientis, poſt ſe vero conſtruitur eo modo quo finiti modi cõſtruuntur, vt me amare deum. me amari a deo, &c. Quoties tamen infinitiuus actiuæ ſignificationis cum duobus accuſatiuis conſtruitur, altero a parte ante, altero a parte poſt. amphibologica eſt conſtructio, que tanquam vitioſa fugienda eſt, niſi de induſtria velis vti, vt alium decipias, quale eſt oraculũ illud Appollinis. aio te æacida Romanũ vincere poſſe, ambiguũ erat, vter eſſet victurus. an Pirrhus rex epyrotarũ, an ppulus Rom. Eſt quæ illud animaduertendũ quibus in locis huiuſmodi cõſtructio reperitur: accuſatiuũ præpoſitũ infinitiuo ſignificare perſonam patiẽtem. poſtpoſitũ vero poni pro perſona agẽte. Cum infinitiuo tamen huius verbi ſum. es. fui. varia eſt conſtructio, aliquando nanq; nomen qd' ſequitur reſpondet ſuppoſito verbi, quod infinitiuũ determinat, vt ego volo eſſe doctus, tu cupis eſſe magiſter. Oui. xiiij. meta. ſed enim quia retulit Aiax eſſe Iouis pronepos. & Luca. in x. tantumq; putauit iam bonus eſſe ſocer. aliquando reſpondet datiuo precedenti. vt Claudia. natura beatis omnib9 eſſe dedit, ſi quis cognouerit vti. vt Hora. i. ſermo. at qui licet eſſe beatis. ſubaudi nobis. & Mart. nobis non licet eſſe tã deſertis, qui muſas colimus ſeueriores. aliquando nõ reſpondet datiuo precedẽti, ſed accuſatiuo implicito, vt Terẽ. in heau. nobis eſſe bonas non licet. & Oui. in epiſtola hypermeſtræ. quo mihi ẽ facto. quo licet eſſe piã, illic enim ſubintelligitur nos. hic me, quod ſi accuſatiuus precedens fuerit expreſſus. nihil dubiũ eſt ſequentem illi debere reſpondere. ¶ Verba infinitiua, ſiue modus infinitiuus, cũ ab eo dicatur: qd' infinitus & indeterminatus ſit, vult determinari maxime a verbis, que grece prohæretica, latine voluntaria dicũtur. aut ſi verbum ex verbo interpretari volumus, electiua dicenda ſunt, nã hereticos grece, latine eſt electiuus, & hereſis, electio interpretatur. vt volo legere, cupio audire. deſidero amari. opto doceri. debeo ire, habeo nauigare. Cicero in. i. De diuina. haberetq; in animo nauem conſcendere. Nam quod idem ad vxorem ſcribit, cum in animo haberem nauigandũ. ſubaudiendum eſt voluntatem. nam gerundium genitiui, vt ſtatim dicemus, a verbo regi non poteſt. Determinatur aliquando [illegible] a verbis alterius diuerſæq; ſignificationis. vt Terentius in adelphis. vt video illum ſapere, & intelligere in loco. Vergilius in buc. iampridem a me illos abducere theſtilis orat. Idem. xi. aneid. cuncti ſe ſcire fatentur. quanquã & hec electiua dici poſſunt, quemadmodum & illa doleo. letor. timeo. memini, quod cum preſenti infinitiui modi, prope ſemper reperitur conſtructum, aut frequentius, quam cum preterito. Terentius in andria. memini me videre, quo equior ſum Pamphilo. Apuleius pro magia, memini me apud Varronem philoſophũ hoc etiam legere. Vergil. in buc. de celo tactas memini predicere quercus. & in. i. æneid. atq; equidem teucrum memini ſidona venire. Idem tamen. iiij. georgico, etiam preterito iunxit dicens. nanq; ſub œbaliæ memini me turribus altis Corycium vidiſſe ſenem. vbi Seruius. notat vtrumq; poſſe dici. memini me videre, & vidiſſe. ſicut Macro. libro. ij. ſatur. dixit hos Platonis verſiculos legiſſe me, memini. ſed quẽadmodũ diximus, frequẽs vſus hoc habet. vt cũ preſenti cõſtruatur. Nã illa, nõ veni ſoluere legẽ, ſed adimplere. & illud. Preibis ante faciẽ dñi parare vias eius. illud quoq; illuminare ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedẽt. ex figura greca dicta ſunt, quia greci gerũdia nõ habẽt. & infinitiuis p gerundijs neutris vtũtur, quos in hoc ſi latinæ linguæ idioma ſequo*

ſumus, imitari non debemus. Itaq; rectius atq; magis latine noſter intepres dixiſſet. ad ſoluendum, ad impiendum, ad parandum, ad illuminandum. Verbis tamen præceptiuis quibus datiui iunguntur. poſſumus vel datiuos, vel accuſatiuos copulare infinitiuis ſequentibus. vt præcipio tibi legere, vel præcipio te legere: impero tibi, vel impero te audire: iubeo tibi vel iubeo te ambulare. Determinatur etiam infinitiuus verbis imperſonalibus actiuæ vocis, vt conuenit mihi legere. pudet me audire: ſed de hoc cum de imperſonalibus ageretur, diſputauimus. Soleo. es. ſemper cum infinitiuo conſtruitur, atq; ab eo vix ſeparari poteſt, quemadmodum ſpero. as. futuro eiuſdem modi, nam quod Martial. dixit, ſpero me ſecuturum in libellis meis. tale temperamentum. ſpero. pro credo poſitum eſt, ſicut Cice. in epiſtol. ſpero amicitiam noſtram non egere teſtib9. Adiectiua quoq; certe cuiuſdã ſignificationis & participia poſſunt determinare, vt letus. dignus. ſimplex. par. paratus. auſus. Neuius apud Cicero. letus ſum laudari abs te. Ouid. ij. meta. nec tumeus eſſe negari dignatus. Verg. ij. georg. nec modus inſerere, aut oculos imponere ſimplex. Idem in bucco. & cantare pares & reſpondere parati. Idem i. æneid. auſus & afflictis melius confidere rebus. Sed pleraq; ex figura græca magis dicta eſſe videntur. nam quod Verg. dixit modus inſerere, aut oculos imponere ſimplex. pro gerũdio genitiui poſitum eſt, at vero cãtare pares p gerũdio accuſatiui. Sunt vero quædam adiectiua, quæ cũ gerundio genitiui atq; cum infinitiuo conſtrui poſſunt. vt certus eundi. Vergil. iiij. æneid. illa dolos dirumq; nefas in pectore verſat certa mori.

Idem in quinto æneid. celſa, puppe iam certus eundi. ¶ Circumloquimur futurum, latinus ſermo futuro infinitiui non vtitur, præterquã in hoc verbo defectiuo forem fore. pro futurum eſſe. Itaq; duobus modis illud circumloquimur. Primo modo per ſupinum, quod quia, vt paulopoſt dicturi ſumus, nunq̃ poteſt iungi niſi verbo ſignificanti motum ad locum, neceſſitate adductus accepit illud, quod huiuſmodi ſignificationem magis habet in prõptu, hoc eſt eo, is. nõ quod in ea ſyntaxi quicq̃ ſignificet: ſed quod cum ſupino iunctum exibet nobis futuri temporis infinitiui ſenſum. Nam cum dico ſpero me amatum ire vxorem, non intelligo me ire, aut proficiſci aliquo. vt vxorem amen, ſed tantum, q. illam ſum amaturus. Quod ſi conſtare volumus in iis, quæ de verbo imperſonali cum omnib9 fere grammaticis digladiati ſcripſimus, cum circumloquimur futurum infinitiui vocis & ſignificationis paſſiuæ: nullo modo poſſet dici, ego ſpero me amatum iri a deo: nam amatum iri actionem non paſſionem ſignificat, quandoquidem, vt cap. in ſequenti dicturi ſumus: primum ſupinum actionem ſignificat: & iri, quod eſt imperſonale paſſiuam non habet, atq; actionem æque ſignificat, quæ a pleriſq; omnibus proficiſcitur. Itaq; cum dico ſpero me amatum iri, imperſonale eſt: me autem a ſupino illo amatum regitur a parte poſt ex verbi, vnde deriuatur, ſignificatione, quare tantum valet, ac ſi diceres: ſpero quod omnes me amabunt, quare poſſes recte dicere, ſpero me amatum iri ab omnibus, non autem me amatum iri a deo, ſed de hoc plura, cum de verbo imperſonali diſputauimus: illud tantũ admonentes proprie nullum eſſe futurum infinitiui vocis paſſiuæ: ſed verbum tantum actiui, & imperſonalis. ¶ Alio modo circumloquimur idem futurum actiuæ vocis per participium futuri in. rus. paſſiuæ per participium futuri in. dus. vt ſpero me amaturum eſſe deum, & amandum eſſe a deo. Quo in loco non poſſemus dicere amaturum fore, vel amandum fore, ſi Laurentio credimus, ne duo futura (vt ille dicit) inculcaremus. Martial. tamẽ, mergite me fluctus cum rediturus ero, dixit. ¶ Poſuimus præterea. Quemadmodum Gellius primo lib. noct. attica. ſcribit: eſt verbum infinitum ſimile participio futuri in. rus. Nam huiuſmodi locutiones amaturum. docturum. lecturum. auditurum. non participia eſſe putat, [illegible] verba infinita, ait enim de illis, neq; pro participio poſita ſunt: ſed verba ſunt indefinita, quæ a græcis aparemphata vocant: neq; numeris, neq; generibus præſeruientia. itaq; non putat per illa, & hoc verbum eſſe circumloquia fieri futuri infinitiui: ſed per ſeipſa verba eſſe libera & impromiſcua. Nos etiam cum Gellio dicimus eſſe verbum infin[illegible]um futuri temporis quo iam non vtimur, iungiturq; omnibus generibus vtriuſq; numeri. vt Cicero in Verrem, ſed quocunq; venerint, hoc ſibi hem ſperant præſidio futurũ. Plautus in caſſina. cum de puella loqueretur. altero te occiſurum ait, altero villicum. Laberius in Gemellis, non putauit (inquit) hoc eam facturum: en tibi cum feminino numeri ſingularis. Quadrigarius apud Gellium. dum duo conciderentur hoſtiũ copias ibi occupatas futurum. Idem Quadrigarius eſt, quod ſperemus deos bonis beneficturum. Valerius antias apud eundem. aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe: en tibi cum omnibus tribus generibus numeri pluralis, in voce quoq; paſſiua. Vergilius. & pacem Troiano ab rege petendum. & Lucretius æternaſq; pœnas morte timendum.

Iunguntur tamen aliquando etiam aliis verbis & nominibus adiectiuis, ſed figurate, aut ad imitaionem græcorum. vt video illum ſapere, & iam pridem a me illos abducere theſtilis orat. Illud quoq;, & cantare pares, & reſpondere parati.

Circũloquimur futurum infinitiui modi vocis actiuæ per hoc verbum ire & primum ſupinum. Verbi impſonalis vero & paſſiuæ per hoc verbum iri & idem ſupinum. vt ſpero me amatum ire deum, vel deum amatum iri.

Alio modo circũloquimur idem futurum per participium futuri in. rus. & hoc verbum eſſe in actiua, & per participium futuri in. dus. & idem verbum eſſe in paſſiua. vt ſpero me amaturum eſſe deum, vel deum amandum eſſe a me.

Poſuimus præterea proprium infinitiui futurum ſimile participio futuri in. rus. in voce actiua, & participio futuri in. dus. in voce paſſiua, iũgiturq; omnibus generibus vtriuſq; numeri. eo tamẽ nõ vtimur. vt ſpero virginem nupturum tibi. & virgines nupturum viris. & ſpero fœminam amaturum viros, & viros amandum a fœminis.

# LIBER QVARTVS.

DVo de triginta anni ſunt, ex quo primas introductiones grammaticas Hiſpaniæ reipub. vſui publicaui. vnde quantum vtilitatis ſit conſecutum: alij melius incorruptiusq; iudicabunt. Interim tamen nunquam deſtiti admonere eos, qui hanc artem profitebantur, vt ſi quid inuenirēt, quod operi noſtro poſſet conducere: me prius conſulto ſuis in locis adderent. Atq; in primis Alphonſum Aluarez non vulgaris ingenij virum: quo cum in iis ſtudijs quibus ego delector: fuit mihi iucundiſſima conſuetudo. Is retulit ad me quoſdam locos, qui ſibi videbantur commodius in arte tractari poſſe quam ſunt a me præſcripti. vt quod de infinitiuo modo atq; de comparatiuis & ſuperlatiuis in hac parte ſubieci, quæ quia non fuit mihi tempus dijudicandi: aliorum iudicio examinanda relinquo. Mihi certe prima fronte ſummo opere placuerunt, atq; alijs proinde placitura ſpero. Infinitiua (inquit) aut nomina ſunt, aut verba, aut participia, nomina cum in caſu poſita cum tempore non ſignificant. vt ſcire tuum nihil eſt, Participia & cum ſunt in caſu: & cum determinato tempore ſignificant. vt miſerum eſt nunq̃ fuiſſe, iucundum eſt didiciſſe. verba vero cum ſine caſu, & cum tempore ſignificant, ex iis quædam imperſonalia ſunt, vt pœnitere, pugnari, quæ in conſtructione nihil prorſus a ſuis verbis diſſentiunt: niſi quod eorũ oratio imperfecta eſt, indigetq; alterius adminiculo, vt perfectum ſenſum ſignificet: vt reliquæ infinitæ orationes. Infinitiua imperſonalia vnica voce omnes numeros & perſonas cõplectũtur, eſt enim amare tribus vtriuſq; numeri perſonis cõmune, ſed ideo infinitum appellatum eſt, quod per ſe prolatum parum determinatas habeat perſonas: determinatur tamen per adiunctionem ſuppoſiti. vt me amare deum primæ perſonæ numeri ſingularis eſt, te amare deum ſecundæ perſonæ eiuſdem numeri. &c. Determinatur quoq; verbum infinitiuum a verbis voluntarijs & paſſiuis reciprocis, & quibuſdam violentiam, aut imperium ſignificantibus. hæc enim trahunt infinitiuum ad ſuum numerum & perſonam, vt volo legere. nolo mori. Plato dicitur omnium ſapientiſſimus fuiſſe. iubeor in ſenatum venire. iureiurando cogor vera dicere. Conſtruuntur infinitiua perſonalia ante ſe cum accuſatiuo in actiua ſignificatione perſonæ agentis, in paſſiua perſonæ patientis: poſt ſe vero exigunt caſus, quos & verba a quibus deſcendunt. Infinitiua vero a verbis ſubſtantiuis atq; reciprocis poſcunt poſt ſe caſum ſimilem præcedenti. vt volo eſſe poeta. cupio dici ſapiens. volo te eſſe poetam. cupio te dici ſapientem, licet omnibus eſſe beatis. tametſi poſſet quoq; dici licet omnibus eſſe beatos. Infinitiua omnia tempora habuerunt. vt amare. amauiſſe. amaturum in actiua voce. in paſſiua amari. amatum. amandum. pugnari. pugnatum. pugnandum. Sed nunc his vocibus non omnibus vtimur: circumloquimur enim præteritum paſſiuæ vocis per participium præteriti & verbum eſſe vel fuiſſe. vt pugna dicitur commiſſa eſſe. & dicunt pugnam commiſſam eſſe, & audio pugnatum eſſe. Circumloquimur quoq; futurum eiuſdem modi vtriuſq; vocis per ſuum cuiuſq; participium futuri, cum hoc verbo eſſe. vt hic creditur venturus eſſe. ille dicitur accuſandus eſſe, vel hunc dicunt venturum eſſe. illum vero accuſandum eſſe. & ſpero mihi meliore condicione viuendum eſſe. Circumloquimur quoq; idem tempus paſſiuæ vocis per primum ſupinum cum hoc verbo iri. vt ſpero me amatum iri. & ſuſpicor inter nos pugnatum iri. Vtimur præterea futuro infinitiui verborum deponentium, & quorundam neutrorum ſimile participio verbi imperſonalis, vt ſcio moriendum eſſe mihi, & carendum eſſe ſenſibus. ideſt me moriturum & cariturum eſſe.

## De Gerundijs. Cap. ix.

GErundia ſunt; qui verbis annumerent; quia regunt caſus, ſunt qui nominibus, quia habeant caſus, ſunt qui nomina participialia eſſe dicant; quod in quibuſdam nomini, in quibuſdam participio ſimilia ſint. Nobis tamen (vt captiones euadamus) dicendum eſt eſſe aliam partem orationis, quæ tamen maximam habet ſimilitudinem cum nomine; neq; id mirum videri debeat alicui; cum alij plures, alij pauciores quam octo partes orationis poſuerint.

DE gerundijs. ¶ Diu grammatici miſerandum in modum ſe torſere. in illa quæſtione per quam inutili: ſint ne gerundia nõia, an verba propterea, quod aliquid ab vtriſq; acceperint. nos conſiderationem illam nihili fecimus. Et quanquam potuiſſemus antiquorum grammaticorum autoritate gerundia ad verborum modos referre, vt vltra illos quinq;, eſſent quoq; alij duo, gerundiuus & ſupinus. vt tamen nos vno verbo ab illorum nodis euolueremus: diximus eſſe alias quaſdam orãtiõis partes, quæ neq; ſunt nomina. neq; verba, neq; participia. Poni autem a nobis plures, aut pauciores quam octo orationis partes nemo mirari debet, cum de illarum numero quemadmodum [illegible] terũ tertio diximꝰ, inter autores nõ cõueniat. ¶ Gerũdia & ſupina Diome. & fere oẽs grãmatici antiquiores participialia verba appellant, quod in determinatione participijs ſimilia ſunt. gerũdia. participio futuri temporis paſſiuæ vocis. ſupina, participio præteriti tẽporis eiuſdem vocis. Verba Diome. ſunt. participialis verborum modus dictus eſt, quod eiuſmodi verba ſunt participijs ſimilia, nec tamen participia ſunt, vt legendi. legendo. legendum. lectum. lectu. hæc eadem ſunt (inquit) quæ Probus ſupina appellat, & merito: quoniam incertum habent numerum, nec perſonam, nec ſignificatum. Diomed. igitur & Probus confundũt vno appellantes nomine, quæ nos cum poſterioribus grammaticis diſtinximus. vt illa ſint gerundia, hæc vero ſupina. Gerundia, q̃ ab eo dicantur, quod gerant verbi ſignificationem, nemini dubium eſt. at vero ſupina vnde dicta ſunt, fateor me neſcire, ſed neq; memini me legere. Nam quod Probus atq; Diomed. aiunt: ſupina appellari quod neq; certum numerum habent, nec perſonam, nec ſignificatum, non plene mihi ſatiſfacit: quoniam nihil ſimile eſt inter verbum ſupinum, & rem ſupinam: niſi forte ſupinum aliam habuit reconditiorem ſignificationem: quam ſit illa, quæ eſt in promptu, a qua ſupina dicta ſunt.

¶ *Gerundia ante ſe, quemadmodum lib. i. diximus, gerundia poſt ſe regunt caſum verbi a quo deſcendunt. vt duxi vxorē cauſa illam amandi: & illam amando delector, & ad illam amandum ducta eſt a me. Ante ſe vero caſum non regunt: quin potius ipſa reguntur a nomine vel verbo. Quod vero in pſal. cxxv. dictū eſt. In cōuertēdo dn̄s captiuitatem ſion: facti ſumus ſicut conſolati: ex figura vel potius idiomate græco dictum eſt. Græci namq; gerundia non habent, ſed illorum loco infinitiuo cum articulis & præpoſitionibus vtuntur. Nam pro eo qđ nos dicimus amandi: illi dicunt huius amare: pro eo qđ nos amando. illi in hoc amare. pro eo quod nos amandum: illi ad hoc amare. Cum vero infinitiuus apud illos quēadmodum apud nos ante ſe cū accuſatiuo conſtruitur: interpres figuram græcam ſecutus infinitiuum gerundio mutauit: accuſatiuū vero non mutauit. Itaq; pro eo qđ ſeptuaginta interpretes in Pſal. cxli. græce dixerūt in deficere ex me ſpiritū meū, noſter vertit in deficiēdo ex me ſpiritum meum: & pro eo, qđ illi græce in conuenire populos in vnum: noſter in conueniendo populos in vnum dixit in pſal. ci. illud audacius, quod pro qđ ſeptuaginta verterant in conuertere dominū captiuitatē ſion: noſter interpretatus eſt. in conuertendo dominus captiuitatem ſion, vt quemadmodum dicunt: amphibologiam infinitiui modi peculiarem fugeret: cū nuſquā minus eſſe poſſit quā eo in loco, neq; enim quiſquā erat adeo ſtupidus, qui putaret a captiuitate ſion dominum eſſe conuerſum. At quanto melius dixiſſet, conuertente domino captiuitatem ſion: & deficiente ex me ſpiritu meo: & cōuenientibus populis in vnum. Aut ſi hoc durum nimis cuiquam videtur, quod eſt vſitatius apud interpretes per ſubiunctiuum hoc modo tū conuerteret dn̄s captiuitatem ſion. & cum deficeret ex me ſpiritus meus: & cum conuenirent populi in vnum, quod idem etiam Hierony. ſtatim obſeruauit, nam pro eo qđ ſeptuaginta dixerūt, & reges inſeruire dn̄o, ipſe, vt ſeruiant domino, interpretatus eſt. & in euangelio, pro eo quod græce ſcriptum eſt, nato Ieſu in Bethleem, vertit cum natus eſſet Ieſus in Bethleem. ſic boetius pro eo qđ Prophyrius principio Iſagogon in Ariſtote. cathegorias ſcripſit. exiſtente neceſſario, cōuertit, cum ſit neceſſarium, pro eo quod Ariſto. in principio. ij. ethico. libri ſcripſit, duplici vero exiſtente virtute, Leonardus aretinus conuertit: cum vero duplex ſit virtus. Quod vero dixit, poſt ſe regunt caſum verbi a quo deſcendūt: de gerundio ſubſtantiuo actiuæ ſignificationis intelligendū eſt. Nam paſſiuum ſiue illud ſit ſubſtantiuum ſiue adiectiuum cum ablatiuo & præpoſitione a, vel ab conſtrui non poteſt, vt ſi velis dicere, cauſa exulandi a rege veniſti ad curiā. ¶ Gerundia aut ſunt ſubſtātiua, ante Laurētiū Vallā quem vnū in hac gerundiorū diſputatione nō modo ego verūetiā oēs poſt illū grāmatici ſecuti ſunt: nullus fuit autore qui gerundia nominauerit niſi tantū illa ſubſtantiua in. di. dum. terminata. Ille igitur fuit primus, neq; ſua gloria fraudandus eſt, qui gerundia adiectiua induxit: atq; per omnia genera numeros & caſus variauit. vt Verg. voluenda dies en attulit vltro, voluenda adiectiuum gerundium eſt, non participium futuri, neq; enim ſignificat, quæ voluetur: ſed quæ aſſidue vertitur, ſiue volubilis eſt, aut voluens, ſi modo voluens paſſionem ſignificaret more græcorum, qui habent participium præſentis temporis, quod ſignificat paſſionem etiā in verbis actiuis. ad quorum imitationem. Verg. i. geor. dixit. Tardaq; Eleuſinæ matris voluētia plauſtra. i. volubilia, & quæ aſſidue voluuntur. Idem. i. æn. olim voluentibus annis. i. volubilibus: non voluendi ſunt: ſed qui voluuntur aſſidue. Sic præterea dicimus iuſiurandum, non quod iurandum eſt, aut iurabitur: ſed quod iurabile eſt, iuratur, aut iurari conſueuit. Et eodem modo per alios caſus. vt eſt mihi cura iuris dicundi, antiqui [illegible] cebant pro eo, quod eſt dicendi: nam & antiquorum more multa nunc dicimus: vt finium regundorum, & de communi diuidundo. Gerundia ſubſtantiua, quæ (vt diximus) antiquiores agnouerunt, ſola ſubſtantiue accepta inueniuntur tantum in genere neutro, & adiectiuorum more ſubſtantiuantur in genere neutro. Sed in genitiuo accuſatiuo & in ablatiuo frequenter reperiuntur. in datiuo raro. vt Cicero. in Philip. nec ſoluendo eras. hoc eſt vnde ſo[lu]eres debitum, non habebas. Quintilianus pater pauperi ſoluendo non ſumus. Cicero. de perfecto oratore, cum eſt inficiando reus: accuſatori duo primo ſunt. Apuleius. vij. metamorpho. cum primum charitate nubendo maturuiſſet. Vergil. xij. æneid. ſimul aptat habendo enſemq; clypeumq; & rubræ cornua criſtæ. Plini. libro. xiij. emporetica charta inutilis ſcribendo. quorum nominatiuus eſt amare. ¶ Gerundia ſubſtātiua. Gerūdia genitiui ſubſtātiua ſi deriuantur a verbis actiuis & neutris actionem ſignificātibus, ſemp ſignificant actionē. vt cauſa amādi deum & inſeruiendi voluptatibus, hoc Valla præceptū plerūq; verū eſt. reperitur tamen gerundiū genitiui in ſignificatione paſſiua. vt apud Trāquillū in claudio. Harpocrati cui lectica per vrbem vehendi ius tribuit. A verbis neutris paſſionē ſignificātibus, paſſionem ſignificant. vt ſæpius exulādi ratio excideſcebat.*

Gerundia ante ſe caſum non regunt, nā inaudita eſt in ſermone latino conſtructio illa, in cōuertendo dn̄s captiuitatem ſiō, & illud in deficiēdo ex me ſpiritum meum, illud quoq; in conueniendo populos in vnum. poſt ſe vero regūt caſum verbi a quo deſcendunt. vt tempus eſt carendi voluptatibus, inſeruiendi amicis, amandi deum.

Gerundia aut ſunt ſubſtantiua, aut adiectiua. gerūdia adiectiua omnia genera & numeros & caſus habent, & iunguntur ſubſtantiuis, ſignificantq; ſemper paſſionem. vt voluenda dies en attulit vltro. i. volubilis. hoc eſt quæ voluitur. iuſiurandum, hoc eſt, quod iuratur. eſt mihi cura iuris dicundi. & do operam iuridicundo. & veni ad ius dicundum. & delector iuredicundo. Gerundia ſubſtantiua tātum modo reperiuntur ſubſtantiuata in genitiuo. accuſatiuo & ablatiuo generis neutri, quorum nominatiuꝰ eſt amare. cum pronomine vſurpatur, vt eſt mihi cura ſoluendi pecunias. venio ad ſoluendū pecunias, & delector ſoluendo pecunias. Reperitur etiam gerundiū datiui. vt ego non ſum ſoluēdo. neſcio tamen an poſt ſe cum accuſatiuo caſu poſſit conſtrui.

Gerūdia ſubſtātiua a verbis actiuis ſignificāt actionē

*A cõmunibus & deponentibus quæ ſignificant actionem, gerundia quoq; actionem ſignificant, quæ vero paſſionem, paſſionem. vt vocandi gratia, philoſophandi cauſa, lætandi ratio, triſtandi finis, & conſtruũtur ſemper cum nomine ſubſtantiuo, aut adiectiuo certæ cuiuſdam ſignificationis. Verg. iiij. geor. Cecropias innatus apes, amor vrget edendi. Idem. i. æñ. & corã data copia fandi, & iterum in eodem, veniendi quærere cauſas. & alio loco. finem dedit ore loquẽdi. Gerundium ablatiui a verbis actiuis deriuatum, actionem & paſſionem ſignificat. vt cantando. ideſt dum canto, & dum cantatur. Verg. in buc. an mihi cantando victus, non redderet. ideſt dum cantamus certantes inuicẽ. Idem in eodem opere. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. ideſt dum cantatur. idem. iij. geor. aliter vitium creſcitq; tegendo, ideſt dum tegitur. & ibidem, vritq; videndo fœmina, ideſt dum videtur. Quinti. memoria excolendo augetur. ideſt dum excolitur. Sed animaduertendũ, q, hæc gerundia quando paſſionem ſignificant ponuntur ſine præpoſitione, & quaſi in ablatiuo abſolute, neq; regere poſſunt ablatiuum cũ præpoſitione. a. vel. ab. vt ſi velles dicere. fœmina vritur videndo a maribus. ¶ A verbis neutris actionem ſignificantibus, actionẽ ſignificant. a paſſionem ſignificantibus, paſſionem, & eodem modo de cõmunibus & deponẽtibus. Plau. in aulula. pro vapulãdo hercle ego mercedẽ petam. Verg. ij. æñ. fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures. Idẽ. xij. æñ. exuperat magis ægreſcitq; medẽdo, quod Seruius exponit, dum ei medetur a paſſiua ſignificatione. Accuſatiui quoq; gerundium a verbis actiuis actionem paſſionemq; ſignificat. vt tu es facilis ad diſcendũ libros, & libri ſunt faciles ad diſcendum. A verbis actionem ſignificantibus ſignificat actionem. a paſſionem ſignificantibus paſſionem. Deponentium vero & cõmunium eadẽ ratio eſt, quã de ſuperioribus diximus, neq; poteſt conſtrui cum ablatiuo & præpoſitione. a. vel. ab. in perſona agente cum paſſionem ſignificat, quemadmodum & de gerundio ablatiui diximus. Quod vero Seruius in illud Verg. xi. æñ. ſcribit, alia arma latinis quærenda. aut pacem Troiano a rege petendum. petendum eſſe gerundium, facile refellitur a Valla, quia petendum nominatiuus eſt. gerundia autem ſubſtantiua nuſquã in nominatiuo reperiuntur. Sed neq; eſt accuſatiuus, quia gerundium in hoc caſu nunquã eſt ſine præpoſitione, vt ſtatim dicturi ſumus, ex quibus neceſſario refertur petendum non eſſe gerundium. ſed neq; participium, cum ſit verbum infinitũ. qualia ſupra diximus eſſe illa amaturum. docturum. lecturum. auditurum. ne vllo modo contra omnes grammaticos antiquos & iuniores dicamus gerundium ſubſtantiuum etiam in nominatiuo reperiri. Sed dicendum potius eſt eſſe proprium futuri infinitiui modi paſſiue vocis, quemadmodum illa amaturum, docturum. lecturum. auditurum actiuæ. Itaq; pacem petendum. pro petendum eſſe poſuit. & quod Lucret. dixit, pœnas æterna in morte timendum. pro timendas eſſe dixit. Sed (vt paulo ante diſſeruimus cum de infinitiuo ageretur) his futuris non vtimur: ſed illorum circunloquijs.*

*¶ Inter gerundia. Eſt tanta conuenientia inter gerundium & participium futuri temporis terminatum in. dus, tũ in voce, tum etiam ſignificatione, vt non poſſit quis facile diſcernere alterutrum ab altero, itaq; inter vtrunq; ponit duas differentias. Prima eſt, qđ gerundia ſignificant rei adminiſtrationem, hoc eſt per modum officij, ſiue habitum illum, quem philoſophi dicunt actum primum. Ariſtot. vero. appellat entelechiam. vt cum dico. cura legendorum librorũ tenet me, intelligo, qđ illud eſt meum officium, atq; habitus, non tamen in tempore determinato, ſaltem ad futurum, ſed qđ illos lego & legere conſueui. Participia vero ſignificant tempus futurum in actu, ſubaudi ſecundo, quem græci vocãt energiam, ſine rei adminiſtratione. i. non per modũ habitus, ſiue officij, vt ſi dixero libri legendi ſunt a me; intelligo, qđ tẽpore futuro legẽ[tur a] me, non qđ per habitũ ſiue adminiſtrationẽ, ſiue officiũ habeã. qđ illos legere conſueui. Altera differentia eſt, q, gerundia adiectiua poſſunt reſolui in gerundia ſubſtantiua. vt veni cauſa legendorum librorũ. ideſt legendi libros. & veni ad legendos libros. ideſt ad legendũ libros. Cice. in. i. officiorũ, orationẽ latinã legẽdis noſtris efficies pleniorẽ, hoc eſt legẽdo noſtra. Itaq; (vt in ſumma dicã) gerundiũ a participio diſtat, qđ illud ſignificat per modũ officij & rei adminiſtrationẽ ſine tempore, hoc eſt tempus [ſ]ine officio & rei adminiſtrationẽ. Illud per modũ habitus & entelechiæ. hoc eſt actus primi. hoc per modũ actus & energiæ. hoc eſt actus ſecundi, & quod illud reſolui poteſt in gerundiũ ſubſtantiuũ. hoc vero in tẽpus futurũ. Idq; fieri, quoniã gerũdio tempus non accidit, participio vero accidere manifeſtũ eſt. ¶ Gerundia accuſatiui gerundia ablatiui (vt paulo ante dicebamus) tũ iuncta præpoſitionibus, tũ ſeparata reperiũtur, at vero gerundia accuſatiui ſemper copulata præpoſitionibus reperiuntur: non tamẽ omnibus, ſed his tantũ. ad. ob. propter. inter. ante. vt homo debet eſſe velox ad audiendũ, tardus autem ad loquendũ: & ego veni ad legendos, vel propter legendos libros. Auguſt. xiij. de trinitate. propter eruendum homines de diaboli poteſtate. Vergilius in bucco. age Tytire & inter agendum occurſare capro cornu ferit ille, caueto. Idem. iij. georgico. de equis, nanq; ante domandum ingentes tollent animos.*

& paſſionem, preterquã quod gerundium genitiui ſemper ſignificat actionem.

A verbis neutris actionẽ ſignificantibꝰ gerundia ſignificant actionẽ tantũ. a neutris paſſionẽ ſignificantibus paſſionẽ tantum. a cõmunibus & deponentibus actionem & paſſionem.

Inter gerũdia adiectiua & participia hęc eſt differẽtia; qđ gerundia ſignificant rei adminiſtrationem; ſiue habitum; ſine tempore; ſaltem determinato ad futurũ, reſoluunturq; in gerũdia ſubſtantiua. vt eſt mihi cura iuris dicũdi. i. dicendi ius. & delector iure dicũdo. i. dicendo ius. Participia vero ſignificãt tẽpus futurũ in actu; ſine rei adminiſtratione. vt ius dicendum eſt a me. ideſt dicetur. cauſa eſt a me oranda. ideſt orabitur.

Gerundia accuſatiui iunguntur frequenter his ꝑpoſitionibus. ab. ob. ꝑpter. inter. ante. vt ad numerandum, vel propter numerandum pecunias veni, propter orandum cauſas ſtudeo. inter agendum capras. ante domandũ boues.

Gerundia vero ablatiui iunguntur cum his præpoſitionibus in.de.ex.a.ab.vt in nauigando vēti poſuerunt.& eſt libellus Hieronymi de viuendo deo.& ex defēdēdo,quā ex accuſando maior gloria comparatur.

Aduertendū etiam eſt,ꝙ gerundia adiectiua in accuſatiuo ſemper iunguntur præpoſitionibus illis vt ad numerandas.vel ob numerandas.vel propter numerandas pecunias veni.præterꝙ cū his verbis loco.coduco.mando.curo.habeo.pro debeo.vt ego locaui faciendam ſepulturam.

Animaduertendum quoq; eſt gerundium genitiui ſingularis recte iungi ſubſtātiuo plurali.vt Plautus,noiandi tibi iſtorū magis erit,ꝙ edundi copia.

¶De verbis Supinis. Cap.x.

QVod de gerundijs diximus;idē de ſupinis dici poteſt;eſſe aliā ab octo partibus orōnis;niſi ꝙ gerundia participijs;ſupina verbis annumerari poſſunt.Primū ſupinū ſemp iungit verbo ſignificanti motum ad locū.vt eo deambulatum,vado venatum.ſignificatq; ſemper actionē niſi ſit a verbis neutris paſſionē ſignificantibus;nam illa do filiā nuptum;venum do ſeruos.ſpectatum admiſſi riſum teneatis amici;motum in ſe continent,ſicut & illa ſuperiora.

*Ablatiui gerundia his præpoſitionibus iunguntur in.de.ex.e.ab.a.vt in nauegando vēti poſuerunt.i.flare deſierūt.vt apō Verg.ij.æñ.tum venti poſuere omniſq; repente reſedit flatus.& eſt libellus Hierony.ad Euſtochium de viuendo deo.i.quemadmodum deo & non mundo inſeruire debeamus.& titulus ille,qui eſt in libris digeſtorum de edendo:& Cice.tu qd cogitas detraſeundo in epirū:& illud,quod oēs afferunt exemplum ex defendendo,quā ex accuſando maior gloria comparatur,nam & Cice.defendit multos & accuſauit neminem pꝛæter vnū Verrē,quod ipſe in diuinatiōe fatetur.Plinius in epl'is.ſermonibus dies tranſigebat:cum a ſcribendo vacaret.Cice.in quo nos iſti iuriſcōſulti impediunt a diſcendoq; deterrēt.Quint.etiam præpoſitioni cū adiunxit,orato.inſti.lib.i.ſed ratio(inqt)recte ſcribēdi iuncta cū loquēdo eſt.¶Aduertenū eſt,quia pauloante dixerat gerundia accuſatiui ſubſtantiua ſemp aſciſcere ſibi præpoſitionem:nunc etiam dicit gerundia adiectiua in accuſatiuo eadem præpoſitionē deſiderare,præterꝙ cū paucis verbis his fere.loco.as.conduco.is.mando.as.curo.as.habeo.es.pro eo,quod eſt debeo.es.Seruius ſulpitius in epl'a quadam ad Cice.vt faciendā(inquit)ſepulturam locarent.i.darent certa mercede architecto faciendam.Cice.ij.de diuinatione,Redemptores columnā illam de Cotta & Torquato conduxerāt faciendam.Suetonius in vita Cæſaris.gladiatores(inquit)notos vi rapiēdos reſeruandoſq; mandabat.Pli.in epiſtolis,petis.vt libellos meos emendādos recognoſcendoſq; curem.Idem in epiſtola ad Saturninū,præſertim cum enitendū haberemus.i.deberemus eniti.Tranquillus in vita Cæſaris.vt conſolandos eos magis imperator,quam puniēdos habuit.¶Animaduertendū quoq; eſt.contra præceptum illud de conuenientia adiectiui cum ſubſtātiuo,hoc eſt obſeruatū.Plautus in captiuis duobus,nominandi tibi iſtorum magis erit,quā edundi copia.Teren.date creſcendi copiam nouarū,qui ſpectandi faciunt copiam.Cice.de diuinatione.dolebis tamen ſtoicos noſtros epicureis irridendi ſui facultatē dediſſe.ſui enim genitiuus eſt pluralis,qa ad ſtoicos refertur.Liui.xxi.ab vrbe,nō enim vereor,ne quis hoc me veſtri adhortādi cauſa magnifice loqui exiſtimet.Sueto.in auguſt.exacta iocandi licentia diripiendiq; pomorū & obſoniorū.Quid ſi dicas gerundia illa ſubſtantiua eſſe in genitiuo poſita,regereq; poſt ſe genitiuum,vt ſit nominandi iſtorum pro nominandi iſta?& c.illud vero Terentij,quod dixit creſcendi nouarum:quomodo deffendi,aut excuſari poſſit non video.*

*DE verbis ſupinis.cap.x.Quod in ſuperiori capite diſputatum eſt,quæ nos gerundia & ſupina dicimus,participialia verba antequiores grāmatici vno noīe appellabant:propterea,ꝙ gerundia participio futuri,ſupina participio præteriti ſimilia ſunt.Quæ quoniā a grāmaticis iunioribus diſtinguntur,quod de gerundijs diximus eſſe aliam ab octo partibus orationis,idem nūc de ſupinis dicimus eſſe aliam ab illis nouem:vt ſint in doctrina noſtra ſermonis latini partes orationis decem.Quod ſi in octonario partiū oratiōis numero perſtandū eſt:ad nomē gerundia:ad verbū ſupina reducēda ſunt.vnde & Quint.illa appellat verba ſupina,quēadmodū pleriq; oēs grāmatici noīa participialia.¶Primū ſupinū.hæc de ſupinis præcepta cōtra vulgus fere oīm grāmaticorū Priſcianūq; in primis excogitata ſunt:qui putabant ſupina ſignificare actionē & paſſionē,cū primum ab actiuis & neutris verbis actionē ſignificantibus ſemper ſignificet actionem,ſcḋm ſemper paſſionem.Quod vero dicit primū ſemper iungi verbis ſignificātibus motū ad locū:ea ſunt,quæ nō modo habēt motum explicitū:ſed etiā implicitū,vt eo.is.vado.is.proficiſcor.eris.venio.is.ago.is.mitto.is.Teren.in andria,cur te is perditum?Verg.in.iiij.æñ.venatū Aeneas vnaq; miſerrima Dido in nemus ire parāt.Idē in.iiij.geor.venimus huc lapſis quæſitū [illegible] la rebus.Idē in buc.huc ipſi potū venient per prata iuuenci.Idē ibidē,& potū paſtas age tityre.Saluſt.in iugur.legatos(inqt)ad iugurthā de iniurijs queſtū miſit.& iterū ibidē.nō mea culpa ad vos oratū mitto.Motū quoq; dicit continere in ſe illa do filiā nuptū apud Terentiū.i.vt eat nuptū.i.ad hoc,vt nubat paſſiue.vt venūdo ſeruos.vt venundentur etiam paſſiue.& illud Horatij in poe.ſpectatū admiſſi riſum teneatis amici.i.recepti in domū,vt veniatis ſpectatū.i.ad aſpiciendū.Et ſignificat ſemper actionē,ſi veniat ab actiuis.aut neutris actionē ſignificantibus:nam a paſſionē ſignificātibus,paſſionem ſignificat,vt eo exulatū.i.vt exulem.venio vapulatum.i.vt vapulem.Plautus in aulularia.coctum ego nō vapulatum dudū conductus ſum.Idem in mercatore,ſi opprimit pater,qd dixit exulatum abijt ſalus.Idē paulopoſt,certū eſt exulatum hinc ire me.& illa quæ diximus do filiam nuptum:venūdo ſeruos.Poſt ſe vero conſtruitur cum caſu,cum quo conſtruitur verbum a quo deſcendit,de ſupino a verbis actiuis actionem ſignificantibus intelligit.vt quod ex Teren.attulimus.cur te is perditum?atque Verg.lapſis quæſitum oracula rebus.nam venio exulatum a rege neſcio an ſatis latine dici poſſit.*

¶ Vltimum ſupinum. Non minori im errore ante hanc Laurentij præceptionem verſati ſunt grãmatici in vltimo ſupino: quam fuerant in primo, cū putabant ita poſſe iungi verbo ſignificanti motum: & ſignificare actionem, quemadmodum & primum. Itaq; reliquis ambagimus omiſſis: oſtendit primo quomodo conſtruatur, deinde quid ſignificet. nam conſtruitur (inquit) non cum verbo ſignificanti motū, ſed cum nomine adiectiuo, non tanquā ſubſtantiuum. quia cum eo non conuenit, neq; conuenire debet in genere neutro, & caſu, ſed tanquā verbū, quod deſiderat ab illo adiectiuo determinari, a quo etiam regitur. & ſignificat ſemper paſſionem, nō quēadmodū alij dicebant actionem & paſſionem. vt eſt res horrēda dictu. ideſt vt dicatur. miſerabile viſu. ideſt vt videatur. miſerabile dictu. i. vt dicatur. Verg. ij. geor. nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli. & in. iiij. eiuſdem: ſubitū ac dictu mirabile mōſtrum. Idem in. j. æn. in breuia & ſyrtes vrget, miſerabile viſu. Idē in. vij. æn. id vero horrēdū, ac viſu mirabile ferri. ¶ Ex quo ſequitur. ex condicionibus quas dixit, vltimum habere ſupinum, infert: quas non habet. & quibus diſtinguitur a nomine, cū quo terminationē habet cōmunē. nam ſupina ſimilia ſunt nominibus participialib9 quartæ declinationis in accuſatiuo & ablatiuo. ¶ Prima itaq; condicio eſt. qđ nō iūgitur verbo: vt īperiti grãmatici ante hac dicebant: venio lectu, pro eo quod eſt de legendo, quia (vt diximus) ſemper iungitur nomini adiectiuo. hæc Laurentij præceptio cum mihi ſederet in animo, inueni apud Catonem in lib. de re ruſt. clauſulam, quæ illā maxime labefactaret. nam vbi de officio villici ſcribit. primus (inquit) cubitu ſurgat, vltimus cubitum eat. quis hoc loco non dicat, cubitu ſurgat, ſic eſſe vltimum ſupinum. quemadmodum cubitū eat primū? Sed cubitū tā nomen eſt pro cubatione, quā cubitū ſupinū. & qđ Papinius in. j. Achilleidos dixit. & tunc venatu rediturū in limine primo opperiens. illud preterea miror, quod Diomedes ait. lectu proficit ſupinum eſſe. cū manifeſtum ſit lectu, pro lectione in eo exemplo eſſe poſitū. ¶ Altera igitur cōdicio eſt, qđ nō ponatur pro nomine, vt qđ Priſcianus lib. viij. & poſt illum omnes grãmatici dixerunt, venio venatu. ideſt de venatione. nam tunc nomen eſſet. & ſic illud Catonis exponendū eſt, cubitu ſurgat. ideſt de cubatione. & illud Diomedis, lectu proficit. ideſt lectione. ¶ Tertia condicio eſt. q; non iungat ſibi adiectiuū. neq; enim dicere poſſemus. eſt res horrēda humano viſu. ¶ Quarta q; non recipit prepoſitionem: vt eſt res horrenda in viſu. ¶ Quinta q; non regit nomen. vt eſt res horrendā viſu hominum. ex quibus etiā infertur vltimum ſupinum non deriuari a verbis voce aut ſignificatione paſſiua carētibus, quoniam quidē in eam reſoluendi ſunt, cū paſſionē ſignificent, vt ſi velis dicere, eſt res horrenda ſonitu, & indigna locutu, & qđ dixit Cic. ij. tuſ. queſtionū grauis perpeſſu dixit. Deinde dicit cum vltimum ſupinum ſimile ſit in terminatione ablatiuo nominis participialis. qđ ſi quiſpiam dixerit bonus ciuis eſt dignus gubernatu amphibologiam eſſe, quæ ex adiunctis debet tolli. vt eſt dignus gubernatu reipublicæ. & eſt dignus magno gubernatu. & receſſit ex gubernatu. & in gubernatu multū profuit, quibus in locis manifeſtum eſt gubernatu, pro gubernatione poni, declinaturq; hic gubernatus gubernatus gubernatui.

Vltimum ſupinū ſemper iungitur nomini adiectiuo; nō tanquā ſubſtantiuū; ſed tanquā verbum, regiturq; ab eo; & ſignificat paſſionē. vt eſt res horrēda dictu, ideſt vt dicatur. miſerabilis viſu. i. vt videatur. Ex quo ſequitur; qđ neq; poteſt iūgi verbo (vt grãmatici indocti dicunt) venio lectu. Neq; ponitur pro nomine (vt priſcianus dixit) venio venatu, pro de venatione. Neq; iungit ſibi adiectiuū. Neq; recepit prepoſitionem. Neq; regit nomen. Quod ſi dixeris bonus ciuis eſt dignus gubernatu, dubitaueritq; aliquis; gubernatu vtrū ſit nomen an verbum ſupinū, ex adiunctis tolletur hec ambiguitas. Nam cū eſt nomen gtīn regere poteſt, vt eſt dignus gubernatu reipub. & iungit ſibi nomen adiectiuū, vt eſt dignus mogno gubernatu. & recipit prepoſitionem, vt receſſit ex gubernatu. Cum vero eſt verbū ſupinū (quēadmodum diximus) nihil tale habet, ſed tantū a nomine adiectiuo regitur, & in verbum paſſiuum reſoluuitur.

## ¶ De conſtructione Participij. Cap. xi.

PArticipium eodem modo iungitur nomini & pronomini; & verbo; quo nomen adiectiuum, poſt ſe vero deſiderat caſum, cum quo conſtruitur verbum, a quo deſcendit, vt amans filium, amaturus deum, amatus a patre, amandus ab vxore, inſeruiens amico, inſeruiturus ꝓpinquis, carens voluptatibus, cariturus turture magno. Sunt nomina participijs ſimilia, vt amans, doctus, quę ſola conſtructione diſcernuntur. Nam cū dico amans vxorē participium eſt; amans vxoris nomē eſt. Sed cum ſint noīa recipiunt cōparationem, vt amantior vxuris, amantiſſimus vxoris, doctior Cicerone, doctiſſimus omnium.

DE participij conſtructione. Participium eodem modo. Participium cōſideratur aut qua ratione eſt adiectiuum, & ſic debet conuenire cum ſuo ſubſtātiuo in genere, neutro, & caſu, vt vir doctus, aut qua trahit originem ſignificationemq; ab aliquo verbo, & ſic regit caſum illius verbi a quo deſcendit. Nam quia a doceo doces participia actiue vocis ſunt docens docturus. eadem ratione dicimus, ſum docens te grammaticam, & ſum docturus te dialecticam, qua doceo te grammaticam. doceo te dialecticam. & in voce paſſiua eadem ratione dicimus: ego ſum doctus a te grammaticam, qua ego docebor a te grammaticam. ego ſum docendus a te dialecticam, qua ego docebor a te dialecticam. & pari modo de reliquis verbis, quæ varijs modis conſtruuntur. ¶ Sunt nomina. Participia poni pro nominibus poſſe lib. iij. dictum eſt, nūc autem (vt aliquid addat) illud ipſum repetit, oſtenditq; in quo diſtingui poſſit a nomine. ¶ Primo conſtructione, nam cum

*participium, vt paulo ante diximus: regat caſum verbi a quo deriuatur, mutata conſtructione ponitur loco nominis, quod exem-plis demonſtrat, de conſtructione tamen participij loco nominis poſiti infra dicetur. Sed cum ſint nomina recipiunt compa-rationem, hoc de participiis præſentis & præteriti intelligitur, vt amãs amãtior amãtiſſimus: doctus doctior doctiſſimus. Participia futuri temporis loco nõis poſita cõparationẽ non recipiunt, neq; enim poſſemus dicere ab amaturus amaturior amaturiſſimus, ab amandus amãdior amandiſſimus. Nã quod tempeſtatis noſtræ homines curiales dicũt atq; ſcribunt reue-rendiſſimus pater, colendiſſimus dominus, obſeruãdiſſimus præſul: potius dicẽdũ eſſet ꝑ ipſum participiũ loco nominis poſitum, & aliquod aduerbiũ, qđ intenſionem quãdã ſignificaret: augeretq; ſignificationẽ. vt Boetius in primo de cõſolatione cum philoſophiã deſcribit: & vultus (inquit) admodũ reuerẽdi. Quod vero dixit participium futuri in rus loco nominis aliqñ poni, oſtendit Laurentius lib. elegã. j. nã cũ dixit Quint. neq; enim huius rei meminit vſquã poeta: profecto non taciturus de tanta ſua gloria, perinde eſt ac ſi alio modo dixiſſet rem ſibi non tacendam, hoc eſt dignam taceri. Plinius quoq; iunior in epiſtolis: confero (inquit) quinquaginta millia nũmũ, plus collaturus, niſi a verecũdia tua, &c. collaturus dixit nõ tam ſignificans tempus, q̃ voluntatem & animũ cõferendi. Oĩa igitur quattuor participia tranſire poſſunt in vim nõis. ſed quando ſunt participia: quando nomina, quinq; modis dignoſcimus. ¶ Primo cõſtructione, vt amans vxoris ꝑ amator vxoris. ¶ Secundo temporis amiſſione. vt Ouid. militat oĩs amans & habet ſua caſtra cupido. amans ꝑ amator poſuit. ¶ Tertio comparatione. vt amans amantior amantiſſimus. ¶ Quarto cõpoſitione: vt innocens, indoctus. neq; enim ſunt verba innoceo innoces, indoceo es, a quibus deriuentur. ¶ Quinto ſignificationis mutatiõe. vt diligens, non qui diligit, ſed qui ſolers eſt.*

Tempore quoq; poſſunt diſcerni, nam cum dico eſt amandus a me, ſignificat q̃ a me amabitur. Cum vero tantũ eſt amandus, q̃ eſt dignus amari. vix tamen ſub hac forma recipit cõparationẽ. Nam quod quidam dicunt reuerendiſſimus. colendiſſimus, obſeruãdiſſimus, ego dicerem potius admodum reuerendus, perq̃ colendus, plurimum obſeruandus, & alia ſimili modo.

¶ De nominis conſtructione cum alio caſuali. Cap. xij.

Nomina quoq; cum caſibus cõſtruuntur, quædam cum genitiuo, qualia ſunt nomina adiectiua certæ cuiuſdam ſignificationis, vt Integer vitæ. Sceleris purus. Præceps animi. Prodigus vitæ. Dubius itineris. Tenax propoſiti. Cupidus honoris.

Nomina præterea formam participiorum habentia, vt patiens laboris. negligens amicorum, fugitans litium. appetens alieni, profuſus ſui. doctus grammaticæ. victus animi. expertus belli.

*De nominis cõſtructione cũ alio caſuali. Ca. xij. ¶ Poſteaq̃ de cõſtructione verborũ participiorũ cũ alijs partibus orationis dictũ eſt: hoc loco de conſtructione nõis cũ alio caſu diſputabimus: & in primo cũ genitiuo nõ de illa conſtructione quæ notiſſima eſt: cũ genitiuus cõſtruitur cum nomine ſubſtantiuo ex vi, vel quaſi poſſeſſionis. vt liber Vergilij. Vergilius decem argẽtariorũ. ſed cum nomen adiectiuum vel participium in vim nominis tranſiens: aut nomen verbale qđ in or, vel in ix deſinit, conſtruuntur cum genitiuo ex idiomate, hoc eſt proprietate ſermonis latini. Quo in loco imitati ſumus præcipue Diomedem grammaticum, ne quis exiſtimet hæc a nobis tumultuarie fuiſſe præcepta. Dicit igitur in primis, ꝑ nõia adiectiua certæ cuiuſdã ſignificationis ex ratione idiomatis latini genitiuo iunguntur. Sunt autem illa potiſſimum, quæ habitũ ſiue priuationẽ alicuius rei ſignificant, vt integer vitæ. Hora. j. carmi. integer vitæ ſcelerisq; purus. Verg. ix. æñ. atq; integer æui aſcanius. Præceps animi. Verg. ix. æñ. & præceps animi Tmarus & mauortius hemon. Prodigus vitæ. Hora. iij. car. animæq; magnæ prodigũ paulũ ſuperãte pœno. Dubius itineris. Diomedis exemplũ eſt in idiomate genitiui. Verg. iij. geor. nec ſum animi dubius verbis ea vincere magnũ, q̃ ſit. Tenax ꝓpoſiti. Hora. j. car. iuſtum & tenacem ꝓpoſiti virum. Cupidus honoris. Diomedis quoq; exemplũ eſt, atq; eadẽ ratione dicimus æmulus laudis, amens animi, auidus pugnæ. certus experimenti, incertus viæ, conſcius facti, inſcius æui, præſcius venturi, neſcius veri, ignarus rerum. ingratus ſalutis. inops animi. lætus laborũ, memor matris. maturus æui, ꝓſper frugũ. reus voti. ſerus ſtudiorum. ſecurus amorum. veri vanus. animi vecors Ouid. vj. meta. vt tñ exẽplis intelligat æmula laudis. Verg. iiij. æñ. iſq; amens animi & rumore accẽſus amaro. Idẽ in. ix. ego auidũ pugnæ dictis ac numine phœbi. Macrobius in ſomniũ ſcipi. hippocrates experimenti certus aſſeruit. Sen. in œdipo. an latera cura ſcripit incertus viæ. Verg. iiij. æñ. teſtatur moritura deos & cõſcia fati ſydera. Idẽ in. vj. præſcia venturi da. nõ indebita poſco. Idẽ. iij. geor. etiãq; tremẽs. etiã inſcius æui. Ouid. j. meta. veri quaſi neſcia quærit. Verg. ii. æñ. quis ſit ignarus rerũ ingratusq; ſalutis. Idem. iiij. æñ. ſæuit inops animi totamq; accenſa per vrbẽ bacchatur. Idẽ in. x. æñ. quas illæta laborũ ipſa ſuis manibus. Idẽ. j. æñ. at memor ille matris acidaliæ. Idẽ in. v. æñ. atq; æui maturus ... ꝓſperã frugũ celereſq; pronos voluere menſes. Verg. j. æñ. ſecurus amorum germanæ. Idem in. v. æñ. ... voti reus. Ouid. xv. meta. ſpretarũq; agitur legum reus. Cõſtantinus tñ in quadã ſanctione, ne ſimus (inquit) ... pugnãdo fideliter de oĩbus gentibus meruimus eſſe victores. Hora. o ſeri ſtudiorum quo ne putetis. Apu. iiij. meta. ... animi tectũ ſcandulare cõſcẽdit. Verg. x. æñ. cum ego veri vana feror. ¶ Nomina præterea formã participiorũ habentia, quæ figurantur ex participijs præſentis tẽporis & præteriti, poſſunt cõſtrui cũ genitiuo, vt Verg. iij. geor. patiẽtes veneris ... & ab eo compoſitum impatiens, Iuue. impatiẽſq; moræ pauet. & præputia ducit. Negligẽs amicorum. Diomedis eſt in idiomate. Fugitãs litiũ. Teren. in phormi. herus meus liberalis eſt, fugitans litiũ. Saluſt. in catilina. ꝓfuſus ſui, alieni appetẽs. ... participia nãq; ſi eſſent, accuſatiuo iungerẽtur, diceremuſq; patiens laborem, appetens pecuniã, negligẽs amicos, fugiẽs lites.*

Nomina quoq; verbalia maſculina terminata in.or. quæ formanť ab vltimo ſupino.u.mutata.in.or. & fœminina terminata in.trix.quæ formantur a maſculinis.tor.in.trix.vt amator vxoris.amatrix viri.doctor genitum;expultrix vitiorum.

Et nomina ſuperlatiua conſtruuntur cum genitiuo ſed tātū plurali,niſi ſint nomina collectiua,vt doctiſſimus grecorum;ſapientiſſimus philoſophorum.fortiſſimus gētis danaum. Comparatiuum quoq; inter duo.vt aiacū fortior fuit telamonius.

Sunt quædā quæ poſſunt iungi genitiuo;vel datiuo,vt ſimilis patris vel patri.fidus regis vľ regi,pximꝰ Tulij vľ tulio,ppinquus Ceſaris vľ Ceſari.

Quædam ſunt quæ poſſunt iungi genitiuo vel ablatiuo,vt diues agrorū vel agris;vacuꝰ cerebri vel cerebro,plenus rimarū vel rimis.dignus honoris vel honore.

*Eodem modo ſi dixeris doctus grāmaticam.victus animum,expertus bellum. participia ſunt.doctus grammaticæ. victus animi.profuſus ſui.expertus belli,noīa.Verg.x.æn̄.expertos belli iuuenes:& ſilua trecentos.Idem.iiij.geor.immemor heu victuſq; animi.Hora.iij.carmi.doctæ ſermonis vtriuſq; linguæ.eadem quoq; ratione Verg.dixit.i.æn̄. expediunt feſſi rerū. & Hora.i.car.inſanientis dum ſapientiæ cōſultus erro.Idem in.i.ſer.agricolā laudat iuris legumq; peritus: nam participiū eſt a perio,qđ in vſu non eſt in ſimplicitate,a quo eſt experior.& Apul.de repente animi mutatus.¶ Nomina quoq; verbalia,quæ alij participialia vocāt formata ab vltimo ſupino.u.mutata.in.or.conſtruuntur cum genitiuo.vt amator vxoris,doctor geniū,& fœminina quæ formātur a maſculinis.tor.mutata in.trix.cū genitiuo etiā conſtruuntur.vt amatrix viri.& quæ etiam irregulariter formantur:vt expultrix vitiorū,qđ ab expulſor fit.¶ Et nomina ſuperlatiua.ſuperlatiuum cum plurali tantū genitiuo cōſtruitur.vt Hora.i.ſer. græcorū lõge doctiſſimꝰ.poteſt etiā cū genitiuo ſingulari cōſtrui,modo ſit nomen collectiuum,hoc eſt in numero ſingulari multitudinē ſignificans,vt populus,gens. Verg.i.æn̄.o danaū fortiſſime gentis tidite.Cōparatiuū quoq; quoties inter duos fit cōparatio,ad imitationē græcorū poteſt cum genitiuo cōſtrui.vt iuniores grāmatici dicunt cū ponitur partitiue.vt ſi dicas,aiacū fortior fuit Telamonius,duo enim tantū fuerūt Aiaces,alter Telamonius alter oilei filius.Nā ſi tres fuiſſent nõ fortior ſed fortiſſimus dicendum erat.ſicut dicimus digitorum medius eſt lõgiſſimus,manuū vero dextera eſt fortior: loco etiā genitiui nonnunq̄ ponitur ablatiuus cum præpoſitione de vel ex.Oui.in epiſt.medeæ.cū minor e pueris iuſſu ſtudioq; videndi,duo enim erant medeæ filii.Ceſar in cõmen. hæres erat ſcriptus ex duobus filijs maior.Illud nimis licenter dictū eſt qđ Paulus Hieronymo interprete ſcribit.Spes(inq̄t) fides,charitas tria hæc,horum maior eſt charitas ꝑ maxima,aut ſi charitas fidei & ſpei ſimul cõparatur. horū poſuit pro his ad imitationē græcorū,qui cum ablatiuū nõ habeant cõparatiuū cū genitiuo cõſtruuntur,quēadmodum & ſuperlatiuum,illa modo inter illos differentia eſt:qđ cõparatiuū iungitur cum genitiuo ſignificãte vnum aliquid ſui generis vel diuerſi,ſuperlatiuū vero cū genitiuo ſignificãte plura ſui generis. Illud tñ hoc in loco non eſt diſſimulandū,quod Valla notauit,qđ cõparatio vnū gradum ſiue primum obtinet.ſuperlatio vero vltimum.nam vbi eſt ſuperlatio, neceſſe eſt, vt ibidem ſit cõparatio: ſi enim plura ſint vaſa ad eandem magnitudinem facta & aliud ſit longe capacius, recte dixeris illud eſſe maius omnibus illis,quæ ſunt inter ſe æqualia,quod ſi aliquod vas ſit maius alio,aliud maius illo. hoc comparatum illis duobus non dicetur maius illis,ſed maximum illorum.ſed de vtriuſq; gradus conſtructione Cap.xiiij.plura dicemus.*

*¶ Sunt quæ poſſunt.ſimilis patris,vel patri,ſed eſt differentia teſte Diomede.quoniam ſimilis patris eſt in moribus.ſimilis patri in corporis figura atq; lineamentis, quod Iuuenalis expreſſit dicens,quandoquidem ſimilem tibi ſi non corpore tantum,nec vultu dederit morum quoq; filius. Terentius in eunucho,domini ſimilis eſt.nam quod Verg. in primo æneid. dixit,os humeroſq; deo ſimilis,ex opinione vulgi atq; epicureorum dictum eſt, qui putant deos humanam effigiem habere. fidus regis vel regi.Verg.xij.præterea regina tui fidiſſima.nam genitiuus ille poſitiui eſt. Ouid.ij. meta.tu tantum fida ſorori eſſe velis.proximus ſiue propinquus Tulij vel tulio.vicinus Antonij vel Antonio.Hora.primo ſermonum. niſi nos vicina triuici villula cœpiſſet campano proxima ponti. Eodem modo dicimus amicus Ceſaris vel Ceſari.par Pompei vel Pompeio,Verg. & amicum cretea muſis.Idem in primo. gēs inimica mihi tyrrhenum nauigat æquor.Luc.iij.i.quem mutuis par huius erat. Idem in.ix.par geminis chiron.¶ Quædam ſunt,quæ poſſunt.diues agrorum vel agris.Verg.in buc. quam diues pecoris niuei.quā lactis abundans.Idem.i.æn̄.diues opū,ſtudijſq; aſperrima belli.Idem in eodē.ditiſſimus agri phœnicū:nā genitiuus ille agri ad poſitiuū,phœnicū ad ſuperlatiuū refertur.Horat.i.ſer.diues agris,diues poſitis in fœnore nummis. Vacuus cerebri vel cerebro.Saluſt.in iugur,ager aridus & frugū vacuus,Iuue.vacuūq; cerebro iā pridem caput hoc ventoſa cucurbita quærat.Plenus rimarum vel rimis.Teren.in eunucho,plenus rimarum ſum,hac illac perfluo. Ver.i. æneid,quæ regio in terris noſtri non plena laboris? Idem.iiij.geor,crura thymo plenæ.Quint.tamen.lib.ix.plenus (inquit) vini veteres dixerunt nos plenū vino dicimus.dignus honoris vel honore: Plautus in trinummo non ego ſum dignus ſalutis Verg.xii.æn̄.magnorum haud vnq̄ indignus auorū.Iuue.his epulis & tali dignus amico.Laurentius vix dici poſſe putat dignus honoris,quare illud ex euãgelio.facite fructus dignos pœnitentiæ:ex figura græca dictū putat,quia græci ablatiuo carent. Dicimus etiam ſatur rerum & rebus.Teren.in adelph.ſed poſtq̄ intus ſum omniū rerum ſatur. Ouid.ii.meta.ambroſiæq; ſucco ſaturos præſepibus altis.Truncus pedū vel pedibus.Verg.iiij.georg.trunca pedū primo. Ouid.xv.meta.& generat truncas pedibus.Oneratus frugū & frugibus, & refertus cibi vel cibo.Pacuuius apud Nonium Marcellū,oneratus (inquit) frugū & floris.Varro apud eundem Marcellū,ipſa Italiæ oppida ſunt refecta quæ fuerūt prius hominū referta. Cicero ꝓ lege manilia.referto prædonū mari.nā participia eſſe loco nominū poſita, ex eo patet, qđ verba a quibus deriuantur cū ablō, nõ cū gtō cõſtrui ſolēt.Verg.i.æn̄.onerãtq; auro.Cicero.ij.de oratore.anguſte referſit orationem ſuã*

¶ Datiuo complura iunguntur. ſunt autem (vt Priſcianus ait) illa, quæ ad gratiam vel ad vtilitatem alicuius, vel cõtra referuntur, vt facilis difficilis & ſimilia. Verg. ij. geor. illam experiere colendo & facilem pecori. Marti. ij. ficilis. facilis. amicus. acerbus eiſdẽ. Cicero in verrem. ita mihi vel in deos propicios. Verg. ij. geor. his pomis vtilis arbos. ¶ Verbalia quoq; in bilis. illa ſunt, quæ paſſionem ſignificant. vt amabilis cunctis. Vergi. iij. georg. nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli.
¶ Accuſatiuo etiam, quẽadmodum alijs in locis diximus, nõia adiectiua cum accuſatiuo conſtrui poſſunt, ſed per figurã ſynecdochẽ tantũ poetis permiſſam. vt Verg. i. æn. nuda genu. i. habens genu nudũ. Idẽ in eodẽ. os humeroſq; deo ſimilis. i. habens os & humeros ſimiles deo. ¶ Ablatiuo quoq; media præpoſitione ſiue ſeptimo caſui. De quo Diome. in idiomatis, his verbis ſcribit. Multa ſunt quæ per ablatiuũ caſum Romani ſolẽt efferre. immẽſa eſt enim huius caſus licentia, & vtuntur eo ſæpiſſime pro duobus caſibus genitiuo & datiuo, vt bellum varia victoria. hõ mira eloquentia. magnis viribus adoleſcens. bona forma mulier, qđ elegantius dicitur quã ſi diceres bellũ variũ victoria. homo mirus eloquẽtia, adoleſcens magnus viribus. mulier bona forma, quem vero Diomedes ablatiuũ appellat: nos (ſi conſtare nobis volumus) ſeptimũ ſiue effectiuum caſum appellamus. Ablatiuus autẽ eſſet media præpoſitiõe, vt alienus a crimine, diuerſus a vitijs. longinquus ab achais. Diomedis exẽpla ſunt. Eodem modo dicimus alius ab humanitate. pro diuerſus. oriundus a carthagine. pro originẽ trahẽs. tertius a ioue, ſubaudi diſtans. ¶ Cõparatiua quoq;. Diximus cõparatiuũ quoties ponitur partitiue: cõſtrui cum genitiuo, nũc vero dicit qđ ſiue cõparetur ad vnũ ſiue ad plura ſui, vel diuerſi generis, conſtruitur cum ablatiuo ſiue ſeptimo caſu, nã (vt alio etiã loco diximus) quoties ablatiuus ſine præpoſitione ponitur, antiquiores ſeptimũ caſum appellabant. vt Achilles fuit fortior Aiace & Hectore, ac perinde reliquis omnibus Troianis: poſſumus etiam dicere, quod Aiax telamonius fortior fuit Aiace oileo. ſed de cõparatiui cõſtructione infra pluribus diſſeretur. ¶ Ablatiuus ſiue ſeptimus caſus, illorũ ſtulticia hoc in loco ridenda eſt, qui pro eo quod ego dixeram Mũda in dedicionem chriſtianorũ venit, quoniam eo anno, quas introductiones has edidimus Ronda & Munda & cõplura alia caſtella maurorũ expugnata ſunt ductu atq; auſpicijs Ferdinãdi omniũ regũ clariſſimi, putãtes mũda adiectiuum eſſe nomen, deletis quibuſdam litteris atq; alijs adiectis, librario imprimendum dedere Munda in dedicionem chriſtianitas venit.

Datiuo etiam complura iunguntur. vt facilis omnibus, difficilis nemini. charus ſuis, iucũdus alienis, aptus bello. idoneus paci.

Verbalia quoq; in. bilis, datiuo iungi poſſunt; vt amabilis cunctis. viſibilis nulli.

Accuſatiuo etiã iungunt̃ plura nomina adiectiua; ſed, vt diximus, figurate. idq; apud poetas tãtum. vt flauus capillos, niger oculos, horridus barbã.

Ablatiuo quoq; media p̃poſitiõe ſiue ſeptimo caſui cõplura iungunt̃. vt alienus a crimine. oriundus ex Aphrica. diuerſus a vitijs. alius ab humanitate. ſecundus ab hercule. tertius a Ioue. vir ſingularis ingenio. excellens virtute. inſignis pietate.

Comparatiua quoq; cum ablatiuo ſiue ſeptimo caſu cõſtruũtur. vt nemo eſt eloquẽtior Cicerone.

Ablatiuus ſiue ſeptimus caſus plerũq; ponit̃ abſolute; aut p̄ duo nõia; vt rege Ferdinãdo Munda in dedicionẽ chriſtianorum venit, aut per nomen & pronomẽ. vt me præceptore didiciſti litteras. aut per nomen ſiue pronomen & participiũ. vt deo ducente veniã ad te. me veniente gaudebis.

## ¶ De cõſtructiõe quarũdã partiũ orõnis. Cap. xiij.

Quiſq; ſemper iungitur ſuperlatiuo. vt optimus quiſq;. ſapientiſſimus quiſq;. Omnis & cũctus poſitiuo & comparatiuo. vt oẽs boni. cũcti boni. omnes ſapientiores. cuncti ſapientiores.

At vero quiſq; tunc poſitiuo iungitur; cum nõ recipit cõparationem poſitiuus. vt ſtrenuus quiſq;. ſeptimus quiſq;. iungitur etiam quiſq; cum hoc nomine quotus; ſed ſemper interrogatiue, vt Cicero. quotus enim quiſq; iſtud feciſſet?

De conſtructione quarũdã partiũ orationis, puta quiſq; particula, quã nunq̃ poſitiuo aut cõparatiuo iungitur. ſed tantum ſuplatiuo, atq; ecõtrario oĩs poſitiuo & cõparatiuo. nũq̃ ſuplatiuo, qđ cum apud caſtigatiſſimos autores prope ſemp̃ obſeruatũ reperiatur, iure Priſci. in principio ſui operis a Valla reprehẽditur, qđ ſcripſerit. olim iudicio cõprobetur eruditiſſimi[illegible] [illegible]orũ. pro eo qđ eſſe debuit olim eruditorũ aut eruditiorũ. Lactãtius quoq; in libello de opificio hoĩs: placidiora quæq; aĩalia vel nihil felis oĩno vl̃ minus habẽt. p̃ eo quod eſſe debuit oĩa placidiora aĩalia. Macrobius etiã in. i. de ſomno. exteriori quæq; ſphera quas interius cõtinet ambiẽte. pro eo qđ eſſe debuit extima quæq; ſphera. ¶ Si vero poſitiuus cõparationẽ nõ recipit, p̃pter aſperũ litterarũ cõcurſum, vt quia a pius & ſtrenuus nõ dicimus pijor piiſſimus, ſtre[illegible] ſtrenuiſſimus, poſſumus dicere pius quiſq;. ſtrenuus quiſq;. Saluſt. in iugur. ſtrenuus quiſq;, aut occiderat in prælio, aut grauiter vulneratus. aut q̃a ſignificatio poſitiui eiuſmodi eſt, vt nõ poſſit gradus cõparationis recipere, qualia ſunt nõia nũerorũ ordinẽ ſignificãtia. vt primus, ſcđs, tertius, poſſumus dicere primus quiſq;. ſcđs quiſq;. tertius quiſq;. Cice. in Philippicis, Primo quoq; die cõſules ad ſenatũ referãt. tameſi primus ſuplatiuũ ſit. Idẽ p̃ Rabirio. tertio quoq; verbo excitabatur. Trãquillus in vita Caſeris. vnus dies quarto quoq; anno intercalaretur. Iuue. ſeptima quæq; fuit lux ignaua. Cũ vero huiuſmodi nõia tũ vnũquẽq; ex eo nũero, tũ vltimũ ſignificẽt iũcta cũ hac particula quiſq;, idẽ quoq; ſignificat. vt quartus quiſq; it vel vnus quilibet ex quatuor, vel vltimus in ordine quattuor, nã cũ dico quarto quoq; anno eſt annus intercalaris, intelligo vltimũ quẽq; ex nũero quattuor, & Iudeis ſeptimus quiſq; dies eſt feſtus, intelligo q̃ vltimus ex nũero ſeptẽ. Quod vero Ceſar in cõmẽ. dixit, cognoſcit nõ decimũ quẽq; eſſe relictũ militẽ ſine vulnere, nõ ſignificat vltimũ ex decẽ, ſed vnũ quẽlibet ex nũero decẽ. vl̃ inter decẽ eſſe vulneratũ. Iungitur præterea q̃ſq; cũ hoc nõie ordinali quotus. [illegible] ſed ſemp̃ interrogatiue. Cic. p̃ ligario. quotus enim quiſq; iſtud

¶ Tantũ & quãtum poſitiuo iungitur, adde etiã tu & verbo, vt quãtũ potes tantũ elabora. tanto & quãto ſuplatiuo. Cic. quanto es maior, tãto te geras ſummiſſius, neq; enim latine poſſet dici, quãtũ es maior, tãtũ te geras ſummiſſius. Superlatiuo etiam iunxit Catullus tanto peſſimus omniũ poeta, quãto tu optimus omniũ patronus. Verg. xij. æñ. o præſtans animi iuuenis quantũ ipſe feroci virtute exuperas, tanto me impenſius æquũ eſt cõſulere. Quin. in. j. quorũ cõcentus tanto eſt vehemẽtior, quãtum Romana in bellis gloria cæteris præſtat. Ad vim quoq; cõparatiuorũ proxime accendunt illa aduerbia ante & poſt, vt tanto ante ego veni, quãto tu poſt veniſti, & illud nomen alius atq; ſuũ aduerbium aliter. atq; eiuſdem ſignificationis ſecus. Quin. at quãto alius fuit ille infœliciſſimi iuuenis affectus. Terẽ. in andria. verũ aliter euenire multo intelligit, & Cicero multo ſecus euenit. Tam & q̃ eiuſdẽ ſignificationis poſitiuo & ſuperlatiuo iungi poteſt, ſed & cõparatiuo. Verg. vij. æñ. tã magis illa fremẽs & triſtibus effera flãmis, q̃ magis effuſo crudeſcũt ſanguine pugnæ. Saluſt. q̃ quiſq; peſſime fecit, tam maxime tutus eſt, quod de tantũ & quãtum tãto & quãto diximus, idẽ de aliquantũ & aliquãto, multũ & multo, paulũ & paulo dicendũ eſt, niſi q̃ aliquãto & paulo ſuperlatiuo iungi recuſant quẽadmodum multo deſiderat. Cicero p lege manilia. quãq̃ mihi frequẽs cõſpectus veſter multo iucundiſſimus. hoc verbũ præſtat, quia vim cõparatiui habet multo iungitur. Saluſtius. multo præſtat beneficij quã maleficij immemorẽ eſſe. ¶ Per ſemper iungitur poſitiuo, vt pbonus. perfacetus. quã ſemp ablatiuo. vt quã optimus, quã faceſſiſſimus. quã vero cũ pro quantũ accipitur poſitiuo iũgi vult. vt apud Terẽ. in andria. rejecit ſe in eũ flens quã familiariter. Quod vero idem in eunu. dixit. poſt illa tempora tu ſcis quã intimũ, & ſi ſuperlatiuum eſt ab intra, tamen p poſitiuo poſitũ eſt. ſicut proximus a prope, vnde & comparationem iterum recipit proximior, vt ſuo loco diximus. ſed hæc ex elegantijs Vallæ petẽda ſunt, nos tantum admonuiſſe lectorẽ volumus. ¶ Hei. & væ. ſemper iunguntur datiuo, omnia ſunt facilia.

Tantũ & quãtũ poſitiuo iungitur. vt tantũ doctus, quantũ facetus tanto & quãto cõparatiuo & ſuperlatiuo. vt tanto doctior, quãto facetior. Idem quoq; dicimus de aliquantum & aliquanto. multum & multo; paulum & paulo.

Per, ſemp iũgit̃ poſitiuo. vt p bonꝰ. p doctꝰ. Quã, ſuperlatiuo. vt quã optimus. quã doctiſſimꝰ. Perq; poſitiuo. vt per quam bonus. per quam doctus.

Hei, & vę. ſemper iungũtur dtõ. vt hei mihi. vę tibi. heu & o accuſatiuo. vt heu me miſerũ. o te infœlicẽ. En & ecce nominatiuo & accuſatiuo. vt en Priamus. en ipſe capellas. ecce hõ. ecce hoĩem.

¶ De Cõparatiuo & Superlatiuo. Cap. xiij.

CVm de erotematis nominis ageremus; dictũ eſt comparatiua & ſuperlatiua a quibus nominibus poſitiuis & vnde formarentur; ſed iniquis tunc ſpacijs excluſi; quoniã alio properabamus; nõ diximus formationẽ illã in plæriſq; deficere. Idem quoq; fecimus; cum de partium orationis cõſtructione nonnihil perſtringeremꝰ: vbi pauca interpoſuimus. Quare viſum eſt, quę illic copioſius debuerãt pertractari, hoc in loco ſupplere. Atq; in primis de illorũ irregulari formatiõe.

Bonus melior optimus. Maturus. maturrimus.
Magnꝰ. maior. maximꝰ. Cõpatiuũ regularẽ hẽt.
Nequã nequior neqſſimꝰ. Magnificꝰ. cẽtior. cẽtiſſimꝰ
Malus. peior peſſimus. Munificꝰ. cẽtior. cẽtiſſimꝰ
Paruus minor minimus. Mirificꝰ. cẽtior. cẽtiſſimꝰ.

CVm de erotematis. Reddit cauſas, cur cũ de nominũ deriuatiuorũ differentijs ageret lib. iij. nõ exacte diſſeruit de cõparatiuorũ & ſuplatiuorũ ſignificatione & formatione quãq̃ in cõmentationibus multa dixit de formatione illorum graduum maxime. A quibus nominibus, nam cum comparatiuum & ſuperlatiuum ſignificẽt aliquid vltra ſuũ poſitiuũ, ab illis nominibus nõ poſſunt deriuari, quæ incrementũ, aut diminutionẽ ſuſcipere non poſſunt, ſed ab illis tantũ quorum ſignificatio creſcere poteſt. Sunt tñ ex his poſitiuis quædã cõparatiua & ſuperlatiua, quæ vſus non reciperet. vt ab eo quod eſt barbarus nemo diceret barbarior & barbariſſimus. nec ab eo quod eſt amandus amandior & amandiſſimus. tametſi barbarus & amandus ſignificationis incrementum recipere poſſint. Sunt præterea quædam poſitiua ex quibus vlteriores gradus non procedunt, quia propter concurſum vocalium aſperius ſonarent, vt quæ habent vocalem ante. is. vel. us. vt ab eo quod eſt tenuis & arduus vix poſſis dicere & tenuior & arduior. Quæ vero non ſignificant rem, quæ poſſit creſcere, aut minui nihilo plus poſſunt gradus recipere. vt luſcus. ingens. omnipotens, ſummus, imus, vnicus. nemo enim luſcus magis luſcus eſſe poteſt. Nomina etiam numeralia. vt primus, ſecũdus, tertius. &c. Et pnomina, quanq̃ Plautus dixerit ipſiſſimus eſt. Sed de his libro. iij. diximus. Iniquis ſpacijs. ideſt loci anguſtia. ex Vergilio. iiij. Georg. verum hæc ipſe quidem ſpacijs excluſus iniquis pretereo. In pleriſq; deficere, quæ fere in hoc loco diximus explicanda cũ dicimus bonus melior. optimus. &c. De conſtructione, quod paulo ante attigimus cum de conſtructione genitiui & ablatiui ageremus. Sed aduertendũ cũ ſint tres cõparationis gradus. poſitiuus magis eſt ſimilitudinis & æqualitatis, q̃ incrementi. vt doctus Plato quẽadmodum Ariſto. niſi per adiectionẽ aduerbiorum inæqualitas ſignificetur. vt magis doctus, minus doctus. Comparatiuus vero & ſuperlatiuus ſunt iam inæqualitatis & incrementi. eſt itaq; comparatiuum, quod cum poſitiuo ſignificat aduerbium magis. vt doctior magis doctus, & ſi non habet poſitiuum cum aliquo participe ſenſus poſitiui ſignificat quoq; magis. vt ocyor magis velox. citerior magis citra. Sed de his plura libro. iij. Conſtruuntur comparatiua. dicit quod comparatiuum duobus modis conſtruitur: cum ablatiuo vel cum alio caſu ſimile alicui ex præcedentibus: quam coniunctio quã poteſt cõnectere. vt ſum doctior Antonio, vel quã Antonius, ſubintelligitur nãq; verbũ eſt. & puto Antoniũ doctiorem alijs vel quã alios. ſubaudi puto. Itaq; indifferenter vti poſſumus alterutra harum duarum conſtructionum.

*Eſt tamen cū caſus cōiunctiōis vinculo copulatus nō rōne cōparatiui: ſed aut poſitiui, aut alicuius alterius particulæ in orationis cōſtructione ponitur, vt ſum auidior honoris quā pecuniæ. honoris & pecuniæ nō recte ponētur in ablcō: quia illi genitiui non rōne cōparationis, ſed ex ſpeciali ſignificatione huius nōis auidus, qđ cum gtō cōſtruitur in orationem venerunt. Item ſi dixeris, tanto famæ ſitis maior eſt q̃ virtutis, nō recte dixeris virtute: quia virtutis nō rōne cōparatiui poſitū eſt in hac ſerie: ſed regitur ab illo nōie ſitis ex vi poſſeſſionis. Illud quoq;. Iuue. carior eſt dijs hō q̃ ſibi: nō recte diceres carior eſt dijs homo ſe: quia ſibi nō rōne cōparatiui, & q̃ coniūctiōis ſed rōne huius nōis carus poſitū eſt in datiuo: quia dicimus homo eſt carus deo. Et quoniā hæc cōiunctio atq; nonnunq̄ ponitur p q̄, vt ſi dixeris, aliter ego feci atq; tu, pōt etiā cōparatiuū cū illa cōſtrui. vt Hora. prio ſer. nō ſe peius cruciauerit atq; hic. Perſius quoq; q tu impunitior exis atq; hic, & qa ac cōiūctio tātūdē pollet quātū atq;. Hora. dixit, dicturū ſuaui⁹ ac ſi q̄ſtor auus. Nō nunq̄ ablatiuus ille cōparationis nō mutatur in aliū caſum ſed reſoluitur ī verbū. vt tu cras doctior opinione mea, nō dices q̄ opinio mea: ſed q̄ ego opinabar. Hora. ſi quicquid vidit melius ve peius ve ſua ſpe. h. q̄ ſperabat. Illud vero (qđ ſupra diximus) cōparatiuum poſſe conſtrui cū genitiuo cū partitiue teneretur, oportere aūt partitionē fieri inter duo tm̄: poſſet dici genitiuū illū non ratione cōparatiōis, ſed ratione partitionis venire in cōſtructionē. Nā & citra cōparationem dicimus, qđ manuū altera dextera eſt, altera ſiniſtra: & quod aiacū alter fuit telamonis, alter oilei. Neq; tm̄ neceſſe eſt ſequēti comparatiuo partitionem fieri inter duo, vt Pli. lib. xi. natu. hiſto. animaliū (inquit) fortiora ſunt quibus ſanguis craſſior. ſapiētiora quib⁹ tenuior. timidiora quibus minimus. Quod ſi gtūs ille preceſſerit, pōt nihilominus cōparatiuum cōſtructionem propriā retinere. vt Aiacū Telamonis fortior fuit oileo, vel q̄ oileus, & manuū dextera robuſtior eſt ſiniſtra, vel q̄ ſiniſtra. Illđ quoq; Cicerōis oīm ſocietatū nulla eſt gratior, nulla carior q̄ ea quæ cū rep. eſt vnicuiq; noſtrū. Et quanq̄ recte dicimus: digitorū medius eſt longiſſimus: nihilominus & recte dicetur, digitorū medius eſt lōgior cæteris. Immo vero nullū eſt ſuplatiuū, qđ nō poſſit paraphraſi verti in cōparatiuū cū relatiuo diuerſitatis. vt Romanorū eloquētiſſimus fuit Cice. vel cæteris romanis eloquētior fuit Cice. Quicqđ etiā ſine relatiuo diuerſitatis coparatiuū oībus ſuis gñis ſuperfertur. vt apud Verg. viij. æñ. ſed cunctis altior ibat Anchiſes. Apul. quoq; hippias e numero ſophiſtarū artiū multitudine prior oībus & eloquētia nulli ſecundus. Iuue. hædulus & toga grege mollior. Mart. totus volo rideas libellus & ſi nequior oībus libellis. Tametſi in his oībus locis & ſimilibus ſemper relatiuū diuerſitatis ſub intelligitur, alioq nō diceres, qđ dici volebas. nā ſi cūctis altior ibat Anchiſes, et ſe quoq; al[illegible] erat. ſi hippias oībus ſophiſtis erat prior & ſe quoq; prior erat, quippe qui eſſet ſophiſtes. Quare in his omnibus ſubintelligendū eſt reliquis. aut alijs, aut cæteris, vt cōſtet autorū ſenſus. Eſt tamē cū ablatiuus cū quo cōparatiuū conſtruitur, ad nōiatiuū reduci non pōt. vt cum quis vel qui ponitur relatiue. vt apud Verg. i. æñ. rex fuit Aeneas nobis quo iuſtior alter. Idem tm̄. vi. miſſenū eoliđē quo non præſtātior alter, quibus in locis p quo nō recte diceretur q̄ qui. Idem quoq; de nōibus negatiuis dicendū. Nā & ſi dici poſſit: Cice. nemine fuit imbecillior, nō dicetur recte Cicero fuit imbecillior q̄ nemo. Cōſtruitur præterea cōparatiuū cū ablcō ſignificāti exceſſum vel defectū. Iuue. pares qđ vēdere poſſis pluris dimidio. Pli. lib. xi. pulmo quadruplo maior bubulo. Curtius. Cū dimidio (inquit) ferme exercitus maior*

| | |
|---|---|
| Bñfic⁹. cētior. cētiſſimus. | Similis ſimillimus. |
| Malefic⁹. cētior. cētiſſim⁹. | Cōparatiuū reglarē hēt. |
| Bñdic⁹. cētior. cētiſſimus. | Mult⁹ plurim⁹, cōpa. ca. |
| Maledic⁹. cētior. cētiſſim⁹. | Multa plīma. cōpa. ca. |
| Bñuolus. lētior. lētiſſim⁹. | Multū plus plurimum. |
| Maleuol⁹. lētior. lētiſſim⁹. | Multi plures plurimi. |
| Mu[l]iuol⁹. lētior. lētiſſim⁹. | In plurali integrum eſt. |
| Pi⁹ piſſim⁹ & pietiſſim⁹. | A verbis. |
| Comparatiuo caret. | Detero deterior. terrim⁹. |
| Senex ſenior. Suplatiuo caret. | Potior. eris. potior. ſimus. |
| Iuuenis iunior, | Ab aduerbijs. |
| Superlatiuo caret. | Extra exterior extimus. |
| Vetus veterrimus. | Intra interior intimus. |
| Cōparatiuū reglarē hēt. | Vltra vlterior vltimus. |
| Dexter dextimus. | Infra inferior infimus. |
| Cōparatiuū reglarē hēt. | Citra citerior citimus. |
| Siniſter ſiniſtimus. | Cōpatiuū reglarē hēt. |
| Cōparatiuū reglarē hēt. | Supra ſuperior ſuprem⁹. |
| Facilis facillimus. | Prope ꝓprior ꝓximus. |
| Cōpatiuū regulare hēt. | Poſt poſterior poſtrem⁹. |
| Agilis agillimus. | Añ antior. Suplatiuo caret. |
| Cōparatiuū reglarē hēt. | Pridem prior primus. |
| Gracilis gracillimus. | Penit⁹. tior. penitiſſimus. |
| Cōparatiuū reglarē hēt. | Ocyor ocyſſimus poſitiuo caret. niſi malis ab |
| Humilis humillimus. | ocys formare. |
| Cōparatiuū reglarē hēt. | |

Nōia quorū ſignificatio creſcere, aut minui nō pōt nō formāt ex ſe cōparatiua, aut ſuperlatiua: qualia ſunt, ingens, oīpotens, ſummus, vnicus, imus. Et nomina nūeralia ſiue ſint diſtributiua ſiue ordinalia. Et ꝓnomina, q̄q̄ Plautus dixerit ipſiſſim⁹ eſt. ſicut Verg. ab ingēs ingētior fecit cōpatiuū.

Cōſtruuntur cōparatiua cū ablatiuo; vel cum alio caſu quem coniunctio quā poterit pro rōne verbi ſub intellecti coniungere. vt Plato fuit doctior Ariſtotele vel q̄ Ariſtoteles. credo Platonē eloquētiorē Demoſthene vel q̄ Demoſthenem; & vtor te benigniore patre meo, vel q̄ patre meo. Dicimus tm̄ ſum auidior gloriæ q̄ pecuniæ & non pecunia; & ſimilior patri q̄ matri & non matre. quia auidus & ſimilis cū gtō & datiuo cōſtruūt.

Cōſtruunt̄ ꝑterea cū ablatiuo ſignificāti exceſſum quo aliqđ excedit, aut exceditur. vt ego ſum duplo maior quam tu; & tu dimidio minor.

eſſet,ꝙ in Cilicia fuiſſet,quibꝰ in locis exceſſus ſignificatur,defectus vero in Horatiano illo,forte minꝰ locuples vno quadrãte periret.Quare nõ male diceretur multo & paulo cũ cõſtruũtur cũ cõpatio noĩa eſſe,cũ vulgo appellẽtur aduerbia;ſignificãt enim exceſſum.Solẽt etiã aliqñ gradus inter ſe cõparari.& pares paribus referri,vt tuũ cõſiliũ tutũ eſt,magis ꝙ honeſtũ.nõ recte diceres honeſtius,aut honeſtiſſimũ.& tuũ cõſiliũ tutius eſt ꝙ honeſtius,nõ honeſtũ neq; honeſtiſſimũ.& tuũ cõſiliũ eſt magis tutiſſimũ quã honeſtiſſimũ.Eſt præterea qñ cõparatiuũ nõ regit ablatiuũ,ſed deſiderat adiungi ſibi orationẽ,vt incepta oratio perfectũ habeat ſenſum.vt hic adoleſcẽs minor ẽ,quã vt graui ſupplicio puniri debeat.corruptior quã vt corrigi poſſit,infirmior quã vt illi tãtum negotiũ cõmitti debeat.Põt tñ aliqñ cõparatiuũ cũ abltõ cõſtrui:ſed cũ ꝙ cõiunctiõe & pro præpoſitiõe,Curtius.maiorẽ quã ꝑ magnitudine ſiluæ ſonũ reddebat.

Suplatiuũ nomẽ,eſt qđ ad plures ſui gñis cõparatũ oibus ſupponitur,vel ꝑ ſe ꝓlatũ ſignificat quãtũ poſitiũ cũ hoc aduerbio valde,vt Achilles grecorũ fortiſſimꝰ,& Achilles fortiſſimꝰ.i.valde fortis,Superlatiuũ conſtruitur cum genitiuo numeri pluralis,aut ſingularis;ſed nominis tãtum collectiui,

¶Superlatiuũ.ſuplatiuũ nomen cũ ab eo dictũ ſit,qđ ſuperetur & excellat:recte pluribus cõparari debet,habet.n.locũ ſuperlatiuũ,cũ aut in tribus,aut in pluribus vnus illorũ cæteris anteferturi.vt Plato fuit doctiſſimus philoſophorũ,Sed qđ dicitur ad plures ſui generis cõparari:intelligendũ eſt de illis,quæ ſub eodem nomine ſunt,& de quibus vnũ nomẽ cõmune dici poteſt:non tamẽ quodlibet,ſed illud tantũ quod ex vi cõparationis a ſuperlatiuo regitur.vt plato doctiſſimus philoſophorũ cõparatur ad ſuũ genus;quia fuit philoſophus.Quod ſi dicerem plato doctiſſimus romanorũ:nõ illum ad ſuum genus cõpararem quoniam Plato nõ fuit romanus;nec ſi dicerem plato poetarũ græcorũ clariſſimus,quoniam & ſi plato grecus nõ tamen eſt poeta;nec ſic,Plato philoſophorũ romanorũ nobiliſſimus,quia tametſi eſt philoſophus,non tñ eſt romanus philoſophus.Quod vero de celeno.Verg.in.iij.æñ.dixit.furiarũ ego maxima pãdo.Ideq; in.vi.de fame furiarũ maxima,iuxta accubat,intelligendũ eſt & celeno & famem quodãmodo furias fuiſſe,ſicut ſi diceres aliquem ſtolidiſſimum aſinorũ,intelligimus illud quodã modo eſſe aſinũ.Nã qđ Valla Macrobiũ in ſatur.carpit ex eo,qđ dixit,age ſerui omniũ nõ modo adoleſcentium,qui tibi æquæui ſunt,ſed & ſenũ quoq; doctiſſime,poſſet dici ſub illa voce omniũ oẽs & ſenes & adoleſcẽtes cõtinere.ex quibus cũ ſeruꝰ vnus eſſet ſub eodẽ genere poſitus eſt.Illud præterea,quod idem Valla Priſcianũ taxat,quod in primo de octo partibus orationis volumine ſcripſit.Omniũ eorum quæ diuiuidi poſſunt breuiſſimũ eſt,quod diuidi nõ poteſt:dicendũ quod genitiuus ille omniũ nõ cõparatiõis rõne,ſed poſſeſſionis poſitus eſt.cuius ſenſus eſt eorũ,quæ diui poſſunt breuiſſimũ.i.breuiſſima pars eſt ea,quæ diuidi nõ poteſt.vt demõſtret dictionum,quæ diuidi poſſunt,breuiſſimã partem eſſe litterã quæ indiuidua eſt.Vel abſolute prolatum.i.quoties nõ ponitur ad quos fiat cõparatio:& tunc valet quantũ poſitiuũ cũ hoc aduerbio valde.vt Verg.puer aſcanius Veneris iuſtiſſima cura.i.valde iuſta,Valla ꝑ maxime & nõ per valde ſuplatiuũ exponi debere dicit,ꝙ non male forte diceretur,ſi ſuperlatiuũ cõparatiue accipiatur;qđ ſi abſolute poneretur.creſceret eius ſignificatio vno gradu magis quã ab vllo cõcipitur.fœliciſſimus enim ſic cõcipitur ab oibus quaſi multũ fœlix,aut nimiũ fœlix,vt Verg.lib.iiij.æñ.dixit.fœlix heu nimiũ fœlix,ſi littora tantũ,Maxime vero plus ſignificat quã multũ,aut nimiũ,non igitur per maxime,ſed per valde reſoluendũ eſt ſuplatiuum,ad qđ illa multũ & nimiũ referuntur,qđ niſi fieret,nũꝗ nobis cõſtare poſſet de ſenſu ſuplatiui:ſi per ſuperlatiuũ exponeretur,quid enim magis conſtaret de exponente quã de expoſito?Sed idẽ vult cõparatiuũ:nõ magis exponendum eſſe per aduerbium magis,quã per vehemẽtius,aut plus,aut ſimilia;nõ videns illa quoq; reſoluẽda eſſe rurſus in magis.Oportet.n.vt in phyſicis corporibꝰ ſic in graduũ reſolutiõe eſſe aliqua velut elemẽta prima,& cõmuniſſima,ꝗ cõſtãtia firmaq; ſint,& in quæ cæteri gradus:ipſa vero in nulla alia priora reſoluãtur.Quod ſi oĩa verba perſcruteris:nullũ inuenire poſſis ad qđ oĩa incremẽta tanꝗ ad pricipiũ reducãtur,niſi magnus & ab eo gradꝰ deducti,hoc eſt maior & maximꝰ,ꝗ cũ ſint adiectiua,iungũtur ſubſtãtiuis ad eorũ nõ ſolũ quãtitatis,ſed & qualitatis intenſionem ſignificandã.Dicimus enim magnũ virũ,maiorem virũ.maximũ virum.magnũ oratorẽ.maiorẽ philoſophũ,maximũ imperatorẽ.Sed quẽadmodũ hæc adiectiua ſubſtantiuis,ſic eorũ aduerbia iũgũtur adiectiuis ad eorũ ſignificationẽ per gradus augendã,vt valde doctus,magis doctus.maxime doctus,ad deſignandã magnam,aut maiorem,aut maximam alicuius doctrinam.Sed quod valde ſit a magno aduerbium,nemo diceret:niſi ratione ſignificationis,ea videlicet ratione,qua ab eo,qđ eſt Iupiter,dicimus in genitiuo iouis,hoc eſt non ratione vocis,ſed ſignificationis.Nã cum ab eo,quod eſt magnus nõ ſit in vſu latini ſermonis aduerbiũ magne,loco illius ſubſtitutum eſt valde ab eo,quod eſt validus.a.um.pro eo quod vſitatius dicitur validus.a.um.ſicut caldũ n calido,& ſoldũ.pro ſolido dicimus.Itaq; cum dicitur valde pugnat.valde currit.valde legit in propria ſignificatiõe accipitur.[illegible] Extẽditur tñ deinde ad alia,quibus nõ proprie cohæret.vt valde ſenex.valde ægrotus.valde infirmus.valde cupit.valde dolet,valde timet,qbus in locis nõ tã valẽtiã ꝙ magnitudinẽ ſignificat ætatis.ægritudinis.infirmitatis,cupiditatis.doloris.timoris.cũ alioqui ex proportione dicendũ eſſet magne ſenex.magne ægrotus.magne infirmus,qđ quia vſus non recipit aliud nõ æque ꝓpriũ.in loco illius ſubſtituit.hoc eſt valde ꝑ magne,Iam in cæteris gradibꝰ nulla cõtentio eſt,quin cõparatiuus per magis & ſuplatiuꝰ per maxime exponẽdi ſint,cũ cõparatiue accipiuntur.Quæ cum ſint veluti elementa oĩs quãtitatis & qualitatis intenſionũ:ad quas explicãdas gradus cõparationis inuẽti ſunt,in ea tanꝗ prima oẽs gradus reſoluẽdi ſunt.ipſa vero nõ habẽt alia priora in ꝗ reſolui poſſint.Quod ſi nulla fiat graduũ cõparatio,vt paulo poſt dicemus:cõparatiuum non multo plus valet ꝙ poſitiuũ,& ſuplatiuũ in poſitiuũ cum aduerbio valde cõmodiſſe reſoluetur.¶Suplatiuũ cõſtruitur,cũ genitiuo nũeri pluralis cõſtruitur ſuplatiuũ,quia nũꝗ alterꝰ ad alterũ ſit per ſuplatiuũ cõparatio:ſed ſemp ad multos,cum vnus cæteris eiuſdẽ generis anteferturi.vt Verg.viij.æñ.maxime graiugenum cui me fortuna precari.Poteſt vero cõſtrui cum gtõ ſingulari,ſi fuerit nomẽ collectiuũ,Idem.i.æñ.danaum fortiſſime gentis tidide.Nam quod eſt apud eundem in eodẽ.ditiſſimus agri phœniciũ,gtũs ille agri nõ rõne cõparatiõis,ſed ex ſignificatione ſui poſitiui ſpecialẽ regitur.

Poteſt quoq; ſuperlatiuũ cõſtrui cũ ablatiuo & præpoſitione ex vel in. vel accuſatiuo, & præpoſitione inter: vt fortiſſimus ex oibus græcis eſt Achilles, & Verg. ij æn. iuſtiſſimus vnus, qui fuit in teucris, & ſeruãtiſſimus æqui: vel q̃ fuit inter troianos iuſtiſſimus. ¶ Superlatiuũ a cõparatiuo, maxima inter hos duos gradus differẽtia eſt, quæ ex vtriuſq; expoſitione colligitur: cõparatiuũ nãq;, vt diximus, exponitur per poſitiuũ cũ hoc aduerbio magis & cõiunctione quã, vt Plato fuit ſapiẽtior Demoſthene. i. magis ſapiẽs quã Demoſthenes. Plato fuit eloquẽtior oratoribus, i. magis eloquẽs q̃ oratores. in quo ſermone nõ ſignificatur Plato eſſe in genere oratorũ. Vñ Valla putauit oportere cõparatiuũ ad diuerſum genus cõparari: ſed quemadmodũ nõ ſignificat cõparationis terminos eſſe eiuſdẽ gñis, ita neq; aſſerit eſſe generis diuerſi: quare licet per cõparatiuũ eſſe, vel eiuſdẽ generis vel diuerſi. Suplatiuus vero, vt diximus, exponitur per poſitiuũ & aduerbiũ maxime, vel præpoſitione ex cum ablatiuo. vt Achilles fortiſſimꝰ græcorũ idest maxime fortis: in quibus verbis Achilles ſignificatur fuiſſe græcus. Vnde factũ eſt, vt ſuplatiuũ dicatur ad ſuũ genus: & nũq̃ aliter cõparari. Quod cũ Diomedes cũ cæteris autoribus præcepiſſet, cõtra ſuũ præceptũ ille ſic ſcripſit. Si tres (inquit) ſint viri: cũ quem ſuperferimus cæterorũ fortiſſimũ dicimus: cum dicendũ eſſet omnium fortiſſimũ, aut per cõparatiuum cæteris fortiorem dicimus, niſi forte q̃d vero ſimillimũ ſit, in codice mẽdum legitur: vt pro virorum cæterorũ ſit poſitũ. Diomedes enim cũ quem ſuperferebat fortiſſimũ e tribus, nõ intellexit: ac cæteri nõ tres, ſed duo ſunt: in quibus ſuperlatiuo nõ eſt locus. ¶ Item ſuperlatiuo. Secũda differẽtia eſt, quod ſuperlatiuo nõ eſt locus inter duos. hoc eſt cum e duobus vnus in cõparatione alterũ ſuperat. vt Achillem dicimus fortiorem Hectore, nõ fortiſſimum: plures enim quã duos eſſe oportet, in quibus ſuplatiuũ locũ habet. ¶ Tertiũ enim locũ ſortitur ſuperlatiuũ, nõ vt Laurẽtius putauit, in gradu quãtitatis, vel qualitatis: ſed in nũero cõparatorũ. Nã ſi decẽ ſint naues eiuſdẽ magnitudinis: vndecima quæ alijs maior eſt & omniũ maxima, & cæteris maior dicetur, & cũ Vergilius dixit: ſed cũctis altior ibat Anchiſes: nõ intellexit oẽs fuiſſe pares quos Anchiſes ſupabat, & cũ idem dixit, ſcelere ante alios immanior oẽs, nõ oẽs quibus Pygmalion immanior fuit, æquales ſceleris fuerunt, Cũq; Mart. dixit, & ſi nequior oibꝰ libellis: nõ intellexit de illis, q̃ pares inter ſe eſſent. Nã ſi græci ſint in quattuor fortitudinis gradus diſtributi: vt Achilles ſuperet oẽs alios, illũ ſequatur Aiax. tertius ſit Diomed. in extremo gradu cæteri cõſtituãtur: licebit vtiq; ſecundũ & tertiũ & quartũ gradũ qualitatis poſſidere. vt Diomedes fuit fortiſſimus excepto Aiace, qui Diomede ipſo fortior: & Achille quã omniũ fortiſſimus fuit, aut ſic. Diomedes fuit cæteris græcis fortior: excepto Aiace, qui oim fortiſſimus fuit, præter Achillẽ, qui non modo alijs: ſed etiã ipſo Aiace fuit fortior. Nõ igitur magnitudine, ſed multitudine ſuperatur cõparatiuũ a ſuperlatiuo: nec ſemp, ſed q̃ cõparatiuũ inter duos cadit: ſuperlatiuũ vero inter multos: ſed cõparatiuum quoq; inter multos cadere poteſt. Nã cũ quæritur vtrũ potius, aut quid potiſſimũ, quid valet illa diſtinctio, niſi vt potius ſit vnũ e duobus: potiſſimũ vnũ e tribus vel e pluribus. Quare Priſcia. excuſari nulla rõne põt, q̃ exiſtimauit ſuplatiuũ, multo plus ſuperare poſitiuũ, q̃ comparatiuũ. vnde occaſionẽ dedit alijs exponendi ſuperlatiuũ per multo magis. [illegible] quomodo intelligendũ iſti plautinũ illud Miſer hõ eſt, qui ipſe ſibi q̃d edat, quærit. Sed ille miſerior, qui ægre quærit, & nihil inuenit. Ille miſerrimus, qui cũ eſſe cupit, quid edat, nõ habet? Miſerrimus (inquiunt) idest multo miſerior, vt creſcat gradus miſeriæ. Sed nõ ita eſt, ſed miſerior [illegible] quærit, & nihil inuenit eo, qui tantũ quærit: ſed inuenit. Et ille oim miſerrimus (idest) maxime miſer, vt ſit miſerior eo, qui quærit, & inuenit. Et miſerior eo, q̃ quærit, nec inuenit. Quod etiã per cõparatiuũ poſſem ſic dicere: ſed ille cæteris miſerior: qui cum eſſe cupit: quid edat nõ habet. Quare nõ per multo magis, ſed nec per magis exponetur ſuperlatiuũ, poſtularet enim poſt ſe quã coniunctionẽ, quæ cõparatiuis nominibus & aduerbijs tã familiaris eſt, vt ab eis ſep[illegible]ari nõ poſſit, ſed exponetur per maxime, quod ex multis locis, ſed ex illo potiſſimũ Ciceronis maxime apparet. vbi cum ſuperlatiuũ durius erat, poſuit poſitiuũ cũ maxime in epiſtola ad Curionẽ, Quod mihi (inquit) eſſe omniũ maximũ maximeq; neceſſariũ. Illud vero q̃d Ouid. in. iiii. meta. dixit de Pyramo & Thiſbe. E quibus illa fuit longe digniſſima vita, & ſi quo alia reperiuntur huiuſmodi, excuſari poſſunt, aut neceſſitate. aut deniq; autoritate. ¶ Eſt & alia differentia, hoc manifeſtum eſt, nã q̃d dicitur per ſuperlatiuũ ſine relatiuo diuerſitatis, licebit dici per comparatiuũ oĩ ille. Quintilia. parte vero rationalis cũ ad examinationem dicendi tãto cæteris vberior, quãto maior ſpiritu. Curtius, mare caſpium dulcius cæteris, ingentis magnitudinis ſerpentes alit, non eſt dubiũ, quin poſſit dici tanto omniũ vberrima, & mare caſpium omnium dulciſſimũ eodem ſenſu manẽte.

qui reſoluitur in ablatiuum cũ prepoſitiõe ex. vt Achilles fortiſſimus grecorum. fortiſſimus gentis danaum. i. ex græcis; & ex gente danaum.

Superlatiuũ a cõparatiuo hoc differt: quod cõparatiuũ exponit p poſitiuũ cũ magis & q̃. ſuplatiuũ vero p poſitiuũ etiã cũ maxime & ex. vt eſt eloquẽtior Cicerone. i. magis eloquẽs q̃ Cicero. eloquẽtiſſimus omniũ. i. maxime eloquẽs ex oibus.

Itẽ ſuperlatiuo nõ eſt locus in cõparatione duorũ. cõparatiuo vero eſt duorum & plurium. vt Aiax cum Telamonius fuit fortior; & nõ fortiſſimus. digitorum medius eſt longiſſimus; & digitorum medius eſt longior cæteris.

Eſt & alia differẽtia, q̃d omẽ ſuplatiuum reſolui põt in cõparatiuum cum relatiuo diuerſitatis eodem ſenſu manẽte: nõ tñ omne cõparatiuum in ſuperlatiuum conuertitur. vt poetarũ nobiliſſimus eſt Homerus & ceteris poetis nobilior eſt Homerꝰ.

Cõparatiuum plus ſignificat, q̃ ſuperlatiuum ſi poſt ponatr illi. vt Ariſtoteles eſt doctiſſimꝰ; ſed Plato doctior. Aliquãdo ſignificat minus quã poſitiuũ. vt Vergil. Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitẽtes. p ſub triſtis. & fere quoties cõparatiuum nõ cõſtruitur cum caſu illiꝰ ad q̃d fit cõparatio; minus ſignificat q̃ poſitiuũ; aut quantũ poſitiuũ.

## ¶ De Diminutiuis. Cap̃.xv.

DIminutiua non habent certam rationem qua poſſint formari, Sed illud tantũ hoc loco dicẽdum eſt;exire in varias terminationes;ſed plerumq; in vlus.la.um.vt frater fraterculus;ſoror ſororcula. munus munuſculum. Aliquando in.cio.vt homo homũcio.ſenex ſenecio. Aliquando in aſter,tra.trũ.vt pinus pinaſter.filia filiſtra,apium apiaſtrũ, quę proprie non ſunt diminutiũa,ſed imitationẽ quãdã ſignificãtia. Aliquãdo in olus, la.lũ, vt ſergius ſergiol⁹.corona corola,palliũ palliolum. Aliquãdo in.ellus.a.um,vt tener.ra.um tenellus tenella tenellum. Aliquãdo.in. illus illa illum.vt tãtus.ta.tum.tantillus.a.tantillũ. Aliquando in.leus.vt equus equuleus. Aliquãdo in.iſcus.vt pã paniſc⁹.baſilius baſiliſc⁹.

## ¶ De Relatiuis. Cap̃.xvi.

RElatiuum eſt,q̃d rem antecedẽtem refert. Et eſt duplex.Subſtãtię & antecedẽtis.Relatiuum ſubſtãtię eſt,q̃d refert antecedẽs ſubſtãtiuum,qualia ſunt.Qui.quæ.quod.genitiuo ſui.Suus.a.um.Ipſe.a.um.Ille.a.illud.Is ea.id.Idem. eadẽ.idẽ. Alius,alia,aliud. Alter altera.alterum.Reliquus.a.um.Cætera.cæterum.nã cæter vix reperitur.Horum ſeptem priora ſunt relatiua idẽtitatis.Quattuor poſteriora ſunt diuerſitatis.

Relatiuum accidentis eſt;q̃d refert ãtecedens adiectiuũ.Qualia ſunt.Hic & hæc qualis & hoc quale.Quantus.a.tum.Plurali nomina duo quot.Quot⁹ quota quotum.Hic & hæc quotennis & hoc quotẽne.Quotuplus quotupla quotuplũ.hic & hęc & hoc quotuplex.

Relatiuum accidentis cum ſubſtãtiuo ſequenti debet concordare.vt eſt animal varium,qualis eſt mulier.templum magnum quãtus eſt mõs.Horatius tamen in epodo relatiuum accidentis antecedentis retulit. Sed incitat me pect⁹ & mãmę putres equina quales vbera.

Relatiuum vero ſubſtãtię cum antecedenti plerumq; debet conuenire. vt dedi tibi libros; ſed illos a te acceperã.Si tamen quis vel qui ponitur inter duo ſubſtãtiua,vtriq; poteſt referri. vt eſt animal quod appellant orygen. vel quem appell...t orygen.

Si tamẽ alterum ex duobus ſubſtãtiuis eſt proprium.ſemper ad illud referendum eſt.vt Saluſtius.eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur. Vergili⁹.Eſt locus heſperiã grai cognomine dicunt. vbi Seruius dicit debere ſubintelligi quam;& nullo modo quem.

## ¶ De nominibus Patronymicis. Cap̃.xvij.

PAtronymica maſculina in nominibus primæ declinationis formantur a genitiuo.e. finali mutata in.des.vt ænee æneades.In nominibus ſecũdæ declinationis fiunt a genitiuo addita.des.vt æacus.æaci.æacides. Quæ tamen in.eus. diphthõgon terminãtur cum duplicem habeãt genitiuum in.ei.& in.i.formant patronymicum a genitiuo ſecundo addita.des.vt pentheus penthei vel penthi.penthides.In nominibus tertiæ declinationis patronymica formantur a datiuo addita.des. vt Neſtor neſtoris neſtori neſtorides.

Sed hæc regula non eſt vſquequaq; vera.Nam autores aliquando addunt aliquid. aliquãdo detrahunt,vt atlanti atlãtiades. pro atlãtides. Amphitryoni amphitryoniades pro amphitryonides,menecides.p̃ meneciades.meniades.pro menides.Aenides quoq; Vergilius dixit pro Aeneades libro.ix. Sit ſatis ænide telis impune numanum oppetiſſe tuis. Idẽ quoq; ſcipiades formauit.p̃ ſcipionides.deucalidis, pro deucalionides. Declinãturq; per primam nominis declinationem.

Patronymica fœminina ſictã maſculinis patronymicis ablata.de.vt ab ęolides ęolidę,æolis ęolides,a theſeides theſeis theſeidis, a pelides pelias.adis. Declinãturq; per tertiã nominis declinationẽ.Reperiũt pauca nomina patronymica fœminina in.ne.deſinẽtia per primã nõis declinationem variata,vt nerine filia nerei,adraſtine filia adraſti.acriſione filia acriſij.

Cum patronymica proprie a nominibus patrũ deriuentur, aliquando trahuntur a nominibus matrum. aliquando ab auis paternis ſiue maternis.aliquando a fratribus.aut ſororibus.aliquando ab vrbibus ſiue vrbium cõditoribus; de quibus paſſim exẽpla reperies apud autores.

## ¶ De Aduerbijs localibus. Cap̃.xviij.

ADuerbia localia in quadruplici ſunt differentia,hoc eſt;aut in loco. aut de loco,aut ad locum,aut per locum. Vbi & vbinã quęrunt de loco in quo. vt vbi eſt Antonius? Quo & quorſum quęrũt de loco ad quem. vt quo proficiſceris.

Vñ,quęrit de loco a quo.vt vñ venis o antoni? Qua,quęrit de loco per quẽ.vt qua iturus es? Interrogantibus per hęc aduerbia,aut reſpondemus ęque per aduerbia,aut per nomina p̃pria locorum aduerbialiter poſita. Si reſpondere velis per nomina propria locorũ inter-

ALEXANDER PP VI VALENTINVS … FERDINANDVS

roganti, vbi eſt, aut ſit aliquid, ſi ciuitas illa ſiue ſit oppidum: ſiue municipium, ſiue caſtellum: ſiue pagus: ſiue vicus: declinatur per primam, aut ſecũdam nominis declinationem in numero ſingulari, tunc ponitur in genitiuo. vt eſt Salmanticæ: eſt Toleti, ſi per tertiã aut pluraliter declinatur; ponitur in ablatiuo ſiue (vt vult Seruiꝰ) in datiuo. vt eſt Hiſpali. eſt Septimancis. eſt Burgis. eſt Trallibus.

Illa quoq; nomina appellatiua togæ, militiæ, domi, ruri, rationem nominum propriorum ſequuntur, ponunturq; aduerbialiter ſicut illa.

Si per aduerbia, per vnum ex iis quæ ſequuntur reſponderi oportet, Fingamus igitur eũ quo cũ loquimur ſit Hiſpali, & de quo loquimur ſit Toleti, is vero qui loquitur, ſit Salmanticę,

Querenti itaq; vbi eſt Antonius? reſpondebis hic. ideſt Salmanticæ, vbi ego ſum.

Iſthic. ideſt Hiſpali; vbi tu es.
Illhic. ideſt Toleti; vbi aliquis eſt.
Vbi. ideſt in loco; vbi aliquis eſt.
Sicubi. ideſt ſi in aliquo loco aliqꝗs eſt.
Necubi: ideſt ne in aliquo loco aliquis ſit.
Alicubi. ideſt in aliquo loco.
Vbiuis. ideſt in quouis loco.
Vbiq;. ideſt in omni loco.
Vbilibet. ideſt in quolibet loco.
Vbi vbi. ideſt in quocunq; loco.
Vbicunq;. ideſt in qnocunq; loco.
Ibidem. ideſt in eodem loco.
Alibi. ideſt in alio loco.
Ibi. ideſt in eodem loco.
Ibidem. ideſt in eodem loco.
Inibi. ideſt in eodem loco.
Vſquam. ideſt in aliquo loco.
Nuſquam. ideſt in nullo loco.
Intus. ideſt in interiori loco.
Foris. ideſt in exteriori loco.
Supra. ideſt in ſuperiori loco.
Infra. ideſt in inferiori loco.

¶ Significantia ad locum.

Interroganti quo imus, ſi per vrbium nomina reſpandemus, illa ponimus in accuſatiuo aduerbialiter; vt eo Salmanticã. Toletum Hiſpalim, Septimancas, Burgos, Tralis; Rus, Domũ. Sed militiam & togam non dicimus, Sed per aduerbia reſpondemus.

Huc. ideſt Salmanticam, vbi ego ſum:
Iſthuc. ideſt Hiſpalim, vbi tu es.
Illhuc. ideſt Toletum, vbi aliquis eſt.
Siquo. ideſt ſi ad aliquem locum.
Ne quo. ideſt ne ad aliquem locum.

Aliquo. ideſt ad aliquem locum.
Alio. ideſt ad alium locum.
Vtroq;. ideſt ad vtrumq; locum.
Quoquo. ideſt ad quemcunq; locum.
Quouis. ideſt ad quemlibet locum.
Eo. ideſt ad eum locum.
Eodem. ideſt ad eundem locum.
Intus. ideſt ad interiorem locum.
Foras. ideſt ad exteriorem locum.
Surſum. ideſt in ſuperiorem locum.
Deorſum. ideſt in inferiorem locum.
Dextrorſum. ideſt ad dexteram.
Siniſtrorum. ideſt ad ſiniſtram.

¶ Significantia de loco.

Interroganti vnde venimus, ſi per vrbium nomina reſpondemus; illa ponimus in ablatiuo aduerbialiter. vt venio Salamantica, Toleto; Hiſpali; Septimancis, Burgis; Trallibus; Rure; Domo. Sed non dicimus militia & toga, Sed per aduerbia reſpondemus ſic.

Hinc. ideſt ab eo loco; vbi ego ſum.
Iſthinc. ideſt ab eo loco; vbi tu es.
Illhinc. ideſt ab eo loco; vbi aliquis eſt.
Sicunde. ideſt ſi ab aliquo loco.
Necunde. ideſt ne ab aliquo loco.
Aliunde. ideſt ab aliquo loco.
Vtrinq;. ideſt ab vtroq; loco.
Vndiq;. ideſt ex omni loco.
Vndelibet. ideſt ex quolibet loco.
Vndeuis. ideſt ex quouis loco.
Vndeunde. pro ex quocunq; loco.
Vndecunq;. pro ex quocunq; loco.
Inde. ideſt ab eo loco.
Indidem. ideſt ab eodem ipſo loco.
Intus. ideſt a loco interiori.
Foris. ideſt a loco exteriori.
Superne. ideſt a loco ſuperiori.
Inferne. ideſt a loco inferiori.
Cælitus. ideſt a cælo.

¶ Significantia per locum.

Interroganti qua profecturi ſumus, ſi per vrbiũ nomina reſpondemus, ponimus illa eque in ablatiuo, vt Salmantica; Toleto, Hiſpali; Septimãcis; Burgis; Trallibꝰ; Rure; Domo. Sed non dicimus militia & toga. ſi per aduerbia reſpondemus in hunc modum.

Hac. ideſt per locum, vbi ego ſum.
Iſthac. ideſt per locum; vbi tu es.
Illhac. ideſt per locum; vbi aliquis eſt.
Si qua. ideſt ſi per aliquem locum.
Nequa. ideſt ne per aliquem locum.
Alia. ideſt per alium [locum].

LIBRI QVARTI FINIS.

# LIBER QVINTVS.

Liber quintus, Qui eſt de ſecunda grammatices parte, hoc eſt de proſodia, cui reſpondet ſyllaba. Quod ad præſentē rationem attinet ſyllabæ, conſideratio quadripartita eſt. Primo nemq; de ſyllabarum temporibus diſſeremus. Deinde de carminum pedibus, qui ex ſyllabis conſtat. Tum de generibus carminum, qui ex pedibus componuntur. Poſtremo de accētu cuiuſq; ſyllabæ. nam quemadmodum in lib. iij. diximus, quattuor accidunt ſyllabæ tenor, tempus, ſpiritus, litterarum numerus. de ſpiritu & numero litterarum ſuo loco dictū eſt. nunc vero in hoc. v. lib. agit de tenore ſiue accētu, & de cuiuſq; ſyllabæ tempore ſiue quantitate. Syllaba nāq; quod ad præſentem rationē attinet, duobus modis conſideratur, aut quatenus habet longitudinem, vel breuitatem. aut quatenus habet altitudinem, vel profunditatem. Longitudo & breuitas attēditur ratione temporis, & durationis, quam ſyllaba in prolatione conſumit, altitudo vero & profunditas ratiōe accētus, quo ſyllaba eleuatur aut deprimitur. Sed quoniam accentus præſupponit ſyllabarum quantitatem, idcirco prius diſſerendum eſt de ſyllabarum temporibus. hoc eſt de illarum longitudine & breuitate cum pedum verſuumq; ratione per quos potiſſimū ſyllabæ quantitas deprehēditur. Deinde i vltimo huius libri cap. de accētu, hoc eſt cum de ſyllabarū altitudine, & profunditate diſputabim⁹.

¶ Liber quintus, qui eſt de Proſodia. in quo præmittit regulas generales.

Cap. primū.

Syllaba longa duo cōſumit tēpora, ſed q̄
Dicit eſſe breuis, tēp⁹ ſibi vēdicat vnū.
Ancipites profert vocales ſermo latinus,
Nā mō correptas, mō lōgas ꝓmit eaſdē.
V. ſequitur poſt. q. ſemper, ſemperq; liqueſcit.
At poſt. s. & g. vim ſeruat, vimq; remittit.

¶ Syllaba lōga. Incipit ꝓponere regulas: quibus poſſumus dignoſcere ſyllabarū quantitatem, & primo præcepta quædam generalia. Tum de cremento nominum atq; verborum. Deinde de primis ſyllabis, medis. & vltimis. Principio tamen præmittit quedam fundamenta ad cognitionem eorum, quæ deinceps tradenda ſunt. Primum eſt, q. ſyllaba longa, ſiue producta, ſiue (vt Quintilia. appellat protrecta) eſt illa, quæ duo tempora conſumit in prolatione, hoc eſt dum pronuncitur. Breuis vero ſiue curta, ſiue correpta, quæ vnum tempus tantum conſumit, perinde ac ſi breuis ſyllaba, ſiue tēpus illud vnum in quo profertur, ſit menſura temporis in prolatione, ex memorabili præcepto illo Ariſtot. metaphy. lib. x. in quolibet genere quantitatis eſſe aliquid vnum. qđ ſit metrum & menſura & minimum in illo genere. Neq; ignoro fuiſſe nonnullos, qui hæc ſcrupuloſius inueſtigauerint, atq; poſuiſſe quincuplicem quātitatis rationem in ſyllaba, vt ſit vnum tempus, cū ſyllaba natura breuis eſt. vt vir vnum & ſemis, cum ſyllaba natura breuis indifferens eſt ad breuem & longam. vt tenebræ, cuius dictionis media communis eſt. Duo tempora, cum ſyllaba natura longa eſt. vt do duo. & ſemis, cum poſt vocalem natura longa ſequitur conſonans. vt dos. Tria tempora, cum poſt vocalem natura longā ſequitur duæ conſonantes. vt mons. Sed mihi introductiones præſertim latinas componenti ſatis fuit numeroſam illā partitionem ad duo integra reducere, vt quæ ſyllaba, vnum tempus & ſemis haberet, natura breuis & poſitione longa diceretur, quæ vero duo & ſemis, vt tria tēpora longa eſſet. Illud quoq; hoc loco addendum eſt, quod & alias ſæpius dicetur. ſyllabam longam pro breui, & breuem pro longa, autoritate poetica nonnunquā poni. ¶ Ancipites, alterum fundamentum eſt, quod apud latinos omnes vocales mediæ ſunt, ſiue indifferentes, ſiue ancipites, ſiue liquidæ, hoc eſt quod produci & breuiari poſſunt, apud latinos vero dixit, quia græci duas habent vocales æternum longas, e. longum, & o. mega. duas quoq; ſemper breues, e. pſilon, & o. micron. tres medias. alpha iota, ypſilon. ¶ V. ſequitur. vt aqua liquor. aduertendum eſt pro cognitione eorum, quæ paulopoſt dicenda ſunt. q. grammatici dicunt litteram liqueſcere cum vim ſuā, atq; rigorem amittit: & quadammodo langueſcit. Quod tribus modis contingere poteſt, aut quia vocalis quæ in aliqua dictione longa eſt, poteſt eſſe breuis in alia. & hoc modo Priſcia. dixit, omnes vocales apud latinos eſſe liquidas, aut quia littera, ſiue illa ſit vocalis, ſiue conſonans, aliquid de ſua vi, atq; rigore amittit, non tamen penitus in pronunciatione exteritur, quemadmodum cum poſt. q. ſequitur. u. & poſt illam altera vocalis hac enim ratione, vt dicit Quintilia. u. eliquatur. Conſonans quoq; liqueſcit cum poſt ſyllabam natura breuem ſequitur muta cum liquida, & remanet in ſua vi muta, liquida quodāmodo euaneſcit: aut quia in pronūciatione littera penitus expungitur, veluti cum in carmine dictio finitur in. m. vel in vocali, ſequiturq; altera dictio incipiens a vocali, abijcitur enim vocalis illa, vel. m. cum ſua vocali. Itaq; cum dixiſſet vocales eſſe medias & liquidas. primo liqueſcētiæ modo, ſubiungit, q. u. poſt. q. ſemꝑ eſt liquida. ſecundo liqueſcentiæ modo. Poſt. g. vero & s. aliquando liqueſcit. aliquādo vim ſuā retinet. Nā. u. littera triplici fungitur officio, quia aut eſt vocalis. aut cōſonans, aut liquida. Cū vero eſt liquida, neq; poteſt appellari vocalis, q. nō retinet vim ſuā, neq; conſonās, quia nō ferit vocalem ſequentem. poterit tamen cū adiectione vocalis liquida appellari ſecundo liqueſcētiæ modo, ſed poſt. q. ſemꝑ. poſt. g. vero & s. plerumq;. Nam cum dicimus lingua: ſanguis reſtinguo. u. liquida eſt. Cum vero ambiguus, a. an. irriguus a. irriguo arguis, vocalis eſt. Preterea cū dicimus ſuauis, ſuadeo, ſueſco, ſuetus, u. liqda eſt. Cum uō dicimus ſuus. ſua ſuum. ſuo. ſuis ſuemus. cū. u. vocalis eſt. Lucanus in. i. fundat ab extremo flauos aquilone ſueuos. poteſt etiam. u. liquida in vocalem mutari. Papi. i. thebai. immo agite & poſitis, quas nos inopina ſuaſit. & Horat. in. i. ſermo. cum mihi non tantum ſues res ferecq; ſuete. V. quoq; conſonans aliquando in vocalem mutatur. Ouidius in epiſto. medeæ debuerant fuſos euoluiſſe meos, euoluiſſe quinq; ſyllabarum poſuit, pro euoluiſſe quattuor ſyllabarum. Horat. quoq; in. i. carmi. ſiluæ trium ſyllabarum, pro ſiluæ duarum poſuit, dicens. nunc mare, nunc ſiluæ. Hoc loco admonendi ſunt, qui. u. liquida perinde proferunt, ac ſi eſſet vocalis. In quo non minus Itali errāt proferentes aqua, lingua, ſuauis, & ſimilia, u. vocali expreſſa, quam Hiſpani cum illam in pronuntiatione omnino expungunt, cum illis in locis, neq; ſupprimenda ſit ſed quaſi liquida languidiori quodam ſono raptim proferenda.

¶ L.aut.r.aut.s.hoc eſt tertiũ fundamentũ,qđ ex numero conſonantium.l.m.n.r.s.liqueſcũt.ſed.l.r.aut.s. frequenter.nam paſſim exempla reperies.m.n.raro.L.inquam & r.& .s.freq̃nter liqueſcunt.hoc eſt vim ſuam amittunt.neq; cũ mutis ſyllabicatæ producũt vocalem q̃ præcedit,quam vim alias duæ conſonantes habent in carmine:quemadmodũ paulo poſt dicturi ſumus;nam in proſa oratione ſemper liqueſcũt.vt atlas.recludo.pharetra.tenebræ.ſed in carmine aliquando amittũt:aliquãdo retinent vim ſuam.Ouid.in epiſto.deianiræ.herculę ſuppoſito ſydera fulſit atlas.Verg.iiii.æneidos.vltimus heſperidum locus eſt.vbi maximus atlas.Idem.i. æneidos, auxilioq; viæ veteres tellure recludit.Idem.ij.geor.ingredior ſanctos auſus recludere fontes,Idem.i.æñ.ſuccinctam pharetra maculoſæ tegmine lyncis.Idem in eodem.virginibus tyrijs mos eſt geſtare pharetram. Idem in moreto. ſolicitaq; manu tenebras explorat inertes. Idem in. v. æneidos.& inhorruit vnda tenebris. in prioribus enim exemplis.l.& .r.liquidæ ſunt:in poſterioribus vero vim ſuam retinent.In diuerſis quoq; dictionibus eadem eſt obſeruatio. Vergili.i. æneidos.vinclis & carcere frenat.vbi.r.liquida eſt.Idem in primo georgicorũ.tribulaq; traheq; & iniquo pondere raſtri.vbi.r.vim ſuam retinet.

L.aut.r.aut.s.vſu plærumq; liqueſcunt.
M.aut.n.raro,ſeruant quandoq; rigorem.
Dictio vocali ſi deſinat;atq; ſequatur
Altera vocalis;perimit ſynalœpha priorẽ.
Si finitur in.m.vocalis; & inde ſequatur
M.perit ecthlipſi cum vocali præeunte.

¶ Liqueſcit quoq;.m.tertio liqueſcentiæ modo,quemadmodũ paulo ante diximus.atq; e veſtigio dicem⁹.id q; freq̃nter.raro tamen ſecũdo liq̃ſcentiæ modo quemadmodũ cũ ponitur ante.n. vt apđ Sidonium Georgio Merula interpte.dulcia mnemoſine demirans carmina ſapphus,vbi.m.liqueſcit.vim tamen ſuam apud Catull.retinet in hendecaſyllabo phaleutico.dulce mnemoſynõ mei ſodalis.vim quoq; ſuam amittit in eadem dictione. Oui.v.faſt.diſſenſere deæ:quarũ polymneia cœpit.& Hora.in.i.carmi.euterpe cohibet:neq; polymneia.vbi ratione carminis aſclepiades quinq; ſyllabarũ eſt polymneia.ſunt qui dicãt polyhymnia illis in locis legendũ eſſe,vt ratio carminis ſtare poſſit.ſed hi non vident qđ cum polymneia per.ei.diphthongon in penultima ſcribatur.vterq; autor diphthongon ſoluit.q pleruñq; in huiuſmodi dictioĩb⁹ fieri conſueuit.vt calliopeia pro calliopia.penelopeia pro penelopia.vim quoq; ſuam retinet.s. litteræ.ſubiecta apud Ouiđ.xi.metamorpho.cũq; choro meliore ſui vineta tmoli.Idem in.vi.deſeruere ſui nymphæ vinetat moli. vbi plæriq; legunt timoli ſed emendoſe:niſi forte eo modo dicamus pro tmolus timolus,quo pro mna miña dicunt latini. N.quoq;(quamq̃ raro)liqueſcit in eadem dictione apđ Mar.delectat mariũ ſi pernicioſus ichneumon.Silli⁹ quoq; italicus.nõ nunq̃ affirmat terapneis ilion armis.In diuerſis quoq; dictionibus.vt Ouiđ.x.meta.piſcoſamq; gnidon. grauidamq; amathunta metallis.apđ eũdem tamen vim ſuam retinet in epiſtola paridis,rure terapnæo nata puella phrygẽ. S.præterea liqueſcit tertio liq̃ſcentiæ modo apđ antiqores freq̃ntius.vt apđ Enniũ egregie cordat⁹ homo catus ælius ſextus.Idẽ alio loco. oua parire ſolet pẽnis genus cõdecoratũ.in ælius enim & gen⁹.s.littera expũgitur.Sed tñ eruditius nõ vtitur hac licẽtia niſi pauci admodũ antiqtatis amatores.vt Lucre.arborib⁹ veteres decidere falcib⁹ ramos,falcib⁹ enim dactil⁹ eſt.s.littera extrita. hac eadẽ licẽtia,Cice.freq̃nter vtitur in arato:in quo ope maiorẽ in modũ antiquitatis affectator deprehenditur Verg.adhuc audaci⁹ fecit in illo verſu inter ſe coiiſſe viros:& decernere ferro.neq; enĩ.s.litterã extriuit tãtũ:ſed & vocalẽ illi adhærẽtẽ.Idẽ in.ix.æñ.& præceps animi tiar⁹ et mauorti⁹ hemõ,ſunt q carmina illa aliter legãt ne Ver.tãtæ nouitatis autorẽ eſſe putẽt.Liq̃ſcit quoq;.s.ſcđo liq̃ſcẽtiæ mõ in pricipio dictionũ,ſeq̃nti muta vł muta cũ liqda.Hor.i.ſer.ignoſcẽt ſi qđ peccauero ſtult⁹ amici.Idẽ in eodẽ.linqm⁹ inſani ridẽtes præmia ſcribæ.et alio in loco,ſi qđ ſit vitiũ nõ faſt[illegible]trabonẽ.Seq̃nti quoq;.m.liq̃ſcit.vt apđ Luca.in.x.terga ſedẽt crebro maculis diſtincta ſmaragdo.& Tibullsl.ij.o [illegible] qcũq; legit viridesq; ſmaragdos.¶ Dictio vocali,hoc eſt quartũ fundamẽtũ q in partes duas diuiditur.Prima eſt,q ſi in carmine dictio finitur in.m.ſeqturq; altera dictio incipiẽs a vocali:ne incurram⁹ in metaciſmũ,q eſt Barbariſmi ſpecies:abijcimus.m.cũ vocali illi adhærẽte.Verg.i.æñ.vẽturũ excidio libyæ.ſic voluere parcas:vbi.um.ſyllaba.diſpũcta ſcãdim⁹. venter excidio libyæ.q̃ figura ecthlipſis đr.eſtq; metaplaſmi ſpecies.Altera pars fundamẽti eſt,q ſi dictio finitur in vocali,ſequturq; altera dictio incipiens item a vocali abijcitur vocalis illa prior.ne ꝓnũciationem.ſ.hiulcã faciam⁹.Verg.i.æñ. cũ iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus.vbi.o.vocali extrita dicim⁹ Cũ Iun æternũ ſeruans,hæc figura ſynalœpha đr:q̃ etiam eſt metaplaſmĩ ſpecies.Fit quoq; ecthlipſis & ſynalœpha ex fine verſus præcedẽtis & ex initio ſeq̃ntis.Verg.ij.geor.aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem.& folijs vndã tepidi deſpumat aheni.Idem in eodem.inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida.& steriles platani malos geſſere valẽtes.Hora.quoq; in.i.car.cũ in fine verſus fecit ſet ſynalœpha[illegible] ſequenti verſu ſyllabam mutuatus eſt dicens:labitur ripa ioue non ꝓbante vxorius amnis.eſt enim illud carmen ſaphicũ,hoc vero adonicũ. Apud antiq̃ſſimos autores.m.ſeq̃nti vocali non abijciebatur aliqñ.Ennius.inſignita forent tũ millia militũ octo.& P[illegible] imperihegeſi ex Dionyſio.& forma contra poſtarum imagine coni.Iuue.quoq; qđ apđ autores rarum eſt. etiam.m.ꝓducit in fine dicens.viuendũ eſt recte:tũ propter plurima tũ his præcipue cauſis.poteſt tñ excuſari:qđ aſpiratio aliqñ habet vim conſonantis,vt apud Verg.i.æñ.poſt habita coluiſſe ſamo.hic illius arma.Eſt qñ non fit ſynalœpha etiam ſi poſt dictionem in vocali finitam ſequatur dictio incipiens ab altera vocali.qđ ſi vocalis illa prior fuerit longa:abreuiatur ratione vocalis ſeq̃ntis.Vergi.in bucco.& longũ formoſe vale vale,inq̃t iolla.nam & ſi ſcđm vale vltimam producat:ratione tamen ſeq̃ntis vocalis illo in loco breuiatur.Idem.v.æñ.victor apud rapidũ ſimoentis ſub ilio alto.& in buc.credimus,an qui amãt ipſi ſibi ſomnia fingunt.Idem in eodem opere,te corydon o alexi.trahit ſua quemq; voluptas.vbi o particula breuiatur ratione vocalis ſequentis:licẽt alias longa reperiatur vocali etiam ſequente.Hora.i.car.o & præſidiũ & dulce decus meũ,& Oui.in epiſto.penelo.o vtinam tũc cũ lacedæmona claſſe petebat.ſi vero vocalis ſyllabæ præcedentis fuerit breuis:vero ſit vt corripiatur.vt apud Ouid.ij.faſt.thure vacent aræ:ſtent ſine igne foci.niſi quiſpiam forte ſic legat ſtentq; ſine igne foci.

¶ Syllaba quã ſcribis. Prima regula de quantitate ſyllabarum eſt:q; ſyllaba quæ ſcribitur diphthongo eſt longa. meminiſſe autem hic debes qđ lib.iij.ſcriptũ eſt:ſex eſſe diphthongos in vſu apud latinos. ae.au.ei.eu.yi.oe. Animaduertendũ tamen eſt nõ ſemper vocales illas ex quibus diphthongus coaleſcit.diphthongo conglutinari:quin potius in multis dictionibus ſolutæ reperiũtur.ae.vt in his dictionibus paſiphae.phaeton.danae.aer.nam paſiphae:tetraſyllabũ eſſe tũ ratio demõſtrat:quoniã a græcis per.ae.ſoluas ſcribitur:tũ poetarũ vſus. Phaeton quoq; & danae ſemper triſyllaba reperiuntur. Martia.lib.v. deucalion.aut ſi non placet hic phaeton. Idem alio in loco,qđ tibi vis dipyron,qui phaetonta facis.vtrobiq; enim eſt pentametrum elegiacum carmen. Hora.iij.carmi.incluſam danaem turris ahenea.quod eſt carmen aſclepiadeum. Iuueñ. tum ſummus vertitur aer.quod uero.M. mantilius in libro Aſtronomico.dixit phætontem patrio curru per ſigna volantem:atq; ante illum Varro. cum te flagranti deiectum fulmine phaetõ. vt Quinti. lib. j. ſcribit. vitium eſt,quod græci ſynæreſin vocant. nam ſi eſſet proſa oratio.eaſdem(inquit)litteras enunciare veris ſyllabis liceret,ſicut ecõtrario per diereſim. Hora.j.epiſto. dixit. ſi recte facies,hic murus ahencus eſto.vbi ad ſoluendum diphthongon.h.littera interiecta eſt. Au.præterea non ſemper in diphthongon coit. vt in his dictionibus menelaus.protheſilaus.amphiaraus.Oe.quoq; vt in his poeta.poema. Ei.vero & .eu. & .yi.in dictionibus græcis ſemper coeunt. quod vero ſubiungitur.præterq̃ ſi vocalis ſequatur:non vſquequaq; verum eſt:ſed quoties dictio finitur in diphthongon:ſequiturq; altera dictio incipiens a vocali:aut in ipſa iunctura dictionis compoſitæ. vt præuro præo. Vergili.iij.æneidos.inſulæ ionio in magno quas dira celeno. Idem in.vij.ſtipitibus duris agitur ſudibus ve præuſtis Et in.v.nec tota tamen ille prior præeunte carina.quibus in locis diphthongus quæ alias erat longa:ratione ſequentis vocalis breuiatur. Eſt tamen vbi diphthongus etiam vocali ſequente producitur.vt apud Vergi.vij.æneidos.ardea cruſtumeriq;: & turrigeræ antemnæ. ¶ Siue breuis ſeu longa. Secunda regula eſt:q; ſyllaba:ſiue illa ſit in principio,ſiue in medio,ſiue in fine dictionis,quæ poſt vocalem duas habet conſonantes aut plures aut vnam vim duarum habentem:longa eſt poſitione. Poſitione proprie dicitur ſyllaba producta:quæ cum ſit natura breuis:ratione ſequentium duarum vel plurium conſonantium producitur:vt terra:quoniam a tero dicta eſt:primam debuit breuiare.ſed ratione duplicis.r.eandem producit.eodem modo gens:quoniam a genere deriuatur, in quo prima eſt breuis:primam quoq; debuit breuiare:producit tamen eandem ratione duplicis conſonantis hoc eſt.ns. Sed quia nondum ſcimus diſtinguere ſyllabam natura longam a ſyllaba natura breui,placuit interim vtrumq; confundere:vt etiam quæ longa eſt natura:ſi ſequantur duæ conſonantes poſitione,longa dicatur.vim autem duarum conſonantium habent tres litteræ.x.z. & .i.in medio duarum vocalium poſita,nam vt dicunt omnes qui de orthographia ſcripſerunt.x. littera in [illegible]cendium.cs.aut.gs.ſucceſſit.& pro eo quod antiquiſſimi ſcribebant pacs legs.ceptum eſt ſcribi pax.lex.quorum genitiui pacis & legis idipſum arguunt. ¶ Præterea.z.qua tantum in dictionibus peregrinis vtimur,pro.ſd. aut pro alterutra.aut pro duplici.ſſ.ponitur.vt ezras pro eſdras.ſdetus pro zetus.mezentius pro meſdentius.patrizo pro patriſſo ponitur.vnde & pro eo quod græci dicunt patrizo pitizo:nos patriſſo & pitiſſo dicimus. I.quoq; in medio duarũ vocaliũ poſita pro duplici ponitur:quam etiam vetuſtiſſimi vſq; ad Cicero.tempora duplicem ſcripſerunt. quarum prior ad vocalem præcedentem,poſterior ad ſequẽtem pertinebat.vt maija.Pompeiꝰ.Quod ſi in principio dictionũ tres illæ duplices litteræ ponũtur.pro ſimplicibꝰ habendæ ſunt:neq; enim habent vim præcedentem vocalem producendi. Luca.in.ij.tumidũ ſup æquora xerxẽ conſtruxiſſe vias. Vergi.iij.æn.iam medio apparet fluctu nemoroſa zacynthꝰ. Biiugus.a.ũ.quadriiugus.a.ũ.in quibus quemadmodũ in ſimplici prima vim habet vniꝰ conſonantis:ita & in compoſitis. Vergi.v. æn.non tam præcipites biiuge certamine campum. ¶ Deinde regulam limitat dicens:q; ſi poſt ſyllabam natura breuem.&c.breuis enim ſyllaba dicitur natura:q̃ ſemper eſt breuis:niſi aliq̃n reperiatur in carmine longa poſitione duarũ conſonantiũ. Naturale namq;(vt Ariſtote.ii.ethico.v.att.)eſt qđ ſemper & vbiq; eandem vim habet.vt ignis q hic & in perſis vrit:natura calidus eſt. Ergo contra [illegible]am ſyllaba breuis producitur:qđ vitiũ ſola carminis licentia excuſare poteſt.atq; ideo in proſa oratione ſemper breuis proferenda eſt. Illud quoq; notandũ eſt:q; de duarũ conſonantiũ ſequella diximus:non ſolũ in eadem dictione intelligendũ eſſe:verũetiam in diuerſis. Vergi.in bucco.terraſq; tractuſq; maris cœlũq; profundũ. Idem.i.geor.tribulaq; traheæq; & iniquo pondere raſtri. Iuuena.occulta ſpolia & plures de pace triũphos. qđ ſi aliqua ſyllaba fuerit longa naturaetiam ſi muta cũ liquida ſequatur non poteſt eſſe breuis.vt ſaluber.bris.october.obris.aratrũ aratri. ¶ Si poſt vocalem. Tertia regula eſt:q; vocalis ante vocalem in eadem dictione breuis eſt.vt Deꝰ meꝰ.traho veho.qđ in dictionibꝰ latinis intelligendũ eſſe dicit. Nam in Græcis & Barbaris hæc regula nondũ ſatis elucubrata eſt:tantũ tamen eſt illam(quo ad fieri poteſt)explicare obſeruato inter ſe ordine vocaliũ latinarũ. Igitur.a.ante alterũ.a.qđ in dictionibꝰ quoq; græcis rariſſimũ Barbaris frequentius,ſemper breuiatur:vt Nauſicaa alcionſilia. Phraates. Abraam, Baal. Vergilius priape. Nauſicaam plenũ ſapientiæ iuſſe ſinu. Martia.ſi mihi Nauſicaa patrios donauerit hortos. Hora.i.epiſt.ius imperiũq; Phraates Cæſaris accepit. Sedulius paſchal.nũc coluere Baal:nũc degere Barabbã. A.ante.e.cũ in diphthongon non coeũt,aliq̃n breuis eſt.vt paſiphae.phaeton.

## De diphthongis

Syllaba quã ſcribis diphthõgo;longa notetur.
Quod ſi vocalis ſequitur,breuiabis eandem.
Siue breuis ſeu longa tibi vocalis habetur,
Porrectam dices;ſi duplex conſona ſubſit.
Hæc tria ſint elementa tibi geminantia vires;
Zeta valet ſigma cum delta,xi,cappa,ſigma.
Atq; duas inter vocales iota repertum;
Pro duplici nũera;modo ſit tibi dictio ſimplex;
Syllaba ſi breuis eſt natura,& muta ſequatur;
Cum liquida;ſemper breuiabit ſermo ſolutus,
At carmen poterit producere ſeu breuiare.
Si poſt vocalem vocalis & altera ſubſit;

danae. de quibus ſupra diximus cum de diphthongis diſſerebamus, aliqñ pducitur, vt aer laertes. Michael. Iuue. tunc ſumm⁹ vertitur aer. Oui. i epiſt. penelo. reſpice laertẽ vt iã ſua lumina cõdat. Flac. in argo. hoc & odorat⁹ flagrãt crine Michael. ¶ A. ãte. i. plerumq; pducitur, vt thais. lais. nais. taigeta. Mar. thaida Quĩtus amat: quã thaidaſ thaida luſcã. Proper. nõ ita cõplebãt ephireæ laidos ædes. Verg. in buc. ecce ferũt nymphæ calathis tibi cãdida nais. Idẽ. ij. geor. ſperchiuſq; & virginibus bacchata lacenis taigeta, & quoties. ai. diphthõgus græca ſoluitur a noſtris, vt achaia, pãchaia. Oui. in epiſt. paridis. ab quoties dicet: q̃ paup achaia noſtra eſt. Vergi. ij. geor. totaq; thuriferis pãchaia pinguis arenis. In dictionibus quoq; latinis. a. ante. i. pducitur eadẽ rõne quia. æ. diphthõgus ſoluitur in. ai. diphthongon græcam, vt aulai, aurai, pictai,

Illa prior breuis eſt, dũ ſint modo verba latina,
Nam græci variãt; nec certa lege tenentur,

Vergilius tertio æneidos. Aulai in medio libabant pocula bacchi. Idem in ſexto æthereum ſenſum atq; aurai ſimplicis ignem. Idem in. ix. diues equum: diues pictai veſtis & auri. Breuiant vero caicus, caiſtrus, calais. ſais. Ver. i. geor. dulcibus in ſtagnis rimãtur prata caiſtri. Idẽ in. iiij. ſaxoſumq; ſonãs hipanis myſuſq; caic⁹. Oui. vi. meta. implumes pueri calais: zetuſq; fuerũt. Prop. li. ij. mercurioq; ſatis fertur babeidos vndis. Barbara quoq; inuenio ſemp noſtros breuiaſſe, vt Caiphas, Caim, Naim. ¶ A. ãte. o. pducitur, vt aon. aonis. amithaon. onis. machaon, chaon, didymaõ, imaõ, phareaon, lycaon. Ver. in buc. aonas in mõtes vt duxerit vna ſororũ. Idẽ. iij. geor. phyllirides chirõ amithaoniuſq; melãpus. Idẽ. ij. æñ. pelideſq; neoptolemus, primuſq; machaon. Idẽ in. v. & clypeũ efferri iuſſit didymaonis artes. Idẽ in. x. audyt illa deus: dum texit imaona aleſus. Oui. ix. meta. accipe me generũ dixi parthaone nate. Idẽ in. i. eiuſdẽ ſtruxerit inſidias notus feritate lycaon, & a laos cõpoſita, vt laocoon, laodomia, laomedõ. Ver. ij. æñ. laocoõ ardẽs ſumma decurrit ab arce. Idẽ i. vj. euadneq; & paſiphaẽ. his laodomia. Idẽ in. iiij. laomedõtiadæ ſentis piuria gẽtis. Pharaõ quoq; noſtri pduxerũt, vt Arator. nec iã ſua ſira Pharaõ ægyptuſq; tenet. e diuerſo Sedul⁹ breuiauit. gabaõ in paſchali dicẽs: ſol ſtetit ad gabaõ. Chaos quoq; & phaon breuiãt. Verg. iiij. georgi. atq; chao denſos diuum numerabat amores. Oui. in epiſ. ſapph⁹. arua phaõ celebrat diuerſa tiphoidos etnæ. ¶ A. ãte. u. ſi nõ coeat in diphthõgõ ſemp pducitur, vt amphiaraus. & a laus cõpoſita, vt pthesilaus, menelaus, archelaus. Ouid. iij. de ponto. not⁹ humo merſis amphiaraus erat. Idem in epiſ. laodomiæ bella gerant alij, protheſilaus amet. Idem en epiſtola Enones. ardet amore tui: ſic & menelaon amauit. ¶ E. ante. a. in dictionibus græcis quæ per. e i. diphthongon ſcribuntur atq; apud nos mutant. ei. in. e. longum producitur ſemper, vt æneias æneas, cythereia cytherea, deiopeia deiopea, penelopeia penelopea, calliopeia calliopea, medeia medea, galatheia galathea. amaltheia amalthea. alexandreia alexãdrea, plateia platea, choreia chorea, maleia malea. Ver. i. æñ. at pius æneas p noctẽ plurima voluẽs. Idẽ in eodem, parce metu cytherea. manẽt immota tuorũ. Idẽ in eodẽ. quarũ q̃ forma pulcherrima deiopeia. Idẽ in priapeia. mẽs erat in cũno penelopea tuo. Idẽ in buc. orphei calliopea lino formoſus Apollo. Idẽ in eodẽ opere, nerine Galathea thymo mihi dulcior hyblæ. Oui. in epiſt. hipſyphiles. Medeæ medea forẽt: qđ ſi q̃s ab alto. Tibul. li. iij. qođ amalthea: qođ marpeſſa dixit. Hora. iiij. car. portus alexãdrea ſupplex. platea, chorea, malea, tametſi apđ græcos p. ei. diphthõgõ ſcribũtur aliqñ breuiãt. e. ãte. a. Hora. ij. epiſ. puræ ſint plateæ: Ver. vi. æñ. pars pedib⁹ plaudũt choreas: & carmina dicũt. Idẽ in. v. ionioq; mari maleæq; ſequacibus vndis. Lõgæ etiã repiũtur. vt apđ Ouid. viij. meta. immemores noſtri feſtas duxere choreas. Luca. in. vi. & ratib⁹ lõge flexi. donare maleæ. Quæ vero apđ græcos p. e. pſilõ ſcribũtur breuiãt. e. ãte. a. vt theatrũ, boreas, artocreas, baleares. Ver. i. æñ. hic portus alij effodiũt. hic alta theatri. Idẽ in buc. hic tãtũ boreæ curam⁹ frigora quãtũ. Perſi⁹, olcũ artocreaſq; popello. Ver. i. geor. ſtupea torq̃ntẽ balearis verbera fundæ. ¶ E. ãte. e. breuiatur, vt nemea. es, leæna. æ. ſed de nemees litteratura alio ingremus loco. Ver. in buc. torua leæna lupũ ſequitur. Aea circe & Neæra nympha diphthõgo pducũtur. ¶ E. ãte. i. in dictiõibus in quib⁹. ei. diphthõg⁹ græca ſoluitur a noſtris. ſemp eſt lõga, vt Baccheius, Priameius, Phineius, Perſeius, Theſeius, Cybelei⁹, Cythereius, Pegaſeius, et hmõi poſſeſſiua. Ver. ij. geor. qđ memorãdũ æque, Baccheia dona tulerũt. Idẽ in. iij. o fœlix vna ãte alias Priameia virgo. Idẽ in eodẽ, harpyieq; colũt alieq; phineia poſtq̃. Oui. v. meta. ſternitur & meneleus pſeia caſtra ſecut⁹. Idẽ. xv. ſũti theſeius heros ſiſte modũ dixit. Idẽ in. x. ſiquidẽ cibeleius atys. Idẽ i. xiiij. tẽpeſtiu⁹ erat cælo cytherei⁹ heros. Perſi⁹, cãtare credas pegaſeiũ melos. Idẽ, quoq; de ill⁹ dicẽdũ deiopeia, deiphobe ſ deiphobe, deiphob⁹, deidamia, deianira. Ver. i. æñ. quarũ q̃ forma pulcherrima deiopeia. Idẽ in. vj. deiphobe glauci fatur q̃ talia regi. Idẽ in eodẽ. deiphobe armipotens genus alto a ſanguine. Papi. in achil. ſemp deidamiæ primã pduxit. Oui. in epiſt. deianiræ. impia quid dubitas deianira mori. Eadẽ quoq; rõne echeneis piſculus qui a latinis đr remora remora, penultimã produxit. Luca. in. vi. in medijs echeneis aqs Franciſcus philelphus putat legendum eſſe in medijs elechinus aquis. ¶ E. ante. o. breuiatur in dictionibus quæ p. e. pſilõ ſcribuntur, vt Theodorus, Cleopatra, Neoptolemus. Iuuena. lautorum pueros artem ſcindẽs Theodori. Mar. nectis regali [illegible] ecas cleopatra ſepulchro. Quæ vero per. e. longum ſcribuntur, producunt, vt eous, eos, eoum. Verg. i. æñ. eoaſq; acies & nigri memnonis arma. ¶ E. ãte. u. breuiatur, vt Creuſa, Tartareus, Vergi. ij. æneidos lachrymas dilectæ pelle creuſa. Idem in. vj. hinc via tartarei quæ fert acherontis ad vndas, quæ vero apud græcos per. ei. diphthongon ſcribuntur, quã nos in. e. vertimus producunt, vt Alpheus, Spondeus, Choreus. Papi. ſicanus longe relegens alpheus amores. Ruffinus ſpondeuſq; grauis numeroq; aptiſſime peon. ¶ I. ante. a. variã habet rõnem: nã quæ a græcis per. i. lõe ſcribuntur, apud nos breuiãt: vt Sophia, Philoſophia, Tragœdia, Comœdia, Elegia, Symphonia. Marti. hic pius antiſtes Sophiæ ſua dona miniſtret. Idem in alio lo[illegible]. Cum tibi ſit Sophiæ par fama & cura deorum. Vergi. in cirl. florẽtis Sophiæ viridis complectitur hortos, atq; eadem [illegible] ne contra multorum vſum, Philoſophia penultimã breuiat. Horatius, Effutire leues indigna tragœdia verſus. Idem [illegible] tamen & voces comœdia tollit. Idem, vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors. Ouid. Flebilis indignos [illegible] los. Maria quoq; nomẽ proprium diui Chriſti Ieſu genitricis ex litteratura græca breuiat penultimã [illegible] tur. Claudianus de nuptijs honorij preparantur pulchres Mariæ [illegible]

# LIBER QVINTVS.

Marie cũ Chriſtus ab aluo ꝓceſſit? Idem tñ alijs in locis ꝓduxit. Cõpoſita quoq; ab archia. vt Monarchia. Tetrarchia. Toparchia. Hierarchia. et inde deriuatũ Archias poeta quẽ Cice. defendit: et a machia. vt Naumachia. Batrachomyomachia. Gigãtomachia. & a graphia. vt Orthographia. Coſmographia. Chronographia. Pſeudographia: & a logia. vt Theologia. Aſtrologia. Aetymologia. Acyrologia. Philologia. & a nomia. vt Aſtronomia. Antinomia. Chironomia. multa quoq; alia q̃ vulgo in penultima acuto accẽtu ꝓferũtur. vt Melãcholia. Agõia. Chyrurgia. Vſia. Producũt vero q̃ apd grecos ꝑ. ei. diphthõgõ ſcribũtur. vt Agria. Hippodamia. Deidamia. Laodamia. Lãgia. Lãpia. Lebadia. thalia. Papi. xij. thebai. erit inops argia vias. Prop. q̃ ſi dotatæ regnũ veiꝰ Hippodamiæ. Papi. i achil. Deidamia dolos. Verg. vi. æñ. his Laodamia it comes. Papi. ij. thebai. culta ferũt quos pigra vado lãgia tacẽti. Idẽ in. iiij. pœne ſocer eadẽq; vadis lãpia nicoſis. Idẽ in vij. in valles lebadia tuas. Ver. i buc. noſtra neq; erubuit ſiluas habitare thalia. Eadẽ quoq; rõne dicimꝰ Magia. Paulia. Mœchia. Angaria. Latria. Idololatria. Dulia. Hipdulia. Eugenia. Hermenia. ¶ I. ãte. e. ꝑtim breuis ẽ, vt Hiera. Hyena. Ver. ix. æñ. quos iouis eduxit loco ſilueſtris Hiera. Oui. xv. meta. paſſa marẽ nõ eſſe marẽ miremur hyenã. Partim ꝓducũt. vt Pierꝰ. Pierides. Oui. v. meta. Pierꝰ has genuit. Ver. i buc. Pergite pierides. ¶ I. ãte. o. ꝓducitur i dictiõibꝰ q̃ ꝑ. ei diphthõgon a græcis ſcribũtur. vt Ariõ. Amphiõ. Clio. Hyperiõ. Ixiõ. Oriõ, Pãdiõ. Echiõ. io. Ver. i buc. Orpheꝰ in ſiluis iter delphinas Ariõ. Idẽ in eodẽ ope. Amphiõ dirceꝰ in actæo Aracintho. Oui. i. de arte. nec mihi ſunt viſæ clio cliuſq; ſorores. Idẽ. i. faſt. placeat equo ꝑſis radijs hyperiona cinctũ. Idẽ. xii. meta. duxerat hippodamẽ audaci ixione natꝰ. Ver. i. æñ. cũ ſubito aſſurgẽs fluctu nymboſus Oriõ. Aoriõ tñ ꝑ eodẽ breuiauit Catullꝰ dicẽs. ꝓximꝰ hydrochoi fulgere aoriõ. Oui. vi. meta. hic dolor ãte diem pãdiona miſit ad vmbras. Idẽ in. iij. eiuſdẽ. quo; ſupſtitibꝰ: quorũ fuit vnꝰ Echiõ. Idẽ in. i. cõſtiterat quocũq; loco ſpectabat ad io. Enyo quoq; martis ſoror ꝓduxit. Mar. cũ dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo. Quæ vero ꝑ. i iota ſcribũtur, breuiãt. vt iolas. dione. Ver. i buc. phyllida mitte mihi: meꝰ eſt natalis iola. Idẽ in eodẽ ope. ecce dionei ꝓceſſit cæſaris aſtrũ. ¶ I. ãte. u. i dictiõibꝰ q̃ apd̃ grecos ꝑ. ei. diphthõgõ ſcribũtur lõga eſt. vt Sperchius. lyeꝰ. arius. bacchius. Verg ij. geor. ſperchiuſq; et virginibꝰ bacchata lacænis. Papi. tẽpla lyciæ dabis & ditia dona ſacratis. Luca. i. iiij. hinc fortis arius. Ruffinꝰ. pricipiũ bacchiꝰ erit, cõcludit idõꝰ. a trophiũ quoq; & poliũ cõpoſita. vt Periſteretrophiũ. Orphanotrophiũ. Miropoliũ. Ichthiopoliũ. Xenodochiũ quoq; ꝓ hoſpitio. q̃ ꝑ. ei. diphthõgõ apd̃ grecos ſcribitur: hac eadẽ rõne dius dia diũ a dia iſula ꝓducit. i. Breuiãt vero q̃ apũ illos ꝑ. i. iota ſcribũtur. vt Archaicꝰ. Bœotiꝰ. Chius inſula. Luca. in. viij. quas aſine cautes, & quas chius aſpat vndas. Hora. i. epiſ. q̃ tibi viſa chius bullati notaq; lesbos. Poſſeſſiuũ vero eadẽ ꝓducit. Idẽ in. ij. ſer. Cecuba vina ferẽs, alchõ chiũ maris exps. Mar. chia ſeni ſitis Baccho q̃ ſetia miſit. Illa quoq; breuiãt, in qbꝰ ſupra dictũ eſt. ei. diphthõgõ aliqñ ſolui, vt Bacheiꝰ. Priameiꝰ. Eneiꝰ. Theſeiꝰ. Ephireiꝰ. q̃ qdẽ diphthõgꝰ aliqñ etiã in. e. diphthõgũ vertitur. vt Theſeus. Ephireus. Oui. vii. meta. ſoluere deſierat theſæa laude tributũ. Prop. nõ itã cõplebãt ephyreæ laidos ædes. ¶ O. ãte. a. i dictiõibꝰ q̃ a græcis ꝑ o micrõ ſcribũt, breuiat vt oaxes. coaſpes. coaſtre. thoas. Ver. i buc. pars ſcythiã & rapidũ cretæ veniemꝰ oaxem. Prop. in. iiii. vel regia lympha coaſpes. Luca. in. iiij. æthera tãgẽtes ſyluas liq̃re coaſtre. Oui. xiij. meta. hypſiphiles patria clariq; thoãtis. q̃ vero ꝑ. o mega ſcribũtur, ꝓducũt. vt troas troadis. Ver. in. v. æñ. at ꝓcul in ſola ſecretæ troades acta. Ioãnes hac rõne prima ꝓducit: queadmodũ & Iuuẽcꝰ ſemꝑ ꝓducit. Sidoniꝰ tñ apollinaris breuiauit dicẽs: q̃ nũc Helias: nũc te iuuet ire Ioãnes, hymnographꝰ quoq; ſolue polluti labij reatũ ſancte Ioãnes. ſed hi nulla rõne defendi poſſũt. ¶ O. ãte. e. ſi ꝑ o mega ſcribitur a græcis lõga ẽ, vt typhoeus. aloeus. neq; enim ꝑ. œ. diphthõgõ in penultima ſcribitur typhoeꝰ; vt qdã putauerũt: ſed ꝑ eus diphthõgõ i fine: & ꝑ o mega in penultima: q̃ cũ. e. nõ poteſt i diphthõgõ coaleſcere. Luca. v. cõaiꝰ inarimes æterna mole typhoeꝰ. neq; obſtat cũ Ver. ii. ix. æñ. dixit. inarime Iouis imperijs impoſita typhœo. Nã ſynereſis eſt freq̃nter in illo loco recepta. Quod ſi quis eſt q græcæ litteraturæ nõ credit: ſaltẽ Oui. verſu illo cõuincetur. q in. i. faſt. ſcribitur. quas quoties ꝓflat: ſpirare typhoea credas. Nullũ enĩ nomẽ ſcdæ declinatiõis mittũt actũm in. a. niſi in eus diphthõgõ terminetur. De aloeo nemo vnq̃ dubitauit quin ꝑ o lõgũ in penultima & ꝑ eus diphthõgõ in vltima ſcribatur. Luca. in. vi. impiꝰ hãc ꝓlẽ ſupis immiſit aloeus. Boetia quo modo a latinis ſcribi debeat: noſtri ſeli docti qdã hoĩes dubitãt: nã cũ a græcis ꝑ. oi. diphthõgõ ſcribatur: quæ apd̃ nos in. œ. diphthõgõ verti cõſueuit: bœtia poſt. œ. diphthõgõ o mega hoc eſt lõga ſubiecta: nõ boetia o & e ſolutis ꝓferẽda eſt. Quod ſi qs dixerit diphthõgũ oi ſolui in oe qd̃ qdã etiã i euboia fecerũt oi diphthõgõ i oe ſolutas cõuerſa ſcribẽtes atq; ꝓferẽtes eubo eq̃tuor ſyllabarũ: eſto. cõcedamꝰ illis hoc: ſed qua licẽtia diſpũxerũt alterũ. o. ꝓ bœotia beotia dicẽtes. Si vero o micrõ a græcis ſcribatur ãte. e. breuiatur, vt ſimoẽtis pyroẽtis oblĩq ab eo qd̃ ſimois & pyrois. Ver. i. æñ. alma Venus phrygij genuit ſimoẽtis ad vndã. Flaccus. v. argonauti, & formidãtẽ patrios pyroẽta dolores. ¶ O. ãte. i. eadẽ rõnẽ ſecturnã q̃ ꝑ o mega ſcribũtur ꝓducũt, vt Zoiꝰ, Troilꝰ. Stoicꝰ. Lagois. Mar. Zoilꝰ egrotat, faciũt hãc ſtragula ſebrẽ. Ver. i. æñ. parte alia fugiẽs amiſſis troilus armis. Iuue. ſtoicꝰ occidit Bareã delator amicũ. Hora. ij. ſer. nec ſcarus: aut poterit ꝑegrina iuuare lagois. Quæ vero ꝑ o micrõ ſcribũtur, breuiãt, vt ſimois, pyrois. Troia vero & Euboia in quibꝰ a latinis oi diphthõgus ſoluitur o ꝓducunt rõne, i. qd̃ habet vim duplicis cõſonãtis: quoties inter duas vocales ponitur in dictiõibꝰ latinis, et in quibuſdã græcis. vt Verg. iiij. æñ. Troia ꝑ vndoſum peteretur claſſibus æquor, vbi troia duarũ ſyllabarũ eſt, quia. i. conſonãs. Poſſeſſiuum vero troius troia troium tametſi triſyllabum ſit, atq; ꝑ. i. vocalẽ ſcribatur, primã ꝓducit, quoniãm græcis per o mega ſcribitur. Ver. i. æñ. armaq; fixit troia nunc placida cõpoſitus pace quieſcit. ¶ O. ãte. o. breuis eſt. vt laocoon, hippocoõ. demophoon. bootes. Verg. ij. æñ. laocoon ardens ſumma decurrit ab arce. Idem in. v. hirtacide primus locus exit hippocoontis. Idem. i. georgico. non obſcura cadens mittit tibi ſigna bootes. Ouid. in epiſto. phyllidis. hoſpita demophoon tua te rhodopeia phyllis. ¶ O. ãte. u. in dictionibus quæ per o mega ſcribuntur, qualia ſunt poſſeſſiua in ous, oa, oum, finita ꝓducitur: vt argous. a. ũ. coous. a. um. ſardous. a. um. herous. a. um. eous. a. um. eadem quoq; rõne achelous penultimã produxit. Papi. libro. vi. thebaid. Inachus ante retro noſterq; achelous abibit. Quæ vero per o micron ſcribuntur, breuiãt. vt alcinous. antinous. ¶ V. ante reliquas vocales rara eſt apud græcos, ſi tamen vſpiam reperiatur: quia per diphthongon ab illis ſcribitur. longa eſt.

Fio producit diſſyllabum, Et genitiui.
 Longa penultima ſit quintæ, cui iunge datiuū,
 Sed breuiant tantum tria, reſq; ſpeſq; fideſq;.
 Si gtūs erit; quem dat pronomen in ius.
 Seu nomen, longam poteris proferre breuemq;.
 Corripit alterius; Semp ꝑducit alius.
E. de, præ. ſe. di, componens; non breuiabis.
 Sed breuiant, ſi vocalis ſubit; atq; deſertus.
Tenditur. a. noſtrum; ſed græcis. a. breuiatur.
Re. breuiat ſemp, niſi duplex conſona ſubſit.
Reffert ꝑ res fert; ſeu diſtat porrige ſemper.

¶ Fio diſſyllabū. dictiōibus latinis cū eſt diſſyllabū ꝑducit vocalē ante vocalē ſequentē: nam cū pluriū ſyllabaꝝ eſt: breuiat. Iuue. nā tuus endymion dilectæ fiet adulter. Idē. liceat modo viuere fient: fient iſta palā. Perſius. cras fiet hoc, idem cras fiet. Genitiui quoq; & datiui numeri ſingularis qntæ declinatiōis. e. ante. i. finalē ꝑducunt, vt dies diei, ꝑgenies ꝑgeniei. Verg. in viro bono: omnia quā ſecū reputauerit acta diei. Excipiūtur hui9 ordinis tria noīa q̄ iiſdem in caſib9. e. ante. i. breuiāt. ea ſunt res rei, ſpes ſpei, fides fidei. Octo quoq; noīa primæ & ſcdæ declinatiōis noīm cum ſuis compoſitis q̄ mittūt gtūm in. ius. & dtūm in. i. & tria ꝑnomina ſcdæ pronoīm declinationis, hoc eſt iſte, iſta, iſtud, iſtius, iſti. ille, illa, illud, illius, illi. ipſe, ipſa, ipſum, ipſius, ipſi. in gtō hnt. i. ante. u. indifferētem. ¶ E. de, præ. ſe. di. Quarta regula eſt, q̄. hę prępoſitiones cū veniūt in compoſitione: ꝑducuntur, vt eligo. is. edo. is. educo. is. deligo deligis. dedo dedis. deduco. is. prępono. is. prędico. is. prębeo. es. ſeligo. is. ſeduco. is. ſeparo ras. diligo gis. diluo. is. diiudico diiudicas. Quod ſi vocalis ſequatur breuiāt, vt deorſum: qđ ex de & orſum cōpoſitum: dehiſco qđ ex de & hiſco. cis. dehinc qđ ex de & hinc. Vergi. iiij. ęn. ſed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat. Idē. iij. ęn. dona dehinc auro grauia ſectoq; elephanto. Prębeo. is. idē. vij. ęn. ſtipitib9 duris agitur ſudib9 ve prępuſtis. Scorſum. idē. in eſt & nō, alterutro: pariter nonnunq̄, ſępe ſcorſis. A. di quoq; compoſita duo breuiāt dirimo. is. & diſertus diſerta diſertū. Quod tametſi a diſſero. ris. deriuetur altero. ſ. ſtricto primā breuiauit. Oui. i. metamor. hanc deus & litem melior natura diremit. Hora. in epiſ. fœcūdi calices quem non fecere diſertum? Illđ quoq; hoc in loco notādum eſt, ſi. de. prępoſitio cōponatur cum dictiōe incipiēti a vocali: pręterq̄ qđ dixim9 breuiari: aliq̄n etiam repitur ꝑduci. Hora. in arte poe. cogitat vt dehinc ſpecioſa miracula promat. Papi. xi. thebai. deeſt ſeruitio plębes. Aliq̄n fit ſynęreſis ſiue colliſio. vt Ver. in buc. incipe Damœta tu deinde ſequere Menalca. Idem in eodem ope. vir gregis ipſe caper deerrauerat: hic ego daphnim. Idem. vij. ęn. diuitis vber agri troię ve opulēta deerit. Aliq̄n expūgitur vocalis a qua dictio cum qua componitur, incipit. vt debeo a de & habeo. debilis & a de & habilis. dego a de & ago. demo a de & emo. ¶ Tēditur. a. noſtrū, q̄ a prępoſitio latina in compoſitiōe ꝑducit vt amēs. qđ a mēte deſciſcat. auius. a. um. qđ a via declinet. Ver. iiij. ęn. iſq; amēs animi & rubore accēſus amaro. Idē iij. geor. auia tūc reſonāt auib9 virgulta canoris, ſed a particula gręca priuatiua breuiatur. vt atom9. adyta. orū. Ver. ij. ęn. iſq; adytis hęc triſtia dicta reportat. ¶ Re. breuiat ſemper, quod re in compoſitione breuiatur. vt refero refers. repeto. is. Quod ſi reffert accipiatur ꝑ eo qđ eſt diſtat. ꝑducitur: quare per duplex. ff. ſcribēdum vt ꝑducatur poſitiōe. Producūt vero dictiōes in quib9 poſt re ſuccedūt duę cōſonātes aut vna vim duarū hñs. vt reſpōdeo. des. reſcribo. bis. reiicio. cis. reieci. Nā cum re prępoſitio natura breuis ſit, ſi vſpiā in compoſitiōe lōga repiatur, neceſſe eſt hoc fieri rōne duarū cōſonantium: aut vnius vim duarū hñtis. Sed cū ſupra dixerim9. i. cōſonātem in principio dictionū ꝑ ſimplici poni: idq; etiā in compoſitis debere obſeruari: in hoc verbo reiicio aliq̄n habet vim duplicis cōſonātis: aliq̄n ſimplicis. Duplicis. vt apđ Verg. iij. geor. reiice ne maculis infuſcet vellera pullis. Idem. v. ęn. hos fatus: duplicem ex humeris reiecit amictū. Papi. vi. thebai. & patria vigil arte lacon, hos reiicis ict9. Simplicis, vt apđ Ver. in buc. tityre paſcētes a flumine reiice capellas. vbi teſte Serui. reiice ca. ꝑceleumaticus eſt. Papi. li. ij. thebai. tela manu reiicit: canes. vel pot9 dicendū eſt. i. cōſonātem expūgi: qđ & in hoc verbo ſubiicio repitur, vt apđ Papi. in achille. ſubiicit gauiſus Vlyſſes. Luca. in. viij. crine iacet ſubiicit: facere complexa maritum. Retuli quoq; preteritū ab eo qđ refero cū longū reperitur ꝑ duplex. tt. ſcribi debet. Hora. ij. epiſ. rettulit acceptos regale numiſma Philippos. Propertius. rettulit & querulo iurgia noſtra ſono. Cum vero breuiatur per ſimplex. t. ſcribendum eſt. vt apđ Statium in quodam edyllio: fera prelia bello in perſas retulere. Sunt quoq; qui illud Catulli. ſi reditum rettuliſſetis, aut in tempore longo retuliſſet legant, Eadem quoq; ratione reffero, cum pro eo qđ eſt diſtet accipitur, per duplex. ff. ſcribi debet, q̄ ꝑpꝛiam produxit primam. Sed quemadmodum alio in loco diximus, non a re prępoſitione, ſcđ a res & fero compoſitū videtur. relatum in ſupino ab eo quod eſt refero. reppperi & reppuli preterita ab eo quod eſt repio reperis. et repello repellis cū hoc verbo reduco reducis prima indifferenti reperiuntur, quare tum ſimplici, tum geminata conſonante poſt re ſcribi debēt. Iuuenalis. dixerit Aſtrologus: credent a fonte relatum hominis. Luca. in. iiij. denſaturq; globus quantum pede prima relato. Lucretius. libro tertio, ſi rurſum cœli relatum templa receptant. Terentius in Phormione, quod ab illo allatum eſt id ſibi relatum patet, vbi ratione carminis. l. debere geminari Donatus teſtatur. Luca. reppulit a Libycis immenſum ſyrtib9 æquor; Tibullus, Nam donumq; manus aduerſus reppulit vndis. Ouidius in epiſtola Medeæ: quęq; feros reppuli Dociles medicantibus ignes. Silius libro decimoſexto punicorum. Troiugenis reppulit pœnos. Propertius, ab pat[...]quicunq; meracas reperit vuas. Auſonius. at qui condiderat poſtquam non reppperit aurum, Aptauit collo quem repperit laqueum. Lucretius in primo. reducis Venus reductam Dedala tellus. Horatius ſecundo ſermo. cū tibi deus capta claſſem reducere Troia. Idem in epiſtol. palma negata macrum donata reducit opimum. Vergilius quarto. ęctam claſſem ſocioſq; a morte reduxi. Relliquię quoq; & relligio, quorum alterum a relinquendo: alterum a religando dicitur. in carmine ſemper producta reperiuntur, quare duplici. ll. ſcribenda ſunt. Vergilius primo æneidos, Troas relliquias danaum atq; immitis Achilli. Idem in quarto, relliquias colorem: Priami tecta alta manerent. Idem in ſecundo relligione patrum multos ſacrata per annos. Idem in eodem, corpora perq; domos & relligioſa deorum.

¶ Sed pro cōponens,ꝙ hæc præpoſitio pro in compoſitiōe producitur.vt prodo,dis. Breuiant vero que hic excipiuntur. proficiſcor,etſi Gellius ibi.primam dixit habere breuem:lōga tamen aliquando reperitur,vt apud Iuuenalem profectura domo ſicula non mitior aula. Propertius libro.ij.hæc quoq; profecto ludabat Iaſone Varro. Vergil' tamen.vij.æneid.breuiauit dicens. Arcades his oris genus a Pallante profectum. Profanus profana profanum. Verg.vi.procul o procul eſte profani. ¶ Profiteor profiteris. Ouid.de remedio.vtilitas latcat,ꝙ non profitebere fiet, Horat.in arte,inceptis grauibus pleramq; & magna ꝑfeſſis. Profor.aris. Luc.in.ix.hoc ſatis eſt dixiſſe Iouem ſic ille profatur. Verg.iiij.æneidos.& ſic acceſſa profatur. Profundo profūdis.autore Gellio primam indifferentem habet. Catullus.has poſtquā mœſto profundi pectore voces. Sillius libro.xi punico. impia dementis vulgi,& vix tota profundit. Profundus.da.profundum. Verg.in buc.terraſq; tractuſq; maris cœlumq; profundum. Profugus.ga.gum. Idem.i.æn̄. Italiam fato profugus lauinaq; venit littora. Profugio profugis. Flaccus.vij.argonauticæ.contigit vix deinde mori:& ſic fata profugit. Columella in horto.ſed trepidus profugit chellas & ſpicula phœbus. Procella.llæ. Verg.i.æn̄.ſtridēs aquilone procella.& ibidē.crebriſq; procellis Apiricus. Procuro.as. Ouid.iij.faſto,riſit & his (inquit) facito mea tela procures. Verg.tamen.ix.æn̄.produxit dicens,quod ſupereſt læti bene geſtis corpora rebus procurate viri.& Horat.hæc ego procurare & idoneus imperor. Profeſtus,ſta.ſtum. Horatius.ij.ſermo. non ego narrantem temere edi luce profeſta. Propero.ras. Verg.xi.æn̄.ne properate meas teucri defendere naues. Ouid.xi.meta.eſt neptunus auus.pronepos ego regis aquarum. Proneptis. Perſius.patruelis nulla proneptis. Propertius. Martialis,accipe facundi carmen iuuenile Properti. ¶ Quæq; ꝓ vox græca, quod pro in compoſitione in dictionibus græcis breuiatur.vt propontis,propino.prologus. Lucanus in.ix. Paruo ruat ore propontis. Iuuenal.quādo propinat Virro tibi. ¶ Cōpoſitum nomen. Hæc regula duas continet partes. Prima eſt,ꝙ dictiones compoſitæ ſiue ſint græce ſiue latinæ terminantes in.i.primam partem compoſitionis breuiant illud.i. vt omnipotens,quod ab omnis & potens componitur.armiger.quod ab armis & gero.& archigenes,quod ab archon.i.princeps.& geres genus.antithiton:quod ab anti contra & theton poſitum. Verg.ij.æn̄.Iupiter omnipotens precibus ſi flecteris vllis. Idem in eodem.armiger automedon vna omnis ſcyria pubes. Iuuenal'.aduocat archigenem onoroſaq; pallia iactat. Perſius. librat in Antithetis doctas poſuiſſe figuras. Altera pars eſt,ꝙ dictiones græce terminantes in.o. primam partem compoſitionis breuiant illud.o.vt carpophorus:quod ex carpos & phoros,hoc eſt ferens fructum componitur. chriſtophorus eodem modo ferens Chriſtum. Democritus. Demophoon. Iuuenalis quanq̄ & carpophoro facies tua computat annos. Idem perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat Democritus. Ouidius.hoſpita Demophoon tua te rodopeia phyllis. ¶ A priori parte regule excipiuntur vbiq; & ibidem aduerbia,quorum prius ab vbi et ꝗꝫ poſterius ab ibi & dem particula componitur. Vergil.ij.æn̄.horror vbiq; animos ſimul ipſa ſilentia terrent. Idem in primo.voluitur in caput,aſt illam ter fluctus ibidem. Tibicen quoq; quod ex tibijs & cano componitur duabus breuibus per ſynæreſim coeuntibus penultimam producit. Iuuenalis.& lingua & mores & cum Tibicine chordas. Producunt quoq; compoſita,que in priori parte compoſitionis declinantur.vt pleriq;,vtriq; quanticunq;,qualicumq;. Meridies etiam,quod a medius & dies componitur d.mutata in.r.antepenultimam producitur. Catullus,iube ad te veniam meridiatum. Eſt enim carmen phaleuticum. Aduertendum tamen eſt quod ſi dictio cum qua componitur ſemis a vocali incipiat,per ſynalepham exteritur.vt ſemuncia,quod a ſemis & vncia.ſemhomo,quod a ſemis & homo.ſemuſtus,quod a ſemis & vſtus. Perſius.hæreat,vt ſtultis breuis,vt ſemuncia recti. Vergi.viij.æneid'.ſemihominis caci facies,an potius ſemhominis caci facies:quoniam in compoſitione litteræ,que non pronunciantur,etiam nec ſcribuntur. Matricida producit Auſonius,dicens. Matricida Nero proprij vim pertulit enſis.aut non & fratricida, quem Prudentius breuiauit,& homicida quem Iuuenal'. ¶ Omnia præterita duarum ſyllabarum producunt ex illis priorem.vt feci a facio facis.legi a lego legis.moui a moueo moues.caui a caueo caues. quamuis enim prima verbi poſitio breuietur,nihilominus in præterito producitur. præterq̄ in verbis ſex,que hic explicantur cum ſuis compoſitis ea ſunt bibo bibis bibi.ad bibo,ad bibis,adbibi. Martialis,dixit,& ardentes auido bibit ore fauillas. Scindo ſcindis ſcidi.abſcindo abſcindis abſcidi. reſcindo reſcindis reſcidi. Papi.viij.Theba. oraq; pectoraq; & viridem ſcidit horrida veſtem. Lucanus in.iij.qua mare tellurem ſubitis,aut obruit vndis,aut ſcidit. Findo findis fidi.diffindo diffindis diffidi. Vergilius.æn.viij. & media aduerſi liquefacto tempora plumbo diffidit,ac multa porrectum extendit arena. Do das.dedi. reddo reddis reddidi. trado tradis tradidi. Vergilius.ſecundo æneid'. inſidiæ iam deiphobi dedit ampla ruinam. Sto ſtas.ſteti.obſto obſtas obſtiti. conſto conſtas conſtiti.reſto reſtas reſtiti. Idem in.x.his magnum alcidem contra ſtetit. hic ego ſuetus. Fero fers tuli.circumfero circumfers circumtuli.confero confers contuli. Ouid.primo metamorphoſeos,& tulit ad climenem. Epaphi conſilia matrem. Tuli quoq; præteritum ab eo quod eſt tuuo tuuas. Catullus ad ortalum breuiauit dicens,non ita me diui vera gemunt iuuerit.ſunt qui legant iuerint,pro iuuerint:ſed huiuſmodi ſyncopes ratio inaudita eſt,habentia vero vocalem ante vocalem nihil dubium eſt breuiare. ruo ruis rui.nuo nuis nui.luo luis lui.

{Sed pro componens debes producere ſæpe.
His tamen exceptis proficiſcor,ſiue profanus.
Profiteor addatur. ꝓfor.atq; ꝓfundo ꝓfundus.
Et ꝓfugus,ꝓfugitq;.ꝓcella.ꝓcuro.profeſtus.
Et propero.ꝓnepoſq;.propitius atq; proneptis.
Quæq; pro vox græca componit,corripiantur.
Compoſitum nomen ſi finit parte priori
In iota:aut,o,micron,ſemper breuiabit eaſdem.
Sed producit vbiq;,tibicen,iungis ibidem.
Omnia præterita profer diſſyllaba longa.
Findo fidi breuiat,ſcindo ſcidi.& dedit a do.
Et bibo dat bibit,fero dat tulit,& ſtetit a ſto.
Sed ſi vocali præcedit,corripiatur.

*Quod ſi præteriti, preterita geminantia primas ſyllabas (de preteritis pluriũ ſyllabarum intelligit) nam de ſyllabis ſuperius regula tradita eſt: fuerunt autẽ duo tantũ do dedi & ſto. ſteti. omnia inq̃ illa breuiant, vtraſq; ſyllabas, vt pario. is. peperi. diſco. is. didici. tundo. is. tutudi. pango. is. pepigi. pũgo. is. pupugi. tango. is. tetigi. pello. is. pepuli. tollo. is. tetuli. cano. is. cecini. Si vero poſt ſecundam ſyllabam ſequantur duæ conſonantes, producunt illam, vt mordeo. es. momordi. tondeo. es. totondi. ſpondeo. es. ſpopondi. pendeo. es. pependi. poſco. is. popoſci. parco. is. peperci. pendo. is. pependi. tendo. is. tetendi. fallo. is. fefelli. curro. is. cucurri. Cedo quoq; & pedo tametſi non ſequuntur duæ conſonantes etiam producũt. vt cæcidi. pepedi. Iuue. ebrius & petulans ſi quemq̃ forte cecidit. Hor. ij. ſer. nam diſploſa ſonat quantum veſica pepedi. In compoſitione quoq; eadem ratio ſeruatur. nam illa quæ primam ſyllabam in compoſitione amittunt, alterã ꝓducunt aut breuiãt, ſcdm ea q̃ dixit. vt fallo. is. fefelli. refello. is. refelli. cedo. is. cecidi. abſcindo. is. abſcidi. pello. is. pepuli. cõpello. is. compuli tundo. dis. tutudi. contundo contundis contudi. Horat. ij. epiſtola. duram qui contudit hydram. antiquiores tamen eandem produxerunt, vt Ennius. viroſq; valentes contudit crudelis hyems. ¶ Longa ſupina. ſupina duarum ſyllabarũ producunt ex illis priorem. vt lauo lauas lotum. moueo moues motum, nuo. is. nutum. Breuiant vero eadem ſupina, quæ hic explicantur cum ſuis compoſitis. Do das datum, reddo. is. redditum. trado. is. traditũ. Verg. i. æñ. poſt q̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Sto ſtas, ſteti, ſtatum. Luca. in. x. his aſcripſit aquis quorum ſtata tempora flatus, deriuata quoq; eãdem legem ſeruant, vt ſtatio, onis. ſtatus. us. ſtatura. æ. Verg. ij. æneid. nunc tãtum ſinus & ſtatio male fida carinis. Ouid. iiij. faſto. hic ſtatus in cælo multos permanſit in annos. ſtaturus tamen, hoc eſt participium futuri in. rus. ſemper producit primam. Luca. in. vi. vnaq; percuſſit pontũ ſymplegas inanem, & ſtaturam redit. Compoſita vero q̃ mutant. a. in. i. ſemper breuiant, quæ vero non mutant, producunt, vt præſto. as. præſtitum. atum. præſtatus. præſtaturus. conſto. as. conſtitutum. conſtatum. conſtaturus. Luca. in. ij. conſtatura fides ſuperum. Cieo. vel cio cis ciui citum, aut eſt ſecundæ coniugationis: aut quartæ, ſi ſecundæ breuiat, ſi quartæ producit. Ouid. ij. meta. obuius ire polis: nec te citus auferat axis. Compoſita vero tum breuia, tum producta reperiuntur. vt excio. is. exciui excitum. vel excitum. concio. is. iui. concitum. vel concitum. accio. is. acciui. accitum vel accitum. Papi. iij. thebai. excitus & longam iam pridem indignantia pacem. Verg. iij. æñ. excitum ruit ad portus & littora complent. Flaccus. v. argo. ipſe autem tantis concita furoribus arma. Verg. i. æñ. regius accitu chari genitoris ad vrbem. Sero. is. ſeui. ſatum & ab eo compoſita, vt conſero. is. conſeui. ſitum. aſſero. is. aſſeui, aſſitum. Verg. in buc. dulce ſatis humor. Ouid. conſitaq; arboribus lycea reliquerat arua, Sino. is. ſiui. ſitum. & ab eo compoſita deſino. is. deſiui deſitum. Idem. ij. meta. hic. ſitus eſt phaeton currus auriga paterni. Cicero pro Cornelio, ceptum igitur per eos qui volebant deſitum, per hunc qui deſtitiſſet. Ruo. is. rui. ruitum facit in ſupinis, ſed ab eo compoſita rutũ, quæ omnia breuiant, vt obruo. is obrui, obrutum. diruo. is. dirui dirutum. eruo. is. erui. erutum. Ouid. in epiſtola, penelo. obrutus infantis eſſet adulter aquis. Idem in eadem diruta ſunt aliis troia mihi pergama reſtant. Lino. is, liui. vel leui, litum: & ab eo compoſita. vt oblino oblitum, illino illitum. relino relitum. Verg. iij. geor. paribus lita corpora guttis. Ouid. in epiſtola canaces. oblitus a dominæ cæde libellus erit. Luca. in. viij. illita tela dolis, nec marte cominus vnq̃. Eo. is. iui. itum. & ab eo compoſita, vt prætereo. is. præteritũ. obeo. is. itum. Ouid. i. meta, ſed itum eſt in viſcera terræ. Verg. viij. æñ. o mihi præteritos referat ſi iupiter annos. Idem. x. morte obita quales fama eſt volitare figuras. Ambio. is. quod ab am prepoſitione inſeparabili & eo componitur, tum breuiare, tum producere reperitur: nam ambitus. us. nomen breuiat. Luca. in. i. letalis ambitus vrbi, ambitus. bits. bitum, participium producit. vt Vale. v. argo. ambituq; ſenem promiſſaq; vellera puppi. Ouid. i. metamor. iuſſit & ambitæ circundare littora terræ. Queo quis quiui quitum. & ab eo compoſita nequeo. is. nequiui. nequitum. Teren. in ecyra. nam cum compreſſa eſt nata. forma in tenebris noſci nõ quita eſt. Reor. is. ratum. Verg. ij. æñ. nos abiiſſe rati & vento petiiſſe Mycenas, & ab deriuatum ratio breuiat. ¶ Ex vi preterito, q̃ ſpina plurium ſyllabarum: nam de diſſyllabis paulo ante poſuit regulam. ſi formantur a præterito perfecto indicatiui modi terminato in. vi. vi. mutata in. tum. in quacunq; coniugatione producunt penultimam. vt amo. as. aui. atum. Pecto. is. quemadmodum lib. ij. diximus, quod in præterito pectiui facit & in ſupino pectitum penultimam breuiant. Colu. verum vbi iam puro diſcrimine pectita tellus: ſed ſuſpicamur ab alio præterito hoc eſſe pectui, quod in vſu non reperimus. ¶ Dictio compoſita, q̃ tanta eſt vocalis in dictione deriuata & compoſita, quanta fuit in dictione primitiua & ſimplici. hæc regula patet latiſſime. Deinde regulam adhuc declarat dicens. a. ſi vocalis in vocalem mutetur, nihilominus eadem quantitas manet. vt ab in & amicus componitur inimicus, a. mutata in. i. manente eadem conſonante, hoc eſt. m. ergo vtraq; vocalis, hoc eſt. a. in ſimplici & i. in compoſito breuiatur. Rurſus ab inimico deriuatur inimicitia manente eadem ſyllabarum quantitate. Diphthongus quoq; eadem ratione in vocalem longam ſemper vertitur, ſicut cado occido, lædo. collido, plaudo. explodo claudo. includo. Quod ſi conſonans mutetur, aliã rationem ſequi debemus: nam eundum eſt ad primas atq; medias ſyllabas. Sit exempli gratia iuuenis, breuiat primam: iunior producit eandem. & eodem modo iuuo. cado, foueo. bis. nouem decem primas breuiant, ab illis tamen deriuata iuuenius, iumentum, caſus, fomes. bini. noni. deni. q̃ quia mutant conſonantes producunt eaſdem.*

Quod ſi præteriti geminetur ſylla prima:
  Vtraq; corripitur, niſi duplex conſona tardet.
  Cædo cecidi dat, cui iunges pedo pepedi.
  Quæ ſi componas ex his dipunge priorem.
Longa ſupina manent diſyllaba ſede priori.
  Hæc breuiant primas. & quæ cõponis ab illis.
  Et ſtatus atq; datus. ratus & rutus & ſatus. hiſq;
  Et ſitus & litus & citus & quitus, atq; itus addes.
Ex. ui. præterito. ui. in. tum. fac. ente ſupinum:
  Præter ſex tantũ iam dicta penultima lõga eſt.
Dictio compoſita deriuatiuaq; ſimplis:
  Et primogenitis æqualia tempora ſeruat.

¶ Habet tamen hæc regula exceptionem. nam a ſupinis verborum primæ coniugationis in. atum, exeuntibus frequentatiua deriuãtur vel formantur potius. a. longa in. i. breuẽ mutata, vt imperatu imperito. itas. a. minatu minitor, aris. a portatu portito portito portas. Præterea verba quæ dicũtur meditatiua vel potius deſideratiua, formanturq; ab vltimo ſupino qđ in. u. longũ deſinit addita rio. vt ab eſu eſurio. a mictu micturio a partu parturio. in quibus. u. breuiatur. Iuue. eſurit intactã paridis niſi vendat agauẽ. Idem noctibus hic ponũt lecticas, micturiũt hic. A no. nas. naui natũ quoq; prima lõga dicimus a nato. as, eadem breui. Vergil. in. v. æñ. illum & labentẽ teucri riſere natantẽ. & a noſco noſcis noui notũ, primá lõga deriuatur a noto, as, eadẽ breui. Verg. in buc. parta meæ veneri ſunt munera namq; notaui. Agnitus quoq; & cognitus a notus compoſita breuiant. Iuue. agnit⁹ accipies iubet a precone vocari. Luca. in. iij. cali dá mihi cognitus axis ægypto. Igitur ex breui ſyllaba plærumq; fit longa nõ modo manente eadem cõſonãte, ſed etiã eadem vocali. vt a rego. gis rex & regula, a lego. gis. lex. gis. a lateo. es. laterna. æ. a ſedeo, es. ſedes. is. a vomo. is. vomis. eris. a voco. as. vox vocis, a venio. is. vena. æ. ab humeo, es. humor, oris, a rapio. pis. rapũ. i. a ligo ligas, ligula, æ. a macero macero. as. a vitio, vitupero vituperas, a iugero iugerũ. i. ab italia italus. a. um. a Sicilia ſiculus. a. um. a cerere ceritus. a. um. a ſecus aduerbio ſecius. Et mutata vocali ab homine, humanus. a. um. Econtrario ex ſyllaba longa fit breuis. vt a dico dicax dicacis, a luceo lucerna, æ. ab areo ariſta, æ. a mole moleſtus. a chio, chius. ab aſia, aſius, a ſopio, ſorpor. oris. a frãgo fragor. oris. & fragilis, a ſagino. ſagax, acis. a vado. dis. vadũ. i. a diſſero. is. deſſertus. a. ũ. a iuro. as. deiero. as. peiero. as. ab æquo. as, aqua æ. a fido. is. fides fidei. ab odi. iſti. odiũ. ij. a titulo, tutor. aris. a quattuor quater, a farre, farina. æ. a tigno, tigillus, a ſigno ſigillũ, ab offa offella offellæ. a mãma, mamilla. æ. a lotus lotũ lotij. a fatu fatuus fatua fatuũ. ab acer acerbus acerba acerbum, a femine, femur femoris, ſed de his in primis atq; medijs ſyllabis dicemus.

Sed ſunt multa quibus non ſeruit regula ſemper.
Illa tamen quæ ſint, primas mediaſq; require.

¶ De crementis ſingularis. Cap. ij.

EX. a. mittit, atis, genitiuus; & eſt breuiandus.
Onis. & enis. ab. o. producit. inis breuiatur.
Al. alis. neutrum producit, ſed breuiat mas.
Nomen in. el. elis, protendit; dic & hebreum.
Il. breuiabit. ilis. Vl. ulis, cui iungere debes.
Vnus in. ol. eſt ſol. crementum porrigiturq;.
An. anis. produc. atq; En. ſi mittit in. enis.
Qod ſi mittit, inis, breuiat, In. porrigit, inis.

DE crementis nominũ. Reliqui oẽs artis grãmaticæ præceptores, quos ego vnq̃ legi, quantitatem ſyllabarum nominis per declinationem primum, deinde per regulas particulares, quas de primis medijs atq; vltimis ſyllabis ſcripſerunt, ſparſiſſe video. fecerunt illi fortaſſe hoc recte, ſed ad puerorum eruditionem non ſatis commode. Nos tamen qui hanc curam ſuſcepimus: vt nil illis ediſcendum proponeremus, quod non illa ætas poſſit capere, ſeparauimus a declinatione hanc ſyllabarum perplexitatem: nec per numeroſas illas regulas ſparſim diffudimus, ſed in vnum quaſi conſpectum in hoc ſecundo Cap. compegimus, quod eſt decremẽtis nominum. Cremẽtũ vero nominis dicitur quoties genitiuus ſingularis creſcit ſuper primam nominatiui poſitionem, idq; aut in ſingulari, aut in plurali. Agit itaq; in primis de cremento ſingulari, ſed potiſſimum tertiæ declinationis: quia prima non habet crementum niſi cum mittit genitiuum in. ai. ſecundæ tantũ in. r. deſinentibus, quæ cum tertia declinatione confunduntur, quartæ & quintæ ad generalem regulam de habentibus vocalem ante vocalem referenda ſunt. ¶ Ex. a. mittit. atis. in. a. igitur deſinentia, quæ omnia græca ſunt mittentia genitiuũ in. atis. breuiant ſyllabam, quam ſuperat crementum. vt dogma dogmatis, poema poematis, ſcheme ſchematis. ¶ Onis. & enis. In. o. exeuntia in. onis. vel in. enis. producunt: vt cerdo cerdonis. mango mangonis. anio anienis, nerie nerienis. Exeuntia vero in. inis. breuiant: vt virgo virginis. apollo apollinis. Nomina vero græca in. on, deſinentia ſi ad declinationem latinam in. o. reducantur, etiã breuiãt. ſi apud græcos breuiabant, vt agamemnon agameno agamẽnonis. Papin. in achileide. ſtimulatq; agamemno volentes. ¶ In. c. duo tantũ ſunt, lac lactis, quod poſitione producit, halec halecis, quod natura. Mart. capparis & putri cepas haleci natantes, quanq̃ pro piſce etiam poſſit accipi. ¶ Al. alis. neutrum. In. al. neutra producunt, vt animal animalis. tribunal tribunalis. vectigal vectigalis. Maſculina vero breuiant, vt hic ſal ſalis. hannibal hannibalis. Verg. i. æñ. vela dabant læti: & ſpuma ſalis ære ruebant. Iuue. expende hannibalem, quod libras in duce ſummo. Valerius probus grammaticus præſtantiſſimus referente Gellio. libro. iiij. hannibalis & haſdrubalis & hamilcaris & huiuſmodi nomina barbara ita pronunciabat, vt penultimam circumflecteret. quod niſi longa eſſet fieri non poterat; tamen vnum tãtum Ennij poetæ tetrametron attulit ex eo libro, qui ſcipio inſcribitur. i. qui propter hannibalis copias conſiderant. vbi ſexta ſyllaba neceſſario debet eſſe longa, quia tertius pes iambus eſt. ¶ Nomen in. el. In. el. deſinentia omnia ſunt barbara præ... [illegible] duo monoſyllaba mel & fel, quod ſi ad noſtram declinationem (vt alio in loco diximus) referantur, adiectione ſyllabæ ẽã fieri debet. vt michael michaelus. iſrael iſraelus, penultima lõga, ſed quia noſtri ſub terminatione barbara audẽt inflectere, merito debent produci, quandoquidem in. el. longa finiuntur, q; a græcis per. e. longum ſcribi conſueuerunt. vt michael michaelis, gabriel gabrielis. mel vero mellis & fel fellis poſitione duplicis. l. producuntur. ¶ Il. breuiabit ilis. In. il. breuiãt. vt vigil vigilis. tanaquil [illegible]aquilis. ¶ Vnus in. ol. eſt ſol. In. ol. vnum reperitur tantum ſol ſolis, quod producit. In. ul. breuiat. vt cõſul. ulis. præſul. is. exul. is. ¶ An. anis. pduc. in. an. pducũt. vt acarnã. anis. Ouid. lib. viij. meta. annis acarnanum lætiſſimus. Pean. nis. Verg. vi. æñ. lætum peana canentes. In en, quæ mittunt genitiuum in. enis. producunt. vt ren renis, ſplẽ. enis. ſiren. enis. Perſius. qui faciã ſed ſum petulanti ſplene cachinno. Hora. ſyrenũ ſcopulos & circes pocula noſti. In. inis. vero breuiant, vt numen. inis, volumen. inis. ¶ In porrigit. inis. In. in. per. i. latinum, vel in. yn. per. y. græcum producunt: vt delphin delphinis, ſalamin ſalaminis. phorcyn. ynis. Verg. in bucco. orpheus in ſiluis, inter delphinas arion. Hora. i. carmi. teucer ſalamina patremq;. Ouid. iiij. metamor. ſquallebant late phorcynidos ora meduſæ.

¶ On.modo producit,in.on.partim breuiant,partim producunt,nam que apud græcos mittunt genitiuum in.onos. penultima per.o.micron breuiant.vt dæmon.onis.canon.onis.lycaon.onis.peon.peonis.amithaõ.onis.agamemnon.onis.eſon.is.amphion.onis.ixion.onis.parthaon.is.ſydon.onis.memnon.onis.emathion.onis.Ouid.i.meta. fœda lycaonie referens conuiuia menſæ.Idem in.v.vel nos emathijs ad peonas vſq; niuoſos.Verg.iij.æñ.phyllirides chirõ, amithaoniuſq; melampus. Idem.iij.æñ.res Agamẽnonias victriciaq; arma ſecutus.Ouid.vij.meta.& caſu ſubito formoſior eſone natus.Idem.xij.met.

On,modo producit;modo corripit,o.genitiui.
Si tenet,o,magnum producit,ſi breue curtat.
Nomen quod fit in.ar.genitiuo protrahit.aris.
Sed breuiat Cæſar cum nectare.parq;iubarq;.
Atq; arar & baccar.peregrinaq; nomina quedã.
Tertia quod nomen declinat,ſiue ſecunda:
Si finitur in.r.breuiabis.Demis,iber.ver.
Grecũ nomẽ in.er.modo curtat.vt æther & aer.
Et modo producit.vt crater atq; caracter.
Sed breuiat treuir & vir.cum martyre gadir.

duxerat hippodamẽ audaci ixione natus.Papi.in achilleide,cumq; ſuo memorant amphione thebas. Ouid.x.meta.accipe me generum dixi parthaone nate.Martial.quid torus a nilo quid ſindone tinctus olenti. Vergil.i.æñ.eoaſq; acies & nigri mennonis arma. Quæ vero apud græcos mittunt genitiuum in.onos.per.o.mega penultimam producunt eandem.vt amidon.onis.ancõ.anconis.babylon.onis.citheron.onis.caulon.onis.colophõ.onis.cremyon.onis.cydon.onis.damon.onis.daphnon.onis.dolon.onis.emathion.onis.helicon.onis.lacõ.laconis.ladon.onis.naſamon.onis.orion.onis.platanõ platanonis.prophirion.onis.petreon.onis.iaſon.onis.ſinon.onis.ſicyon.onis.ſalamon.onis. triton.onis. trygon.onis.Iuue.hic alta ſycione,aſt hic amidone relicta.Catullus quoq;.ancona gnidũq; arenoſam colis. Mart.aſſiduus iactet nec babylona labor.Proper.ſaxa citheronis thebas agitata per artem.Verg.iij.æñ.cauloniſq; arces:& naufragum ſcylaceum.Luca.in.viij.& placidi colophona maris ſpumantis parua. Ouid.vij.meta.quodq; ſuam ſecurus arat cremyona colonus.Luca.i.vij.illic & libye numidas & creta cydonas.Verg.in buc. paſtorum muſam damonis & alpheſibei. Mart. daphnonas platanenas & aereas cypariſſos.Ouid.in epiſt.penelo.retulit & ferro rhoeſum dolonaq; ceſos.Verg.emathiona liger.corineum ſternit aſilas. Idem.vij.æñ.pandite nunc helicona deæ cantuſq; mouete.Papi.vij.the.tandem ſperatus nudum plebe laconum.Ouid.i.meta.donec arenoſi placidum ladonis ad amnem. Silius.lib.vi.exanimã naſmona tyram ſuper ipſe iacebat.Verg.iij.æñ.armatumq; auro circumſpicit oriona.Mar.& nomen praſini porphirionis habet.Papi.vij.the.& ſulco petreona domant refluumq; meatu. Sillius. adriaci fugite infauſti iaſonis arenas.Verg.ij.æñ.talibus inſidijs periuriq; arte ſinonis.Ouid.ij.meta.ceruleos habet vnda deos tritona canorum. Martial.captabit tepidum dextra leuaq; trygona. Sunt quedam nomina habentia indifferens crementum.vt ſidon ſidonis.egeon egeonis. edon edonis. Verg.i.æñ.atq; equidem teucrum memini ſydona venire.in deriuatis tum producta tum breuis reperitur,quod ipſum argumento fuerit in primigenio crementum fuiſſe medium,tametſi ſemper longa reperitur.Verg.primo æneid. obſtupuit primo aſpectu ſidonia dido. Idem in.iiij.ſidoniam picto chlamydem circundata limbo: & iterum in eodem,& quos ſidonia vix vrbe reuelli.Aegeon quoq; Ouid.libro.ij.meta.produxit dicens.ægeona ſuis immania terga lacertis. Claudianus vero breuiauit cum dixit:nec centum gemini ſtrictis ægeonis enſes. Edon preterea mons ſiue promontoriũ thracie,quod mediam habet ſecundam,quod ex deriuatis licet cognoſcere.vt apud Verg.xij.æneid. ac velut edoni boreæ cum ſpiritus alto.Ouidius quoq;. protinus in ſiluis matres edonidas omnes,vtrobiq; producitur.idem tamen.ij.de reme.breuiauit dicens.ibat vt edonio referens trieterica baccho,& Luca.i.edonis ogygio decurrit plena lyæo.& Syll.iiij.puni.edonis vt pangea ſuper trieteride motu.¶ Nomen quod fit in.ar.q. nomina terminata in.ar.producũt crementũ,vt cochlear.aris.puluinar.aris.torcular torcularis.Breuiant vero Ceſar.aris.& quæ ſequuntur. Verg.in buc.ecce dionei proceſſit ceſaris aſtrum. Idem in.i.æneid. ſtipant & dulci diſtendunt nectare cellas.Idem in buc.& cantare pares & reſpondere parati.Idem.iiij.æneid. it portis iubare exorto delecta iuuentus. Idem in eodem opere,aut ararim parthus bibet,aut germania tigrim. Idem in buc. errantes hederas paſſim cum baccare tellus. Peregrinaq;, quod quedam etiam nomina propria barbarorum breuiantur vt amilcar.aris.gaſpar.aris.boſtar.aris.balthaſer.aris.ſed hæc quemadmodum diximus ex Gellij & Probi autoritate poſſunt producere:ſed frequentior vſus habet vt breuientur.¶ Tertia quod nomen,quod nomina in.er.definentia ſiue ſint ſecũde ſiue tertie declinationis breuiant crementum,vt puer pueri.gener generi.tener teneri.paſſer paſſeris.mulier mulieris,nemo vnquam dixit.q. mulier in obliquis produceretur:præter vnum Priſcia.neq; in locis illis quibus de hos agebat.ſed in libello de accentu,quem multi huius autoris eſſe non putant. Alexandrum vero quanti faciamus alijs in locis ſumus teſtati. Producunt vero iber iberi,quanquã græcis potius annumerari debeat.Lucanus in.iiij.gallorum celtæ miſcentes nomen iberis, & ab eo compoſitum celtiber celtiberi. Martial. vir celtiberis non tacende gentibus. Producit quoq; ver veris.Verg.i.georg. vere nouo gelidus canis cum montibus humor. Græcum nomen,q. nomina græca modo producunt modo breuiant cremẽtum. Producunt vt byzer byzeris,brachioniſter brachioniſteris.crater crateris.clyſter clyſteris,clymater clymateris.charaſter charaſteris. cremaſter cremaſteris. halter halteris. iater iateris,phyſeter phyſeteris.præſter præſteris.ſer ſeris.ſoter ſoteris. Flaccus libro quinto argonautica. byzereſq; vagi philyreq; a nomine dicta littora. populi ſunt ponti.Vergilius in buccol. crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui. Martialis. quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti. Ruffus in arato.delphinas virides & phyſeteras anhelos. Sed de his in declinatione græca plura dicentur.ex græcis vero quedam breuiant,vt aer aeris.æther ætheris.¶ Sed breuiant nomina in.ir.tam ſecũdæ quam tertie declinationis rara ſunt ea fere,que hic explicantur & breuiant crementum.gadir vero apud Dionyſium qui perihegeſim ſcripſit de ſitu orbis,gadira in accuſatiuo producta legitur.

Porrigit.oris.ab.or. Breuiāt ſed marmor & equor.
Et memor atq; arbor. Grecū quoq; iungit illis,
Et quod componit corpuſq;:puerq;; decuſq;.
Vr.breuiat ſemper:ſed de fur dicito furis.
As.atis.produc. Breuiant ſed vas vadis.& mas,
His addatur anas.& ados capientia græca.
Es. breuiabit,etis.vel.itis.Sed deme quietis.
Et magnes, locupleſq;.græcum quod,facit.etis.
Merces mercedis illis iungatur, & hæres;
Peſq; pedis breuiat,nomenq; quod ex ſedeo ſit,
Datq; Ceres cereris,qd̃ ſolū in.ris.breuiabit.
Nomen in.is,quod mittit,idis.vel.eris.breuiabit,
Illud producit,quod mittit in.itis,& iris.
Et quæ dant.inis,de ſanguis ſanguinis exit.,
Protrahe nomen in.os,quod mittit in.oris, & otis,
Cuſtos cuſtodis producit,bos bouis arctat,
Et q̄ componit potis & pote compos & impos.
Vs.breuiabit.oris.&.eris.pecus hæc pecudiſq;.
De pus exit,odis.tibi ſit pro teſte melampus,
Sed palus & ſubſcus atq; incus & quod in,utis.
Tendunt obliquos,intercus.utis,tibi præbet,
Telluris veneriſq; dabunt telluſq; Venuſq;,
Si monoſyllaba ſunt,genitiuus porrigit.uris,

*¶ Porrigit.oris.quod nomina in.or.producūt crementū.vt amor.oris.dolor.oris.Breuiant verō marmor.oris.Verg.vi.æñ. in lento luctantur marmore tonſæ.Aequor.oris.Verg.i.æñ.diſiectā æneæ toto videt æquore claſſem.Memor.oris.Idem.i.æñ. at ſperate deos memores fandi atq; nefandi.Arbor.oris.Idem.i.geor.cauat arbore lintres.Græcum quoq;,qd̃ nomina græca etiā breuiant crementū.vt neſtor.oris.hector.oris.rhetor.oris.Et qd̃ cōponit,qd̃ nomina quoq; cōpoſita a puero,corpore & decore breuiant,vt publipor.oris,marcipor.oris.lucipor.oris.tricorpor.oris.bicorpor.oris.indecor.oris.dedecor.oris.Ador tum breuiare tū producere Priſcianus autoritate Enij probat dicentis, hic adoris dat primicia ſibi ſanguine libat. Idem alio in loco produxit dicens. Emicat in nubes nidoribus ador adoris.ab eo quoq; deriuatū Verg. produxit.vij.æñ.ſtatuuntq; dapes & adorea liba per herbam.¶ Vr. breuiat,quod nomina in.vr.ſiue ſint ſecundæ ſiue tertiæ declinationis breuiāt: ſed ſecūdæ vnū tantum reperitur.ſatur ſaturi:tertiæ vero plura.vt fulgur.uris:ſulphur ſulphuris.murmur.uris,Et q̄ faciunt in.oris.iecur.oris.femur.oris.ebur.oris.robur.oris,fur vero producit,Verg.in buc.quid domini facient audēt cum talia fures.¶ As.atis.produc.q. nomina tertiæ declinationis finita in.as.producunt crementum.vt ciuitas,atis,bonitas.atis.honeſtas.atis, Breuiant vero vas vadis.Hora.i.ſermo,ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem eſt.Mas maris.Perſius atq; marem ſtrepitum fidis intendiſſe latinæ.Anas.atis. Martialis.& anatis habeas vropygium macre. Eſt enim trimetrū iambicum habens in primo loco tribrachum. Ruffus in arato.lati pedemq; anatem ceruus excedereq; ponto. Macer quoq; anſeris,aut anatis mixta pinguedine tauri.Vas quoq; vaſis cremētum producit per regulam etiam ſi in atis.genitiuus non exeat. nam per.as.atis. voluimus intelligi nomina in.as.tertiæ declinationis ad differentiam eorum,quæ ſunt primæ.Et.ados,q. nomina græca tertiæ declinationis mittentia genitiuum in.ados,breuiant crementū,vt arcas.ados.pallas.ados. dryas.ados.¶ Es.breuiabit.etis.vel.itis.q. nomina tertiæ declinationis mittentia genitiuum in.etis.vel.itis.breuiant crementum,vt paries.etis.ſeges.etis.ſtipes ſtipitis. miles.itis. Producit vero quies,etis.& ab eo compoſitum inquies.etis.& locuples.etis. Perſius,in locuplete penu defenſis pinguibus vmbris. Et nomina græca mittentia genitiuum in.etis.vt magnes magnetis.tapes.etis,lebes.etis.dares.etis.Luca.in.iiij.& magnetes equis,minye gens cognita frenis. Sillius.iiij. puni.illud ſidonio fulgentem ex ære tapeta. Ouid. in epiſtola briſeidis: viginti fuluos operoſo ex ære lebetas. Verg.v. æneid.creber vtraq; manu pulſat verſaq; dareta.Merces quoq; mercedis,& hæres hæredis producunt.Verg.ij.georg.cogendæ in ſulcum,ac multa mercede domandæ.Sed ceres quod ſolum miſit genitiuum in.ris.breuiat.Vergil.primo æneid.tum cererem corruptam vndis cerealiaq; arma. Peſq; pedis. Perſius numeros ille:hic pede liber. Nomenq;,vt obſes obſidis.reſes.idis. Ouid.i.meta.obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.Verg.iiij.æneid.iampridem reſides animos.¶ Nomen in.is.quod mittit,q. nomina deſinentia in.is.quæ mittunt genitiuum in.idis, breuiant crementum.vt lapis.idis.cuſpis.idis. caſſis caſſidis.& nomina græca.vt paridis.idis.hyaſpis hyaſpidis.tigris tigridis.Breuiant quoq; mittentia genitiuum in.eris.vt cucumis.eris.cinis,eris,puluis.eris.vomis,eris.Producunt vero exeuntia in.itis.vel in.iris. vt glis.iris.dis.tis.ſamnis.itis.lis.itis.quiritis,litis.Verg.vi.æñ.noctes atq; dies patet atri ianua ditis.Ouid.tñ in epla.phyllidis breuiauit dicēs. & pulſata nigri ianua ditis,quædam tamen pro ditis legunt dei. Et quæ dant.inis,de nominibus græcis intelligit habentibus in nominatiuo duas terminationes in.in.vel in.is.quæ mittunt genitiuū in.inis.penultima longa.vt eleuſin vel eleuſis.inis,ſalamin vel ſalamis.inis.delphin vel delphis.inis.phorcyn vel phorcis.ynis.vnum tamen latinum reperitur ſanguis.inis.quod breuiat crementum.¶ Protrahe nomen in.os.q. nomina tertiæ declinationis finita in.os.quæ mittunt genitiuum in.oris.& in.otis,producunt crementum.vt ros.roris,flos,oris.mos,oris.lepos.oris.ſacerdos.otis,nepos,otis.rhinoceros.otis.monoceros.otis,phileros,otis.Quæ vero mittunt genitiuum in.ois.græca,quemadmodum ſupra diximus,producunt crementum.vt minos,ois.heros,ois.thos.ois.Sed bre[...]ant bos bouis,& compoſita a potis & pote:cōpos.otis.impos.otis.¶ Vs breuiabit.eris.&.oris.q. nōia tertiæ declinationis deſinētia in.us.quæ mittūt genitiuū in.eris. vel in.oris.breuiant.vt genus.eris.funus.eris,tēpus temporis,corpus.oris.quibus ānumerari debet hoc pecus.udis.Et nomina græca compoſita a pus podos,quod eſt pes.vt melampus,odis.i.habens pedes nigros.tripus.odis,decapus,odis.Producunt vero palus.udis.ſubſcus,udis.incus.udis.& mittentia genitiuum in.utis.vt virtus virtutis.iuuentus,utis.ſalus ſalutis.ſenectus ſenectutis.ſeruitus ſeruitutis.Ex mittentibus vero in.utis. vnum breuiat intercus.utis.Monoſyllaba quoq; mittentia genitiuum in.uris.producunt,vt mus muris.ius iuris.thus thuris.rus ruris.*

¶ Crementum breuiat, q̄ nomina tertiæ declinationis deſinentia in.s.habentia conſonantem ante.s.breuiant crementum: vt hyems ẽ:inops.opis. arabs arabis, ſcobs ſcobis, ſcrobs.bis.trabs trabis.quam̄ Iuuencus produxit libro primo, deripe ſed proprio fallax de lumine trabem, cum apud autores ſemper breuietur. Ouidius. a trabe ſublimi triſte pependit onus. Producunt vero ſeps.pis. & plebs.bis.quia diphthongon ſcribuntur, nã ſeps ſepis pro quo iã ſerpentis genere breuiat. ¶ Greca notentur, q̄ noĩa græca partim breuiãt, partim producũt, nã quæ retinent o micron breuiãt.cecrops,opis.æthiops.opis, quæ vero habent.o.mega p̄ducũt: vt hydrops,opis, conops. conopis.ciclops.opis.europs.opis. Sed de his, cum de declinatione græca agetur plura dicemus. Griphs vero griphis p̄ducit, ſed cinifhs.iphis, breuiat. ¶ Sed capitis de nominibus deſinentibus in.t.vnum tantum reperitur quod declinatur caput, itis, q̄d breuiat crementũ cũ ſuis cõpoſitis: ſinciput.ipitis & occiput. ipitis. Compoſita vero a capite, quæ deſinũt in.ps.ex.regula ſuperius tradita diximus breuiare. vt biceps ipitis.anceps itis. ca priceps.itis. ¶ Quod fit in.ax.q̄ noĩa deſinẽtia in.ax. producunt crementum, vt audax, audacis. contumax contumacis, pertinax. acis. Breuiant vero fax facis. Vergil. in buc. mopſe nouas incide faces. Ex græcis, quod nomina græca in.ax.deſinentia partim producũt, vt trax.acis.aiax.aiacis, ſiphax, acis, Verg.iij.æñ.thraces arant acri quondam regnata Lycurgo. Idem in primo. vnius ob noxam & furias Aiacis oilei. Iuuena. tolle tuum precor hannibalem victumq; ſiphacem. Ouid.vi.faſtorũ. poſtera lux oritur ſuperat maſiniſſa ſiphacem. Claudianus tamen breuiauit dicens. compulimus durum ſiphacẽ, partim breuiant, vt abax.acis. a quo eſt abacus.i. atax atacis, dropax, acis. pharnax pharnacis, ſmilax, acis, ſtorax.acis, iuue.ornamẽtũ abaci, necnon & paruulus infra. Horat.i.ſermo. hoc erat experto fruſtra Varrone atacino, ab atace fluuio galliæ ſic cognominato. Mar. pſilotro facitur laeuas & dropace caluã. Serenus necnon appoſito curatur dropace membra. Luca.in.ij. tigranẽq; meum, nec pharnacis arma relinquas. Ouid.iij.met. & crocon in paruos verſum cũ ſmilace flores. Verg.in cir. non ſtorace ideo fragrãtes picta capillos. Serenus, aut ſtyracẽ tornes, aut duri vulturis alam. ¶ Nomen in.ex.breuiat, quod noĩa in.ex. deſinẽtia ſiue mittãt genitiuũ in.cis. ſiue in.gis, breuiãt, vt iudex iudicis, pollex pollicis, pulex.icis.remex.igis.aquilex.egis. grex gregis. Producunt vero rex regis, lex legis, veruex.ecis.halex halecis, vibex.icis, quod mutauit.e.in.i.in obliquis, & nomina græca.vt myrmex.ecis.ſcolex.ecis, quorum quædã breuiant, vt alopex.ecis ſed de his in declinatione græca plura dicentur. ¶ Protrahit.ix.icis, q̄ nomina deſinẽtia in.ix.producunt, vt perdix.icis, lodix icis, felix.icis. Breuiant, vero coxendix.icis. Serenus, clauſa acies inter geminæ coxendicis vmbras. Hyſtrix.icis. calphurnius in æglogis. venit & hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba. Filix, icis. Ver.ij.georg. & filicẽ curuis inuiſam paſcit aratris. Larix.icis. Luca.in.ix. & larices fumoq; grauem ſerpentibus vrunt. Calix.icis. Hora. fœcundi calices quem non fecere diſertum. Pix picis. Verg.i.geor. atræ maſſam picis vrbe reportat. Onyx onychis: & ab eo compoſitum ſardonyx ſardonychis. Iuueñ. ſardoniches criſpo numerantur pectine cordæ. Varix.icis. a quo eſt varicus & varicoſus. Iuenal. varicoſus fiet haruſpex. Salix, icis. Verg.in buc. florentem cithiſum & ſalices carpetis amaras. Bebryx bebrycis. Flaccus libro ſecundo argonau. bebrycis & ſcythici procul in clamãtis ſaxi. Verg.v.æneid. bebrycia veniens amici de gente ferebat. Silius tñ.iij. puni. produxit eandem dicens. poſſeſſus bacho ſæua bebrycis in aula. Cilix cilicis. Iuueñ. ſic pugnas cilicis laudabat & ictus. Eryx erycis. Verg. primo æneid. ſunt criticis fines regemq; optatis aceſtem. Natrix.icis. Lucilius, in.ij.ſaty. ſi natibus natricem impreſſit craſſam & capitatum. Sed nomina exeuntia in.gis.breuiãt quoq;, vt dũnorix.gis, ambiorix.gis. ſtyx.gis. ſtrix.gis. quod tum breuis tum longa reperitur. Ouid.vi.faſto. ſic fatus virgam qua ſtriges pellere poſſet. Ouid.in amoribus, vulturis in remis & ſtrigis oua tulit. De græcis tamen ſuo loco plura dicemus, vnum tamen quod extra omnem proportionem miſit genitiuum breuiat, hoc eſt nix niuis. ¶ Ox, ocis, producit, q̄ nomina deſinentia in.ox. producunt, vt atrox, ocis, ferox, ocis. velox.ocis. quæ omnia mittunt genitiuum in.cis. in.gis.vero quod faciat genitiuũ vnũ reperio allobrox, quod breuiat. Iuue. Ruſſus qui toties Ciceronem allobroga dixit: ex facientibus in.cis, duo quoq; breuiant, Cappadox. ocis, præcox.ocis. Luca.in.ij. cappadoces mea ſigna tenent. Calphurnius in æglogis. inſita præcocibus ſubrepere perſica prunis ¶ Porrige nomen in.ux. q̄ nomina deſinentia, ux. ſiue mittant genitiuum in.cis, ſiue in.gis, producunt, vt lux lucis. frux. gis. Breuiant vero nux nucis. Verg.in buc. ſparge marite nuces. Crux, cis. Iuueñ. iudice me dignus vera cruce. Dux ducis. Verg. primo æneid. regia portabat tyriis duce ſertus achate, & ab eo compoſitum redux reducis. Verg. primo. æneid, vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis. Trux trucis, vnde eſt trucido trucidas. Horatius. in arte poetica: ne coram populo natos medea trucidet. Volux volucis, proprium viri nomen, quod Priſcianus dixit breuiare. Coniux quoq; breuiat, Verg. in buc, coniugis, vt magicis ſanos auertere ſacris.

Crementum breuiat.s.conſona, ſi præit illi.
Porrige ſeps & plebs diphthõgõ. Græca notẽt.
Tenditur ex illis pars quædam; pars breuiatur.
Sed capitis breuiat caput & ſua compoſitiua.
Quod fit in.ax.nomen producit; fax breuiabit.
Ex græcis partim producunt, pars quoq; curtat,
Nomen in.ex.breuiat, produc in gis duo, rex, lex,
Et vibex, halex; & veruex. Græca notentur.
Protrahit.ix.icis. Nonnulla tamen breuiantur.
Sunt ea coxendix, hiſtixq;, filixq;, larixq;.
Atq; calix, & pix, & onyx, varixq;, ſalixq;.
Bebryx atq; cilix & erix, Natrix quoq; ſerpens.
His numeres in.gis.mittentia, nix niuis addes.
Ox.ocis, producit, vt atrox, Gis breuiabit.
Cappadocis breuiat; & præcox iungitur illi.
Porrige nomen in.ux, quod mittit in.ucis.& .ugis,
Quinq; tantum breuiant hæc, nux, crux, dux ducis; & trux,
Atq; volux volucis; de coniux coniugis exit,

# LIBER QVINTVS

*A Plurale.crementũ nominum plurale dicitur quoties genitiuus numeri pluralis creſcit ſuper genitiuum numeri ſingularis.Dicit igitur.ꝙ.a.⁊.o.⁊.e.incremento partium orationis,quæ per caſus declinantur in plurali producuntur,vt muſa.æ.muſarum.dominus domini dominorũ.dies die.es.dierũ.nam genitiuus regularis quintæ declinationis nõ eſt dei:ſed die vel dies vel dij:vt in declinatione diximus,ꝙ ſi genitiuus pluralis non creſcit ſuper genitiuũ ſingularẽ,non dicitur habere crementum plurale.vt cæſar cæſaris cæſarum.ſermo.onis.ſermonum.In illis vero,quæ non habent ſingularẽ aliorum proportionem ſequimur.vt athenæ.arum.ambo.æ.ambo amborum.arum.amborum.ambobus ambabus ambobus. Illa præterea quæ irregulariter declinantur ſequuntur proportionem regularium,vt quis vel qui,cuius quorum quarum quorum.alter alterius alterorum alterarum alterorum. Bos quoq; bouis,tametſi crementum non habet: nihilominus o producit. Horatius in epodo.paterna rura bobus exercet ſuis. ¶ Sed breuis eſt.quod,i.⁊.u.in cremẽto plurali breuiantur,quod probat exemplo.*

¶ De cremento Plurali.

A Plurale vel.o.crementum protrahit æque.
Sed breuis eſt.i.vel.u.patribus probat hos verubuſq;.

¶ De crementis verborum. Cap.iij.

PErſonã primi præſentis verba ſecundam
Si numero vincunt,dicas crementa tenere.
Crementum verbi primum dic,quod poſituram
Aequat,bis ſuperans dicatur habere ſecundũ.
Quod ſi ter vincit tria,tunc crementa notabis.
Nam finem verbi ſpecialis regula ſignat.
A.creſcens verbum producere debet vbiq;.
Ex do.fit.a.breuis.cum primæ compoſitiuis.
E.niſi cum ſubit r.debes ꝑducere ſemper.
Cum ſubit.r.curtã dãt plurimã,plurima longã.
Omne lego præſens breuiat,quartiq; ſecũdum
Pluſquã perfectũ per quamlibet eſt breuiandũ.
Semper ero vel erim breuiabis,queq; ſequũtur
Curta ſit in prima.beris.&.bere,ſiue ſecunda.
Longum paſſiuo.reris.vel.rere.notato.
E verbum creſcens alibi producit vbiq;.

*DE crementis verborum.cap.iij.¶ Poſt formationem temporum ⁊ perſonarũ nihil eſt in verbo magis neceſſarium quã creſcentiũ ſyllabarũ quantitas:vnde pendet accentus. Quare viſum eſt hoc in loco crementis verborũ regulas tradere.Sed quia hec pars eſt ſatis commode ab Alexandro pertractata,niſi quatenus in ſubiunctiui præterito ⁊ futuro nonnihil aberrauit,quattuordecim illius verſus mutuati ſumus. cætera ex noſtro adiecimus.*

*PErſonam primi.Quid ſit verbi crementũ,in primis oſtendit dicens,ꝙ cum ratio verbum declinãdi exigat.vt per vnã,aut per duas,aut tres ſyllabas creſcat ſupra primam verbi poſitionem,tunc dicetur habere crementum.Quod ſi vna ſyllaba creſcit:ſyllaba quæ æquiparat ſecundam verbi perſonam,erit in primo cremento:nam vltima ſemper ſequitur regulas,quæ de vltimis ſyllabis traditæ ſunt.Secundũ vero crementum erit,cũ duæ ſyllabæ ſuperant poſitionem.Tertium cum tres ſyllabæ ſuperent poſitionem.Poſitio autem illa dicitur: vnde nomen ſiue verbum incipit declinari.ſed hic ſecundam perſonam præſentis indicatiui modi facimus poſitionem,quia prima perſona in verbis ſecundæ,tertiæ,⁊ quartæ coniugationis,in.o.purum deſinens,vna ſyllaba vincit ſecundam perſonam.vt doceo doces,cupio cupis,audio audis. ¶ A.creſcens verbum,ꝙ.a.in omnibus tribus crementis ⁊ in omnibus omnium coniugationum temporibus ſemper producitur,vt amamus amabamus,amaueramus. Excipitur primum crementum huius verbi.do das,⁊ ab eo compoſitorum,ꝗ breuiatur,ſi ſunt primæ coniugationis.vt damus,dabam,dabo,darem,dare,venundamus,venundabam,venundabo,venundarem,venundare: ⁊ in voce paſſiua eodem modo. In alijs crementis regulam ſequitur generalem. ¶ E.niſi cum ſubit.r.quod.e.in crementis verborum:niſi ſequatur.r.littera ſemper producitur.vt amemus,doceamus,legemus,audiemus:quod ſi vocalis ſequitur,ex regula generali breuiabit.vt doceam doceamus. Si vero ſequitur.r.numeroſior eſt ratio:nam aliquando.e.breuiatur,aliquando producitur. ¶ Omne lego præſens.Dicit igitur,ꝙ lego legis.verba tertiæ coniugationis,per quam hoc verbum lego legis declinatur,ſi poſt.e.ſequatur.r.breuiãt omne præſens tam in voce actiua quã in voce paſſiua,breuiant quoq; ſecundum quarti.id eſt præteritum imperfectum,ꝙ eſt tempus ſecundum quarti.i.ſubiunctiui,qui eſt in ordine modorum quartus.vt vtinam legerem cum legerem ⁊ in voce paſſiua legeris vel legere in præſenti indicatiui.legere legatur in præſenti imperatiui.vtinam legerer in præſenti optatiui,cum legerer in præterito imperfecto ſubiunctiui. ¶ Pluſquam perfectum quoq; in omni coniugatione breuiat.e.ſequenti.r.vt amaueram.docueram,legeram,audiueram.¶ Semper ero,ꝙ tẽpora in ero,vel in.erim.deſinentia,hoc eſt futurũ indicatiui ⁊ ſubiunctiui:⁊ præteritũ perfectũ optatiui ⁊ ſubiunctiui:⁊ q̃ ſequuntur.id eſt ſequentes perſonæ cũ futuro imperatiui breuiant illud.e.vt amauero,amauerim,amaueris,amauerit. Breuiãt etiã erã ⁊ ero.i.præteritũ imperfectũ ⁊ futurũ indicatiui a ſum.es.fui.¶ Curta ſit in prima,qꝫ futurũ primæ ⁊ ſecũdæ cõiugatiõis vocis paſſiuæ,breuiat.e.ante.r.vt amabor,amaberis vel amabere,docebor,doceberis,vel docebere. ¶ Longum paſſiuo,ꝙ in voce paſſiua.reris.vel.rere.producit.e.ante.r.quod fit in præſenti optatiui ⁊ præterito imperfecto ſubiunctiui,vt vtinam amarer amareris,vel amarere,cum amarer amareris,vel amarere.¶ E.verbum creſcens,ꝙ in omnibus alijs locis ab his,qui ſupra notati ſunt,e.in cremento ſemper producitur,cum videlicet ſequitur.r.nã ſi non ſequitur,ſuperius iã regula tradita eſt:vt in præſenti optatiui ⁊ præterito imperfecto ſubiunctiui vocis actiuæ,vt vtinam docerem cum docerem: ⁊ in præterito imperfecto indicatiui.vt amauerunt,vel amauere,⁊ alijs in locis,qui ſuperius notati non ſunt.*

¶ I tibi producunt, q. i. in primo cremento verborũ quartæ cõiugationis producitur. vt audimus auditis audiui audite audirem. Deinde dicit, q. in verbis quartæ cõiugationis quorum præteritũ nõ ſuperat poſitionẽ in prima plurali pſona niſi vna ſyllaba cum debuerit produci, crementũ illud breuiatur: vt vincio. cis. vinxi vinximus, ſancio. cis. ſanxi. ximus. venio. is. veni venimus. Itaq; partim eſt exceptio regulæ ſuperioris: partim eſt regula per ſe, quoniam in oĩbus cõiugationibus in præterito perfecto indicatiui illud. i. breuiatur in penultima, vt amauimus. docuimus. legimus. audiuimus. ¶ Rimus & ritis, quod vbicunq; in coniugatione reperitur rimus & ritis. illud. ri. debet produci: hoc eſt in ſecundo futuro indicatiui, & in futuro imperatiui, & in præterito optatiui & ſubiunctiui & in futuro eiuſdẽ modi, quibus in locis eadem eſt vox, & idem accentus. Deinde dicit, q. in præſenti & in præterito perfecto indicatiui non pducitur rimus & ritis: ſed ſequitur regulam generalẽ. vt quæro quæris quærimus quæritis. gero geris gerimus geritis. pario paris peperi peperimus. curro. is. cucurri currimus, quod de verbis tertiæ coniugationis intelligendũ eſt, nam de verbis quartæ iam tradita eſt regula, quod pducunt in præſenti, vt eſurimus. parturimus. nam tertiæ oĩa breuiãt primũ crementũ. vt curro currimus ritis. furio furimus. ritis. fero ferimus. itis. perio parimus. itis. tero terimus. itis. verro. rimus. itis. vro vrimus. itis. ſero ſerimus. itis. & depõẽtia quærimur. orimur. morimur. Breuiãt quoq; erimus eritis. ab ero eritis. Quod vero illud. i. pduci debeat oẽs grãmatici qui mõ co ne: e digni ſunt, teſtantur. Probus de præterito perfecto ſubiunctiui, quem ipſe adiunctũ appellat, in oĩbus (inquit) quattuor cõiugationũ modis primã ſecundãq; perſonã plurales penultima ſemp pducũt. & ſubdit exẽpla. vt clamauerimus. eritis. mouerimus. eritis. audierimus. eritis. dixerimus. eritis. Idem quoq; vbi de breuibus p longis, & lõgis p breuibus agit. Verg. (inquit) cũ dixit egerimus noſti. ri. (inquit) ſyllabã præter naturã corripit. Vergi. metri cauſa: quia aliter nõ poterat ſtare verſus. Serui. quoq; in illud Verg. vi. æñ. egerimus noſti & nimiũ meminiſſe neceſſe eſt. ri. (inquit) ſyllabã metri cauſa Verg. corripuit. Nã (qđ Diom. ait) vocalẽ illã in præterito perfecto ſubiũctiui debere pduci, in futuro vero breuiari. ego illi (quẽadmodũ de præterito facile aſtipulor) ita de futuro diſſentio, aut oſtendat mihi vbi eadẽ ſit breuis, cũ apud autores ſemp longa reperiatur: niſi metri gratia vſq; reperiatur breuis p lõga. Ennius nõ mi aurum poſco, nec mi preciũ dederitis. Verg. in priape, vtilis hec arã ſi dederitis erit. Oui. v. meta. vitã dederitis in vndis. Idẽ iiij. de põto. & maris ionij cõtigeritis aquas: atq; iterũ in eodẽ, cõſulis vt limẽ cõtigeritis, ait. Prudẽ. quoq; in proœmio ſpychomachie, ſi quid trecẽtis bis nouenis additis poſſint figura nouerimus myſtica, qđ eſt trimetrũ iãbicũ hñs in quarto loco neceſſario iambũ. Catullus quoq; in carmine phaleutico, & cũ milia muſta fecerimus. Excuſatur tñ Oui. in. ij. met. eadẽ ratione qua Verg. cũ dixit, Nuper honoratas ſummo mea vulnera cœlo videritis ſtellas. ¶ Inq; velim, q. velim & ſim in futuro optatiui & in præſenti ſubiũctiui pducunt crementũ, vt vtinã ſimus ſitis, cũ ſimus ſitis. vtinam velimus velitis. cũ velimus velitis. ¶ I. breuies aliis, q. in aliis locis ab iis, qui ſupra notati ſunt. i. ſemper eſt breuis, vt legimus. itis, legite, legito, legimini, amamini, qđ vero dixit niſi. u. cõſona ſubſit: iam dictũ eſt de præteriti perfecti cremẽto in quarta cõiugatione quod producitur. vt audiui, dormiui, ſtabiliui, nũc vero de aliis cõiugatiõibus idẽ eſſe dicẽdũ præcipimus, vt cupio. is. iui, ſapio. is. iui, quæro. is. quæſiui. ¶ O creſcẽs, q. o in incremẽtis verborũ ſemp pducitur. vt amatote docetote, u. vero ſemp breuiatur, vt volumus quæſumus ſumus.

. I. tibi producunt quartæ creſcentia prima.
Primi præterito reperitur. imus. breuiari.
Rimus, vel ritis. verbum producit vbiq;.
Sed primi præſens breuiat. ri. præteritumq;.
Atq; erimus eritis ab ero ſemper breuiabunt.
Inq; velim produc crementa priora, vel in ſim.
I. breuies aliis, ſi non. u. conſona ſubſit.
O, creſcens ſemper producitur. u, breuiatur.

## ¶ De primis ſyllabis. Cap. iiij.

A. Ante. b. breuis eſt, vt ſtrabo. onis. Trabes trabis, labo. bas. Producunt vero Abel. Crabro cabronis. Flabrum. bri. Flabellum flabelli.

PRepoſitis regulis gñalibus de ſyllabarũ quãtitate, proſequitur regulas ſpeciales: per quas qđ in illis nõ potuit cõprehẽdi ſupplebitur: atq; nõnunq̃ regulæ ipſæ gñales magis explicabũtur, & primo agit de primis ſyllabis, tũ de mediis, poſtea de vltimis. Itaq; ſi dictiõcuius quãtitatẽ ſyllabarũ ſcire cupis, fuerit monoſyllaba, in vltimis illã requires. ſi diſyllaba, primã in primis, vltimã in vltimis, ſi polyſyllaba, primã in primis, vltimã in vltimis, mediã ſiue illa ſit vna ſi plures: in mediis reperies. ¶ A. igitur ante. b. in primis ſyllabis breuiatur, vt ſtrabo, onis. Hora. i. ſer. ſi quod ſit vitiũ nõ faſtidire ſtrabonem. Verulanus cui ſtipulatur Mat(ur)antius: dixit primã producere, ſed non pbauit. Labo. as. nã labor. eris. producit, vt ſtatim dicemus. Verg. ij. æñ. cuſtodes ſufferre valẽt, labat ariete crebro, & ab eo compoſita, vt labefacio. is. labefacto. as. breuiat quoq; Abrã, Arator. principiũ meminiſſe iuuat deus (inquit) abrã. Grabatũ etiã breuiat, quãuis græci per. t. duplex ſcribãt Verg. mẽbra leuat ſenſim vili dimiſſa grabato. Trabes. is. etiã breuiat nõ obſtãte Iuuẽco dicẽte, deripe, ſed proprio ſallax de lumine traben. Verg. i. æñ. ære trabes foribus cardo ſtridebat ahenis. ſiue ſit a trabes ſiue a trabs. is. Producunt vero Abel nomen propriũ viri, Prudẽtius, paſtorẽ ſternit in Abel. Crabro. onis, qđ ideo ſuſpicamur primã pducere natura, quia nunq̃ breuis reperitur. Verg. iiij. geor. aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis. Oui. iij. faſto. milia crabronũ coeunt, & vertice nudo ſpicula defigũt. Idẽ. xi. meta. ſpicula crabronũ ſpiſſa ceruice gerenti. Idẽ in. xv. preſſus humo bellator equus crabronis origo eſt. in ſacris litteris p crabro corrupte legitur ſcrabro. Poteſt tñ fieri, vt ſyllaba illa natura ſit breuis: ſed tutius eſt. vt illã interim p longa relinquamus: quoad exẽplo alicuius autoris probetur eſſe breuis, id qđ in multis aliis dictionibus eſt a nobis factũ. Flabrũ. i. p ſpũ ſiue vento Verg. ij. geor. nõ flabra nec ignes cõualuũt. Idẽ in. iij. horreſcũt flabris ſummiſq; ſonora dãt ſiluæ. Ser. dicit tantũ in plurali flabra. orũ. declinari, primã aũt natura longã eſſe, probatur autoritate Probi: Idẽ lib. ij. (inquit.) & modo pauonis cauda flabella ſuperba. & Mar. iiij. epig. ſupine preſtino cõcubina flabello, quod eſt carmẽ trimetrum habens iambum in. v. loco. Clau. quoq; in eutropium. bambicaeli pyrrhoq; togas flabella peroſi. Ouid. tñ in primo

Fabula fabulæ. Labicũ.i. Labor.beris. Labes.is. Nabis.bis. Pabulũ pabuli, Sabura.ę. Sabus ſabi. Tabraca.ę. Tabes tabis. Tabi tabo. Et verbalia i. abilis. vt nabilis. fabilis. Breuiant ſtabilis habilis.

A.ante.c.breuis; vt academia academię; achãtis.idis. acer.eris.p arbore, macer.a.um. Producũt vero Acer acris. Acis.is.flu. Brachiũ.ij. Brachę.arum. Cacabus.i. Cacus.i. Cacabo.as. Dacus.i. Facũdus.a.um. Gracito.as. Machina.æ. Macero.as. Pacucius.ij. Pachin⁹.i. placo.as. Racipolis.is. Trachyn.trachinis. Thrace thraces. Vacia vacię. Vacien⁹ vacieni. Vacinium.ij. Vacillo. Zacharias.

A.ante.d. breuis eſt; vt vadum vadi. gradior.eris.

*de arte breuiauit dicenſ, profuit & tenui ventos mouiſſe flabello, erit ergo indifferens. Fabula.æ. Hora. i. ſer. non longa eſt fabula diues. Idem.i.epla. fabula qua propter paridis narratur amorem. Labicũ.i. oppidũ prope romam vetuſtiſſimũ fuit, a quo via labicana dicta eſt. Mart.i.epiſt. labicana leui ceſpite velat humus. Verg. tamen cum de iſdem populis loqueretur. vij. æñ. dixit, & picti ſcuta labici. Labor.eris. Verg.v.æñ. labitur infœlix, cæſis vt forte iuuencis, & ab eo deriuata vt labes. Idem.ij.æñ. hinc mihi prima mali labes. Nabis nomen propriũ viri. Sil.lib.xv. fatidicus nabis veniens. Pabulum. Verg.i.æñ. pabula guſtaſſent troiæ. Sabura.æ. nomen viri. Sill.lib.xv. ſtridentem ſabura corũ. Tabraca. Iuue. vmbriferos pandit vbi tabraca ſaltus. Sill. tabraca tum tyriũ vulgus. Tabes & tabi. Lucre imbribus, vt tabe membrorum arbuſta vacillent. Verg.iij.æñ. & terrã tabo madeſcunt. Et quedam nõia ꝓpria.vt apud Sil.lib.iiij. pars laudes ore canebãt ſabe tuas, et apud Clau. trabigi trabigiũ tumidũ: & verbalia terminata in abilis. nabilis, flabilis. Verg.iij.æñ. nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli. Ouid.i.meta. ſic erat inſtabilis tellus, & innabilis vnda. Ab habeo tamen habilis, & a ſto ſtabilis breuiãt Verg.i.æñ. nanq; habilem de more humeris ſuſpẽderat arcũ. Luca.in.iiij. conſ. ritur ſtabilis naualibus area bellis. ¶ A.ante.c.breuis eſt, vt academia, hoc exemplũ iccirco poſuimus, quia Verul. dixit primã producere cũ Hor.ij.epi.in primitiuo breuiauerit dicẽs, atq; inter ſiluas academi quærere verũ, nã quod Verul. affert ex Pli.lib.xxxij. natu.hiſt. carmen laureæ tulij Ciceronis liberti atq; academiæ celebratã nomine villam. Atq; rurſus eiuſdem Ciceronis, inq; academia vmbrifera viridiq; lyceo, non magis pro illo q̃ pro nobis facit. Tolerabiluſq; eſt in dictione præſertim græca.i.ante.a. produci, q̃ duas ſyllabas natura breues facere lõgas. Achantis quoq; putauit primã producere cũ ſit breuis, quoniã ab achãto.i.ſpina deriuatur. Verg.in buc. & molli circũ eſt anſas amplexus achanto, & in eodẽ opere, mixtaq; ridẽti colocaſia fundet achãto, qđ vero defenſores Verul. aſſerunt illud. Vergi.iij. geor. littoraq; alcyonem reſonãt achãtida dumi, ego neſcio cur Vergiliano codici tanta iniuria debeat fieri, vt pro defenſione falſitatis detracta & cõiunctione, velint illum corrumpere, nam in omnibus libris legitur & achantida dumi. Acha nomen proprium viri de quo in lib. Ioſue. Pruden.in pſychomachia, cum victor concidit Acham. Acer quoq; ideo poſuimus, quoniam pro arbore primam breuiat, facitq; in genitiuo aceris. Ouid.x.meta. & platanus genialis acerq; colorib⁹ impar, & ab eo deriuatũ acernus. Verg.ij.æñ. præcipue cum iam hic trabibus contextus acernis. Acer acris, producit. vt ſtatim dicemus. Macer quoq; pro exemplo ideo poſitum eſt, quia ab illo deriuatum macero.as. producitur. Verg. heu heu quam pingui macer eſt mihi taurus in aruo. Producunt vero acer acris acre pro fortis & vehemens. Verg.v.æneid. acer anhelanti ſimilis. Acis vir & fluuius. Ouid.xiij.meta. acis erat fauno nymphaq; ſimethide cretus. Clau. tamen breuiauit de raptu. lucus erat prope flumen acis. Bacharo nomen proprium viri apud Mar. & Auſonium. Brachium.ij. Idem.xv. concaua littorei ſi demas brachia cancri. Brachæ bracharum. Mart. quam veteres brachæ britonis pauperis & q̃. Cacabus cacabi, pro olla coquinaria dicta a feruoris ſono. Papi.in ſiluis. alborum calicum atq; cacaborum. Nam carmen eſt phaleuticum. Cacus.i. Ouid.i.faſto. cacus auentinæ timor atq; infamia ſiluæ. Verg. quoq;.viij.æneid. ſemper produxit. Ouid. tamen idem libro.ix. metamor. breuiauit dicens, his cacus horrendum tiberino in gurgite monſtrum. Cacabo.as. Ouid. de philomena. cacabat hinc perdix. hinc gracitat improbus anſer. Dacus.i. Luc.in.i. hinc dacus premat, inde getes. Verg.ij.geor. & coniurato deſcendens dacus ab iſtro. Daces vel daca iidem autores alijs in locis breuiarunt. Verg.viij.æneid. indomitiq; dacæ & pontem indignat⁹ araxes. & Luca.i.vij. & vecitos errare dacas in mœnia ducat. Poteſt tamen illis in locis legi dahas, qui ſunt populi ſcythiæ aſiaticæ. Pomponio. Plinio. Syllio. Facundus facunda facundum, & facundia. Iuuena. cuius erant mores qualis facundia. Gracito.as. Ouid.de philo. hinc gracitat in probus anſer. Machina machinæ. Verg.iiij. æneid. minæq; murorum ingentes, æquataq; machina cœlo. Macero maceras. Lucretius, macerat inuidia ante oculos illum eſſe potentem. Horat. primo carmin. quam lentis penitus macer ignibus. eſt enim carmen aſclepiadeum. Priſcia. tamen in periegeſim breuiauit dicens, frãgitur hircino maceratus ſanguine tantum. Pacuuius.ij. Perſius, ſunt quos Pacuuius & verruco ſa moretur antiopa. Pachynus pachyni. Oui.xiij. metamor. quibus imbriferos verſus pachynus ad auſtros. Verg. tamẽ breuiauit in.iij.æneid. præſtat trinacrij, metas luſtrare pachyni. Idem in.vij.æneid. dardaniam ſiculo proſpexit ab vſq; pachyno. Placo.as. Idem in.ij.æneid. ſanguine placaſtis ventos & virgine cæſa. Racipolis nomen proprium viri. Lucanus in.v. gelida dominum racipolim ora. Trachin.inis. Ouid.xj. metamor. herculeam trachina tubet. Thraca.æ. vel thrace.es. Hora. primo epiſtol. threcæ nec vos ebruſq; niuali comp... vinctus. Vacis & vacienus. Mar. docti patria narbo vacieni, eſt enim carmen phaleucium. Vacinium.ij. Verg.in buc. alba liguſtra cadunt vacinia nigra leguntur. Vacillo vacillas. Ouid. ſpes mea vacilla. Lucre.in primo, imbribus, v tabe membrorum arbuſta vacillent. Zacharias. Auſonius, Zacharia iuſſi linguam. p.l. ¶ A.ante.d.breuis eſt, vt vadum, quod eſt a vado vadis in quo prima producitur. Verg.primo æneid. illiditq; vadis, atq; aggere cingit arenæ. Adraſtus. Verg.vj.æneid. parthenopeus, & adraſti pallentis imago. Breuiat quoq; quadrupes. Ennius. deniq; vi magna quadrupes equus atq; elephanti. Vergilius poſitione produxit dicens, quadrupes & frena iugo concordia ferre. Spado ſpadonis. Iuuenal. cum tener vxorem ducat ſpado. Arator cardinalis produxit dicens, pręulus hic ſpado eſt.*

Producunt vero Adam. Caduceus caducei. Clades cladis, Fadus fadi; Gades gadium, Ladon ladonis; Rado radis, Radix radicis, Spadix ſpadicis, Suadeo ſuades, Trado tradis; Traduco. is. Vado. is. Gradiuus indifferentem habet.

A, ante. f. breuis eſt; vt vafer, a, um. afer vero producit.

A, ante. g. breuis eſt; vt ago agis; plagæ, arum, pro retı̄, & pro regiōe, plaga plagæ. Producūt agea, æ. Agalma agalmatis. Bragada bragadæ. Fag9 fagi. Flagito. Flagitium. Fragrū fragri. Fragor fragaris; vnde ſuffragor & refragor. Lagus. i. Magalia magalium. Mago magonis. Pagus pagi. Pagina paginæ. Plaga plagæ pro vulnere. Sagus. i. Saga, æ. Strages. is. Stragulum. i. Tragula, æ. Vagio. is Vagina. e.

A, ante. l. breuis eſt, vt Malus mala malum. Alo. is. Producunt vero Ala alæ. Ales alitis. Alea aleę. Alecto alectus. Alia aliæ flu. Balena balenæ. Baliſta baliſtæ. Balo balas. Calo, onis. Caligo, as

*Producunt vero Adam primus generis humani parens, Sedul. in paſchal. gaudia longa metant: nam qui defiemus in Adam. Auſonius tamen breuiat dicens: deceptumq; adiunxit Adam nos ſera nepotum. Adria p mari adriatico ſemp (quod legerim) pducit primam. Lucanus in. v. ſonat ionio vagus adria ponto. Caduceus, & caducifer, Oui. viij. meta. poſitis caducifer al... Iuuena. breuiauit dicēs, violato pœna caduceo. Gerg. valla caduceo legit. Clades cladis, Ver. ij. æn. quis cladē illius noctis: qs funera fando. Fadus nomen pprium viri apud Verg. Et Fadū hebeſumq; ſubit. Gades gadiū. Lucan9 in. iij. oceanūq; negat ſolus admittere gades. Ladō. onis. fluuius arcadiæ. Oui. j. meta. donec arenoſi placidū ladonis ad amnē. Rado. is. Verg. v. æn. radit iter leuum interior, atq; ab eo deriuatum radix radicis. Idem. ij. geor. truditur e ſicco radix oleagina ligno. Spadix, icis. Idem. iij. geor honeſti ſpadices, glaucūq; color deterrimus albo. Suadeo ſuades. Idē in buc. ſæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro. Trado tradis. Idem in eodem ope, non vers egonis, nup mihi tradidit egon. Traduco traducis, Idem in. iij. geor. poſt partum cura in vitulos traducitur omnis. Gradiuus. i. tum prima longa reptur. Verg iij. æn. gradiuumq; patrem: geticis q præſidet aruis. Iuue. hec tetegit gradiue tuos vrtica nepotes Luca. l. i. qd tātum gradiue paras, tū eandem breuiat, vt apd' Ouid. vj. meta. Et genus a magno ducentem forte gradiuo, & Valerius flacc9 in. iij argo. magnoq; exorta gradiuo. ¶ A. ante. f. breuis eſt: vt vafer vafra vafrum. Perſius, omne vafer vitium ridenti flaccus amico. Affranius quoq; breuiat, Auſonius. quam toga facundi ſcenis agitauit affrani. Afer afra afrum. ſunt qui p. f ſcribunt a pducit primam. Mar. rideris multoq; magis traduceris afer. nos vero p. ph. ſemp ſcribimus. ¶ A. ante. g. breuis eſt. vt ago agis: & plaga p reti. Ver. iiij. geor. retia rara plagæ lato venabula ferro, & plaga p regiōe. Idē in. j. ætherea quos lapſa plaga Iouis ales apto. Pro vulnere vero (vt ſtatim dicemus) primā pducit. Agrippa, Manilius lib. j. aulcs Agrippa ſitæ, veneriſq; ab origine ples. Producunt vero agea ageæ: quamq̄ ab agēdo dicatur, ſignificatq; nauium foros. Ennius, multa foro ponens ageaq; repletur. Agalma agalmatis. Martianus. habitu qui agalmatha firmāt. Bragada. æ. fluuius Aphricæ. Luca. in. iiij. quæ ſe bragada. Fagus fagi. Verg. in buc. tytire tu patulæ recubās ſub tegmine fagi. Flagito flagitas. Verg. in. xij. nonumq; efflagitat enſem. Flagitiū flagitij. Hora. ij. ſer. conſiſtit ſumptus neglectis flagitium ingens. Fragrum fragri. Ver. in buc. qui legitis flores & humi naſcētia fragra. Fragor fragaris, quod verbum non eſt in vſu. ſed ab eo cōpoſita ſuffragor ſuffragaris: & refragor refragaris. Ver. in priapeia. copia me perdit tu ſuffragare rogatus: & ab eo deriuatū ſuffragiū Oui. ij. de ponto. grata qdē hæc ſunt animo ſuffragia noſtro. Lagus lagi. Iuue. ad Pharon & Nilum famoſaq; mœnia lagi Magalia. ium. Ver. j. æn. miratur molem æneas magalia quondā. Mago. onis. Sillius lib. v. ſocerq; miſer magonis inire. Pagus. i. Hora. j. epiſ. qs circum pagos & circū cōpita pugnax. Pagina. æ. Mar. laſciua eſt nobis pagina: vita pba eſt. Plaga p vulnere ſiue ictu. Ver. iiij. geor. multa reductē ti obſtruitur plagiſq; perēpto. Sagus. a. ū. vnde eſt præſagus. a. ū. p eo qd' eſt diuin9, & præſagire diuinare. Hora. ij. epiſ. ſomnia terrores magicos miracula ſagas. Luca. in. ij. aut te præſage malorū Antoni. Sagana tū qd videtur ab eo qd' eſt ſaga deriuari. Hora. j. ſer. breuiauit dicēs, cū ſagana maiore vlulātē: pallor vtrāq;. Strages. is. Ver. vj. æn. pcubuiſſe ſup cōfuſæ ſtragis aceruū. Stragulū. i. Mar. xcū9 ægrotat, faciūt hāc ſtragula febrē. Tragula, æ. Silli9 iiij. puni. Cui tragula ſemp fulmineā, armabat celebratū miſſile dexterā. Vagio. gis. Oui. x. meta. reddit on9 vagitq; puer. Idē in epiſ. canaces, vagit9 dedit ille miſer, ſenſiſſe putares, eſt enim vagire puerorū: ſū vero leporū: q̄ & primā breuiat. vt idē de Philomena: glauciter & catul9: ſed lepores vagiūt, Vagina. æ. Oui. vagina decipit enſem. Flagro. as. flagrātia & flagrū natura breuiare inde intelligere licet: qd flagellū breuiat. Hora. j. ſer. nec ſcutica dignū horribile ſectere flagello. ¶ A ante. l. breuis eſt, vt malo. a. ū. p nō bon9, nā in aliis ſignificatiōib9 pducit, vt caſtigio dicem9. Thales. tis. Iuue. mite thaletis ingeniū. Sidoni9 pduxit dicēs, Thales hoc etiā numeris inquirit & aſtris ſocius. Quart9 anaxagoras thaleticā ſeruat. Producūt vero ala. æ. Ver. iiij. æn. hic primū parib9 nitēs Cyllenio alis. Ales. itis. Idē in mortio, excubitorq; diē cātu prædixerat ales. Alea. ææ. Hora. ij. ſer. p rara hæc alea fallit. Alecto. us. Ver. vij. æn. luctificā alecto diraq; a ſede ſororq;. Alia. æ fluuiū Italiæ. Idē, quos ſq; ſecās infauſtum interluit alia nomen. ſunt qui p duplex. ll. ſcribunt allia. Balena balenæ, Iuuenalis, quantum delphinis balena Britanica maior. Baliſta baliſtæ. Sillius primo punicorum. Phocaicæ fundit vaſtos baliſta molares. ſunt qui litteraturam græcam ſecuti balliſta p duplex. l. ſcribant. Balo balas. Vergilius primō georgicorum. balatumq; gregē fluuio merſare ſalubri. Ouid. de philo. at pia balat ouis. Calo calonis, Horatius primo ſermo. hunc p vincere calonē. Caligo caligas, & ab eo deriuatum caligo caliginis. Ver. ij. æn. caligat nubem eripiam. Iuue. & gen9 humanū dānat caligo futuri. Nam qd' qdā ex Sillio li. xij. afferūt, ac iuxta caligante ſitu, legendū eſt præpoſitre iuxta ac caligante ſitu. Præterea quoq; excipiūt qdam callū. i. & ab eo cōpoſita, & callido & alia a callos, cos. qd eſt pulchritudo cōpoſita, cū p duplex. l. ſcribātur.*

Halo.as.Halex.ecis.mal⁹ arbor.malum pomū.
mala mandibula Palatium.ij.Palus.i.Palor.aris.
Pala.æ.Qualus.i.Qualis.e.Talus tali.Talis.e.
Palatum mediam habet.

A.ante.m.in diſyllabis producitur.vt Fama.æ.Breuiant vero Amo amas.Chlamis.idis.Fames.is.
Samos.Tamen.Et pollyſyllaba.vt Mamilla.æ.
Amita.æ.pręterquā Amentum.i.Amineum.i.
Damœtas.æ.Lamina.ę.Lamētor.aris.Mamercus.i.Mamertinus.i.Mamura.ę.& Mamuri⁹.ij.
& Bamura.æ.Hamus.i.indifferentem habet.

A.ante.n.in diſyllabis producitur.vt Sanus.a.um.
Plan⁹.a.um.Breuiāt vero Anas.atis.Anus.us.
Canis.is.Cano.is.Canis fluui.Man⁹.us.Plan⁹.i.
pro nebulone.& ab ana præpoſitino græca cōpoſita;vt Analecta.orum.Anaglyphū.i.Et polyſyllaba.vt Animus.i.Anubis.idis.præterquā
Anulus.i.Canabis.is.Danubi⁹ danubij.Ganeo
ganeonis,quæ producunt.

A.ante.p.breuis eſt,vt Apis.is.napus.Vapidus.a.
vapidū,producūt vero Apis bos.Apulus.a.um.

*Halo.as.a quo eſt halāns,us.Mar.halat & immodico ſexta Nerone calet.Verg.in.vij.talis ſeſe halitus atris faucib⁹ effundens.Halex.ecis.& halec.ecis.Martia.capparis & putri cepas halece natantes.Hora.in.j.ſermo.ſiſtr halec fecula coa.Malus.i.p arbore pomifera vel p arbore nauis.Vergi.ij.georgico.felicis mali:quo non præſtantior alter.Idem.v.æneidos.ingenti manu malū de naue ſerefti.Malū quoq; pro pomo.Idem in buccoli.malo me Galathea petit laſciua puella.Mala.æ.p mandibula.Idem.vij.æneidos.& violare manu maliſq; audacib⁹ orbem.Palatiū.ij.qd' tum prima longa:tum breui repitur.Breui,vt apd' Verg.j.georgico.quæ Thuſcū,Tiberim,& Romana palatia ſeruas.Ouid'.j.metamorphoſeos.haud timeam magni dixiſſe palatia cœli longa.Papi.in.j.ſiluarum,dum noua contemptis ſurgant palatia flammis.Martialis.inde ſacro veneranda petes palatia cliuo.Sed hæc autorum differentia poteſt eſſe ex eo,qd' ſunt qui putent palatium a balatu ouium eſſe dictum.ſunt qui a pallante,qui ergo producunt per duplex.ll.pallatium ſcribere debent.Palus.Iuuē.aut quis non vidit vulnera pali.Palor.aris.Verg.v.æneidos.Demoleus curſu palantes troas agebat:nam hoc verbum multis in locis Liui⁹ expreſſit.vt lib.v.ab vrbe.vagiq; p agros palantur.Pala.læ.Columela in horto.verſetur robore palæ.Palliū quoq; poſitione duplici.l.producitur,neq; obſtat quod quidā afferunt illud Auſonij.Molle aurum pallijs græcia texe tuis.nā ſynæreſis eſt duplicis.i.aut potius legēdū eſt pallis ab eo,qd pall.æ.Qualus.i.Verg.ſecūdo geor.tale dabit ſpecimen,tu ſpiſſos vimine qualos.& Colume.ipſe ferens holitor deductos pōdere qualos.Cuius diminutiuū Properti⁹ breuiauit dicēs.lib.iiij & iniquis penſa queſillis.Qualis.e.Verg.j.æn.qualis in eurotæ ripis,aut per iuga cynthi.Talus.i.Horat.j.ſermo.quarum ſubſuta talos tegit inſtita veſte.Talis.e.Verg.j.æn.talis erat dido,talem ſe læta ferebat,& ab eo deriuatum talio.onis.Mart.corrūpit ſine talione caelebs.¶ A.ante.m.in diſſyllabis producitur.Breuiat vero amo.as.& ab eo deriuata amor.amicus.Chlamis.idis.Verg.v.æn.victori chlamidē auratā,quā plurima circū.Fames.is.Idem in.vij.hæc erat illa fames.Hamus.i.apd Iuue.breuis reperitur.cū apud reliquos autores ſit longa(ait enim)diſpoſitis prædiues hamis:ſunt qui dicāt poetā feciſſe ecthlipſim abiecta.s.cum vocali,qua ratione ſupra diximus.Samo.i.Idem in.j.poſt habita coluiſſe ſamo.Tamen.Iuue.non tamen inuideas vati.Lamus viri nomen propriū breuiat.vnde lamiæ dicti.Hora.Aeli vetuſto nobilis a lamo.Et nomina polyſyllaba vt mamilla.Iuuē.tu meroe craſſa maiorem infante mamillā,nam mamma a quo eſt diminutiuum per duplex.m.ſcribitur.Amita.æ.Perſius.iam reliqua ex amitis patruelis nulla proneptis.Scamander.Catullus.teſtis erit magnis virtutibus vnda ſcamandri Homeri tamen interpres produxit dicens.fluxus geminis ſcamander fontibus exit.Producunt vero amentum,amenti.Sillius.ix.puni.& velut amento contorta haſtilia turbo.Amineum vinum.Verg.ſunt amineæ vites firmiſſima vina.Auſonius,qui ſolus chieum miſcet & amineum.Lamina,næ.Vergil.primo.geor.tum ferri rigor atq; argutæ lamina ſerræ.Lamentor,taris.Idem.ij.æneid'.Troianas vt opes & lamentabile regnū.¶ A.ante.n.in diſſyllabis producitur,vt planus plana planum.Planus tamen nomen viri propriū breuiat,vt ſtatim dicemus.Manes quoq; pro animis ſiue inferorum dijs.Lucretius tamen breuiauit dicens.& nigras mactant pecudes manibuſq; deiſq;.Anus pro podice producit.Anulus quoq; & anellus.Breuiant quoq; anas anatis.Martialis.tota quidem ponatur anas:ſed pectore tantum.Anus.us.Idem.cum ſis anus coniux;& ſint tibi mortua membra.Canis.is.Vergil.in bucol.Notior vt iam ſit canibus,non Delia noſtra.Cano.is.Idem.arma virumq; cano.Canis fluui.Sillius.lib.viij.& canis & rubico.Manus.us.Idem.in.ij.ecce manus iuuenem.Planus plani.pro fallatore.Horat.primo epiſt.nec ſemel irriſus triuijs attollere cura fracto crure planum.Breuiant quoq; ab ana præpoſitione græca compoſita,vt analecta,orum.Mart.ocia,ſed ſcopis nunc analecta dabunt.Anaglypha.orum.Idem & vetuſis anaglypha de paternis.Et polyſyllaba,vt animus.i.anubis.idis.Producunt vero Anulus.i.Iuuena.anulus ſidentus,& ſenex curre per alpes.Canabis.is.Perſius,tibi torta canabe fulta cœna ſit in traſtro.Danubius.ij.Ouid.de pōto,cedere Danubius ſe tibi Nile negat.Ganeo.onis.Iuue.ſed laudem ſiliquas occultus ganeo pultes.Prudentius tamen breuiauit in pſycho,lata ganeonum lege teneri.Idem in amarti.vegetamq; gulam ganeonis inefſeni.Ianua ideo producitur,quia a Iano deriuatur.¶ A.ante.p.breuis eſt.vt apis pro volucri ex inſectis,nam pro api boue ægyptio producitur vt ſtatim dicemus.Ouid.xiiij.metamor.non apis inde tulit collectos ſedula flores.Aprilis.Mart.in menſem rogo differas aprilem.Apricus.aprica apricum.Horatius.gaudet equis canibuſq; & aprici gramine campi.Aplauſtrum.Manilius in primo,incipit arguamq; ratem per apluſtria ſumma.Daphne daphnes.Petronius,& baccis redimita daphne tremulaq; cupreſſus.Producunt vero apis bos.Lucanus in.ix.& ſacro in cineris magno mactabitur apis.Apulus apula apulum.Idem in.v.apulus adriacas exit garganus in vndas.Horatius.in primo ſermonum.ſequor hunc Lucanus an apulus anceps.*

*Apulia.æ. Idem in eodem, incipit ex illo montes apulia notos. Idē tamen in. iij. car. breuiauit dicens. nutricis extra limen apuliæ. Eſt enim carmen alcaicum conſtans ex pentimemeri iambica & duobus dactylis. Sunt qui appulus & apulia cum producitur, duplici. p. ſcribāt. Apœnin⁹. Verg. xij. æn. vertice ſe attollens pater apœninus ad vndas. Apidanus. i. Proper. qualis in herboſo cōcidit apidano. Aphrica. æ. quod vero primā natura longā habeat, argumento eſt. apher. ra. rum. Vergi. iij. geor. armentarius apher agit tectūq; larēq;. Crapula. æ. Serenus, at male digeſtis ſi crapula ſæuiet eſcis. Capetus. i. Ouid. iiij. faſto.*

Apulia apulıæ, Apœninus apœnini. Apidanus apidani. Aphrica aphricæ. Crapula crapulæ. Ca Capetus capeti. Pape. Papilio papilionis. Papo papas. Rapū rapi. Sapo ſaponis. Sapis. is. fluui⁹; Saperda. æ. Vapulo. las.

A. ante. q. breuis eſt; vt Aqua. æ. Laqueus. i.

A. ante. r. breuis eſt; vt Ariſta ariſtæ. Haruſpex haruſpicis, Hara. æ. Producunt vero Ara aræ. pro altare. Arados. Areo ares. Area aræ. Barium barij. Baris baridis. Caria cariæ. Caryca caricæ. Glarea glareæ. Larius larij. Lariſſa lariſſe. Nares, iū. Naricia. æ. Pareo. es. Et noīa adiectiua in. arus. a. um. vt Clarus. a. um. Varus. a. um.

A. ante. s. breuis eſt; vt Aſia aſiæ. Caſa. æ. Producunt Aſius aſia aſium. Aſis aſidis. Aſopus aſopi. Baſium. ij. Caſeus caſei. Naſus. i. Naſo. onis. Phaſis. idis. Paſithea. Saſon. onis.

A. ante. t. breuis eſt, vt Quater & quaterni. Nato, as. Producunt vero. Atagen. enis. Atina atinæ.

*& tuus eſt idem capete factus auus. Idem tamen. xiij. meta. breuiauit dicēs. ex illo poſt hūc capetuſq; capyſq;. Papilio. onis. Oui. xv. met. ferali mutat cū papilione figurā. Papo. as. & papas apd Perſiū, & Iuue. pducūt. & Papus apd Lucretiū ideoq; p duplex. p. cōſueuit ſcribi. Papos interpretatur auus; & papa. æ. p pontifice maximo, qđ inde videtur deriuatū. Papius quoq; vnde lex papia & papinius producunt. Auſonius: papia lex placuit, Iulia diſplicuit. Sidonius, ne qđ papinius tuus menſq;. Rapū. pi. Marti. hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa. Sapo. onis. Seren⁹, attrito ſapone genus purgare memento. Sapis. flu. Italiæ. Luc. in. ij. Cruſtumiūq; rapax, & iūct⁹ ſapis iſauro. Sapda. Perſi⁹, i ſapdas ad uehe pōto, nec obſtat qđ a ſapore, i quo prima breuis ē, autore Feſto, deriuatur. Vapulo. as. Iuue. ſi rixa ē, vbi tu pulſas, ego vapulo tātū. ¶ A. ante. q. breuis eſt, vt aqua aquæ. tametſi ab æquus. a. ū. deriuatur laqus, laquear, aquila aquilo. ¶ A. āte. r. breuis eſt, vt Ariſta. æ. quāq; ab arēdo deriuatur. Verg. in buc. poſt aliquot mea regna vidēs mirabor ariſtas. Ares quod interpretatur Mars apū græcos indifferentē habet. Marti. ſed græcā gbus eſt nihil negatū, & quos ares ares decet ſonare, Charites quoq; breuiauit & chariſtia feſta, quamq̃ inde carus. a. um. ducatur. Ouidi. ſecundo faſto. proxima cognati dixere chariſtia chari. Haruſpex quoq; qđ ab hara et aſpiciēdo cōponitur. Iuue. Cōmēdare volet, varicoſ⁹ fiat haruſpex. Producūt vero areo. es. Ver. aret ager vitio moriēs ſitis aeris herba, et ab eo deriuatū area, æ. ara. æ. Ver. i. geo. area cū primis igitū eſt æquāda cylindro. Idē. i. æn. ſaxa vocāt Itali medijs q̃ in fluctib⁹ aras. Bariū. ij. Hor. i. ſer. via peior adusq; bari mœnia piſcoſi. Baris. idis. Prop. baridos et cōtis roſtra liburna ſeq. Caria. æ. Mani. iiij. aſtro. arcades ātiq; celebrataq; caria fama. Carol⁹ Aretin⁹ breuiauit dicēs: Cū caria ātiquo fueris ſpoliata ſepulchro. Caricaæ. Oui. i. faſto qđ vult palma ſibi rugoſaq; caryca dixi. Glarea. æ. Verg. ij. geor. nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris. Larius. ij. Idem in eodem, quid memorē lacus, te lari maxime teq;. Lariſſa. æ. Hora. i. carmi. nec tam lariſſæ percuſſit campus opimæ. Nares narium. Verg. vi. æn. auribus & truncas inhoneſto vulnere nares. Naricia. æ. Ouid. romechiumq; legit, caulonaq; nariciāq;. Verg. iij. æneid. hic & naricij poſuerunt mœnia locri. Pareo. es. Idem in primo. paret amor dictis caræ genitricis. Smaragdus a Martial. producitur. dicens, ſardonycas ſmaragdus adamātas iaſpides vno. Alij breuiant. vt Luca. in. ix. viridi diſtincta ſmaragdo. Et Papi. ij. theba. florentes igne ſmaragdos. Et nomina adiectiua, vt clarus. a. um. gnarus. a. um. rarus. a. um. varus. a. um. & ab eo deriuatum varicus. a. um. & diuarico. as. & preuaricor. aris nam varicoſus a varicibus dictus eſt. Perſius. fallit pede regula varo. Ouid. de arte. ingentes varica fertq; gradus. ¶ A. ante. s. breuis eſt. vt aſia. æ. Verg. i. æneid. europa atq; aſia pulſus. Idem in. iij. poſtquam res aſiæ priamiq; euertere gentem. Producunt vero ab aſia deriuata. vt aſis. idis. aſius. a. um aſiacus. a. um. Ouid. v. meta. iam ſuper europē ſublimis & aſida terrā. Idē in. ix. & in aſide terra mœnia conſtituis. Et in. xij. aſiaeas caſuras aſpicis arces Verg. primo georgico. aſia circum dulcibus in ſtagnis rimantur prata caiſtri. Ego neſcio an ſit vlla palus, quæ vocetur aſia. vt voluit Seruius ibidē. Et rurſus in. vij. æneid. in illud Verg. dant per colla modos, ſonat amnis & aſia longe pulſa palus. & poſt illum reliqui omnes: hoc tamen cōpertū habeo primitiuū aſia primā breuiare deriuata vero pducere eſſe autē aſius. a. um. poſſeſſiuū ab aſia, nemo eſt, qui nō intelligat, vnde prata aſia dixit Verg. in. geor. & palus aſia in æn. & in. iij. geor. atq; ephyreatq; opis & aſia deiopeia. Aſopus. i. Luca. in. vi. accipit aſopos curſus: phœnixq; melaſq;. Baſium. i. Marti. eſſe quid hoc dicam, quod olent tua baſia myrrham. Caſeus. i. Vergilius. pinguis & ingratæ premeretur caſeus vrbi. Naſus. i. vnde Oui. naſo cognominatus eſt. Marti. & pueri naſum rhinocerotis hñt. Ouidi. qui modo naſonis fueram⁹ quinq; libelli. Phaſis. idis. flu. Idem. vij. meta. contigerāt rapidas limoſi phaſidos vndas. Paſithea. Papi. libro ſecūdo theb. non hoc paſithea. Saſon. onis. Luca. in ſecūdo perfunditur æquore ſaſon. Et iterum in quinto. non humilem ſaſona vadis. ¶ A. āte. t. breuis eſt, vt quater aduerbiū, qđ tametſi a quattuor deriuatur extrita altera. t. litterā primā breuiauit. Vergili. ij. æneidos. ſubſtitit atq; vtero ſonitū quater arma dedere. Atrax. flu. Theſſaliæ. Catullus, ſmirna canas atracis penitus mittetur ad vndas. Atrox. lib. ij. punico. inſtat atrox terga increpitās fugientia victor. Atlas. Ouidius, hercule ſuppoſito ſydera fulſit atlas. Atreus. Ouid⁹. xv. metamorpho. Heſit in aduerſo grauis haſta minoris atridæ. Natrix quoq; breuiat apud Lucilium dicens. Si atribus natricem impreſſit craſſem ac capitatā, nā Luca. poſitione producit, dicens & natrix violator aquæ. Producunt vero Atagen ſiue atagena. Marti. ionicarum guſtus atagenarum. Atina. æ. Vergili. iiij. nouant atina potens.*

# LIBER QVINTVS.

Atys.yos.Atella.æ.Ater atra atrum.Catillus.i.Chratis.idis.Crates.is.Crater.eris.Clatr⁹.i.Frater.is.Fatum.i.Gratus.a.um.Latus.a.um.Laterna.æ.Latona.ę.Mater matris.Materia.æ.Maturus.a.um.Matutinus.a.um.Pratum.i.Patagia.æ;fluui⁹. Saturnus.i.Vates.is. Vaticanus vaticani.

A.ante.u.conſonantem breuis eſt.vt Auis.Producũt vero Auius.a.um.Claua.ę.Clauis.is.Clauus claui.Dauus.i.Flauus.a.um.Gnauus.a.um.Gauiſus.a.um.Lauiniũ.ij.Lauina.ę.Mauors.ortis.Mauis a malo.Nauis.is.pauo.onis.Prauus.a.um Suauis ſuaue.Suauius.

E Ante.b.breuis ē.vt Trebia.æ.Nebris nebridis Producunt vero.Creber.a.um.Crebrenus.i.fluuius.Debeo.es.debilis debile.Flebilis flebile.Gleba.æ.Hebe.es.Hebeſus hebeſi.Rhebus.i.

Atys.Ouid.x.met.ſiquidem cibeleius atys.& Perſius.berecynthius atys.de alio tamen aty.Ouid.v.mete.dixit,erat indue atys,quem flumine gange.& a cata præpoſitione græca compoſita.vt cathedra catholicus.Sidonius tamen,& Prudentius primã produxerunt.Catenæ quoq;,quanq̃ Mart.dixit,expectãt curæ catenatiq; labores.Atella.æ.Sillius in.x.puni.iamq; atella ſuas iamq; & gallogræcia adegit:vnde attellanus.a.um.Iuue.ruſticus ex odio riſum mouet atellanæ.Ater.a.um.Verg.primo æneid.teucrorũq; alios,ater quos æquore turbo.Catillus.i.viri nomen.Silius.viij.puni.hinc tibur catille tuũ.Chratis chratidis flu.calabriæ.Ouid.xv.met.Chratis & hinc ſibaris noſtris cõterminus oris.De alio eiuſdem nominis prima breui dixit in.iiij.de ponto.huc lycus,huc sagaris,penuſq; hiſpaniſq; chratiſq;.Crates.is.Verg.primo geor.arbuteæ crates y myſtica vãn⁹ iacchi.Crater crateris.Idẽ in.i.æñ.crateres magnos ſtatuunt,& vina coronãt.Clatr⁹.i.Hora.in poe.obiectos caueæ valuit ſi rũpere clatros.Frater.tris.Ver.i.æñ.frater vt æneas pelago tuus oĩa circũ.Fatum.i.qđ ideo ꝓducit,quia a participio huius verbi faris vel fare deriuatur.Gratus.a.ũ.a quo deriuatur gratia gratulor & grator.Verg.populus alcide gratiſſima vitis iaccho.Latus.a.um.quod videtur eſſe participium,a fero.atq; ideo producere primam.Idem.i.æñ.litteraq; & late populos ſic vertice cæli.Laterna.æ.quod licet a latendo deriuatur:nihilominꝰ primã producit.Mart.dux laterna viæ nunquid ſum fuſcior.Latona.æ.Verg.i.æñ.Latonæ tacitũ pertentant gaudia pectus.Mater.tris.Idem in eodem.cui mater media ſeſe tulit obuia ſilua.Materia.æ.Idem.ij.æñ.iacet omnis ad vndam materies.Maturus.a.um.Idem in buco.maturæ vinitor vuæ.Matutinus.a.um.Idem in.viij.æñ.& matutini volcrum ſub culmine cantus.Natus.i.pro filio,nata pro filia,natalis,& natura ideo producunt:quia a participio natus nata natum deriuantur.Pratum.i.Verg.in buc.huc ipſi potum venient per prata iuuenci.Patagia.æ.fluuius Siciliæ.Verg.iij.æñ.viuo.prætervehor oſtia ſaxo patagiæ,non patagia.vt dicit Serui.& poſt illũ fere oẽs:ſed patagiæ.vt Georg.merula.Saturnus.i.Idẽ.i.geor.frigida ſaturni quo ſeſe ſtella receptet.Statera.æ.qđ nomen Verulanus dicit primã producere:nõ perſuadet mihi.cum Mart.libro.x.in carmine phaleutico ſcribat:nõ ergo eſt manus iſta,ſed ſtatera.Vates.tis.& ab eo deriuata vaticinor & vaticanus & vaticiniũ.Vergi.iiij.æneidos,heu vatũ ignaræ mentes;qđ vota furentem.Iuuena.& vaticano fragiles de monte patellas.¶ A.ante.u.conſonantem breuis eſt,vt auis,tametſi ab a & via compoſitũ videatur:quẽadmodũ & auius.a.ũ.ſed hoc producit,illud vero breuiat.Verg.ij.georgicoꝝ.auia tũc reſonant auib⁹ virgulta canoris.Claua.æ.Clauis.is.atq; ab vtroq; clauiger:tam is qui clauam quam q clauem gerit.Ouidi.xv.metamorpho.clauiger alloquitur lapidoſas eſaris vndas.Clauus.i.Vergi.v.æneidos,hortaturq; viros.clauũq; ad littora torquet,& Iuuena.clauus mihi militis hæret.Dauus.i.Hora.intererit multũ dauus ne loquatur,an heros.Dauid quoq; Seduli⁹ in paſchali produxit dicens:cæcatos clamare viros fili inclyte Dauid,nos tamen lib.ij.breuiauim⁹ cũ in tertia declinatione ſcripſim⁹,noſtri dixere dauidis.Flauus.a.ũ.Vergi.primo georgicoꝝ,flaua ceres alto ne qequam ſpectat olympo.Gnauus.a.ũ.Ouidi.prime de ponto,det mihi formoſa gnaua iuuenta manu.Inde ignauus.a.ũ.Vergi.hyems ignaua colonis.Gauiſus.a.um.Propertius,nõ ita Dardanio gauiſus atrida triumpho.Lauina lauinæ.lauinium.ij.Vergi.ſeptimo æneidos,& iuxta genitorem aſtat lauinia virgo.Idem in primo.Italiam fato profugus lauinaq; venit.Idem tamen in eodem breuiauit dicens.Imperio explebit vrbemq; a ſede lauini transfert.Mauors mauortis.Ouidi.ſexto metamorphoſeos,cecropia palas ſcopulum mauortis in vrbe.Ouidius.ſic ego,ſic poſita dixit mihi caſſide mauors.Vergil.tertio æneidos,terra procul vaſtis colitur mauortia campis.Mauis ſecunda perſona ab eo quod eſt malo ideſt magis volo.Horatius primo ſermo.en tibi mauis inſidias fieri:præciumq; auellier ante.Nauis,atq; ab eo deriuata nauita & nauigo.Vergili.primo æneidos,nauibus infandum amiſſis vnius ob iram.Idem.vi.æñ.nauita ſed triſtis nũc hos nũc accipit illos.Idẽquoq;.i.æñ.tyrrhenũ nauigat æquor.Pauo.onis.Claudian⁹.patricius roſeis pauonũ ventilat alis.Iuuẽ.& crudũ pauonem in balnea portas.Prauus.a.ũ.Hora.in poeti.non magis eſſe velim,q̃ naſo viuere prauo.Suauis.e.Verg.in buc.Suaue rubens hyacinthus.

E Ante.b.breuis eſt,vt trebia trebiæ.nebris nebridis,hæc duo poſuimus quia trebiã cum trebula Serui⁹ confundit,hæc itaq; poſuimus in exceptione.illã vero pro regulæ exemplo,nebula nebulæ,ebulus ebuli,lebes lebetis,ebenus ebeni.Gehennæ gehenn rum.Auſonius,& Lucanus breuiant.Idem tamen Auſonius produxit dicens,niguida pyrenes & pinea gehennarum.Hebrus quoq; breuiat.Seneca in Oeta.& hyara vires poſuit & notos Hebro.Vergilius poſitione produxit dicens volucremq; fuga præuertitur hebrum.Producunt vero Creber.a.um.Vergi.quinto æneidos,creber vtraq; manu pulſat verſaq; dareta.Crebenus.i.fluui.Ouidi.xi.metamorpho.aſbolis exerien patris crebenida ripa:hoc eſt crebi filiam.Debeo & debilis ideo producũtur,a de præpoſitione & habeo & habilis componũtur,vt ſupra dixit.Flebilis quoq;hic ſequitur ꝓportionem verbaliũ in.ebilis deſinentiũ,vt delebilis,explebilis,& quẽ modo diximꝰ debilis.Gleba glebæ.Ver.i.æñ.terra antiqua potens armis atq; vbere glebæ.Hebe hebes.Ouid.ix.meta.hoc illi dederat ỹmonia muneris hebe.Rhebus.i.nomen ꝓpriũ equi apđ Vergi.x.æñei.Rhebe diu res ſi qua diu mortalib⁹ vlla eſt,ſine g.p.ꝑ diphthongon ſcribãt rhœbus.

*Sebethus.i.flu. Papi.i. filia, eubois & pulchra gaudēs ſebethus aluna, inde Ver.vij.æn. ſebethis idis. fecit dicēs, oebale quem generaſſe telō ſebethide nympha. Trebula.æ. oppidū in agro reatino & eiuſdē nōis iuxta cruſtuminū colonia Romanorū. Mar.v.epigra. humida qua gelidas ſūmittit trebula valles, & iterū ī diſtichis. Trebula nos genuit, cōmēdat gratia duplex. Thebæ.arū. ꝓ boeotiæ vrbe, vnde eſt thebanꝰ & thebe.es. vrbs Aegypti: & vnde thebeus. Ebrius.a.ū. & febris.is. ideo ſuſpicamur ꝓductā habere primā: quia ſemꝑ lōgæ repiuntur. Neoris vero primā breuiat: q̃ ꝑ.e. pſilō ſcribitur a græcis: qđ ſi in carmine lōga reperitur: illđ erit poſitiōe nō natura, vt Frācifcus maturātius putauit.*

Sebethus ſebethi, Trebula trebulæ, Thebę thebarum. Thebe thebes, immo omnia græca quę per eta ſcribuntur.

E. ante. c. breuis eſt; vt ſecus; pecus; Producunt vero. Secius pro minus; ſecurus ſecura ſecurū, Greca quoq; q̃ per eta ſcribuntur omnia ꝓducūt; vt Echo echus. Cecubum cecubi, Lechytus.i. Theca, æ. Et ab eo compoſita; vt Dactylotheca; Pinacotheca.

E, āte. d, breuis eſt; vt ſedeo. es, ꝓducūt vero; Credo is. Cedrus.i. Cedo. is. ceſſi, Pedo. is, ſedulus, a, ū; ſedes, is, ſeditio ſeditionis. Et græca q̃ per eta ſcribuntur; vt medea. e, media; rheda rhedæ,

E. ante. f. breuis eſt; vt Nefas; nefandus, nefarius.

E. ante. g. breuis eſt; vt Lego. gis. Rego. gis. Tego. is. Producūt vero Lego. gas. Pegaſus. i. Regula. ę. Regulus. i. Regina. ę. Rhegiū. ij. Tegula tegulę.

E. ante. l. in diſſyllabis lōga eſt; vt Chela. æ. Breuiāt vero Chelys. ys. Celer. is. e Gela. æ. Gelu; indeclinabile; Lelex lelegis; Helix helicis; Et a meli hoc eſt melle; & a melam quod eſt nigrum cōpoſita & deriuata; vt Melilothos. i. Melāthium melāthij ſcelus. eris. Telon. onis. Velin. is. velit,

*¶ E. ante. c. breuis eſt: vt ſecus ꝑ aliter, pecꝰ. oris. vel pecudis, decet, iecur. Echion vero vnꝰ ex ſupſtitibꝰ terrigenis apđ Ouidiū breuiat. iij. meta. & cognominis eiuſdē apđ Iuue. accipis vxorē de qua citharoedꝰ echiō, apđ eundē tñ Oui. v. meta. ꝓductū legitur, echionq; ſagax quondam ventura videre. Producūt vero Seciꝰ. Ver. ij. geor. indulge ordinibꝰ: nec ſecius oīs in vnguē, ſecus tñ vt diximꝰ breuiat. Idē. xij. æñ. haud ſecus accēſo gliſcit violētia turno. Securꝰ. a. ū. ideo ꝓducit, q̃a a ſe & cura cōponitur, vt ſit ſecurꝰ qui eſt ſeorſum a cura. Mecū, tecū, ſecū, quia cōponūtur ex me, te, ſe. Græca vero ꝑ eta oēs ꝓducūt, vt Echo. us. Perſius, reparabilis aſſonat echo. Cecubū. i. Mar. cecuba fundanis generoſa coquūtur amyclis. Theca. e. & a theca cōpoſita, vt bibliotheca, dactylotheca, pinacotheca. Mar. turis bibliotheca delicati. Cecrops vero primā habet mediā. Lucretiꝰ, finiꝰ in cecropis funeſto reddidit agros, niſi legas finibꝰ cecropijs extrita. s. littera. Producunt etiā q̃ ꝑ diphthōgū ſcribūtur, vt cecus. græcꝰ. mœchus, oeconomꝰ. ¶ E. āte. d. breuis eſt, vt ſedeo. es. credo ꝓ dic. Producunt vero credo credis. quod a cretum & do cōponitur. Verg. vi. æñ. præpetibꝰ pēnis auſus ſe credere celo. Cedrus. i. Perſius, & cedro digna locuti. Hora. breuiauit dicēs. poſſe linēda cedro. Cedo. is, ceſſi. Ver. in buc. oīa vincit amor, & nos cedamus amori. Cædo. is. cecidi ꝑ. æ. diphthōgū ſcribitur Cedo vero ꝓ dic, vt diximus primā breuiauit, Iuuena. poſt minor & aliā cedas: cedo ſi breue parui. Pedo. dis. Mar. pedere te malim, nāq; hoc neq; inutile dicit. Seduꝰ. a. ū. ſedo. as ſeditio. onis. ideo ꝓducūt q̃a a ſe & dolus primū, a ſe & do das ſcđm a ſe & itio tertiū interpoſita. d. euphoniæ cauſa cōponūtur. Pædor vero pædia. æ. & pædico. cas. q̃ a pes qđ eſt puer græce deriuātur, ideo ꝓducūt, q̃a. æ. diphthōgū hñt. Et græca q̃ ꝑ eta, vt Oui. i. epiſ. medeæ, medea forē qđ ſi q̃s ab alto. Et inde medꝰ. i. & media regio & meca herbe & medicū pomū, Rheda quoq;. nā græcā fuiſſe putāt, cū tñ Quinti. dicat Gallicū eſſe. Iuue. hic dū tota domꝰ rheda cōponitur vna. ¶ E. ante. f. breuis eſt, vt nefas: & inde nefaſtꝰ: nefariꝰ & nefandꝰ. ¶ E. āte. g. breuis eſt, vt lego. is, rego. is. tego. is. Tegmeſſa quoq; breuiat. Hora. forma captiuæ dñm tegmiſſæ. eſt enim ſapphicū carmē. Oui. poſitiōe ꝓduxit dicēs. odimus & mœſtas tegmeſſam diligat aiax. Producūt vero lego. as. ꝓ eo qđ ē legatū aliquo mittere, et teſtamēto præter ſolidā hæreditatē aliqđ alicui relinq̄re. Pegaſus. i. equꝰ alatus. Oui. iiij. meta. pegaſon & fratres matris de ſanguine natos. Regula. æ. tametſi a rego. is. deriuetur: i quo (vt diximꝰ) prima breuiatur. Verg. in moreto, nec ſumptus erat illi ꝗ opus ſed regula curæ. Regulus & regina ideo primā ꝓducunt: q̃a a rege deriuātur. in quo prima lōga eſt cremēto. Sedulius breuiauit primā reguli dicēs, poſt regulus nato quidam morienti rogabat. Rhegium. ij. brutiorum ciuitas. Oui. iiij. metamor. liquerat & zanclē aduerſaq; mœnia rhegi. Tegula. Iuuen. vltimus ardebat: quē tegula ſola tuetur. ¶ E. ante. l. in diſſyllabis longa eſt, vt chela. æ. Verg. primo geor q̃ locus erigonem inter. chelaſq; ſeq̄ntes. Breuiāt vero chelys. ys. Oui. in epiſto. ſapphus, inde phœbo chelyn communia munera mittam. Celer celeris. e. Vergi. v. æneidos, protinus æneas celeri certare ſagitta. Gela. æ. Ciuitas & flumen Siciliæ. Vergi. iij. æneidos immaniſq; gela fluuij cognomine dicta. Gelu indeclinabile ſiue gelum geli. Lucretiꝰ libro ſexto, dimittit quaſi ſæpe gelum, quod cōtinet in ſe. Lelex lelegis. Ouiđ. viij. metamorpho. illa troezenius heros parte lelex aliis. Helix helicis, hederæ ſpecies de qua Plini. libro xvi. eſt candida & nigra hedera, & tertia quæ vocatur helix, cuius prima ſyllaba breuis a Theocrito ponitur in primo edyllio. Et a meli hoc eſt a melle compoſita & deriuata vt melimelum, mellilothos, melos. Martia. infanti melimela dato fatuaſq; mariſcas. Ouiđ. iiij. faſtorum, pars rorem, pars mellilothon amat. Lactātiꝰ de Chriſti reſurrectione, fitq; repercuſſo dulcior aula melo. Homerus tamē in Hymnis primam ꝓduxit, vt illud Perſii, cantare credas pegaſeium melos: etiam defendi poſſit autore Homero. Hermolaus in fine. xxxij. libro naturalis hiſto. Et a melan quod interpretatur niger, vt Melanthion, Melampus, Collumella, Melanthia grata cymino. Vergi. iij. georgico. phyllirides chiron amithaoniuſq; melampus. Scelus ſceleris. Iuuenalis, quod ſcelus admiſit, quæ nam hic culpa puellæ eſt. Telon telonis. Vergiliꝰ ſeptimo æneidos, oebale quem generaſſe telon ſebethide nympha fertur. Velim velis velit. Luca. in primo. Accipiam certe ex palme ſecreta mouentem.*

Velut,uti.Et nomina pollyſyllaba.vt melior. ꝓducunt vero belua.æ. Delibutus.a.um. Deliciæ deliciarū.Delubrū.i.Eliſiū.ij.Electrū.i.Helios,& ab eo cōpoſita vt Heliades.Peligni.orum. peluſium.ij.pelion.ij.pelias.adis.Pelamis.idis, Speluca.æ.Speleum.i.Telephus.i.Telegonus.i. Telemachus.i.Telemus.i.Velabrum.i.

E.ante.m.breuis eſt.vt Emo.is.ꝓducūt vero Crementū.i.Demū aduerb.Demo.is.Et a demos cōpoſita,vt Demoſthenes,Emathia.ę. Emolumentū.i. Eminus aduerb.Femē.is.& ab emis qđ eſt ſemis cōpoſita,vt Hemina.ę.Hemiciclus.i.Nemo.inis Phemonoe.es.Remus.i. Shema.atis.& a ſemis compoſita.vt Semita ſemitæ,Temo temonis.

E.ante.n.longa eſt.vt Vena.æ.Veneo.is.breuiāt vero bene aduer.Benignus.a.um.Enyo.us.Enipeus.i.ēm cōiunctio,Feneſtra.æ.& agenes qđ interꝑtatur genus,& a Geno,is.deriuata& cōpoſita.vt Geneſis.eos.Genus,eris.Menalippus.i. menapi.orū.menāder,i.Phrenitis,is.penes ꝓpoſitio.Penit⁹ aduer.Penetro.as.Penates.iū.pen⁹.us.vł.oris.Senex.is.Seneca.ę.Senō.onis.Sthenel⁹.i. Teneo.Teneor.oris.Tenuis.e.Tenus ꝓpoſitio.

Velut & veluti.Verg.in.i.æn.ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt.Et nomina polyſyllaba:vt melior ſiue ſit cōparatiuum ſiue proprium viri.Mart.en vocant ad cœnam melior te claſſice rectā. Producunt vero.belua.æ.quamq̄ ſunt qui per.æ.diphthongon,ſunt qui per duplex.l ſcribant.Iuue.nimirum conſtat leuiori bellua ſumptu.Delubrum.Verg.ij.æn.hic primum ex alto delubri culmīe telis.Eliſium.ij.Idem lib.vi.mittimur eliſium & pauci læta arua tenemus.Electrum.Idem in buc.pinguia corticibus ſudent electra myricæ.Idem tamen.viij.æn.liquido ve poteſtur electro dixit prima breui.& in ciri.lachrymoſo parauit electro. Helios, ideſt ſol cū compoſitis.Mart.fletibus heliadum ramis.Peligni.orū.Martial.non hæc pelignis agitur vindemia prælis. Peluſium.vnde peluſius.ſia.ſium.& peluſiacus.ca.cum.Idem in diſticho.accipe niliacā peluſia munera lentem.Verg.i.geor.nec peluſiacæ curam aſpernabere lentis.Pelion.ij.Luca.in.vi.pelion opponit radijs naſcentibus vmbras.Sillius tamen.xij.puni.breuiauit.Oſſaq; cū pelio cumq; hemo ceſſerit othris. Sunt qui non pelio:ſed imido legant apud Papi.Pelias,adis.Ouid.de reme.vulneris auxiliū pelias haſta tulit.Pelamis.idis.Iuue.& vas pelamidum aphrorū.Spelunca.æ.quæ dicitur græce ſpeleum.i.Verg.vi.æn.ſpelunca alta fuit vaſtoq; immanis hiatu.Idē in buc.certū eſt in ſiluis inter ſpelea ferarū.Selibra.æ.Mart.ſaturnalicię ligulā miſiſſe ſelibræ.Thelephus.i.Iuue.telephus,aut ſummi plena iam margine libri.Thelegonus.goni.Ouid.de ponto.telegoni ve parens vertēdis nata figuris.Telemachus.i.Horat.haud male telemachus proles patientis vlixi.Telemus.Oui.xiij.meta.telemus eurimides quem nulla feſellerat ales.Velabrū.i.Hora.ij.ſer.cū velabro omne macellum.¶E.ante.m.breuis eſt.vt emo.is.fremo.is.femur.oris.nemus.oris.Producunt vero.crementum,atq; ab eo cōpoſitum incrementum Verg.in buc.chara deū ſoboles magnum iouis incrementum.Demum aduerb.Idem.vi.æn.ſic demū lucos ſtygios regna inuia viuis.Demo.is.ꝓpterea primā ꝓduxit:qđ a de præpoſitiōe & emo componitur.Cōpoſita quoq; a demos,qđ interpretur populus.vt Demoſthenes,Democritus,Demophoon,Iuuē.eloquium & famam Demoſthenis aut Ciceronis,Emathia.æ.Verg.primo georgicorum,emathiā & latos hemi pingueſcere cāpos.Emolumentum.i.Iuuē.nullus in vrbe locus,nulla emolumenta laborum.Eminus aduerb.Ouid.xiij.metamorpho.eminus ingenti reſupinum vulnere fudi.Femen feminis,nā quod Seruius illud Vergi.x.æneidos legit,ocyus enſem eripit a femine:magis placet,vt cū Priſciano legamus,ocyus enſem eripit a femore:quoniā hoc primā breuiat:illud vero producit eādem.Ab hemis quoq; compoſita & a ſemis qđ ab hemis interpretatur aſpiratione mutatata in.s.vt hemina heminæ,hemitriteus.i.ſemideus.i.ſemiuir.ri.Perſius,fregerit heminas areti ædilis iniquas.Marti.vir tongilius male dicitur hemitriteo.Ouid.primo metamor.ſunt mihi ſemidei,ſunt ruſtica numina fauni.Verg.iiij.æneidos,& nunc ille paris cum ſemiuiro comitatu.Hemus hemi.Verg.primo georgico.emathiā & latos hemi pingueſcere cāpos.Nemo neminis.Idem.ix.æneidos,turne quod optāti diuum promittere nemo.Phemonoe.es.Luca.in.v.Phemonoē errore vagā curiſq; vagantem.Remus remi,quo nauis impellitur.Vergil.primo æneidos,frāguntur remi tum prora auertit ab vndis,nā pro romuli fratre primā breuiat.Idem in eodem,cana fides et veſta remo cū fratre quirin⁹.Schema.atis.quoniā per.e.longū a græcis ſcribitur.Et a ſemis (vt diximus) compoſita,vt ſemita.Vergil.ij.æn.caſtigatq; moras,opere omnis ſemita feruet.Temo.onis.Vergi. .georgico.huic a ſtirpe pedes temo ꝓtentus in octo.¶E.ante.n.longa eſt.vt vena.æ.veneo.is.Vergi.iiii.æneidos,vulnus alit venis.Iuue.ſummula ne pereat qua vilis teſſera venit.venor.aris.Breuiāt vero bene & benignus.a.um.Hora.ſi bene te noui.Idem.quippe benignus erat.Enyo.us.Mart.cum dubitaret adhuc belli ciuilis enyo.Enipeus.i.Luca in.vi.ſanguine Romano q̄ turbidus ibit enipeus.Enim coniunctio.Vergi.hic tibi faber enim quādo hæc te cura remordet.Feneſtra.æ.Iuue.cum pateāt alta caligāteſq; feneſtra.Et a genes ſiue geno genis compoſita & deriuata.vt Geneſis,archigenes,genius genero gen⁹.Phrenitis.Iuue.cū furor haud dubius cū ſit manifeſta phrenitis.Penes præpoſitio.Hora.quā penes arbitriū eſt & norma loquēdi,nā pene aduerb.primā ꝓducit.Penitus.Verg.i.penituſq; penetralibus auſtris.Penetro.as.Idē in.vii.dardan⁹ idæas phrygiæ penetrauit ad arces.Penates.Idē in.i.iliū in Italiā portans victoſq; penates.Pen⁹.us.vel penoris.Idē in eodē,cura penū ſtruere.Hora.i.epiſt.portet frumēta penuſq;. Senex ſenis.vnde ſenior & ſenectus.Idem in.vi.iā ſenior ſed cruda deo viridiſq; ſenectus.Seneca.ce.Iuue.a ſeneca q̄ piſo bonus q̄ cotta ſolebat.Senon.onis.Luca.in.i.nos primi ſenonū motus cymbrūq; furētem.Sthenelus.i.Verg.therſandrus ſthenelyſq; duces & durus vlyſſes.Teneo.es.Idē in.i.ſed mihi forte datū tenet ille immania ſaxa,Tenor.oris.Verg.aliū ve habuiſſe tenorem.Tenuis.e.Idē in.iiij.geor.in tenui labor:at tenuis nō gloria:ſi quā.Tenus præpoſitio.Idē.ij.æn.capulo tenus abdidit enſem.

Venafrũ.i.Mar.hæc tibi Cãpani ſudauit baccha venafrũ.Venafranus.Iuue.ipſe venafrano piſcem ꝑfudit oliuo.Venilia.æ. Ver.x.æñ.cui pilũnus auus:cui diua Venilia mater. Venetus.a.ũ.Iuue.cõtentuſq; illic veneto craſſoq; cuculo. Venus. eris. Verg.i.æñ.ſic venus & veneris cõtra ſic filius orſus.Venia.æ.Idem in.iiij. tu modo poſce deos veniã ſacriſq; litatis. Venenũ.i.Idẽ in.i.occultũ inſpires ignẽ fallaſq; veneno.Venio.is.Idẽ in.iiij.audiã & hæc manes veniet mihi fama ſub imos.Xenius,qđ interpretatur hoſpes,vñ xeniũ & ꝓxenia. Mar.oĩs in hoc gracili.xeniorũ turba libello. Idẽ vaciniorũ ꝓxeneta ſartorũ.Eſt enim trimetrũ iãbicũ.Idẽ quoq; axenos.i.inhoſpitalis.

Venafrum venafri. Venilia veniliæ. Venetus veneta venetum. Venia veniæ. Ven⁹ veneris. Venenum veneni. Venio venis. Xeniũ xenij.

E.ante.p.breuis eſt,vt lepus leporis. Nepa nepæ. producunt vero cepa cepæ. Cephiſus cephiſi. Epirus epiri. Repo repis. Sepe ſepis. Sepia ſepiæ.

E.ante.q.breuis eſt. vt Nequeo nequis,neq;. Producunt vero Nequam. Nequicia.æ. Nequaq̃. Nequis.Sequana.æ.

E.ante.r.breuis eſt;vt Serum ſeri.Herus heri.Producunt vero Berylus beryli.Beritus beriti.Ceruſa ceruſæ.Cerinthe cerinthes.Cera ceræ. Clerus cleri.Eridanus eridani.Eretum ereti. Eruca erucæ.Feralis.e.Feronia feroniæ.Feriæ feriarũ. Geriones gerionis.Hæres hæredis. Heros herois,Herodes herodis.Meriones merionis.Neritos neriti.Neris neris.Nerio nerienis.Pera peræ.Pero peronis.Serus ſera ſerum. Seres.um. Spero ſperas.Seria feriæ.Seria ſeriorum. Theron theronis.Thera theræ.Tereus terei. verus vera verum.Veratrum veratri.Verona veronæ.Et a xeros,hoc eſt ſiccus compoſita; vt Xerampelinus.Xerolophus.

¶E.ante.p.breuis eſt,vt lepus,oris.epulum.i. Producunt vero Cepa.æ.Verg.cepa rubens ſectiq; famẽ demat arca porri.Cephiſus.i.Luca.in.iij.quos impiger ambit fatidica cephiſus aqua.Epirus.i.Verg.iij.æñ. littoraq; epiri legimus.Repo.is. Horati. in poe.verum opere in longo fas eſt irrepere ſomnum. Repens tamẽ & repẽtinus & repente q̃ a repo videntur deriuata: primam breuiant.Oui.i.faſto.Bina repens oculis obtulit ora meis.Sepes.pis.Verg.in buc. hinc tibi q̃ ſemper vicino ab limite ſepes.Sepia.æ.Perſius,nigra qđ infuſa vaneſcat ſepia lympha.¶ E.ante.q.breuis eſt,vt equ⁹ equi.ſequor.eris.nequeo.neq;.Producunt vero nequam & ab eo deriuatum nequicia ſiue nequicies.Hora.ij.ſermo.illum aut nequicies aut vafri inſcicia iuris.Nequicquam.Verg.ij.æñ.ſed quid ego aut hæc nequicquã ingrata reuoluo.Nequis nequa nequod vel nequid. Idem in.iij.hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tanti. Sequana & ſequani populi Belgarum illius fluminis accolæ.Lucanus in.i.optima gens flexis in gyrum ſequana frenis. ¶ E.ante.r.breuis eſt, vt ſerum.i.Vergi.iij. geor.acremq; moloſum paſce ſero pingui.Serus.a.um. producit,vt ſtatim dicemus,eodem modo herus.i.primã breuiat:heros herois. eandem produxit. Producũt vero Beryllos.i.Iuue,belidũ cruſtas & inequales beryllos, eſt enim ſpondeus in quinto loco.Sillius.ij. punicorum, & ſolitum digito beryllon adederat ignis.Prudentius tamen in pſycomachia breuiauit dicens:hinc tibi ſapphirum ſociauerat,inde beryllum.Berius. i. vrbs phœniciæ Vulpiani iure cõſulti patria.Priſ.in perihegeſi.antiquaq; tyron beriti & mœnia gratæ.Ceruſa ceruſæ,vnde ceruſat⁹ ceruſata.um.Mart.& ceruſata cãdidiora cute.Idem alio loco,ceruſata timet labulla ſolem.Cerinthe.Ver.tertio geor.trita meliſphylla & cerinthe ignobile gramen. Cera ceræ,quod ideo producit,quia per.e.longum ſcribitur a græcis:a pleriſq; tamen latinorum per.æ.diphthongon.Cleros quoq; quod interpretatur ſors a græcis per.e.longum ſcribitur. Eridanus. Vergi.quarto georgicorum,eridanus quo non alius per pinguia culta.Eretum ereti.Idem ſeptimo æneidos,ereti manus omnis oliuiferæq; mutuſcæ.Eruca erucæ.Idem in moreto.intibaq; & venerem reuocans eruca morantem. Feralis ferale, tametſi a ferus fera ferum.deriuari videtur,Ouidi.xv.metamorphoſeos,ferali mutat cum Papilione figuram.Feronia feroniæ.Hora.primo ſermo.ora manuſq; tua lauimus feronia lympha.Geriones gerionis.Vergili.ſeptimo æneidos, & forma tricorporis vmbræ geriones.Heres hæredis.Martialis,hæredem Fabius labienum ex aſſe reliquit.Heros herois.Vergil.primo æneidos. littora trinacrio:dederatq; abeuntibus heros.Meriones merionis. Ouidi.xiii.metamorphoſe, nec minus idomeneus patriaq; creatus eadem meriones.Nereus.Verg.in buccoli,tum durare ſolum & diſcludere nerea ponto.Neritos neriti.Vergi.tertio æneidos, & neritos ardua ſaxis,mons eſt ithacæ.Neris.is,mons eſt argiuorum.Papi.quarto thebaidos neris & ingenti turrita mole cleonæ.Nerio.enis.vxor martis cuius primam multi produxerunt.Gelli.tamen.xiii.noct.attica.dicit,eos qui probe loquuti ſunt primam breuiaſſe,nam & nero cum quo ſymbolũ habet primam breuiauit.Pera peræ.Martialis,in diſticho,cui⁹ titulus eſt pera.dormiat & tetrico cum cane pera rogat.Pero.onis.Vergi.ſeptimo æneidos,inſtituere pedis crudus tegit altera pero.inde peronatus perone calceatus.Serus.a.um.Idem in quarto,ſeraq; terrifici cecinerunt omnia vates. Seres populi. vnde ſericus,a.um.Idem ſecundo georgicorum,velleraq; vt foliis depectant tenuia.Spero ſperas.Idem primo æneidos,at ſperate deos memores fandi atq; nefandi.Seria ſeriæ.Perſius,ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule. Seria, oriũ. & ſerio aduerb.i.non iocoſe.Horatius primo ſermo.ſed tamen amoto quæramus ſeria ludo.Thera theræ.vrbs prope ſyrtim minorem in Aphrica Callimachi poetæ patria, de qua dicit ipſe,nomine Calliſto fuerat:ſed poſtmodo thera dicta fuit tellus vrbis origo meæ.Tereus terei.Vergili.in buccolicis,aut vbi mutatos terei narrauerit artus.Verus vera verum.Idem in tertio æneidos,vera ne te facies verus mihi nuncius affers.Veratrum.Perſius,ebria veratro, non quicquid deniq; legiſti. Verona.æ.Ouidi.Mantua Vergilio gaudet,Verona catullo.Et a xeros quod interpretatur ſiccus.a.um.compoſita,vt xerolophus,xerolibya,xerampelinus.a.um.Iuuena.& xerampelinas veſtes donauerit.iiii.

E.ante.ſ.longa eſt;vt Theſeus theſei,Breuiāt vero Seſoſtris.is. Theſis; Veſulus.i,Veſenus veſeni. Veſuuius veſuuij.

E.ante.t,producitur; vt meta metæ. Thetys.yos. Breuiant vero etiam coniunctio. Fretum freti. Getes getę,Hetruria hetrurię,Meto metis,Metuo metuis.Metallum metalli,Metaur⁹ metauri.Metopon.u.& a metros ſiue meta compoſita & deriuata;vt metreta;metaphora.Retro aduerbium. Tetricus tetrica tetricum,Thetis thetidis;& a tetra compoſita;vt tetrarcha,veto,as.vetus veteris;veternus.i,Et habētia.p,ante.e.vt petra.æ.peto.is.

E.ante.u.conſonantē longa eſt, vt leuus.a. um. leuis & leue.p terſus & planus;breuiant vero breuis & breue,Leuis & leuę pro non grauis.Seuerus.a.um.

I Ante.b.breuis eſt;vt liber libri.Pro ducunt vero.Fibula fibulę.Hibernus hiberna hibernum. Ibis ibidis.Liber liberi;p baccho & homine libertatē habēte.Libethrū op.Libo libas.Libū.i. Scribo ſcribis.Sibilo ſibilas.Scibilis.e. Tibia.æ. Tybur.is.tribulum.i.nam tribulus breuiat; viburnium.i. vibex.icis.

¶ E.ante.ſ.longa eſt,vt theſeus.i.rheſus.i.Breuiant vero ſeſoſtris.is.Luca.lib.vij.venit ad occaſum:mundiq; extrema ſeſoſtris.Veſulus.i.Verg.x.æñ.actus aper multos veſulus quē pinifer annos.Veſeuus.i.Ver.ij.geor.talē diues erat capua: & vicina veſeuo:dicitur quoq; veſeuius & p abſciſionē veſuius.Martia.hic eſt pampineis viridis modo veſuius vmbris.Cteſiphon primam produxit:tum per regulam:tum quia apud græcos p.eta.longum ſcribitur. Sidonius tamē appollinaris breuiauit dicēs,hec teſſera caſtris in cteſiphonta datur.¶ E.ante.t.producitur,vt beta.æ.bethis.is.ſeta.æ.meta.æ.Breuiāt vero,etiam coniunctio ſiue aduerbium affirmandi.Vergi.in bucco.illum etiam lauriq;,etiam fleuere myricę. Fretū. Idem in eodem ope,in freta dum fluuij currēt,dum mōtibus vmbræ.Getes.æ.Luca.in.i. hinc dacus premat,inde getes.Hetruria.æ. hetruria licet ab æthra vel ab æthria oppido duci videatur,non tū p.th.nec p.e.ſed ad hunc modum ſcribi ſolet etruria.& etruſcus p.e.breue in principio.Marti. quātum ſollicito fortuna parentis etruſco.Verg.ij.geor.hāc remus & frater ſic fortis etruria creuit.Meto metis.Idem in.iiij.purpureoſq; metunt flores,& flumina libant.Metuo metuis,atq; inde metus.Idem in bucco.nec ſæuos metuēt armēta leones. Metallum metalli.Ouid.x.metamor.grauidamq; amathunta metallis.Metaurus metauri.Luca.in.ij.in læuū occidere latus veloxq; metaurus.Et compoſita ſiue deriuata a metros,vt metreta.æ.geometra.æ.dimeter.a.ū. Martia.plurimus hiſpanas mittet mihi nauta metretas.Iuuena.Grammaticus.Rhetor.Geometra.Pictor. Aliptes.ſunt qui alia ratione legant geometres.Compoſita quoq; a meta prępoſitione græca,vt metaplaſmus.i.metaphora.æ.metamorphoſis.Retro.Oui.v.metamor.acta retro naris medioq; eſt fixa palato.Tetricus.ca.cum.a tetrico mōte ſabinorum.Vergili.vij.æñ. qui tetricæ horrētis rupes.montēq; ſeuerum.Marti.& quamuis tetrico triſtior ipſa viro.Thetis.idis.pro matre Achillis.Verg.v.æñ.leua tenet thetis & melite panopeaq; virgo.ſcribiturq; p.th.in principio:& p.i.iota.in ſecunda.Tethys vero per.t.ſubtile in principio.& th.aſpiratum in ſecunda.& y.pſilon pro vxore Oceani primam habet indifferentem.breuem apud Verg.in buc.quæ tentare tethyn ratibus,quæ cingere muris.longam apud Lucanus in.i.tethios vnda vagæ lunaribus æſtuat horis. Idem in.ij. oceanus mea ſigna tenet,tethynq; fugacem.Et a tetra,quod interpretatur quattuor compoſita.vt tetrarcha.æ.tetraſtichū.i. Horat.i.ſermo.modo reges atq; tetrarchas.Veto vetas.Verg.iij.æneid.feriq; vetat ſaturnia iuno. Vetus.eris.idem in.iiij. agnoſco veteris veſtigia flammæ.Veternus.i.Idem.i.georg.nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.Et habentia.p.ante .e.vt peto.is.petra.æ.Petrus.i.petrinus.a.um.Sedulius in paſchal.forte petri validæ torrebat lampadis æſtu febris anhela ſocrum.Horat.i.epiſtola.inter minturnas ſinueſſanumq; petrinum.¶ E.ante.u.conſonantem longam eſt.vt leuus.a.um.leuis leue,quod a pleriſq; per.æ.diphthongon ſcribitur ad differentiam leuis,quod ſignificat non grauem.in quo prima ſyllaba breuiatur.vt ſtatim dicemus. Breuiant vero breuis & breue.Verg.i.æneid.in breuia & ſyrtes vrget miſerabile viſu. Leuis non grauis. Idem in bucco.ante leues ergo paſcentur in æthere cerui. Seuerus.a.um.Verg.in.vij.æneid.qui tetrici horrentis rupes montemq; ſeuerum.

I Ante.b.breuis eſt.vt liber pro cortice ſiue libro ſcripto de aliqua re.Vergili.buc.ne ſiccum moriens alta liber aret in vlmo.Martial.cum tibi parue liber ſcrinia noſtra vacent. Producunt vero fibula.æ.Verg.iiij.æneid.aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.Ibis ibidis.Iuue.pars hec illa pauet ſaturam ſerpentibus ibim.Hibernus.a.um.Verg.iiij.æneid. qualis vbi hibernam lyciam xanthiq; fluenta.Libanus libani. Sedulius in paſcha.ſemper habens frondes & tanq libana cedrus.Liber liberi,pro baccho.Vergil.i.georgico.Liber & alma Ceres veſtro ſi munere tellus. Liber libera liberum. & Liberi liberorum pro filijs,& libertas.atis.& reliqua ſymbolum habentia.Libo libas,& libum.Verg.primo æneid. oſcula libauit gnatæ. Idem in.vij.& adorea liba per herbam.Scribo ſcribis,Horatius.ſcribimus indocti doctiq; poemata paſſim. Sibilo ſibilas,&. ſibilus ſibili. Vergil.in bucco.nam neq; me tantum venientis ſibilus auſtri. Scibilis ſcibile ex proportione verbalium in.bilis.deſinentium,vt audibilis,viſibilis.Tibur tiburis.Horatius.Romæ tybur amē ventoſus tybure Romam.Tibia tibia.Papinius.vij.theba.tibia cui teneros ſuetum producere manes.Tribulum tribuli.inſtrumentum ruſticum Vergil.i.georgicorum tribulaq; traheaq; & iniquo pondere raſtri.nam pro herba ſpinoſa breuiatur.Ouid.lolium tribuliq; fatigant. Viburnum viburni. Idem in bucco,quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.Vibex vibicis. Perſius.ſi puteal multa cautus vibice flagellas. Fibra vero & hibris hibridis,ſemper producere reperi.cum forte natura breuiant primam,quare(vt alias dixi)quo ad nos conſtiterit eſſe breuem,in illis prima quaſi longa ritmer.

¶ I.ante.c.breuis eſt:vt dicax,acis.quanq̃ a dico.is,deriuetur,in quo prima quoq; producitur, & ſiculus.a.um,cum a Sicilia deriuetur,in quo prima quoq; producitur,vt ſtatim dicemus,cycnus ſiue cygnus,vtſcribunt latini.Mart. quæ capta eſt alio nuda lucana cycno, & compoſita a cyclo.i.circulo. vt cyclops. Verg.æñ.lib.iij.manibus fabricata cyclopum. Cyclas.adis. Sene.in tragœdijs,& vaſta calpe ſonuit,& voces cyclas,eſt namq; iambus.Ichneumon. Mar.delectat mariũ ſi pernicioſus ichneumon.Lychas.Verg.inde lychan ferit extinctum iam matre perempta.Idem tamẽ produxit alibi dicens,protinus anteum & lycham prima agmina turnis.

I.ante.c.breuis eſt, vt Dicax.acis.Siculus.a.ũ. Producunt vero Dico.is.Ficus.i.Icarus.i.Icon.onis. Ico.icis.Lycas.ę.lycium.ij.Mica micæ.Nice.es.i. victoria.Phycus.untis.op.Pica.æ.Picus.i.Picenũ picæni.Sica.æ.Sicut coniunctio,Sicilia.ę.Sicania ſicaniæ,Sichæus.i.Spica.æ,Spiculum.i. Ticin⁹.i. Trica.æ. Triceni.æ.a. Viceni.æ.a. Vicies & tricies. Vicus.i. Vicinus vicina vicinum.

I.ante.d.longa eſt,vt Idẽ in genere maſculino. Breuiant vero Cydon.onis. Didymus.i.Didyme.es. Fidelia ę.Fidis chorda.Fides.ei.Fidenę.arũ.Gnydos.i.Hydaſpes.is. Hydrus.i. Idem in genere neutro. Idume idumes. Idoneus idonea idoneum. Ideo coniunctio. Quidem coniunctio.

Producunt vero dico.is.Verg.dicite quandoquidem in molli conſedimus herba.Ficus.i.Mar.cum dixi ficos rides quaſi barbara verba.Icarus.i.Verg.vj.æñ.partem opẽre in tanto(ſineret dolor)icare haberes.hinc icarius.a.um. & icariotis.Icon.onis.quod imago interpretatur,ideo primam producit quoniam per.ei.diphthongon a græcis ſcribitur.Ico.is,pro ferio.is.Lucre.ex hinc corpus propellit & icit.Caper tamen putat breuiare:& apud Lucre.icit præteritum eſſe atq; ideo producere quod duarũ ſyllabarum eſt.Licium.ij. Verg in buc.terna tibi primũ triplici diuerſa colore licia circũdo. Mica.æ.Mar. mica vocor quid ſim cernis cœnatio parua.Nice quoq; quod interpretatur victoria & ab eo compoſita.vt niceterium.ij.niceros.otis.Iuue.& ceromatico fert niceteria collo. Mart. nymbis ebria niceroti anis. Phycus phycuntis.Lucanus.lib.ix.meritum phycunta ruinas. Pyca.æ Mar.in diſtichis.pica loquax certa dominum te voce ſaluto.Picus.ci.& pro viro.& pro aui.Verg.vij.æñ.accipimus fauno picus patriſq; parentem.Picens.entis.picænum.i.picentinus.a.um.Mart.picentina ceres niueo ſic nectare.Iuue. tunc picens accipe dixit.Sica.cæ.Mart.quodq; tibi tribuit ſubula:ſica rapit. inde eſt ſicarius. Hora.i.ſermo.ſi quis erat fur, aut ſicarius aut alioqui.Sicut.Iuuẽ.ſicut in amplexu ſubitum & miſerabile longum.Sicilia.æ.a quo deriuata, tum producere,tum breuiare reperiuntur:nam Sicelis.idis. ſemper producit. Verg.in buccol.ſicelides muſæ paulo maiora canamus. Ouid.in epiſt.ſapphus.ſicelideſq; matres ſicelideſq; nurus.Siculus.a.um.ſemper breuiat Verg.i.æneid.vix e conſpectu ſiculæ telluris in altum.Idem in eodem.ſunt & ſiculis regionibus vrbes.Sicania quoq; primam producit. Ouid.xi. meta.inirãt ſicaniã tribus hæc in æquora linguis.Ex deriuatis tamẽ ſicanius ſicania ſicanium.producit.Sicanus ſicana ſicanum breuiauit Verg.iij.æneid.ſicanio prætenta ſinu iacet inſula contra. Idem in.v. fida reor fraterna erycis portuſq; ſicanos. Sichæus primam habet mediam.Verg.i.æneid.huic coniunx ſichæus erat ditiſſimus agri.Idem in.iiij.haud grauiora timenſquam morte ſichæi.Spica ſpicæ & ſpicus ſpici,& ab eis deriuata,vt ſpiceus ſpicea ſpiceum. Verg.i. georgico. ſpicea iam campis cum meſſis inhorruit. Idem in moreto.allia cum fractis ſpicis.Cicero.in arato.ſpicum illuſtre ferens.Spiculum ſpiculi.Verg.iiij.georgico.& ſpicula cæca relinquunt.Ticinus ticini fluuius.Sillius.i.puni.dum Romana tuæ ticine cadauera ripæ.Trica tricæ.Martia.ſunt apinæ tricæq; & ſi quid vilius iſtis.Triceni tricenæ tricena. Mart.bis tibi triceni fuimus mãcipe vocati. Viceni vicenæ vicena quibus tricies & vicies aduerbia. Verg.in ætna,vicenos perſæpe dies iacet obruta moles.Martial.non plenum modo vicies habebas.Vicus vici.vnde eſt vicinus vicini,& vicinia viciniæ.Horat.ij.ſermo.vnguentarius & thuſci turba impia vici. Iuuenal.quam ſi me laudet tota vicinia pago. ¶ I.ante.d.longa eſt,vt Idem in genere maſculino.Verg.viij.æñ.idem Atlas generat,cæli qui ſydera torquet. Phydias.æ.Iuue.phidiacum viuebat ebur. Auſonius breuiabit dicens cuius opus phidiæ, qui ſignum pilados eius. Breuiant vero cydon. onis.vrbs cretæ,[illegible] de cydonius cydonia cydonium. Martia.ſi tibi cecropio ſaturata cydonia melle. Sillius.ij.puni.crebra cydonæo fundebat ſpicula cornu. Verg.in buccol.ire libet partho torquere cydonia cornu. Cydon tamen nomen viri inde fictum idem prima longa protulit.x.æneid.dum ſequeris clytiũ infœlix noua gaudia cydon. Statius tamen alterius viri nomen breuiauit dicens,hoc regi promiſſa cydon. Cydonias.adis.produxit etiam Ouid.in primo de arte.illum gnoſiades cydoniadeſq; iuuencæ.Didymus didymi,quod interpretatur geminus ſiue ſit proprium viri nomen,ſiue appellatiuum. Martial.quales nec didymi ſciunt puellæ,eſt enim carmen phaleuticum. Sedulius in paſchali,cui didymus congnomen erat.Didyme didymes, inſula in mari Siculo.Ouid.lib.viij.metamorph. olearos didymeq;.Fidis fidis pro chorda. Verg.vj.æneid. threicia fretus cythara fidibuſq; canoris. Fides fidei. Idem in.viij.accipe daq; fidem:ſed fidus.a.um. & fido fidis,primam producunt, quanq̃ cum fide ſymbolum habere videantur. Fidenæ fidenarum, Iuuena. produxit, viuat fidenis & agello cede paterno, Idem,an fidenarum gabiorumq; eſſe poteſtas. Verg.tamen.vi.æneid.breuiauit dicens:hi tibi nomentum & gabios vrbemq; fidenam. Gnidos gnidi.Ouid.x.metamorph. piſcoſamq; gnidon,grauidamq; amathunta metallis. Hydaſpes. Verg.iiij. georgi.lydia nec populi parthorum aut medus hydaſpes. Hydrus & hydra. Seneca in tragœdijs,excidit artus virus,vt fama eſt hydræ, eſt enim iambus in fine. Idem in genere neutro.nam,vt paulo ante diximus,in maſculino producitur. Martial. & quæreris quod non marce bibamus idem. Idume idumes, Lucanus in.iii. & arbuſto palmarum diues idume. Sillius.iij.punico,palmiferamq; ſenex bello domitabat idume. Idoneus.a.um. Hora.hoc ego procurare & idoneus imperor.Ideo.Verg.ij.georgico.rhetica nec cellis ideo contende falernis. Quidem coniunctio a quo ſunt equidem & quandoquidem ſiquidem.Idẽ in bucco.non equidem inuideo,miror magis. Iuue.quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum.

N

# LIBER QVINTVS.

Video vides. Verg. ij. æneid. quæ ſit rebus fortuna videtis. Vidua. æ. Iuue. Reſcripſit, vidua eſt locuples, quæ nupſit auaro. ¶ I. ante. f. nunquam fere niſi in compoſitis reperitur, tunc enim (quemadmodum ſupra diximus) breuiatur vt bifer. a. um. bifidus. a. um. biformis. e. bifrons. ontis. ¶ I. ante. g. breuis eſt, vt figulus. i. rigeo. es. Migro migras, quod primam habet breuem, ne quis putet producere natura. Manilius lib. iij. naſcentum acciperent proprias ſignisq; migrarent. Nam poſitione produxit Verg. cum dixit, veteres migrate coloni. & alibi migrantes cernas. Signum quoq; breuiat Lucret. nil tamen eſſe ſignimiſta potuiſſe creari. Tigris etiā breuiat. vt Manilius lib. iiij. & tigris & rubri radiātia littora ponti. Producunt vero bigæ. arum. Verg. vij. æneid. aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. Figo. is. idem in buccol. atq; humiles habitare caſas, & figere ceruos. Fligo. is. quod raro eſt in vſu: ab illo vero compoſita frequenter. affligo affligis. confligo confligis. infligo. is. Oui. xiij. meta. affligi ſociorum corpora terræ. Verg. ij. æn. confligūtq; zephyri. Frigus. oris. idem in bucco. & fontes ſacros frigus captabis opacum, & quæ cum illo ſymbolum habēt. vt frigidus. a. ū. frigeo. es. Frigilla. æ. frigutio frigutis. Mart. & ſturnos inopes: frigellarumq; querelas. Gyges. æ. rex Lydiæ, a quo gygeus. a. um. Proper. lydia gygeo tincta puella lacu. Verg. tamē. xi. æneid. alterius gygæ primam produxit dicens: & ſucciſo poplite gygen. Pyga pygæ. Hora. primo ſerm. ne nummi pereant, aut pyga, aut deniq; fama. & ibidem de pygis, naſuta & latere ac pede longo eſt. Pigardus pigardi. Iuue. lepus ac caper & pigardus. Strigilis. idem. ſtrigilibus pleno cōponit linthea gutto. Hora. tamen breuiauit dicens furtiua mutat ſtrigili, qui prælia vendit. & Perſius. I, puer & ſtrigiles criſpini in balnea defer. Sunt qui apud Iuue. pro ſtrigilibus legant ſtrigibus, q ſuntex olerum genere. Stigo. as. a quo cōpoſita magis ſunt in vſu. inſtigo. as. inueſtigo. as. Verg. in ætna, preſſosq; inſtigāt agmine ventos. Idem in. vi. ergo alte veſtiga oculis riteq; repertum. Triginta. idem. i. æn. triginta magnos voluendis menſibus orbes. Viginti quoq; eadem ratione & vigeſis. Mar. amphora vigeſis modus datur ære quaterno. ¶ I. ante. l. longa eſt vt iliſus fluuius atticæ. cuius primam Papi. breuiauit dicens: anfractu riparum incuruus iliſos. ſæuus honos fluuio ſtygias luſtrare ſeueris eumenides, alibi tamen produxit dicens. celauit geticos ripis iliſus amores. Hyle quod ſilua interpretatur primam per regulam produxit, hylæi quoq; populi ſarmaticæ producunt eandem. Val. Flacus. mouit & hylæs ſupplex cū gente ſerenem. hyle quoq; oppidum eſt boeotiæ cuius primam Homerus producit, Papi. tamen eadem breuiit dicens, qui breue litus hyles. Pileus. i. quod exemplum ideo quoq; poſuimus, ne quis putet a pilo deriuari. vt quidam ſomniant: in quo: vt ſtatim dicemus, prima breuiatur: ſed ab eo q græce dicitur pileon. Perſius. hæc mera libertas. hanc nobis pilea donant. Pila quoq; pro ſtructili columna primam produxit. Et pila pro mortario vbi tunduntur fruges. & pilum pro ipſo inſtrumēto a quo pilunnus auus turni, de quo Virg. x. æn. cui pilunnus auus cui diui venilia mater. Pilatus ſub quo Saluator eſt paſſus in ambiguo eſt, an a pilo teli genere, an a pila luſoria dicatur. Itaq; a Iuuēco producitur, ab Aratore breuiatur. Silenus. Verg. in buc. ſilenū pueri ſomno videre iacentem. Et paulopoſt breuiauit dicens. quantum omnis mundus gaudet cantante ſileno. ſunt qui dicant illud non eſſe Vergilij carmen. Breuiant vero Cilium. ij. a quo ſupercilium componitur. Iuue. illa ſupercilium madida fuligine tinctum. Cylindrus. Verg. i. georg. area tū primū ingenti eſt æquanda cylindro. Cylidrus. i. Luc. ix. cherſidrus tractuq; via fumante cylidri. Cilix. icis. idem. o nunq̄ pacate cilix. Filix filicis. Perſius. ſed tamen iſta filix nullo manſueſcit aratro. Hilaris. e. & ab eo deriuatū hilaro. as. Verg. in buc. & multo in primis hilarās cōuiuia baccho. Ilerda. æ. Luca. in. iiij. ſurgit ilerda manu placidis prælabitur vndis. Lilea. æ. ciuitas boeotiæ. Papi. vij. theba. corticiumq; nemus ppelentemq; lileam. Lilybeum. i. ciuitas & promontoriū Siciliæ. Verg. iij. æn. & vada dura lego ſaxis lilybeia cæcis. Milium. ij. Verg. i. georg. accipiunt ſulci, & milio venit annua cura. Milo. onis. Luca. Pompeiana reum clauſerant ſigna milonem. Pila. æ. pro ſpherula qua ludimus. Hora. i. ſermo. namq; pila lippis inimicum & ludere crudis. Pilus pili, & ab eo deriuata vt piloſus piloſa piloſum, pilo. as. Mart. nunc ſunt crura pilis & ſunt tibi pectora ſetis horrida. Pilum. i. pro telo producit. Luca. & pila minantia pilis. Pilos pili. Ouid. in epiſtola pene, nos pilon antiquam neleis neſtoris arua. Philos quod interpretatur amicus, & ab eo cōpoſita, vt philippus, pāphilus. Hora. i. epiſtola. ſtrenuus & fortis cauſisq; philippus agendis. Pilene pilenes, vrbs ætoliæ. Papi. belli fama viros miſit ſcopuloſa pilene. Siler. eris. virgulti genus. Verg. ij. geor. molle ſiler lentæq; geniſtæ: & pro fluuio. Luca. ij. radensq; ſalerni culta ſiler. Silex ſilicis. Verg. i. æneid. ac primum ſilicis ſcintillam excudit achates. Sileo ſiles. Idem in bucco. & nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor & omnes. Siligo. inis. Iuuena. ſed tener & niueus: molliq; ſiligine factus. Siliqua. æ. idem ſed laudem ſiliquas occultus ga neo pultes. Silurus ſiluri. Idem. venedere municipes fracta de merce ſiluros. Stilus. Hora. i. ſermo. ſæpe ſtilum vertas. Idem in. ij. ſed hic ſtilus haud petet vltro. Tilia tiliæ. Vergil. i. georgico. cæditur & tilia ante iugo leuis altaq; fagus. Serenus tamen producit dicens. fraxinea inſidamie, quæ fundit tilia ſucum.

Video vides. Vidua viduæ.

I. ante. f. non reperitur niſi in compoſitis & breuiatur.

I. ante. g. breuis eſt. vt figulus. i. Producunt vero Bigæ bigarum. Figo gis. Fligo. is. Frigus. oris. Frigilla. æ. Gyges. æ. Pyga. æ. Pigardus pigardi. Strigilis ſtrigillis. Striga. æ. Stigo ſtigas. Trigę trigarum. Triginta. Viginti. Vigeſis.

I. ante. l. longa eſt, vt iliſſus fluuii. Sile. es. pileus pilei. pila pilæ. pro columna. Silenus. i. Breuiant vero Cilium cilij. Cylindrus. i. Cylidrus. Cilix cilicis. Filix filicis. Ilaira. æ. Hilaris. e. Ilerda. æ. Lylea. æ. Lylibeum. ij. Milium milij. Milo. onis. Pila pilæ qua ludimus. Pilus pili. Pylos. i. Philos. i. Philera philera, Pylene. es. Siler ſileris. Silex ſilicis. Sylaſilę. Sileo ſiles. Siligo ſiliginis. Siliqua. æ. Silurus ſiluri. Stilus. i. Tilia tiliæ.

I.ante.m.in diſyllabis longa eſt, vt Limus.i. Breuiãt vero Fimus.i. Hymẽ.enis. Mimas.antis. Nimis aduerbiũ. Simon.onis. Simul. aduerbium. Timꝰ thimi. Polyſyllaba quoq;, vt ſimilis.e. Producunt vero Simius.ij. Simia.æ. Simulus.i. Hymera.æ. Chimerinos.i. Timæus.i. Dimidium.ij.

I.ante.n.lõga eſt; vt Linum lini. Sinum.i. pro vaſe. Breuiant vero Cynapes cynapis fluuius. Cynedꝰ cynedi. Cinis cineris. Cyniras cinere. Cynicus.a.ũ. & a cynos compoſita. Inula.e. Innus.i. Linus.i. nomenproprium. Lino.is. Minerua.æ. Minium.ij. Minius.ij. fluuiꝰ. Minio.onis. Miniç populi. Mina.æ. Miniſter.tri. Minæ.arũ. Minor.aris. verbũ. Minor.oris. nomen. Minuo.is. Miniſcor. Ninus nini. Sinapis.is. Sine præpoſitio. Siniſter.a.um. Sino.is. Sinõ.onis. Sinopis.opis. Sinus.us. Sinueſſa ſinueſſæ. Tinea.æ. Et a ſyn præpoſitione græca compoſita, vt Synagoga.æ. Synthedra.æ.

I.ante.p.breuis eſt; vt Stipes ſtipis. Typhoeus.œi.

¶ I.ante.m.in diſſyllabis lõga eſt, vt rima.æ.limus.i. Breuiãt vero fimus.i. Verg.i.geor. ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola ne vc. Hymen.tum breuiat, tum producit. Ouid᷑. in heroi. adfuit & certis tẽpora vinctus hymens. Catull᷑. produxit, hymenæus breuiat. Verg.iiij.æñ. hic hymeneus erit, nõ auerſata petentẽ. Catull᷑. hymen o hymenææ hymen ades o hymenææ. Mimas.antis. mons minoris Aſiæ. Ouid᷑.ij.meta. & tandem rhodope niuibus caritura mimaſq;, a quo bacchi ſacerdotes dicti ſunt mimalonides & mimaloneus.a.um. Perſius. torua mimaloneis implerũt cornua bombis. Nimis aduerbium, & nimium, quod ab eo deriuatum eſſe videtur. Simul aduerbium. Verg.iiij. æñ. quã ſimul ac tali præſenſit peſte teneri. Thymus.i. Idem in.i.æñ. feruit opus, redolentq; thymo fragrantia mella. Polyſſyllaba quoq;, vt ſimilis ſimile, ſimila.æ. chimera chimeræ; quanq̃ apud græcos per ei diphthongon in principio ſcribatur, plerumq; eandem primam breuiat, autore hermo. in Plini. libro.v. Didymus quoq; breuiat. Mart. quales nec dydymi ſciunt puellæ. Arator produxit dicens, probrans modo didyme diſcis. Producunt vero ſimius.ij. Martial᷑. callidus emiſſas eludere ſimius haſtas. Simia.æ. Iuue. cuius ſupplicio nõ debuit vna parari ſimia, atq; p inde ſimulus viri nomen apud Verg. in moreto, Simulꝰ exigui cultor cũ ruſticus horti. Hymera.æ. fluuius qui mediam Siciliam diuidit: vt dicit Liuius.xxiiij. ab vrbe condita. Silius, xiiij. punicorum, armauere ſuos, qua mergitur hymera ponto. Chimerinos, quod interpretatur hyemalis. Mart. horrida ſi brumæ ſidera chimerinos. Tymæus tymæi viri proprium nomen. Sedulius in paſchal᷑. dum reſidens cœtus timæi filius illud. ¶ I.ante.n.longa eſt: vt linũ lini, finis.is. Sinum pro vaſe. Verg. in bucco. ſinum lactis & hæc te liba priape quotannis, pro ſinu veſtis ſiue maris breuiat, vt ſtatim dicemus. Hinulus quoq; producit apud Horatium dicens: vitas hinulco me ſimilis cloe. Proper. tamen breuiauit dicens, atq; hinuli pellis totos operibat amantes. Breuiant vero Cynapes cynapis fluuius. Ouid᷑. in.iij. de ponto. Perthenïuſq; rapax: & voluens ſaxa cynapes. Cynedꝰ.i. Iuue. inter ſocraticos notiſſima foſſa cynedos. Cinis.eris. Idẽ. quorũ flaminia tegitur cinis atq; latina. Cyniras cyniræ rex fuit cypri. Ouid᷑.x.metamor. inter fœlices cyniras potuiſſet haberi. Cynicus.a.um. quod interpretatur caninus: & reliqua a cynos, quod interpretatur canis, compoſita: vt cynogloſſa herba: cynocephalus.i. cynorhodos.i. Inula.æ. Hora. atq; acidas mauult inulas. Linus.i. Verg. in bucco, vt linus hæc illi diuino carmine paſtor. Lino linis: vel linio.is. Iuue. nã qui plura linit victuro dolia muſto. Minæ minarum. Verg.iiij. æneid᷑. pendent opera interrupta minæq;, inde eſt minor minaris. Minerua.æ. Iuue. ſeruauit trepidam flagrãti ex æde Mineruam. Minium minij. Verg. in bucco. ſanguineis ebuli baccis minioq; rubentem. & habentia cum illo ſymbolum, vt minius minij. fluuius Hiſpaniæ. Minio minionis fluuius Italiæ. Myniæ populi theſſaliæ. Vergi.x. æneid᷑. qui ſunt minionis in aruis. Ouid᷑.vij. metamorpho. iamq; fretum myniæ pagaſea puppe ſecabant. Mina minæ genus monetæ. Priſcia. de ponderibus, accipe præterea paruo quam nomine graij minam vocitant, noſtriq; minam dixere priores. Miniſter miniſtri, miniſtro miniſtras: & inde deriuata. Verg.i. æneid᷑. totidemq; pares ætate miniſtri. Minor minoris. Iuuena. ad vos iam venit minor altilis. Inde eſt minus & minuo minuis, & minimus. Miniſcor miniſceris, a quo reperitur compoſitum reminiſcor reminiſceris. Verg. dulcis reminiſcitur argos, & eodem modo comminiſcor comminiſceris. Ninus nini, rex fuit aſſyriorum. Ouid᷑.iiij. metamor. conueniant ad buſta Nini, lateantq; ſub vmbra: pro vrbe quoq; in ſacris literis dicitur niniue. Lucanus in.iij. & fœlix ſic fama ninus. ventoſa damaſcus. Sinapis ſinapis, Columel. ſeq; laceſſenti fletum factura ſinapis. Sine præpoſitio. Virg.v. æñ. haud equidem ſine mente reor, ſine numine diuum. Siniſter ſiniſtra ſiniſtrũ. Idem in buccol᷑. ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix. Sino ſinis. Idem in eodem opere, atq; hanc ſine tempora circum. Sinon.onis. Verg.ij.æñ. talibus inſidijs periurioq; arte Sinonis. Sinopis.is. vrbs ponti, vnde ſinopeus ſinopea ſinopæum. Ouid.i.de ponto. non doluit patria cynicus procul eſſe ſinopeus. Sinus.us. Verg. primo. æneid᷑. inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos, hinc pro ſinu maris, & pro ſinu veſtis. Idem in eodem. nuda genu nodoq; ſinus collecta fluentes. Sinueſſa.æ. Hora.i.ſermo. plotius & varius ſinueſſa Vergiliuſq;. Tinea.æ. Iuue. tinea pertunde libellos. Ouid᷑.xv.meta. agreſtes tineæ res obſeruata colonis. Serenus tamen produxit dicens. Natura interno cum pectore tinea ſerpens, & a ſyn compoſita: vt Synagoga ſynagogæ. Sedulius in paſchal᷑. iamq; capharnææ ſynagogam intrauerit vrbis. Synhedra.æ. quod interpretatur conſeſſus. Lucanus in.viij. profugum collecta ducem patriiq; ſynhedris. ¶ I.ante.p. breuis eſt, vt ſtipes.pis. pro genere quodam pecuniæ. Ouid᷑.i. faſto. dulcis cur donatur videor ſtipis adijce cauſam. ſtipendium vero quod a ſtipe videtur deriuatum producit. Catull᷑. indomito nec duro ferens ſtipendia tauro. Verg. in ciris, aut inter varios veneris ſtipendia flores. Cyprus quoq; breuiat: vt Hora.i.car. ſic te diua potens cypri. Niphates etiam quãq̃ per ei diphthongon a græcis ſcribatur breuiat. Iuuena. quoſdam facit iſſe niphatẽ in populos. Typhoeus.i. Lucã. in.iiij. Corꝰ inarimes æterna mole typhoeus. Typhon vero producitur. vt apud eundem in.vij. antreq; letiferi rabiem typhonis anhelans.

Scyphus.i.quod ideo poſuimus,ne quis cum Ioanne tortelio decipiatur,qui in verſu illo Verg.vij.æñ.hoc pater anchiſes auro libabat ad aras,pro auro legit ſcypho:perinde ac ſi primam producat. Producunt vero gryphus.i.q.a gryphe detracta aſpiratione deriuatur,in quo prima cremento producitur. Verg.in buc.iungentur iã gryphes equis æuoq; ſequenti. Pipo.as. & quod ab eo diminutiuũ eſſe videtur.pipilo.as. Ouid.de philo.accipiter pipat,miluus hianſq; lipit. Catullus de pſſaere,ad ſolam dominam vſq; pipilabit,quod eſt carmen phaleuticũ. Riphæi.orũ.montes ſcythię:vnde Riphæus.a.um. Verg.i.geor. mũdus vt ad ſcythiã riphæaſq; arduus arces. Ripa.æ. Idem in buc.aut numerum lupus,aut torrentia flumina ripas. Scipio.onis. Lucan⁹.in.ij.ſcipio lucerię quã firmiſſima pubes. Sipho.onis. Iuue.effigieq; deæ lõgis ſiphonib⁹ implent. Stipo.as. Verg.i.æñ.ſtipãt & dulci diſtendunt nectare cellas. Scrypulus.i. Ouid.de medicamine faciei. Quiq; parant marathri ſcrypula myrrha nouem. Sypharium.ij. Iuue.conſumptis opibus vocẽ damaſippe locaſti ſyphario:ſunt q non ſyphario,ſed ſypario legant. Sipus.untis. Luca.in.vij.quas recipit ſalapina palus & ſubdita ſipus. Typhis.is. Verg.in buc. alter erit tum typhis & altera quæ vehat argo. Typhõ vero ſupra dixim⁹ ꝓducere. Vipera.æ. Iuue.tu ne duos vna ſęuiſſima vipera cœna. ¶ I.ante.q.breuis eſt.vt liqueſco.cis. liquo.as. eliquo.as. Verg.in buc. limus vt hic dureſcit,& hæc vt cera liqueſcit. Idẽ in moreto, ſubſidit ſincera:foraminibuſq; liquatur. Perſi⁹.eliquat & tenero ſupplantat verba palato. Producunt vero liquor.eris. Verg.i.geor.liquitur: & zephyro putris ſe gleba reſoluit. Liquetiũ.ij.fluuius venetiæ eſt teſte Seruio in illud Verg.ix.æñ.quales aeriæ liquetia flumina circum.ſunt qui legant liquentia. Liquor.eris. Liquor liquoris. Lucre.in.i.pondus uti ſaxis:calor ignis liquor aquarum,& ibidem,fiet.vti cibus omnis & aridus & liquor ipſe. Liquidus.a.um. quoniam a liqueo.es. vel a liquor.eris. poteſt deriuari,tum prima breui,tum eadem longa reperitur,quod vno verſu Lucre.lib.iiij.oſtendit dicens: craſſaq; conueniunt liquidis,& liquida craſſis. ¶ I.ante.r.longa eſt,vt lira pro ſulco:vnde eſt lirare & deliare & delirus. Auſoñ. & ſi pierias patitur lirare ſorores.vnde eſt delirare. Hora.i.epl̃a,quicquid delirant reges,plectuntur achiui. Idem in arte poe. delirus ve ſenex. Nam quod Lucre.lib.i.dixit quod facit hic idem perdelyrus eſſe videtur: atq; alibi, quod mihi tum vanum tum delyrum eſſe videtur,vbi.m.non abijcitur,poteſt & non abijci.vt ſit a lira pro ſulco.nam pro inſtrumento muſico lyra.æ.primam breuiat.vt ſtatim dicemus. A chir quod interpretatur manus compoſita partim breuiant.vt chiragra.æ. Hora. poſtq̃ illi iuſta chiragra. Perſius.ſed cum lapidoſa chiragra. Mart ſed nil patrono porrigit,hæc chiragra eſt,partim producunt.vt chirurgus. Mart.chirurgus fuerat,nunc eſt veſpillo diaulus. Verg.in priapeia,chirurgamq; manum miſer timerem. Chironomon.ontis.vel chironomos.i.iuue.& chironomonta volanti cultello. Idem chironomon ledam molli ſaltante bathyllo. Breuiãt vero dirimo.is. Ouid.i.meta.hanc deus & melior litem natura diremit. Hyrie es. Idem in.vij. inde lacus hyries vidit. Hirudo.inis. Hora.in poe.non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. Hirundo.inis. Ouid.in.ij.faſto.fallimur? an veris prænuncia venit hirundo. Lyra lyræ.pro inſtrumento muſico. Miron.onis. Mart.quis labor in phiala docti myos an ne mironis? Myron myri pro vnguento:vnde eſt myropola myropolæ, myropolium myropolij. Myrobolanum.i.myriſticus.a.um. Nireus.i. Ouid.ij.de arte.ſit licet antiquo nireus adamatus Homero. Horat.iij.carmi. qualis aut nireus fuit, aut aquoſa raptus ab ida. A pyr,quod interpretatur ignis deriuata partim breuiant.vt Pyra pyræ. Verg.iiij. æneiđ. At regina pyra penetrali in ſede ſub auras. Pyracmon.onis. Idem.in.viij.bronteſq; ſteropeſq; & nudus membra pyracmon. Pyretrum.i. Ouid.ij.de arte.tritaq; in annoſo flaua pyretra mero. Pyropus.i. Idem.ij.mettamor.clara micante auro:flammas imitante pyropo.partim producunt vt pyramus.i.pro viro & pro fluuio. Ouid.iiij.meta.pyramus & thiſ be iuuenũ pulcherrimus alter. Pyramis.idis. Mart.barbara pyramidum ſileat miracula memphis. Iacobus Conſtantinus:non a pyr,ſed a pyro, hoc eſt tritico deducit,quod in pyramidibus illis ægyptijs triticum aſſeruabatur. Idq; probus ex ratione quantitatis ſyllabæ pyrene quoq; & pyrenæus variat. Claudianus in ſtil.pyrenea tegit lapidoſis frondibus ilex. Lucanus.in.iiij.iamq; pyrenea quos nunquam ſoluere titam. Pyrus pyri.& pyrum.i. Verg.in buccoli.inſere nunc melibœe pyros. Idem.ij.geor.cruſtumijs ſyrijſq; pyros. Quirinus.i. Verg.pri.æneiđ. Remo cũ fratre Quirinus:vnde quirites dicti. Ouid.an ſi pulſaſſem minima de plebe quiritem. Syrus ſyra ſyrum. Luca.in.vij.viuant galatæq; ſyriq;:vnde etiã ſyri & aſſyrij dicti ſunt. Syrus quoq; inſula vna ex cycladibus, quæ patria fuit Pherecidæ ſyri primam producit apud Homerum, qui eius meminit. Scyros quoq; producit. Verg.ij.æneiđ.vna omnis ſcyra pubes. & Papi.palladi litoreæ celebrabat ſcyros honorẽ. Sidonius appollinaris autor non contemnendus,ſed græcarum literarum ignarus breuiauit dicens,vel ſcyrias vacuaſſe colos, vel ſerica, fila per cannas torſiſſe leues, Syrius vero pro ſtella producit primam. Vergilius.iij. æneidos,exurere ſyrius agros. Syracuſa ſyracuſarum. vnde ſyracuſus ſyracuſa ſyracuſium. Idem in buccoli. Prima ſyracuſio dignata eſt ludere verſu.

Scyphus.i. Producũt vero Gryphes. Gryphus.i. Iphit⁹.i. Pipo.pas. Pipilo.as. Rhiphœi.orũ. Ripa ripę. Scipio.onis. Sipho.onis. Stipes.itis. Stipo.as. Scrypulus.i. Sipharium.ij. Sipus.untis. Typhis.is. Thiphõ thiphonis. Vipera viperæ.

I.ante.q.breuis eſt.vt Liqueo liques. Liquo liquas. ſiquidem. producũt vero. Liquetium.ij. Liquor liqueris. Liquor.oris. Liquidus.a.um.mediã hẽt.

I.ante.r.longa eſt.vt lira pro ſulco. A chir qđ eſt manus deducta partim breuiãt.vt Chiragra.æ.partim ꝓducũt;vt Chirurgus.i. Chironomon.ontis. breuiant vero Dirimo.is. Hyrie.es. Hirudo.inis. Hirundo.inis. Lyra.æ. Miron.onis.nomen proprium viri. Myron,quod interpretatur vnguentum. Nireus.i. A pyr quod eſt ignis deriuata partim breuiant,vt Pyra. Pyragmon.onis. Pyretrũ.i. Pyropus.pi.partim,ꝓducunt, vt Piramus.i. Pyramis.idis. Pyrene.es. Pyrous.i. Pyrus.i. Pyrum.i. Quirinus quirini. Syrus.a.um. Syracuſę.arum.

Tyrus.i.Tyrãnus.i.Viridis.Vireo,es.Viriat⁹.i. Vireſus a viro.

I.ante.s.longa eſt.vt Niſus.i. Breuiant vero biſon biſontis.Ciſiũ.ij.Diſertus.i.Iſaurus.i. Miſer.a.ũ. Niſi coniunctio.Ptiſana.æ. Ptiſis.is. Siſer ſireris. Siſimbrium ſiſimbrii.

I.ante.t.breuis eſt.vt Italus.a.um.Mitra.æ.Citrũ.i. Vitrum vitri: Britannia britãniæ; Vitiũ vitij.Lr̃a literæ. Producunt vero Bythinia.æ.Briton.onis Clitella.æ.Clitũnus.i.Clytorius.ij. Cliton.onis. Dito.as.Diteſco.is.Fritinio.is.Ithyreus.a.um. Mitis.e.Mityl⁹.i.Nitor.eris.Pythagoras.ę.Pythe⁹.ei. Python.onis.Pythius.a.um.Pyteleon.onis.Pitiſma.atis.Pituita indifferentem habet.Ritus ritus. Rito.as.Scitor.aris.Sithon.onis.Triticum.ci. Triton.onis; Tityrus.ri.Titan.anis.Titillo.as.Vita.ę. Vitis.tis.Vito.as.Vitupero.as.Zithum zithi

I.ante.u.cõſonãtẽ lõga eſt;vt Liuor liuoris.Viuo.is.

*Tyrus.Idem.pri.æñ.ſed regna tyri Germanus habebat.Tyrannus.i.Idem in.vij.pars mihi pacis erit.dexteram tetigiſſe tyranni.Viridis,e.Idem in.vi.iam ſenior.ſed cruda deo viridiſq; ſenectus.Vireo.es,viretum.i.viriditas.atis.eandem rationem ſequuntur.Viriatus.ti,Sillius.iij.puni.hos Viriatus agit.¶ I.ante.s.longa eſt,vt Niſus.i.pro rege Megarenſium in accipitrem verſo.Verg.i.geor.apparet liquido ſublimis in aere niſus.Breuiant vero biſon.ontis.Mart.illi ceſſit atrox bubalus atq; biſon.Ciſium.ij.Auſo.vel ciſio triiugi.Iſara.æ.flu.galliæ.Luca.in.i.hi vada liquerunt iſaræ qui gurgite ductus.Iſaurus.i.Idem in.ij.cruſtumiumq; rapax & iuncto ſapis iſauro.Miſer.a.um.Verg.i.æneid.& magno miſeræ dilectus amore,& quæ cum eo ſymbolum habent miſeria.æ.miſereor.eris.Niſi cõiunctio.Ouid.v.meta.o niſi te virtus opq; ad maiora tuliſſet.Ptiſana.æ.Mar.Ptiſanã fabãq; ſolebas.vnde ptiſanarium.ij.Hora.hoc.ptiſanarium oryzæ.Ptiſis.Iuuena.ptiſis & vomicæ putres & dimidiũ crus.Siſer.iris.Columc.iam ſiſer aſſyrio venit quæ ſemine radix.Siſimbrium.Ouid.date grata ſiſimbria mitto.¶ I.ante.t.breuis eſt,vt mitra,qđ ideo primam breuiare dicimus,quia eius diminutiuum mitella breuiat.Vergi.in copa,copa ſyriſca caput graia redimita mitella.Vitrum.i.Mart.condantur parco fuſca ſalerna vitro.Britannia.æ.vnde eſt britannus.a.um.Verg.in buc.& penitus toto diuiſos orbe britannos.Lucre.tamen in.vi.producit dicens,nunquid britannis cælũ differre putamus.Apud græcos quoq; indifferenter profertur britãnos & bretãnos.Vitiũ.ij.Iuue.omne animi vitiũ tanto conſpectius in ſe.& quia ſi a vito vitas diceretur,obſtaret ſyllaba.ſunt qui malint a voce declinare ſiue potius a voco.as.vnde vox deriuetur.Litera quoq; breuiat qđ ex eius cõpoſito liquet oblitero.as.Auſo.quos fama obliterat & quos.Producũt vero bythinia.æ.vnde bythynius.a.um.Mart.lib.iiij.aſtro.cappadocum armeniæ iugis bythiniã diues.Flaccus in.iij.argo.bythinio phrygiõe ſatum: ſed quem ſua voto.Iuue.tamen breuiauit dicens,quemq̃ & cappadoces faciant equiteſq; bythini.Brito.onis.Idem.quam nec terribiles cymbri nec britones vnq̃.Mart.quam veteres brachæ britonis pauperis & quam.Clitella.æ.Hora.i.ſer.hic muli capuæ clitellas tempore ponũt.Clitũnus.i.Verg.ij.georg.hinc albi clitũne greges & maxima taurus.Clytorius.ij.fons eſt arcadiæ.Ouid.xv.met.clytorio quicũq; ſitim de fonte leuauit.Cliton.onis.flu.arcadiæ.Papi.iiij.theb.& rapidus Clitõ,& qui te pithie iadon.Dito.as.& diteſco.is.Hora in.poe.ſermonem patriũ ditauerit.Idem.ij.ſer.qua ratiõe poſſe diteſcere.Italia.æ.Verg.i.æneid.Italiam fato profugus lauinaq; venit.Idem in eodem:italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.Italicus quoq; & italis.idis.Ouid.xv.meta.grata quis italicis autor poſuiſſet in oris.Verg.in.xij.italides quas ipſa decus ſibi dia camilla Italus.a.um.tum breuiare,tum producere reperitur.Idem in.iij.& ſæpe Heſperiam ſæpe itala regna vocare.Idem in.ix.cõtecto ſternit iaculo volat itala cornus.Idem in.viij.hinc auguſtus ages italos in prælia cæſar.Horat.pri.ſermo.at græcus poſtquam eſt italo perfuſus aceto.Mitis.e.Verg.in.buc.fronde ſuper viridi ſunt nobis mitia poma.Mitylus.i.piſciculus.Mart.ſurgitur inciſo mitylus ore mihi.Nitor.is.Verg.iiij.hic primum paribus nitens Cillenius alis.Pythagoras.æ.Iuue.pythagoras cũctis animalibus abſtinuit qui.Pytheus.ei.Ouid.vij.meta.nã me pelopeia pytheus.Idem in epiſtola.phedræ.hic tecum troezena colam pytheia regna.Python.onis.Idem in.i.meta.ſtrauimus innumeris tumidum pythona ſagittis:a quo pythius.a.um.Luca.in ſexto,vnde & Theſſalicæ veniũt ad pythia laur⁹.Pyteleon.ontis.Hora.rhodio qđ pyteleonti.Pitiſma pitiſmatis.Iuuenalis,q lacedæmoniũ pitiſmate lubricat orbem.Angelus tamen politian⁹ pitiſſmate legendum eſſe contendit.Pituita.tæ.indifferentem habet longam apđ Catul.mucuſq; & mala pituita naſi;& apđ Perſi.ſomnia pituita qui purgatiſſima mittũt:breuem vt apđ Hora.primo epiſte.præcipue ſan⁹ niſi cũ pituita moleſta eſt;ſunt qui apđ Hora.faciãt ex duab⁹ vocalib⁹ ſynæreſim:vt ſit pituita ſyllabarũ triũ.Ritus.us.a quo eſt rite.Verg.ſexto æneidos.riteq; repertũ carpe manu:namq; ipſe volens faciliſq; ſequetur.Rito ritas,a quo reperiũtur compoſita irrito.tas.& prorito.tas.Ouid.i.metamorpho.tu face neſcio quos eſto content⁹ amores irritare tua.Columel.& peluſiaci proritet pocula zythi.Scitor.aris.Verg.ij.æneidos,ſuſpenſi eurypilũ ſcitatũ oracula phœbi,& ibidem:tũ vero ardem⁹ ſcitari & quærere cauſas.Sithon ſithonis mõs Thraciæ,vnde ſithoni⁹.a.ũ.& ſithois ſithoidis.Vergi.in buccoli.ſithoniaſq; niues hyemis ſubeam⁹ aquoſæ.Ouidi.in epiſtola phylli.nec vehit actæas ſithois vnda rates.Triticũ.i.Verg.primo geor.at ſi triticeãin meſſem robuſtaq; farra.Triton.onis.Deus marin⁹.Idem primo æneidos,cymothoe ſimul & triton annixus acuto.Triton quoq; & locus in Affrica,a quo Pallas tritonia dicta eſt dicente Luca.in.viij.& ſe dilecta tritonia dixit ab vnda.Vergi.ij.æneidos,nec dubijs ea ſigna dedit tritonia monſtris.Tityr⁹.i.Idem in bucco.Tityre tu patulæ recubãs ſub tegmine fagi.Titã.anis.Ouid.null⁹ adhuc mũdo præbebat lumina titã.Titillo.las.Hora.i.ſermo.præterea ne vos titillet gloria iure.Vita vitæ.Verg.in ſexto æneidos,nate mihi quondã vita dũ vita manebat.Vitis.tis.Idem in buc.vitis vt arboribus decori eſt vt vitibus vuæ.Vito.as.Iuue.illi⁹ occurſus etiã vitare memẽto.Vitupero.ras,tametſi a vitio cõpoſitũ eſſe videatur.Zithũ zithi,vt qđ paulo ãte attulim⁹ ex Columela,& Peluſiaci pro ritet pocula zithi.¶ I.ãte.u.cõſonãtẽ lõga eſt,vt viu⁹ viua viuũ,viuo viuis,priuus priua priuũ,priuo priuas.*

# LIBER QVINTVS.

O Ante.b.longa eſt: vt Gobius.ij. Robus, oris. Breuiant vero Globus.i. Obeſus.a.um. Obelus.i. Obolus.i. obex.cis. Probus,a,um. Probo.as. Probrum.i. Soboles ſobolis.

O.ante.c.breuis eſt. vt Proceres.um. Voco vocas. producūt vero Cocytus.i. Crocalus.i. Focale.is. Locuſta.æ. Oceanus oceani. Ocyor & ocyus. Phoca.æ. Phocus.i. Phocis.idis. Procerus.ra.um. Poculum poculi. Vocalis vocale.

O.ante.d.longa eſt.vt.Clodius.dij. Lodix.icis. Rodo rodis. Breuiant vero Fodio.is. Modus modi. modo aduerbium. Odor.oris. Odiū.dij. Et a pus podos hoc eſt pes. Et a rhodos quod eſt roſa cōpoſita & deriuata.vt Podalyri⁹.rij. Rhododaphne.es. Rhodus rhodi. Rhodope.es. Rhodanus rhodani. Sodalis ſodalis.

O.ante.f.breuis eſt.vt ofella. Producūt vero Tofus.i.

O.ante.g.longa eſt,vt Cogo.gis. Breuiant vero logos,& ab eo compoſita & deriuata.vt theologus Rogus rogi. Rogo.gas. Toga togæ.

O.ante.l.breuis eſt,vt colon membrum. Producūt vero Boletus.ti. Bola.æ. Colum.i. Colliphiū.ij.

*O Ante.b.longa eſt.vt gobius.ij.robigus.i.robur.oris. Breuiant vero globus.i.Verg.ix.æñ.quis globus o ciues caligĕne voluitur atra. Obeſus,ſa,ſum.quod ab ob & eſus.ſa.ſum.componitur. Idem.iij.georg.breuis aluus obeſaq; terga. Obelus.i.quod interpretatur veru ideo breuiat:quia per.o.micron a græcis ſcribitur. Auſon. pone obelos.igitur ab eo per diminutionem fit obeliſcus.ci. Verg. in roſis.hæc aperit primi faſtigia celſa obeliſci. Obolus oboli. Priſcia. de menſuris,ſemi oboli duplum eſt obolus.quem pondere duplo gramma vocant. Obex obicis,ſi in recto reperiretur breuiaret primam:quia ab ob præpoſitione componitur, & in obliquis ſi non habet.i.conſonantem etiam breuiat. vt apud Sillium.iiij.puni. & fidos certent obices accerſere ſilua. Probus.a.um. probitas.atis. & probo.as.& ab eo cōpoſita vt improbo.as.reprobo.as.approbo.as. probrum.i.a quo opprobrium componitur.& exprobro.as.Hor.ij.ſer.opprobrijs dignū latrauerit integer ipſe. Soboles.lis.Verg.in.buc.chara deum ſoboles: magnum Iouis incrementum. ¶ O.ante.c.breuis eſt.vt proceres.erum,procus.i.voco.as.tametſi vox.cis.crementū producat,vt ſuo loco diximus. Producunt vero cocyt⁹ cocyti.Verg.vi.æneid.cocytuſq; labens ſinu circūuenit atro. Crocalus.i.Ouid.viij.meta.& ſumptus pro ſupplice crocalus arinis. Focale.is.illud quod collo circunducitur. Mart.hoc focale tuas aſſerat auriculas,nā a faucibus deriuatur.au.diphthongo in.o.longum cōuerſa. Horat.tamen breuiauit dicens.faſciolas cubitale focalia potus. Et videtur inclinari a foco. Locuſta.æ.Iuueñ. inſtituitq; rudes melior locuſta ꝓpinquas. Oceanus.i. Verg.iiij.georg.oceanumq; patrem rerum nymphaſq; ſorores. Ocyor & ocyus ab eo quod eſt ocys, quod interpretatur velox. Ouid.i.meta.fugit ocyor aura illa leui,vnde & ocymum dictum,hoc eſt a celeritate creſcĕdi. Phoca.æ.Verg.iiij.geor.ſternunt ſe ſomno diuerſo in littore phocæ. Phocus.ci.Ouid.vij.meta.& proles tertia phocus:ſcilicet æaci filius. Phocis.idis.Idem in.i. ſeparat aonios diuerſis phocis ab aruis. Procerus.a.um.Verg.in bucco.corticis atq; ſolo proceras erigit alnos. Poculū.li. Idem in eodem.inſanire libet quoniam tibi pocula ponā. Vocalis.e.quod non a voco.as.ſed a voce deriuatur. Ouid.viij.met. regia turris erat vocalibus addita muris. ¶ O.ante.d.longa eſt,vt rodo.dis.clodius ij.lodix.icis.ſodes quod eſt blandientis Hora.i.epiſtola.roſciā dic ſodes melior lex an puerorum. Breuiant vero fodio.dis.Verg.vi.æñ.aut ſpumātis equi foderet calcaribus armos. Modus.di.vnde eſt modeſtus,moderor & modulor & modicus. Horat.eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines. Modo aduerbum.Verg.iiij.æneid.ſi modo quod memoras factum fortuna ſequatur. Odor odoris,odorus odora odorum, odoror odoraris. Verg.i.georgi. nonne vides croceos,vt tmolus odores. Odium.ij. Ouid.in epiſt.exerces precioſa odia. Et a pus podos,quod interpretatur pes compoſita & deriuata,vt podalyrius.ij.podagra. Ouid.de remed.quātus apud Danaos podalyrius arte medendi. Mart.litigat & podagra Diodorus:flacce laborat. Compoſita quoq; & deriuata a rhodos quod interpretatur roſa:vt rhododaphne.es. Verg.in culice.laurus item phœbi decus exurgens rododaphne. Rhodus inſula. Hora.i.car.laudabunt alij claram rhodon,aut mitylenē. Rhodope.es.Verg.in buc.nec tantum rhodope miratur & Iſmarus orphea. Rhodanus.i.Proper.in.ij.teſtis arar,rhodanuſq; celer,magnuſq; garunna. Sodalis ſodalis. Hora.audiciis hæres ergo nunc dama ſodalis. ¶ O.ante.f.breuis eſt,vt ofella.æ.diminutiuum ab offa:ſed in primogenio producitur,atq; ideo per duplex.ff.ſcribitur,in deriuatiuo vero alterum.f.exteritur,vt ſit breuis. Iuue.ſolueret & patruo ſimiles effunderet offas. Idem.& quæ non egeant ferro ſtructoris ofellæ. Mart.me meus ad ſubitas inuitet amicus ofellas. Tofus.i.ſunt qui per.ph.ſunt qui per.f.ſcribant.ſed ſemper producitur. Verg.ij.geor.& tofus ſcaber,& nigris exeſa chelydris. Iuue.herba nec ingenuum violarent marmora tofum. ¶ O.ante.g.longa eſt:vt cogo.is. Breuiant logos,quod interpretatur ſermo: & ab eo compoſita & deriuata,vt logicus,dialogus,aretalogus. Iuue.mouerat vt mendax aretalogus in mare nemo. Sidonius qui plerumq; in græcis fallitur,longam poſuit ſecundā in ſyllogiſmo. Argumentoſis lacerata ſyllogiſmis. Rogus.gi.idē, & mihi or igne rogi. Rogo.as.atq; ab eo compoſita.vt interrogo.as.arrogo.as.irrigo.as. Toga æ.Iuue.quid facit comites,quibus hinc toga,calceus hinc eſt. ¶ O.ante.l.breuis eſt,vt colon quod interpretatur membrū,ſcribitur enim a græcis per omicron:vnde & ab eo compoſita & deriuata breuiant:vt monocolon,dicolon,tetracolō. Poplis quoq; breuiat ex Lucre.li. iiij.brachia palpebræq; cadunt poplitesq; cubāti. Nā poſitione Verg.produxit dicens:ſucciſo poplite gygē. Producunt vero boletus.i.Iuue.boletus dño,ſed qualem claudius edit. Bola.æ.Verg.vi.æñ.caſtrumq; inui bolamq; coramq; genæ bolanus.a.ū, & bolanus nomen viri propriū. Hora.o te bolane cerebri fœlicem aiebam. Colum inſtrumentū quo aliquid colatur. Verg.ij. georg.colaq; prælorum fumoſis deripe tectis,hinc eſt colo.as. Colliphium.ij. Iuue.inſtantur pance,contendūt colliphia pauca, Georgius, Merula per duplex.ll. ſcribi debere putat:quia deriuatur ab eo quod eſt collix, qui eſt panis ſubcinericius.*

Doliū.ij.Dolon,onis.Moles.is.Molior.iris.Moly.yos.Nola.æ.Nolo verbū. Olearus.i. Olenos.i. Olim aduerbi.Prolixus.a.ū.proles.is. polypus.i. polidamas.antis.ſol⁹.a.ū.Solor.aris. Solers.ertis. Solēnis ſolemne, Spoletiū ſpoletij. Tmolus,oli.

O.añ.m.lōga eſt,vt Doma.ātis.vomer.eris.vel vomis. Como.is.Comeſſor.aris, Breuiāt vero Bromius.ij.Coma.æ.Comes.itis.Chromis.is. Comedo.is.Dñs.i.Dom⁹.us.Domo.as.Glomero.eras. Homo.inis.Homer⁹.i.Nomas.adis. Omaſum.i. Omitto.is.Stomach⁹.i.tomos&ab eo cōpoſita& deriuata.vt Atom⁹.i.ptom⁹.i.tomacula.vomo.is.

O.ante.n.breuis eſt.vt Bonus.a.um. Moneo.es, Producunt Conor.aris.Cone.es.Conopæum.i. Conus.i.Donum.i.donec, Monychus.i. Nonus nona nonū.Nonæ.arū. Pronus.a.um. Pono.is.

*Dolium.ij.Iuue.tanq̄ alta in dolia longus deciderit ſerpens bibit & vomit.Dolon.onis.Ouid.in ep̄la penelo,retulit & ferro rheſum dolonaq; cæſos. Idem tamen.xiij.meta.breuiauit dicens,auſum eadem quæ vos phrygia de gente Dolona.Dolo quoq; pro genere teli,quoniā a dolo deriuatur primā breuiat.Verg.ij.æn.ſanoſq; gerunt in bella dolones.Moles.is.Verg.j.æn.miratur molem æneas magalia quondam.inde eſt molior.iris.& amolior.iris.Idem in eodem.moliriq; arcē & manibus ſubuoluere ſaxa.Moly.yos,herba ab Homero celebrata.Verg.in priape.quem cur moly vocat,mētula moly fuit.Ouid.xiiij. meta,moly vocāt ſuperi,nigra radice tenetur.Nola.æ. Silius.xiij.puni. hinc ad chalcidicam transfert citus agmina nolam.Nolo non vis.Martial ſplendida ſit nimium ſordida nolo cutis.Olearos inſula ppe euboeā. Verg.iij.æn.olearō niueāq; parō ſparſaſq; per æquor. Olenos.i. oppidum boeotiæ. Papinius.iij.theba.olenos ionijs & fluctibus hoſpita portu.vnde Ouid.iij.meta. dixit,oleniæ ſidus pluuiale capellæ. Olim aduerbium. Verg.j.æneid. certe hinc Romanos olim voluentibus annis.Prolixus.a.um.Idem in bucol.hirſutumq; ſupercilium prolixaq; barba.Proles.lis. Idem in.iiij.æneid. nec prolē auſoniā& lauinia reſpicit arua.Polypus.pi. & polydamas.antis.primam producunt,cum reliqua a poly,quod interpretatur multum compoſita breuiāt. vnde & a quibuſdam per.ll.duplex ſcribitur. Ouid. xiij.meta.vtq; ſub æquoribus deprēſum polypus hoſtē. & pro morbo.Hora.j.ſer.delectat veluti balbinū polypus agnæ. Perſius. nec mihi polydamas, & troades labeonem. & Ouid.xij.meta.ſed neq; deiphœbum neq; polydamāta,nec ipſum,quanq̄ tunc greci non per.o.micron,ſed per.o.& ypſilon diphthongon ſcribunt pulypus & pulydamus,vt producantur diphthongo, atq; eodem modo pulycletus pro polycletus dicunt.vt Prudentius in Romano.forceps myronis pulycleti malleus,nam trimetrum iambicū eſt. Solus.a.um. Verg.iiij.æneid.ſola domo mœret vacua ſtratiſq; relictis. Solor.aris. Idem in.j.ſolabar fatis contraria fata rependens.Solers,ertis a quo eſt ſolertia, & ſolennis. a plæriſq; per duplex.ll.ſcribuntur. Tibullus,primus aratra manu ſolerti fecit oſyris.Ouid.ix.metamor.huic licet ex toto ſolertia confluat orbe.Verg.v.æneid.annua vota tamen ſolēneſq; ex ordine pompas. Tmolus tmoli.Idem primo georgico.Nonne vides croceos vt tmolus odores.Ouid.x.metmorph.iudice ſub tmolo certamen venit ad impar. Spoletium ſpoletij, vnde ſpoletinus ſpoletina ſpoletinum. Mart.ſpoletina data eſt:ſed quam ſiccauerat ipſe. ¶ O.ante.m.longa eſt,vt doma.atis. quod interpretatur tectum,quamuis domus breuiet.Vomer.eris.tametſi a vomo vomis,in quo prima breuis eſt,deriuetur, Vomica etiam breuiatur. Iuuena.& phthiſis,& vomicæ putres & dimidium crus. Seren.produxit dicens, vomica qualis erit,vel idem proxima quædam. Como comis,quod ideo poſuimus, q; Coma comæ,cum quo ſymbolum habere videbatur,primam breuiat. Comiſſor comeſſaris,quod græcum eſt,nequis putet a comedo.dis.deriuari. Breuiant bromius bromij.Lucanus in primo.mons phœbo bromioq; ſacer.Vergilius in copa.eſt hic munda ceres: eſt amor & bromius. Coma comæ.Martialis.tam longæ bromio quam tibi phœbe comæ. Comes comitis. Verg.ij.æneid. Sit comes & longe ſeruet veſtigia coniux. Chromis.is.nomen proprium. Vergilius in bucco.pergite pierides:chromis & mnaſylus in antro.Comedo comedis.Iuuen.præclaris vna condunt patrimonia menſa.Dominus domini. Verg.iiij.æneid. Reppulit & dominum ænea in regna recipit.Domo domas.Idem in.vj.Os rabidum fera corda domans. Domus.us. Idem in.viij. Et domus herculei cuſtos primaria ſacri G omero g omeras. Idem in. ij.ſed glomerare manum bello & concurrere in arcem. Homo hominis.Idem in primo. Mortalis nec vox hominem ſonat:o dea certe.Homerus homeri.Iuuenal.rex pilyus magno ſi quicquam credis Homero.Nomas nomadis.Martialis.cui diadema daret marmore picta nomas,eadem eſt numidia. Omaſum omaſi.Horatius.ſeu pingui tentus omaſo.Omitto.is. Idem.ij.ſermo.artem ne illuſus omittas. Stomachus ſtomachi. Iuuen. ardenti ſtomacho:nam quæ meritoria ſomnum.Tomos,quod interpretatur inciſio,Martial.ſcripturi quanti conſtent & tomos vilis,hic pro parte libri accipitur,eſt & tomos locus in ponto, de quo Ouid.iiij.de triſtibus,inde tomos dictus locus hic,quia fertur in illo membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. vnde idem autor fecit tomites.æ. & tomitanus.a.um.A tomos tomacula & prototomos quoq; breuiant. Vomo vomis. Iuue.cōuomit hic inter nautas & grandet & errat. ¶ O.ante.n.breuis eſt,vt conō,onis.bonus.a.um.progne quoq; breuiat.Petronius,atq; vrbana progne,quæ circū gramina fuſa.Vergil.poſitione produxit dicens.& manibus progne pectus ſignata cruentis. Producunt conor.aris,vnde eſt conatus.us.Ouid.de remed.Sed quid præcipue noſtris conatibus obſtet.Cone.es.inſula iſtri fluuij.Lucanus in.iij.barbara cone ſarmaticas,vbi perdidit aquas.Conopeum conopei.Iuuena.vt teſtudineo tibi lentule conopeo. Eſt enim ſpondeus in quinto loco. Conus coni.Ouid.iij.metamor.tegmina mox capitum picto mirantia cono, & pro cypariſſi galeæ vndas conifere dictæ ſunt a Vergilio. Donum doni.Verg.in buc.phyſtulam damætas dono mihi quam dedit olim, Donec,Verg.in bucco,cogere donec oues.Monychus monychi,ex centauris.Iuue.quātas iaculetur monychus ornos. Nonus.a.um.& inde nonæ nonarum.Verg.v.æneid.Præterea ſi nona diem mortalibus almū.Ouid.j.faſto.nonarum tutela deo caret omnibus iſtis. Pronus prona pronum. Oui.j.meta.me miſerū ne prona cadas.Pono.is. Verg.in bucco,quoniam tibi pocula ponam.*

Pone prępoſitio & aduerbium. Zona. ę. & gonia quod interpretatur angulus, & phone quod eſt vox, & ab eis compoſita & deriuata, vt Trigonus trigona trigonum. Phonaſcus phonaſci. De quibus in medijs ſyllabis dicetur.

O, ante. p. breuis eſt, vt Populus. uli. Opis opem, ab ope & in plurali opes. Sopor ſoporis. Producũt vero Copa copę. nomen proprium fœminæ. Copia copiæ. Copula copulæ. Copo. onis. Cophos cophi, ſurdus. Dropax. pacis. Opis. is. Nympha, Opilio opilionis. Populus populi. pro arbore. Popeanum popeani. propago ꝓ vitæ. Propino propinas indifferẽtem habet, Pſophis pſophidis, Scopæ ſcopearum. Sopio ſopis. Stlopus ſtlopi.

O. ante. q. breuis eſt, vt Loquor loqueris. Coquo coquis, Quocꝫ.

O, ante. r. breuis eſt, vt Chorus chori. Cora. æ. oppi. Italiæ. Producunt vero Chorus chori. pro vẽto argeſte. Coram præpoſitio & aduerbium. Corycus coryci. Coritus coriti. Coralium. ij. Cloreus. i. Doris. idis. Doricus. a. um. Dorion. ij. doron, hoc eſt donũ ſiue palmus. Hora. æ. Morus. i. Morio morionis. Noricũ. i. Ora æ. Oro. as. Orithya. æ.

*Pone præpoſitio & aduerbium. Idem. ij. æñ. pone legunt ſinuātq; immenſa volumina terga. Zona. æ. Hora, ſbit eo quo vis, qui zonam perdidit (inquit.) A gonia, quod interpretatur angulus cõpoſita & deriuata, ideo ꝓducũt; quia per. o. mega ſcribuntur, nam a gonus, qđ eſt genus ſiue genu breuiant: vt in medijs dicetur, ſed a phone, quod interpretatur vox, ideo producunt, quia per. o. mega ſcribuntur, vt phonaſcus. Sidonius Apollinaris tñ breuiauit in morte Claudiani, dicẽs. Pſalmorũ modulator & phonaſcus, quare antiphona penultima longa ac in eodem accẽtu acuto, vel circunflexo proferẽda. Nam a phonos, quod eſt mors breuiauit, vt tiſiphone, perſephone.*

*¶ O. ante. p. breuis eſt, vt opis opem ab ope, Opis vero pro nympha producit: vt paulopoſt dicemus. Sopor ſoporis. & ſoporo ſoparas, breuiant: cum ſopio ſopis producat, vt ſtatim dicetur. Producunt vero copa copæ nomen fœminæ apud Vergilium celebratæ operę, quod illius nomine inſcribitur. Copia copiæ. Idem. j. æñ. poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Copula copulæ. Ouid'. vij. metamor. copula detrahitur canibus. Copo coponis. Martialis. Callidus impoſuit nuper mihi copo rauennæ. Cophos, quod interpretatur ſurdus. Idem, quattuor & cophon paula proſopõ amat. Dropax dropacis. Martia pſilotro faciem lauas & dropace caluam. Opis nympha. Vergilius. iiij. georgicorum. Atq; ephyre atq; opis atq; Aſia deiopeis. Opilio opilionis. Verg. in bucolicis, venit & opilio tardi venere ſubulci. dicitur etiam & vpilio. onis, immo opilio debuit breuiare, vpilio vero producere. Opperior opperiris & opportunus. a. um. per duplex. pp. ſcribuntur. Populus populi. pro arbore. Vergilius in buccolicis. populus Alcidæ gratiſſima vitis Iaccho. Popeanum popeani, fucus quidem. Iuue. pane tumet facies, aut pinguia popeana. Eſt enim ſpondeus in quinto loco. Propago pro filio breuiat. Verg. vj. æñ. Vobis Romana ꝓpago. & Ouid'. ii. meta. Per quę tua vera propago. Pro vite ꝓducit. Verg. ij. geor. Preſſos ꝓpaginis arcus expectãt. Propino. as tum. breuis reperitur, vt apud Iuue. quando propinat Virro tibi, ſumitq̃; tuis cõtacta labellis. tũ longa, vt apud Martial'. cœnat. propinat, poſcit, negat, innuit, vna eſt. Pſophis. idis. Ouid. v. meta. Vſq; ſub orchomenon pſophidaq;. Sopio ſopis. Verg. j. æñ. Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta cythera, cuius compoſitum ſemiſopitus. a. um. eadem breuiat. Ouid. ij. amorum. purpureo iacuit ſemiſopita toro. niſi forte legendum eſt ſemiſopora ſomno. Idem in epiſtola ariadnes. Theſſea preſſuras ſemiſopita manus, ex quo ſuſpicamur primam habere indifferentem. Itaq; de induſtria breuem poſuimus quodam in loco, vbi patriam ſalutauimus, hic fuerant cunæ, quæ me ſopiere iacentem. Stlopus. i. Perſi. nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. Scopæ. arũ. Mart. in apophoretis. in precio ſcopo teſtatur palma fuiſſe.* *¶ O. ante. q. breuis eſt. vt loquor loqueris. coquo coquis.* *¶ O. ante. r. breuis eſt. vt chorus, cum ſignificat multitudinem cœtuerum, quod ideo poſuimus, quia pro vento qui ſpirat ab occidenti æſtiuali primam producit: vt ſtatim dicetur. Cora. æ. quoq; antiquiſſimum Italiæ oppidum primam breuiat dicente Verg. vj. æñ. Bolamq; coramq;, nam coram præpoſitio ſiue aduerbium producit. idem. j. æñ. poſtq̃ introgreſſi & coram data copia fandi. Corus cori, pro vento qui etiam caurus dicitur. Idem. v. æñ, condunt vbi ſydera cori. Colume. frigoribus gelidis ira q; obnoxia cori. Corycus coryci oppidum & mons Siciliæ, vnde eſt corycius. a. um. Luca. in. iij. coryciumq; patens exeſis rupibus antrum. corytus coryti, pro pharetra. Verg. ix. æñ. corytiq; leues humeris & lætifer arcus. Sili'. vij. puni. paruulus ex humero corytus & aureus arcus. Coralium. lij. Ouid'. iiij. meta. nunc quoq; coralijs eadem natura remanſit. Idem in. xv. ſic & coralium quo primum cõtigit auras. Claudianus tamen breuiauit, dicens. mergit ſe ſubito velliq; coralia chloe. Sidonius quoq;, lacteæ punicco ſinuãtur colla corallo. Chloreus nomen propri. viri apud Verg. Doris. idis. dea marina. Verg. in buc. doris amara ſuam non intermiſceat vndam. Doricus. a. um. Idem. ij. æñ. panduntur portæ iuuat ire & dorica caſtra. Dorion dorij oppidum magneſiæ. Lucanus in. vi dorion ira flebile pieridum. Papi. iiij. theba. geticos quos flebile vati dorion. Et a doron, quod interpretatur haſta, a quo eſt doriphorus primam breuiauit. Hora horæ pars diei. xij. ſiue noctis. Verg. in more, iam nox hybernas bis quinq; peregerat horas. Morus pro arbore. Ouid'. iiij. metamor. ardua morus erat niuei vberrima pomis. & pro ꝓ cino. Horat. qui nigris prandia moris ſiet. Morio pro tardo & ſtolido natura. Martial. morio dictus erat viginti millibus emi. Morari quoq; prima longa eſt huiuſmodi quempiam eſſe. Sueto. in nerone de claudio, morari cum inter homines deſiſſe producta prima ſyllaba iocabatur, hoc eſt morionem eſſe. Noricum norici regio Macedoniæ, Dalmatiæ conterminà. Verg. iij. georgicorum. tum ſciat aerias alpes & norica ſi quis. Ouid. xiiij. metamor. durior & ferro, quod noricus excoquit ignis. Ora oræ pro extremitate, Verg. j. æñ. Troiæ, qui primus ab oris, Oro oras. Idem in eodẽ. oramus prohibe infandos a nauibus ignes. Orythia orythiæ, erichtei regis athenarum filia. Vergil'. iiij. georg. atq; geta, atq; ebrus, atq; actias orithya.*

*Orion.onis. Luca.in.i.armatumq́; auro circūſpicit oriona. Flaccus.i.argo.non meus orion nec ſeuꝰ pleiade taurꝰ. Vergi. vij.æneidos.vbi orion hybernis tūdit curis. Idem tamen breuianit in primo dicens: cū ſubito aſſurgens fluctu nymboſꝰ oriō. Et in.iiij.dū pelago deſæuit hyems & aquoſus orion. Oricū. Luca. in.iij.tū qui Dardaniam tenet oricon. Prora.æ. Verg.i. frangūtur remi:tū prora auertit ab vndis. Sorex.icis. Serenꝰ. ſi prægnans artꝰ captiui ſoricis edit. Thorax.acis. Verg.xi. æn. Bis ſex thoraca petitū pfoſſumq́; locis. Et habentia.l.ante.o.vt lorū.&c. ¶ O.ante.s.longa eſt, vt Moſes. Iuue. Tradidit arcano quodcūq; volumine Moſes. Apd̄ Siliū Moſes alte lib.xv.breuiatur:decidit enſe Moſe. Proſa.æ. Auſoniꝰ pſa Aſiæ in cauſis numeros imitata choros. Breuiant vero coſæ.arū.vrbs Thuſciæ. Ver.vij.æn.quiq́; vrbē liquere coſas. Coſyra.æ.inſula in mari ſiculo. Oui.iij.faſto.fertilis & melite ſterili vicina coſyræ. Doſis quod interpretatur datio.nā p.omicrō ſcribitur a græcis. vnde eſt antidoſis pro ātidoto. Moſa fluuiꝰ Galliæ. Sidoniꝰ. Rhenꝰ, Arar, Rhodanꝰ, Moſa, Matrona, Sequana, Ledus. Oſyris.idis. Tibullꝰ. primꝰ aratra manu ſolerti fecit oſyris. Proſeucha.æ. Iuue. ede vbi conſiſtas in qua te quæro pſeucha. Proſymna.næ.vrbs Theſſaliæ. Papi.li.iiij theba.hinc armat lariſſa viros hinc celſa pſymna. Poſui præter:tū a pono.is.cuiꝰ in præſenti prima fuit lōga. Ver.iij. æn. hinc & naricij poſuerunt mœnia locri. Roſa.æ. Idem in roſis:ambigeres raperet ne roſis tunc aura ruborem. ¶ O.ante.t.breuis eſt, vt notꝰ.i.ventus a meridie ſpirāsq́ latine d'r auſter. Vergi.i.æn.tris notꝰ abreptas in ſaxa latētia torq̄t. Nothꝰ quoq́; qđ interpretatur ſpuriꝰ. Oui.i.epl'a phedra, cur nō ſine capes regna paterna nothꝰ. Noto.tas. Ver.in buc.parta meæ Veneri ſunt munera nāq́; notaui:q̄ exempla ideo poſita ſūt: qa notꝰ.ta.tū.participiū a noſco.cis. primā pducit ex regula generali ſupinorū duas ſyllabas habentiū. gothus quoq; breuiat, tametſi apd̄ græcos p.tt.duplex vltimo aſpirato legatur. Breuiāt quoq́; botrꝰ botri. & botryo.onis.qa p omicrō ſcribitur. Gothꝰ.i. Auſoniꝰ. hic poſſem victos inde referre gothos. Producūt vero clotho clothꝰ. Iuue.hæc exempla para fœcilibꝰ at mea clotho. Cotes ſiue cotes, oppidū Mauritaniæ pducit primā:qa p o.longū a græcis ſcribitur, vt Pli.lib.v. & Strabo. Cotidianꝰ quoq; pducit. Cōiugis in culpa flagrabat cotidiana. Mar.tn̄ breuiauit dicens:culꝰ ſindone non cotidiana. Et alibi leuis dropace tu cotidiano. Lotos loti, arbor & nymphe in illā verſa. Ouidi.ix.meta. Florebat aquatica lotos, & ibidem:lotos in hāc nymphe fugiens obſcœna priapi. Proteꝰ.i. Hora quo teneā vultus mutātem ꝓthea nodo, & a ꝓtos qđ interpretatur primꝰ compoſita: ſic vt ꝓtogenes, ꝓtomartyr, ꝓtoclitus. Sotades.is. Marti.periclitatur capite ſotades noſter. Totus. Idem.tota mihi dormitur hyems. ¶ O.ante.u.conſonantem breuis eſt, vt ouis.is.nouus noua nouū. pducit vero ouū oui. Horatius, longa quibꝰ facies eſt ouis illa memento.*

Orion orionis. Oricos oppidū. Prora.ræ. Sora.ræ. Soracte.ctis. Sorex.icis. Thorax thoracis. Et habentia.l.ante.o.vt Lorum lori. Gloria gloriæ. Ploro ploras.

O.ante.s.longa eſt; vt Moſes moſis. Proſa.æ. Breuiant vero Coſæ coſarum. coſyra coſyre. doſis; hoc eſt datio. Moſa moſe. Oſyris.yridis. Proſeucha proſeuche. proſymna.næ. poſui pteritū a Pono ponis. Roſa roſæ.

O.ante.t.breuis eſt; vt Notus ventus. Nothus nothi.ſpurius. Nota notæ; & Noto notas. Botrꝰ botri. Producunt vero clotho clothus. Lotos loti. Poto potas. Proteꝰ protei. Sotades.dis. Totꝰ.ta.tum. Et a protos, quod interpretatur primus cōpoſita; vt Protogenes.is.

O.ante.u.conſonantem breuis eſt; vt ouis; nouus noua nouum. Producit vero ouum oui.

V Ante.b.breuis eſt; vt Ruber.a.um. Producunt vero Bubulcus.ci. Bubo,onis. Bubalꝰ bubali. Bubaſtus bubaſti. Iubilus iubili. Lubricus.ca.cum. Nubes nubis. Nubo.bis. Pubes pubis. Rubigo rubiginis. Suber ſuberis. ſubula.læ. Tuber tuberis. Vber vberis.

*V Ante.b.breuis eſt, vt Ruber.a.um. Iubeo iubees. tuba.æ. Producunt vero Bubulcus.ci. Ouid'.iiij.de ponto. per medias Iſtri plauſtra bubulcus aquas. bubo.onis.auis nocturna. Verg.iiij.æneid'. ſolaq́; culminibus ferali carmine bubo. Bubalus.i.animal. Mart.illi ceſſit atrox bubalus atq; biſon. Bubaſtus.i.oppidū ægypti. Ouid.ix.meta.inde formininū poſſeſſiuum formauit dicens: Sanctaq́; bubaſtis variiſq́; coloribus apis. Iubilus ſiue iubilum. Sillius.iiij.puni. & latus ſcopulis audiuit iubila cyclops. Lubricus.a.um. Hora.lubrica naſcentes implent conchilia lunæ. Sed poteſt fieri vt poſitione producatur. Nubes.is. & nubilus.a.um. Verg.i.æn.eripiūt ſubito nubes cœlumq́; diemq́;. Idē in.iiij. turbida tranat nubila. Nubo.is. Ouid. ſi qua voles apte nubere; nube pari. inde cōponitur obnubo.is.in alia ſignificatione. Verg.xi.æn. ar ſuraſq́; comas obnubit amictu. Innuba tamen & pronuba ſemper breuiant: & ſi a nubo compoſita ſint. Papi.iiij. theba. in vultus cecidere greges tunc innuba mantho. Ouid'.xiiij.meta. innuba permaneo, ſed iā fœlicior ætas. Verg.iiij.æn. dāt ſignum prima tellus & pronuba Iuno. Idem in.vij. & bellona manet te pronuba nec face tantum. Connubium vero tum breui, tum longa reperitur. Idem in.i.connubio iungā ſtabili propriāq; dicabo. Idem in.iiij. cuiꝰ loci leges dedimus cōnubia noſtra reppulit. Pubes pubis. Idem in.i.haud aliter pubeſq; tuæ pubeſq́; tuorum. & deriuata & compoſita, vt pubertas, pubeſco. impubes.is. Rubigo.inis.pro vitio frumenti & ferri. Verg.i.geor.vt mala culmos eſſet rubigo. Hora.ij.ſer.o.Iuppiter vt pereat poſitum rubigine ferrum. pro linguæ mordacitate. Mart.breuiauit dicens, veteris ære aliter niuiaq́; rubigine captus. niſi forte debuit pro rubigine eſſe ærugine. Prud'.in pſyco.cōdere vagina gladiū nec tinea rubigo. Suber.eris. Verg.vij.æn. raptus de ſubere cortex. Subula.æ. Mar.quodq; tibi tribuit, ſubula ſicca rapit. tuber.eris. pro fœtu terræ. Iuue. O lybie diſiunge boues dū tubera mittas, pro tumore quoq; cutis. Hora.qui ne tuberibus proprijs offendat amicum. Pro arbore & pomo. Martial. breuiauit dicens, tuberes & apirina ramis. Vber vberis. Vergili.libro primo æneid'.atq; vbere glebæ.*

V.ante.c.longa eſt;vt Duco ducis.Luceo,es. Breuiant vero Cucufas.atis,Cuculus.li.Cuculo,las. Cucullus culli,Cucuma cucumę.Cucumis cucumeris.Cucurbita cucurbitæ.Cucurrio.is.Ducenti.æ.a.Duceni.æ.a.Iucundus.a.um. Lucerna.æ.Lucrum.cri.Luceres,lucumo.onis. lucellum.ij. ſucerda.æ.

V.ante.d.lōga eſt;vt Rudo.is.Ludo.dis. Breuiāt vero;Pudor.oris.Pudet pudebat.Rudis.de.Rudis.dis. virga prætoris.Rudens rudētis.Sudes ſudis.ſtudium ſtudij.Tuder tuderis,Tuders tudertis.

V,ante.f.lōga eſt,vt Vfens vfentis.Bufo bufonis. Breuiāt vero Rufæ rufarum.

V.ante,g.longa eſt;vt iugerum.ri. Nugæ.arum. Breuiant vero Fugio fugis.Fuga fugæ.Iugū iugi,Iugis iuge.Pugil pugilis,Tuguriū tugurij.

V.ante.l.breuis eſt;vt fulix fulicis,Producunt vero Culus culi.Dulichium dulichij.Fuligo fuliginis.Iulius iulij.Mulus muli.Mula mulæ.Puleiū.i.Pulex pulicis.Thule thules,Vligo.ginis.

V.ante,m.lōga eſt;vt Humor humoris;Humidus humida humidum.Humanus humana humanum.Iumentum iumenti.Breuiant vero cumulus cumuli.Crumena crumenæ.Humus humi.Humerus humeri.Numa numæ. Numātia.æ.

¶ V.ante.c.lōga eſt,vt duco.is.& ab eo cōpoſita,vt deduco.is induco.is.ſed educo.as,breuiat et ſi a duco.is.cōpoſitū videat. Ver.i.ix.æn.quattuor hic iuuenes totidē quos educat vfens.Luceres quoq; ꝓducit.Oui.v.faſt.quoſq; vocāt rānes luceribuſq; ſimul.Prop.tn̄ breuiauit dicēs:rhāneſq; viri luceresq; colōi.Breuiāt vero.Cucufas.atis.Prudē.carmeli cōtēptorq; necis cucufas.Cuculꝰ.i.ꝓ aui.& cuculo.as.ꝓ eo qđ̄ eſt ipſā auē canere.Oui.de philo.et cuculi cuculāt:fritinit rauca cicada.Cuculꝰ.i.& cuculla.æ.ꝓ capitis tegmine.Mar.illinc cucullo ꝓſpicit caput tectꝰ,eſt enī trimetrū iābicū.& alio loco ī carmīe phaleutico,& thuris piperiſq; ſis cucullꝰ: Cucuma,æ. Idem ad quartū cucumā fecit octacilꝰ.Cucumis.eris.ver.ī copa.& pēdet iūco ceruleꝰ cucumis.Cucurbita.æ.Iuue.iā pridē caput hoc vētoſa cucurbita q̄rat.Cucurrio,is.Oui.cucurrire ſolet gallus.Ducēti.æ.a.et Duceni.æ.a.Hora.i.ſer.hēbat ſæpe ducētos ſæpe decē ſeruos.Iucūdꝰ.a.ū.qđ̄ a iuuo nō a ioco deriuatur.Iuue.nā ꝓ iucūdis.a.q.d.d.Lucrū.i.natura p̄mā breuiare ex diminutiuo cognoſcimꝰ.Hor.i.epiſ.qđ pure trāqllet honos an turpe lucellū.Lucrinū quoq; eadē rōne breuiat.Mar.oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata lucrino,nā poſitiōe,Ver.ꝓduxit.ij.ge.an memorē portꝰ lucrinoq; addita clauſtra.Lucerna.æ.tametſi a luceo,es.deriuet.Iuu.hec ego nō credā venuſia digna lucerna.Luceres Romuli milites.Prop.li.iiij.hic tities rhāneſq; viri luceresq; colōi,Lucumo.onis.Auſo.ſanē lucumonis acumē.Sucerda.æ.Luci.hic i ſtercore humi ſtabulis fimo atq; ſucerdis. V.āte.d.lōga ē,vt rudo.is.Perſi.findit arcadiæ pecuaria rudere credas.Oui.iſ faſto,itēpeſtiuo cū rudit ille ſono.Ver.vij.æn̄.breuiauit dicēs:ſera ſub nocte rudētū,vbi Ser.inqt,rudo naturalr lōgā habere primā:ſyſtolē ergo fecit.Rudēs.tis.quoq; ꝓ fune.Idē breuiauit i.j.dicēs,iſeqtur clamorq; virū ſtridorq; rudētum,Breuiāt vero pudor.oris.& pudet.bat.Verg.iiij.æn̄.āte pudor q̄ te violēt aut tua iura reſoluā.Rudis.e.ꝓ re noua.Oui.ī ep'la penl.q̄ tātū lanas nō ſinit eſſe rudes:hic eſt erudio.is.quaſi extra ruditatē pono.Rudis quoq; ꝓ virga pretoris breuiat.Hora.i.epiſ.ſpectatū ſatis & donatū iā rude q̄ris.Sudes.is.Ver.vij.æn̄.ſtipitibꝰ duris agitur ſudibꝰ ve præuſtis.Studiū.ij.Oui.ſingula dū narrat curſu ſtudioq; loqndi. Tuder.eris.oppi.Italie.Tuders.ertis.poſſeſſiuū ab eo.Sill.iiij.punico.& gradiui colē celſo de colle tudertem. Idem in ſexto deuexū lateri pēdet tuder.¶ V.ante.f.longa eſt,vt vfens.entis.flu.Italiæ.Ver.vij.æn̄.atq; in mare cōditur vfens.Idē quoq; in alio loco ꝓ nōie ꝓprio viri poſuit,Bufo,onis.Idē.i.geor.inuētuſq; cauis bufo:& q̄ plurima terræ.ſunt q̄ buffo.onis.ꝓ duplex.ff.ſcribāt.Breuiat rufe.arū.Ver.vij.æn̄.quiq; rufas bataurū;tenēt.¶ V.āte.g.lōga eſt,vt iugerū.i.nugæ.arū.ruga,æ.Breuiāt vero fugio.is.& fuga.æ.Ver.i.buc.quē fugis ah demēs.Iugū.i.quo boues iūgūtur:& ꝓ mōtis ſummitate:& ꝓ nauiū trāſtro:& ꝓ telæ axe.Ver.in buc,aſpice aratra iugo referūt ſuſpēſa iuuēci.Iugis.e.ꝓ eo qđ̄ eſt ſubiugo,vnde iugo.as.& bijuges,quadrijuges.Nā iugis ꝓ aſſiduꝰ primā ꝓducit.vt Hora.ij.ſer.vicinꝰ iugis aq̄ fons,Iugulꝰ quoq; breuiat primā:vnde iugulo.as.Hora.vt iugulēt hoīes ſurgūt de nocte latrones,Pugil apd̄ Sidon̄.primā breuiat dicēs.Sparta terapnea pugilē cū gymnade pinguē.Pru.ī ſymmachū ꝓduxit dicēs.vnctis pugilibꝰ miles pugnabat ethruſcis:& Iuue.nec pugillares defert Vrbanus rauꝰ. Hymnographꝰ quoq; in dimetro iābico breuiauit dicēs:mūdū pugillo cōtinēs.Tuguriū.ij.Iuue.paup̄is & tugurico geſtū ceſpite culmē.¶ V.āte.l.breuis eſt,vt fulix.icis.ſiue fulica.æ.Auiē.in ara.& cū parua fulix trepido volat arua volatu.Verb.i.geor.ī ſicco ludūt fulicæ.Producūt vero culꝰ.i.Mar.nō culū neq; enī culꝰ eſt q̄ nō cacat olim,Dulichiū.ij.Ver.iij.æn̄.dulichiūq; ſameq; & neritos ardua ſaxis.Fuligo.inis.Ver.in buc,ſemꝑ & aſſidua poſtes fuligine nigri.Iuliꝰ iulij.Idē.i.æn̄.Iulius a magno demiſſum nomē Iulo.Mulꝰ.li.Mula.læ.Puleiū.Serenꝰ produxit dicens,puleiū vt potens vna ſuper aure locabis.Mar.quadrima nigri nec corona puleij.Pulex.icis.Idē in diſt.mordēte moleſto pulice.vel ſi qđ pulice ſordidꝰ.Thule.es inſula q̄ ab alijs d'thyle.Ver.i.geor.tibi ſeruiat vltima thule.Vligo.ginis.Ver.ij.ge.atq; pinguis humꝰ dulciq; vligine læta.Fulipꝰ ꝓ polypꝰ & polidamas:ꝓ polydamas,& polyxena legimꝰ apđ poetas:vt ſyllaba breuis ꝓducatur.¶ V.āte.m.lōga eſt,vt humor.oris.Humidꝰ.a.ū.q̄ ideo poſuimꝰ:q̄a ab humo ī quo prima breuis eſt deriuata videtur.Ver.i.geor.atq; exudat inutilis humor.Idē in eodē humida ſolſticia atq; hyemes optate ſerenas agricolæ.Humanꝰ quoq; tametſi ab hoīe deriuatur,in quo prima breuis,primā ꝓducit,Iumentū.Iuuenalis.ſed iumenta vocāt.Breuiant vero cumulꝰ.i.Vergi.i.geor.Cumuloſq; ruit male pinguis arenæ.Crumena crumenæ.Iuuenalis:te deficiente crumena.Humus.i.Ver.ij.georg.hæc quæ pinguis humus dulciq; vligine læta.Humerus humeri.Idem.i.æn̄.Os humeroſq; deo ſimilis.Numa.æ.rex Romanoꝝ.Iuue.hic vbi nocturnæ numa cōſtituebat amicæ.

Numanus numani nomen ꝓprium viri, Numerus nūeri. Numiſma.atis, Rumex.icis. Tumeo tumes. Tumulꝰ tumuli. Tumultus tumultus.

V.ante.n.lōga eſt; vt Munus muneris. Breuiant vero Coneꝰ cunei.cuniculꝰ cuniculi, Tunica,cę.

V,ante.p.breuis eſt; vt lupus lupi. Producūt vero cupa.æ.Iupiter.nuper aduerbium.pupus pupi. Pupa.æ.Pupula.æ. Pupillꝰ.i.Rupes.is.Scrupꝰ.i. Suparus.i.Stupa,ę.

V.ante.r.lōga eſt, vt Curio curionis. Breuiant vero Curius curij. Cures curiū oppidum. Curetes ꝑpli. Curulis curule. Durius durij.fluuiꝰ, Furio furis. Muria muriæ. Nurus.us. Spurius,rij.

V.ante.s.lōga eſt, vt puſio puſiōis. Breuiant vero. Fruſino,onis. Puſillus puſilla puſillum. Suſanna ſuſannæ. Suſurrus ſuſurri.

V.ante.t.longa eſt, vt Vtor vteris. Breuiant vero Cutis.tis. Frutex fruticis. Futuo.is. Futurus futura futurum. Lutum.i. Mutina.ę. Mutilus.a.um. Muto.onis. Nutrio.is. Puteus.i. Putus.a.um. Putris.e. Puto.tas. Ruteni populi. Rutilus.a,ū. Rutuli populi. Rutulus.i. Rutuba rutubę; fluuius. Rutupe oppidum. Vter vtra vtrū. Vter vteris. Vterus vteri. Vtica vticę. Vti coniunctio.

*Numanus.i.nomē viri apd Verg.ix.æñ.celebratū,ſit ſatis ænide telis impune numanū.Numerus.i.Verg.in buc,numeros memini ſi verba tenerē.Numiſma.atis.Hora.rettulit acceptos regale numiſma philippos.Rumex.icis.Ver.in more.Foecūduſq; rumex:maluæ violæq; rubebāt.¶ V.āte.n.lōga eſt,vt iuno.onis,funꝰ,eris.munꝰ muneris.Breuiāt vero cuneus cunei.Iuueñ.digna tuo cuneis an hñt ſpectacula totis.Ver.i.geor.nā primi cunei ſcindebāt fiſſile lignū.Cuniculꝰ cuniculi,tā ꝓ lepuſculo q̄ ꝓ via ſubterranea,Mar.gaudet i effoſſis habitare cuniculꝰ ātris.Tunica.æ.Iuu.tūicā mihi malo lupini.¶ V,añ.p.breuis ē vt lupus.i. cupio.is.Supremꝰ quoq;,Ouid.de triſti.nec mādata dabo:nec cū clamore ſupremo.Producūt vero cupa.æ.Iupiter iouis ſiue iupitris:quāquā ſunt q vtrūq; ꝑ duplex.pp.ſcribāt.Nuꝑ aduerbiū.Ver.in buc.nō verū egonis nuꝑ mihi tradidit egō.Pupꝰ.i.et pupa et pupula et pupillꝰ et pupilla.Mar.dicit ſe vetulā cū ſit cerelis pupa.Perſꝰ,nēpe hoc qđ veneri donata a virgine pupa.Pupula,æ.ꝓ eo qđ quidā dicūt pupilla.æ.Oui.de amore,ſuſpicor et fama eſt oclis quoq; pupula duplex;Pupillꝰ.i.Iuue,pupūli ꝓſtrātiscat hic dānatꝰ inani.Rupes.is.Vergi,in buc.nec tantū phœbo gaudet parnaſia rupes.Supparꝰ.ri. et Stuppa a plieriſq; ꝑ duplex.pp.ſcribūtur:qa ꝓducūt primā:ſed ideo poſuimꝰ qa de orthographia nō ſatis cōſtat.Scrupꝰ.pi.vnde ſcrupulꝰ.i.et ſcrupeus,a.ū.Ver.vi.æñ.ſcrupea tuta lacu.Sed primā natura breuiari ꝓbat Priſcianꝰ de pōderibꝰ dicēs:drachma vocāt ſcrupulum noſtri dixere priores.A,bu.particula q̄ in cōpoſitiōe magnū apđ grecos ſignificat,ꝓducūtur cōpoſita,vt bupeda,bupalꝰ,bucētaurus,bupreſtis,vpilio quoq; rōne pauloāte dicta ꝓducitur,Vergi.in buc.venit et vpilio.¶ V.āte.r.lōga eſt, vt curio.onis,nomē viri.Luca.curio ſicanas trāſcēdere iuſſus in vrbes.Breuiāt vero curius.ij.Iuue,q ſimulāt curios et bacchanalia viuūt.Cures.iū.oppidū Sabinoꝝ.Ver.vi.æñ.curibꝰ paruis et paupe terra.Curetes.tū.ꝑpli ſunt Dalmatie.Luca.in.iiij.illic bellaci cōfiſus gēte curetū.Nā ꝓ crete ꝑplis ꝓducit.Verg.iiij.geor.curetū ſonitus crepitātiaq; æra ſecutæ.Curulis.e,a curru.Luca.in.i.Vacuæq; loco ceſſere curules.Iuueñ.ſellas donare curules.Durꝰ.ij.fluuiꝰ Hiſpaniæ.Silli.i.j.Hinc certāt pactole tibi duriuſq; taguſq;.Furio furis,ſiue furo furis.et furor.Lucanꝰ,qs furor o ciues.Muria,riæ.Hor.i.ſer.qđ pingui miſcere mero muriaq; decebit.Nurus.rus.Ver.ij.æñ.Dardanis et diues Veneris nurus.Spurꝰ.ij.Auſoniꝰ,quiq; notas ſpurijs verſibꝰ appoſuit.¶ V.ante.s.lōga eſt,vt puſio puſionis.Iuue.qđ tecū puſio dormit.Buſiris lōga et breuis repitur.Vergi.neſcit buſiridis aras.Papi.lib.xij,nō trucibꝰ mōſtris buſiri infandūq; dediſti.Breuiāt vero fruſino.onis oppidū Italiæ.Iuueñ.aut fabrateriæ domꝰ:aut fruſinone paretur.Puſillꝰ.a.ū.ꝓ paruus.Hora.dij bene fecerūt inopē me quodq; puſilli.Suſurrꝰ.ri.Ver.in buc.ſæpe leui ſomnū ſuadebit inire ſuſurro.Suſanna fœmina in ſacris litteris quāq̄ videtur a ſuſis dicta.Claudianꝰ in epigrāmatis breuiauit,ſancta Suſanna ſua.¶ V.āte.t.lōga eſt,vt Vtor,Gluten,quāquā Vergi.de Mecœnatis obitu breuiauit dicens,cōglutināntur aq̄.Breuiāt vero cutis.is.Mart.de cute qđ faciat ille vel ille ſua.Frutex.icis.Oui.in.iij.de arte.Hos ego q canēt frutices violaria vidi.Futuo.is.Auguſtꝰ apđ Martialē,qđ futuit glaphyrā Antonꝰ hāc mihi pœnā Fuluia cōſtituit ſe quoq; vti futuā.Lutū luti.Hora.i.epła.Vixiſſet canis immūdus vel amica lutoſus.Mutina mutinæ.Luca.in.i.His ceſar peruſina fames mutinæq; labores.Mutilus mutila multum.Oui iij.de arte.turpe pecus mutilum turpis ſine gramine campus.Muto.onis.a quo mutoniatus.ata.atum.Marti.dormis cum pueris mutoniatis:eſt enim carmen phaleuticum.Horatius tamen primo ſermonum producit dicens.Huic ſi mutonis verbis mala tanta videntis.Puteus putei.Iuuenalis,hortulus hic puteuſq; breuis nec reſte mouendus.Putus puta putum,ſi Gellio credimus qui a puto putas declinat lib.ix.noctium atticarū.Putris,e,quod primam habere breuem oſtendit.Ouid.in primo de ponto dicens.Eſtur vt occulta vitiata putredine nauis.Idem.xv.metamorpho,Putrefacta eſt ſpina ſepulchro.Puto,tas,ſiue ꝓ eo qđ eſt cogito cogitas,ſiue ꝓ eo qđ eſt arbores purgo.Ruteni.orum.populi Germaniæ.Luca.in pri.ſoluuntur flaui longa ſtatione ruteni.Rutilus,a.um.rutilo.as.Vergi.hæc modo q̄ toto rutilauerat igne comarū.Rutuli populi Italiæ antiquiſſimi,Idem.i.æneidos,ternaq; trāſierint [illegible] ruulis hiberna ſubactis.Rutulus viri nomen tū breui tū longa legitur.Ouidi.vi.faſto,hæc tibi prepoſito memorāt dixiſſe rutuli.Marti,fame rutilum ſit e relinquas.Rutuba,bæ,fluuꝰ Italiæ,Lucanꝰ in.ij.vnde facit rutubāq; cauū dilabitur inde.Rutiliū.i.qđ ex rutilo colligit.Lucil.frumētarꝰ eſt.medicū his ſecū atq; rutellū.Rutupe oppidū Britāniæ littorale,Idē rutupinaq; littora feruēt.et Iuue.rutupino vel edita fundo.Vter.a.ū.et ab eo cōpoſita vterq;,vtraq;,vtrūq;.Vter vteris qđ tametſi in declinatiōe primā longā poſuit:idcirco ſuſpicor primā habere natura breuē:q̄ ab eo vterꝰ deriuatū breuiat.Ver.ij.æñ.ſtetit illa tremēs vteroq; recuſſo.Vtica.cæ,oppidū Aphricæ.Lucanꝰ in.vi.nō vticæ Lybicæ clades.Vti et ab eo cōpoſita,vtpote,vtinam veluti,*

¶ V.purū.ante.u.conſonantē longa eſt.vt Vua.vuidus.a.um.Verg.in buc.aut cuſtos gregis,aut maturæ vinitor vuæ. Idē in eodem,vuidus hiberna venit de glande Menalcas,qđ ſi conſonans præcedat.u.breuiatur.vt fluuius.ij.Pluuia.æ.Iuno.as.

A Ante.b.in medijs ſyllabis breuis eſt,vt Calaber.ra.rum.alabandæ.arum.Producūt vero atabulus.li.ventus Apuliæ pecularis.Horat.in primo ſerm. Oſtentare mihi quos torret atabulus & quos,Barabas. Sedulius in paſchali. Tunc coluere baal nunc elegere barabā,ſed potius dicendum eſt per duplex.bb.ſcribendum eſſe, interpretatur enim filius patris,qđ ſi per.b.ſimplex ſcribatur breuis repitur. vt apud Marullū in clauſula pētametri. mulciber eſt Barabas,Et verbalia in.abilis.vt amabilis.penetrabilis.& in.abundus,vt populabundus.amorabundus.errabundus.Verg.in buc.errabunda bouis veſtigia.& in.abulū.finita:vt venabulū.li.incunabulum.li. tintinabulum.li. Verg.in.iiij.æn.lato venabula ferro.Idem. Iouis incunabula cretam. Iuue.tot tintinabula dicas.In. abrum.quoq; produci debere ſuſpicor,quia ſemper reperio longam,vt velabrū.candelabrū.volutabrū.de dolabra nihil dico,quia dolabella reperitur breuis. ¶ A.añ.c.breuis eſt,vt alacer.Producunt vero benacus benaci.lacus Italiæ. Verg.ij.georg.fluctibus & fremitu aſſurgens benace marino.Cloaca.æ.Iuue.pinguis torrēte cloaca. Iracundus,a,um. Hora.in poe.Impiger iracundus inexorabilis acer.Meracus.a.um. Idem.ij.epiſto.expulit helebero morbū bilemq; meraco.Muſtaciū.ij.Iuue.cœnam & muſtacia perdas labente officio crudis donanda.Nouacula Mart.vel ſæua nouacula nudet. Opacus opaca.um.Iuue.tanti tibi nō ſit opaci. Paſtinaca.æ.& pro piſce & pro radice hortenſi.Macer. Eſt paſtinacæ virtus in ſemine tantum. Piſtacium piſtacij ex nucum genere arbor.Palladius de arborum inſitione,quin & amygdaleos ſubeunt piſtacia ramos.Portulaca portulacæ.Macer.Andragenes græce quæ portulaca latine,Sarracum.ci.Iuue.Frigida circuagunt pigri ſarracæ bootæ,in.acrū.finita ſemper producere inuenio. vt ſimulachrū.ambulacrū.Et nomina in.aculū.vt tabernaculū.li.retinaculū.li. gubernaculū.li. & in.aceus.a.ū.vel.acius.a.um.vt ordeaceus.a.um. arūdinaceus.a.um.gallinaceus.a.ū.vinacium.cij. ¶ A.ante.d.breuis eſt,vt bragada fluuius Aphricæ.Luc.iiij.Bragada lētus agit ſiccæ,ſulcator arenæ. Producit vero cicada.æ. Verg.in buc.Sole ſub ardēti reſonāt arbuſta cicadis. ¶ A.ante.g.lōga eſt.vt imago.inis.carthago.inis.Breuiāt vero aruiragus.gi.Iuue.& de temone Britāno excidet aruiragus.rex fuit Britāniæ,Aſparagus.i.Idē,aſparagis qua deſpiciat cōiuiua cauda,Chiragra.æ.Mart.ſed nil patrono porrigit,hæc chiragra eſt. Lalage.es.nomen pprium fœminæ.Mart,deſine iā lalage triſtes ornare capillos,lalages quoq; cuiuſdam meminit Hora.in odis. Mandragora mandragoræ. Colum, mandragoræ pariat flores mœſtamq; cicutam.Maſſageta. Lucanus in primo maſſagetem ſcythicus non alliget Iſter.Patagia fluuius.Verg.iiij.æneid.Latiiq; ſonantem patagiam. Pelagus pelagi. Verg.Non illi imperium pelagi ſæuumq; tridentem. Podagra.æ.Mart.litigat & podagra Diodorus flacce laborat. Vertagus vertagi. Idem in diſtich,non ſibi,ſed domino venatur vertagus acer. ¶ A.ante.l.breuis eſt.vt Menalus.li.Producunt vero hic aqualiculus .Perſius. pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extat.hic Canalis. Vergilius. iij. Georgicorum. Currentem ilignis potare canalibus vndam. Omphale omphales. Propertius libro tertio.Omphale in tantum famæ proceſſit honorem.Sardanapalus. Iuuenalis.& Venere & cœnis & plumis Sardanapali. Stymphalum.vnde ſtymphalides. Claudianus, audieram memorandæ tuas ſtymphali volucres, Sandalium. Vergilius de obitu Mecœnatis. argentata tuos etiam ſandalia talos,Et in.alis,vt verbalis verbale,vocalis vocale.ſacrōctalis ſacrōctale.malalis malale. ¶ A.ante.m.breuis eſt,vt calamus calami.Producunt vero dictamum.i.Verg.xij.æneid.dictamum genitrix dictæa carpit ab ida.Et nomina verbalia in.amen.exeuntia.vt velamen.inis.certamen.inis.& exeuntia in.amentum.vt armētum.i.nucamentum.i.firmamentum.i.Velamen. Iuuena.clari velamen honoris,inde velamentum. Lucanus in viij. fluxu virorum velamenta vides.

V.purum ante.u.cōſonantem longum.eſt,vt vua; quod ſi conſonans pręcedat breuiatur,vt fluuius fluuij,Iuno.as.Pluuia,æ.

¶ De medijs Syllabis. Cap.v.

A Ante.b.in medijs ſyllabis breuis eſt,vt Calabria.æ.Syllaba.bæ.Producunt vero Atabulus.i.& verbalia in.abilis.deſinentia;vt Amabilis.e.& in.abundus.a.ū.vt Populabundus.a.um.& in. abulum; vt Incunabulum.li. Venabulū.i. Tintinabulum.li.& in.abrum;vt velabrum.

A.ante.c.breuis eſt,vt Alacer.cris.Producunt vero benacus.ci. Cloaca.ę. Iracūd⁹.a.um.Meracus.a.meracū. Muſtaciū.ij.Nouacula.æ. Opacus.a.ū. Paſtinaca,æ.Piſtacium.ij.Portulaca,ę.Retinaculum retinaculi.Sarracū.Et nomina deriuata in.acrum,vt Lauacrum. Simulacrum. Ambulacrū; vel in.aculum,vt Gubernaculum gubernaculi, Et in Aceus.a.um;vel acius.a.um, vt Ordeace⁹ ordecea.um.Gallinaceus.a,um. Vinacium.ij.

A.añ.d.breuis eſt;vt bragada flu.pducit v̄o cicada.

A.ante.g.longa eſt,vt Imago.ginis. Indago.as,vel indago.ginis.Breuiāt vero Aruiragus.i.Aſparagus.i.Chiragra.ę.Lalage.es.Mādragora.ę.Maſſageta.æ.Patagia.æ. Pelagus.gi. Podagra. græ. Vertagus.gi.Et nomina compoſita ab agorazo.quod eſt Emo.is.vt Pytagoras.Anaxagoras.Et ab ago;quod eſt duco,vt pædagogus , Synagoga.gæ.Paragoge.ges.Et a Frango;vt naufrag⁹. Et a Vagus vaga vagum,vt noctiuagus.

A.ante.l.breuis eſt,vt Męnalus.li.Ital⁹.i.Producūt vero canalis:Omphale.Sardanapal⁹.Ptymphalus.Pandalium.Et in.alis.deſinētia, deriuata a nominibus vel a verbis;vt Animalis. e. Venalis.e.

A.ante.m.breuis eſt,vt Calam⁹.i. Thalamus.i.Producūt.vero Dictamū.i.Et verbalia in.amen.ſiue .amentū.finita;vt ſolamē, iuuamē; iuuamentū;

*Armamentū.i. Luc.in.ix.vincitur & nudis auertitur armamentis. Inde armamentariū. Iuue. quicq̄d habent telorū armamẽtaria celi. Et nomina hebrea ad noſtram declinationem extenſione ſyllabarum reducta, quæ quia in fine accuuntur: in eadē ſyllaba retinent accentum. & ex conſequenti ratione latina eandem producunt. vt adam adamus.i. abraam abraamus.i. roboam roboamus.i. ¶ A. ante. n. loga eſt. vt inanis.e. romanus.a.um. garganus.i. neq; enim vſq̄ breuiatur: vt quidam delirant. Breuiant vero apidanus.i. Luca.in.vj. apidanus nunq̄ celer niſi mixtus enipeus. balanus.i. atq; inde balanatus.a.um. Hora.iij. car. nec preſſa tuis balanus capillis. Perſi. balanatum gauſape pectis. Clibanus.i. quod nomen græcum eſt: interpretaturq; fornax. Drepanum.i. Verg.iij.æn. Hinc drepani me portus & illætabilis ora. Dardanus filius Iouis. Verg.in.vij. Dardanus idæas phygiæ peneiravit ad vrbes. Eridanus.i. Verg.in.vj. plurimus eridani per terram voluitur amnis. Galbanū.i. Iuue. cerulea indut9 ſcutulata, aut galbana raſa. Verg.iij.geor. galbaneoq; agitare graues nidore chelydros. Hypanis.is. Ver.iiij. georg. ſaxoſumq; ſonās hypanis myſuſq; caicus. Hyppomanes. Idem in.iiij.georg. hyppomanes lentum diſtillat ab inguine virus. & Iuue. Hyppomanes carmẽq; loquar, coctumq; venenum. Laganū.i. Hora.j.ſer. inde pro laganiq; catinum, & ibidem laganum portantes ecnophorumq;. Libanus. Sedulius in paſchal. ſemper habens frondes & tanq̄ libana cedrus. Raphanus.i. Catullus intrabunt raphaniq; mugileſq;. eſt enim carmen phaleuticum. Rhodanus.i. Ouid.ij.meta. heſperios amnes rhenum rhodanūq; padūq;. Sathanas mediam producit ratione ſuperius dicta: quoniam dicitur a ſathā. Et noīa græca in phanos vel phanes deſinentia, vt ſtephanus. diaphan9 diaphana diaphanū. epiphanes.is. ariſtophanes.is. Hora.i.ſermo. eupolis atq; cratinus ariſtophaneſq; poetæ. Sicanus.a.um. mediam habet indifferentem. longam. vt apud Verg.v.æn. Fida reor fraterna Erycis portuſq; ſycanos, breuem vt apud Ouid.in ibin. plurima quæ flāmas ſicanus ætna vomit. Cyane quoq; indifferentem habet, breuem apud Ouid.in.ij.de ponto. quāquā ſui: cyanem miſcet anapis aquis. Mart. ſic minimas intrant cyaneaſq; rates. longam apud Iuuen. cyanes plenos & tēpeſtatibus vtres. Ouid.ix.meta. cognita cyane preſtāti corpore nympha. ¶ A. ante. p. breuis eſt: vt alapa.*

Et hebrea ad declinationem noſtram reducta, vt Adam adamus.i. Abraam abraamus.i.

A. ante.n.longa eſt, vt inanis. Breuiāt vero Apidanus.ni. Balanus.ni. Clibanus.ni. Drepanū.i. Dardanus.i. Eridan9.i. Galbanum.i. Hypanis.is. Hippomanes. Laganum.i. Libanus libani. Raphan9 raphani. Rhodanus.i. Et nomina græca in phanos vel phanes deſinentia, vt Stephanus.i. Epiphanus.i. Ariſtophanes.is. Sicanus ſicana ſicanū & Cyane indifferentem habet.

A. ante.p.breuis eſt, vt Alapa.æ. terapne.es. Producunt vero anapis.is. meſapus.i. Priapus priapi. ſerapis.is. ſinapis ſinapis.

A. ante.q.breuis eſt: vt Tanaquil. Producunt vero nequaq̄ & vtraq; i ablatiuo; & vſq;quaq; aduerbiū.

A. ante.r.breuis eſt, vt Cithara.ræ. Barbarus.a.um. Producūt vero Amaracus.ci. Amarus.a.ū. Auarus.a.um. Cochleare.is. Denarius.ij. Tiaras.e. Et Denominatiua in.aris, vel.arius.a.um. vt Auxiliaris.e. Antiquarius.a.um. Sextarius.ij. Sacrariū.ij.

A. ante.s.breuis eſt; vt Petaſo.onis. Carbaſus.i. Producūt vero. Agaſo.onis. Amaſis.is. Omaſum.i.

A. ante.t.breuis eſt, vt Cyathus.i. Calath9 calathi. producunt vero Acathes.æ. pro lapide. Aratus.i. Aratrum.i. Egathes inſulæ. Et propria nomina in ares. vt Phraates.is. Euphrates.is. Mithridates. Et denominatiua in atus. vt ſenatus.

*Terapne.es, oppidum laconiæ, nam breuiare Sillius Italicus oſtendit, vt diximus alias, cum dixit, nonnunq̄ affirmat terapneis ilion armis. Ouid. in epi. ħ. paridis poſitione producit dicens. Rure terapneo nata puella phrygen. Producunt vero anapis Siciliæ fluuius. Ouid. xiiij. meta. & cyanes & anapis & ortygia aretuſa. Meſapus.i. nomen eſt proprium viri a Vergi.in.æn. celebrati. Priapus.i. Idem in buc. ſinum lactis & hec te liba priape quotannis. Serapis.pis. deus ægyptiorum. Mart. vincebant nec quæ turba ſerapin amat. Sinapis.is. Columel. ſeq; laceſſenti fletum factura ſinapis.*

*¶ A. āte. q. breuis eſt. vt tanaquil. Iuue. ante tamen de te tanaquil tua quando ſororem. Nequaq̄ vero producit & vtraq; in ablatiuo, nam in nominatiuo & accuſatiuo breuiat. ¶ A. ante. r. breuis eſt, vt cithara.æ. barbarus.a.um. taurus.i. tartarus tartari. Producunt vero amaracus.i. Verg.j.æn. idaliæ lucos vbi mollis amaracus illum. Amarus amara amarū. Idem.j.geor. & amaris intyba fibris. Auarus auara auarū. Hora. ſemper auarus eget. Cocleare.is. Mart. mittere cū poſſis vel cochleare mihi, & in diſtichis, nūquid ſcis potius cur cochleare vocer. Denarius denarij. Mart. vnus ſæpe tibi tota denarius arca. Idem tamē alio in loco breuiauit dicens. Denarijs tamē hanc non amo baſſe tribus. Tiaras.æ. Verg.vij.æn. ſceptrum ſacerq; tiaras. Iuue. phrygia veſtitur bacchatiua. Et denominatiua in arius aria ariū, atq; ſubſtātiue accepta in arius, & ariū, vt ſextarius ſextarij, armariū.ij. veſtiariū veſtiarij, roſariū.ij. Iuue. de quo ſextarius alter. Idem, aut apud Fuſca potius ſacraria lene. ¶ A. ante. s. breuis eſt: vt petaſo.onis. carbaſus.i. pegaſus.i. Producunt vero agaſo.onis. Perſi. hic dama eſt non treſſis agaſo. Amaſis.is. Lucanus in.ix. non mihi pyramidum tumulis euulſus amaſis. Omaſum.i. Hora. ceu pingui tentus omaſo.*

*¶ A. ante. t. breuis eſt, vt cyathus.i. iapetus.i. carpathus.a.um. Producunt vero aratus.i. poeta græcus. Germanicus in aratū. a Ioue principium magno deduxit aratu. & Ouid. cū ſole & luna ſemp aratus erit. Achates.æ. nomen propriū viri celebris & lapidis, cuius meminerunt Plini. atq; Solinus. Verg.j.æn. ipſe vno graditur comitatus achate. Aratrū. cuius mediam natura eſſe longam vel ex eo colligimus, q̄ apud idoneos autores ſemp longa reperitur. tamet ſi a græcis aratron per omicrō ſcribatur, & Petrus Riga quodam in loco breuiauerit. Egathes inſula in mari ſiculo Sillius lib.j. puni. ſlore virtus qui egathes abolere parentum dedecus: & in eodem opere ſæpe.*

¶ A.ante.u.cōſonantē longa eſt:vt cadauer.eris.papauer.eris. Batauus.a.um. Iuuē.hic petit euphratem iuuenis domitiq; bataui.& Mar.in diſti.& mutat latias ſpuma batana comas.Luca.tū in.i.breuiauit dicēs.Vangiones batauiq; truces quos ere recurno.Patauiū.ij.Vergili.primo æneidʾ.hic tamen ille vrbem pataui.

E.Ante.b.breuis eſt,vt ereb9.i.terebinth9.i.celebris.e.muliebris.e.Producūt vero coreb9.i.Ver.ij.æn.Iuuenisq; corebus mygdonides.Ephœb9.i.Iuue,armeni9 zalates cūctis narrat ephœbis.Perrhæb9.a.ū.a perrhæbe vrbe Theſſaliæ.ſed p.æ.diphthongon ſcribitur.Oui.xij.meta.corpore nō læſo perrhæbum cenea viditcenea perrhæbum.¶ E.ante.c.longa eſt,vt imbecillus.a.um. qdʾ ex in & bacillus componitur in quo prima breuiatur. Breuiant vero illecebræ.Claudian9 in Ruffinū.Illecebris capitur nimiū. Seneca ſenecæ.Iuuenalis,a Seneca,q̄ piſo bonus q̄ cotta ſolebat.Senecio ſenecionis,eadem quoq; rōne breuiat. ¶ E. ante.d.longa eſt,vt teredo teredinis,vredo vredinis,albedo albedinis.Breuiant vero andromeda andromedæ.Ouidi.in epiſto.ſapph. Andromede patriæ fuca colore ſuæ.Eſſedū.i.Vergi.tertio georgico. belgica vel molli meli9 feret eſſeda collo.Lebedos.Horati.ſcis lebedos qd ſit.Peucedanū.ni.Macedo macedonis.Luca.in qnto,in macedū terras miſcens aduerſa ſecūdis. Tenedos tenedi.Vergi.ſecūdo aeneidos,eſt in conſpectu tenedos notiſſima fama. Et ab hedra hoc eſt ſede compoſita:vt cathedra.æ,ſynhedra ſynhedræ,exhedra exhedræ, Martialis decimo epigrā. cū cathedraticos portet tibi rheda miniſtros,Vnedo vnedonis.ideo breuiatq́uia ab vnus & edo componitur,Et a medeo.i.impero. vt Laomedon,Alcimedon . Et a cleos gloria, vt Empedocles. Sophocles. ¶ E.ante.f.indifferens eſt:vt tepefacio,liquefacio liquefacis,Horati.ſecūdo ſermo. matris iugulo ferrum tepefecit acutum, tepefecit ſecunda breui poſuit.longam Catullus poſuit dicens. Alta tepefaciet permixta flumina cæde.Vergi.ſecūdo aeneidos,ūlos patefactus ad auras, & Propertius nec flenti dn̄æ patefiant nocte feneſtræ.Veneficus ſemper producere reperitur:ſed id forte efficitur, quoniam ſi plures ſyllabæ breues concurrerēt,vix poſſet recipi in hæc genera carminum quæ ſunt magis in vſu,aut quia in veneno ſecunda producitur. ¶ E.ante.g.breuis eſt,vt thelegonus.i.elegus elegi,vcalegon vcalegonis.Producunt vero Cethegus cethægi,nomen proprium viri Romani. tamen diphthongo,æ.ſcribitur.Iuuenalis, clodius acceuſet mœchos.cathilina cethægum, ¶ E. ante.l.breuis eſt, vt obelus obeli,quod breuiare ex eo manifeſtū eſt : quod a græcis per epſilon ſcribitur, & quod in diminutiuo illius a Virgilio in roſis breuiatur,cum dicit : hæc aperit ſummi faſtigia celſa obeliſci. Sepelio ſepelis. Perſius, ia=pridem hunc ſepeli : tu reſtas : perge tacebo. Producunt vero phaſelus phaſeli.Iuuenalis.Paruula fictilibus ſolitum dare vela phaſelis. Cybele tum breuiare tum producere reperitur. Vergilius tertio æneidos, Hinc mater cultrix. Cybeles , Corybantiaq; æra,cum vero producitur per duplex.ll.ſcribi conſueuit.Lucanus in primo, & lotam paruo reuocant almone Cybellen.Barbara vero in.el.finita quæ ad noſtram declinationem ſyllabæ extenſione reducuntur : producunt, vt Michael, Michaelus Michaeli.Iſrael, Iſraelus Iſraeli, ¶ E.ante.m.longa eſt, vt eremus eremi,nam per.e.longum in ſecunda ſcribitur a græcis, in quo peccauit Hymnographus cum in carmine Sapphico ſcripſit,Prepotens martyr eremiq; cultor. Racemus racemi , vindemia vindemiæ, Breuiat vero Artemis artemi.Diana.vnde Artemidorus.Artemiſia.Elementum elementi.Horatius primo ſermonum. doctores elementa velint vt diſcere prima. Ptolemæus ptolemæi.Lucanus in nono.Te Ptolemæe feram fruſtra ciuilibus armis. Tlepolemus.i. Ouidius in epiſtola Penelopes. ſanguine Tlepolemi Lyciam tepefecerat haſtam.Vehemens vehementis.Prudentius,præceptor vehemens ſandis. ¶ E.ante.n.producitur,vt verbena verbenæ,murena murenæ,catena catenæ,alienus,alienat alienum.Breuiant vero armenia.æ.Verg.in buccolicis.Daphnis & Armenias curru ſubiūgere tigres.Eben9 ebeni.Vergi.primo georgico.fert ebenū ſola eſt aurea virga ſabæis.Helenus.i.

A.ante.u.conſonantē lōga eſt;vt Cadauer.eris. Papauer papaueris. Breuiant vero Batauus.a.um.Patauium patauij.

E.Ante.b.breuis eſt;vt Tenebræ tenebrarum. Erebus erebi.Producunt vero Corebus corebi. Ephœbus ephœbi. Perrhæbus perrhæba.perrhæbum.

E.ante.c.longa eſt;vt imbecillus.a.um.& a theca compoſita;vt Bibliotheca;Apotheca.Breuiant vero illecebræ illecebrarum,Seneca ſenecæ.Senecio ſenecionis,

E.ante,d.longa eſt;vt Teredo teredinis. Breuiant vero Andromeda andromedæ. Eſſedum eſſedi.Lebedos lebedi.Macedo macedonis.Peucedanum peucedani. Tenedos tenedi. Vnedo vnedonis.Et ab hedra compoſita : vt cathedra; ſynhedra;exhedra.Et a medeo;quod eſt impero compoſita;vt Diomedes.Et a cleos quod eſt gloria;vt Empedocles.

E.ante.f.indifferens eſt;vt tepefacio tepefacis; calefacio calefacis.Producunt vero Veneficus.i. Venefica veneficæ.

E.ante.g.breuis eſt; vt Elegia elegiæ. Telegonus telegoni. Producit vero Cethegus, i. Aliqui diphthongo ſcribunt,

E.ante.l.breuis eſt;vt obelus obeli.Sepelio ſepelis. Producunt vero Phaſelus phaſeli. Philomela philomelæ.Et deriuatiua in.elis. vt Crudelis.& in ela.vt Tutela tutelæ. Cybele indifferentem habet.

E.ante.m.longa eſt;vt eremus eremi.Breuiant vero Artemis artemidos.i.diana ; & ab eo compoſita. Elementum elementi. Ptolemæus ptolemæi. Tlepolemus tlepolemi. Vehemens vehementis.

E.ante.n.producitur: vt Verbena verbenæ.Breuiant vero Armenia.æ,Eben9.i.Helen9 heleni.

Helena.æ.Verg.iij.æñ.hos Helenus monit9.idem in.i.ernatus argiuæ Helenæ,quos illa mycenis.Iuuenis.is.Idem in.ij.iuuenes fortiſſima fruſtra.Ingenium ingenij.Hora.ingenium Graiis muſa dedit ore rotundo.Ingenuus.a.um.Iuue.ingenuiuultus puer ingenuiq; pudoris.Olenos.i.oppidum Aetoliæ:alterum fuit Boeotiæ.Papi.iiij.theb.olenos ionijs e fluctibus hoſpita portu.Seneca in troade.olenos tectis habitata raris.Porſena.æ.rex hetruſcorum.Mart.hãc ſpectare manum porſena non potuit.Ver.tñ in.viij.æñ.autoritate ſua pduxit dicens,necnon Tarquinum eiectum,Porſenna iubebat,atq; ideo p.nn.duplex ſcribi cõſueuit.Breuiãt quoq; a venio.is.compoſita,vt

Helena helenæ.iuuenis iuuenis.ingenium ingenij.Ingenu9 ingenua ingenuum.Olenus oleni.orcomenos. Porſena porſenæ. Et compoſita a venio venis,vt aduena aduenæ.Et a genes;hoc eſt gen9;vt Archigenes;Antigenes.Diogenes;Hermogenes;Menogenes.Origenes;Protogenes;& a ſtenos;hoc eſt robur;vt antiſthenes.calliſthenes;Demoſtenes.Et a parthenos quod eſt virgo;vt Parthenius parthenij.Parthenope;parthenopeus.Et in,mene,vel,menes,finita,vt Clymene climenes. Nyctimene nyctimenes. Peridimenes peridimenis. Achæmenes achæmenis.Philopomenes.

E,ante.p.breuis eſt;vt Telephus.i. Producũt vero Aſopus.pi.Aſclepius.ij.Ioſephus.i.Præſepe.pis.

E,ante.q.breuis eſt;vt diequarti;diequinti.

E,ante.r.breuis eſt;vt Cerberus cerberi;Producũt vero Abdera abderæ, Auſterus auſtera auſterum.Chimera chimeræ. Cithera citherorum, Citheron citheronis. Cyperus cyperi. Galerus galeri.Homerus homeri.Et a Hieros compoſita.vt Hiera hieræ.Hierapolis.Iberus iberi.Machera macheræ, Megera megeræ. Myſterium myſterij.Niceterium niceterij.Panthera pãtheræ.Poderis.is.Syncerus.a.um, Seuerus ſeuera ſeuerum.Trieteris.idis.

E,ante.s.breuis eſt;vt Apeſas.antis. Aereſis. Producũt vero Carcheſiũ.ij.Diœceſis.eos.Galeſus.ſi.Haleſus.i.Ieſus. Lyrneſus.i. Myleſius.a.um.

aduena.æ.cõuena.æ.Et a genes qđ interpretatur gen9,vt Archigenes.Iuue.aduocat archigenẽ oneroſaq; pallia iactat. Antigenes.Vergi.in buc.nõ tulit.Antigenes & erat tũ dign9 amari.Diogenes,Auſoni9.Diogenes,obijt nõ obijt ſed abijt.Hermogenes.Hora.ij.ſer.inuideat qđ Hermogenes ego cãto.Menogenes.Mar.menogenẽ omni tu licet arte velis,Origenes.is.Hor.i.ſer.vt quõdã marſe9 amator origenis ille.Imperiti hui9 rationis dicũt hermogenes & origenes penultima longa. Protogenes.Iuue.Proteges aliqs vel diſphil9 aut erimãthus.Breuiãt etiã a ſthenos,hoc eſt robur & valẽtia cõpoſita,vt Antiſthenes.is,Calliſtenes.is.Demoſthenes.Idẽ.Eloquiũ & famã Demoſthenis & Cicerõis.Et a parthenos:qđ interpretatur virgo cõpoſita & deriuata,vt Partheni9 mõs Arcadiæ,Ver.i buc.frigora parthenios canib9 circũdare ſalt9.Parthenope,Neapolis Italiæ ciuitas.Idẽ.iiij.georgi.illo Vergiliũ me tpe dulcis alebat Parthenope.Parthenope9.i.rex Arcadiæ,Idẽ.vi.æñ.Parthenope9 et adraſti pallẽtis imago.In,mene,quoq; ſiue,menes,finita:Et Clymene.es.Melpomene.es. Periclimenes.is.Achæmenes,is.Oui.i.meta.Et tulit ad clymenem epaphi cõuitia matrẽ.Hor.iiij.car.Quẽ tu melpomene ſemel:eſt enim carmẽ pherecratiũ.Idẽ.ij.car.hũc tu q tenuit diues Achæmenes.Ouid.xij.meta.Mira periclemenes mors eſt cui poſſe figuras.¶ E.ãte.p.breuis eſt,vt Teleph9.i.Producũt vero Aſop9.i.fluui9.Priſcia.in perihegeſi ex Dionyſio,atq; malos lemures qđ pellit munus aſopi.Aſclepi9.ij.medic9 fuit preſtãtiſſim9,ſcribiturq; a græcis p.e.lõgũ.Macer.nõ modicũ ſanos aſclepius aſſerit illas.Ioſeph9 quoq; pducit rõne a nobis ſæpius dicta,de noib9 barbaris ad latinã declinationem reductis.Iuuẽc9 vrget monitis Mariæ pueriq; Ioſeph9

Præſepis.is.vel præſepe.is.vel præſepiũ.ij.Ver.i buc.cũ primũ paſti repetẽt præſepia tauri.E.ãte.q.breuis ẽ.vt diequarte vł diequarti.diequintæ vel diequinti,vt autor eſt Gell.lib.x.nocti.attica.aduerbia ſunt ſignificãtia diẽ quartã diẽ quintã futurã,vt cras:perẽdie,q̃ ex diẽ & quarti & quinti cõpoſita ſunt,eodẽ tñ autore illa.e.breuiat qđ erat alioqui lõgũ.¶ E.ãte.r.breuis eſt,vt cerber9.i.vter9.i.patera.æ.iterũ aduerbiũ.Producũt vero abdera.æ,oppidũ Thraciæ,vnde eſt abderitanus,a.um.Mart.abderitanæ pectora plebis habes.Auſter9,a.ũ,Hor.ij.ſer.mollit auſterũ ſtudio fallẽte laborẽ.Cythera.orũ.vnde eſt cythere9.a.ũ.& Ven9 cytherea dicta,Ver.i.æñ.Hũc ego ſopitũ ſomnio ſup alta cythera.Idẽ in eodẽ,parce metu cytherea manẽt immota tuorũ.Cyper9.ri.iũci odorati ſpecies ẽ:& viri nomẽ ppriũ apđ Martialẽ celebratũ.Galer9.ri.Iuue.Sed nigrũ flauo crinẽ abſcõdẽte galero.Hiera hieræ.Ver.ix.æñ.quos Iouis eduxit luco ſilueſtris hiera.Homer9.Hora.Enni9 et ſapiẽs & fortis & alter Homer9.Iber9.ri.fluui9 Hiſpaniæ,Luca.i.iiij.Qui præſtat terris aufert tibi nomẽ iberus.Myſteriũ.rij.Ouidi9,Pẽdim9,interdũ doctis myſteria rerũ.Niceteriũ.rij.Iuue.Et ceromatico fert niceteria collo,& alia noia græca in terion deſinẽtia:q̃ apđ illos p eta ſcribũtur,vt pſalteriõ,phylacteriõ,apodyteriõ,cœmiteriõ,baptiſteriõ,nã latina hui9 formæ breuiãt,vt magiſteriũ,miniſteriũ,Poderis gen9 veſtis talaris:cui9 meminit diu9 Ioãnes i Apocalypſi:ideo pãuere dixim9 q̃ ga p.e.lõgũ a græcis ſcribitur,Syncer9.ra.rũ.qđ a ſyn:& cera cõponitur.Hora.ſyncerũ eſt niſi vas qđcũq; infundis aceſcit.Seuer9.ra.rũ.Idẽ.ad imã cẽbare ſeueris.Trieteris.dis,& trieteric9.ca.cũ.Papi.iiij.theb.Lẽ9 [illegible] atra ſacrã recolet trieteris opheltẽ.Ver.iiij.æñ.Thyas vbi audito ſtimulãt trieterica baccho.¶ E.ãte.s.breuis ẽ,vt hæreſis.is.atheſis.is,fluui9.pducũt vero carcheſiũ.Ver.iiij.ge.Et mater cape mæonij carcheſia bacchi.Diœceſis ſcda p diphthõgõ:q̃a p.oia græcis ſcribitur penultima p.e.lõgũ:quia p eta lõgũ ab illis ſcribitur,duplex a iuniorib9 in hac dictiõe cõmittitur error litteraturæ videlicet & accẽt9.Galeſus.i.Ver.iiij.geor.Quã niger humectat flauẽtia culta galeſus.Haleſus.i.fluui9 Siciliæ,Columel.& q̃ Sicani flores legiſtis haleſi.Ieſus qđ eſt triſyllabũ,vt apđ Iuuẽcũ ſemp qui ſequitur græcos qui.i.cõſonãtẽ nõ hñt.Lyrneſus oppidũ phrygiæ.Ver.xij.æñ.Lyrneſi dom9 alta:ſolo laurẽte ſepulchrũ.Mileſi9.a.ũ.Idẽ.iiij.geor.ſẽſit ad circũ mileſia vellera nymphæ.

[library stamp]

Marpeſus, i. Magneſia magneſiæ. Matheſis, eos. Poeſis poeſis. Syntereſis, is. Et ab Eſus, a. ũ. compoſita, ut Obeſus, a. um.

E. ante. t. longa eſt; ut moretum moreti. Breuiant vero Amethiſtus amethiſti. Arethuſa arethuſæ. Chryſendetum chryſendeti. Iapetum iapeti. lampetiæ. Macetes macetæ. Pharetra pharetræ. Pheretrum pheretri. Pyretrum pyretri, Phaeton phaetontis. Phetuſa phetuſæ Taygeta, æ. Taygetus taygeti. Triquetra triquetræ. Triquetrus, a, um, Temetum temeti. Venetus veneta venetum. Vietus vieta vietum. Et denominatiua in, etas, deſinentia, ut Pietas pietatis. Varietas varietatis. Et ab arete. hoc eſt virtute cōpoſita, ut Paneretus panereti. Aretalogus, i.

I. Ante. b. breuis eſt, ut Senſibilis ſenſibile, alibi.

I. ante. c. breuis eſt. ut Ruſticus. Amycus nomē proprium viri. Producunt vero. Amicus amica amicum. Apicius apicij, Apricus aprica apricū, Aricia ariciæ, Caicus caici. Canicula caniculæ. Craticula craticulæ, Cuticula cuticulæ. Cuniculus cuniculi. Conuicium conuicij. Ceruical ceruicalis, Equicolus equicoli. Febricula febriculæ, Formica, æ. Labicum labici. Lectica lecticæ, Lorica loricæ. Lumbricus lumbrici. Myrica myricæ. Marica maricæ. Mendicus mendica mendicum. Meretricula meretriculæ, Multicium, ij.

Marpeſꝰ. i. mons Pari, ut Seruiꝰ inquit, Verg. vi. æñ. Quam ſi dura ſilex aut ſtet marpeſia cautes. Magneſia magneſiæ, & magneſius. a. um regio Theſſaliæ. Matheſis. eos. quoniam p. e. longũ in penultima ſcribitur. Poeſis quoq; eadem ratione ꝓducitur. Horatiꝰ in poet. ut pictura poeſis erit. Syntereſis penultima longa: q͞a p. e. longũ a grecis ſcribitur p. t. non p. d. in ſecũda, ergo duplex quoq; error a noſtris committitur in hac dictione, alter litteraturæ, accentus alter. Alia quoq; repiuntur complura ꝓduci: quia p. e. porrectũ a grecis ſcribuntur, ut Hebeſus. Moneſis, Vogeſus, & ab eſus. a. um. compoſita, ut adeſus. a. um, obeſus. a. um. ¶ E. ante. t. longa eſt, ut moretum. i. pinetum. i. facetus. a. um. Breuiant vero amethiſtus. i. Mart. cum poteſt amethiſtinos trientes: eſt enim carmē phaleuticum. Aretuſa. ſæ. Vergi. in buc. Extremum hũc aretuſa mihi concede laborem. Chryſendetum. i. Idem. ſi videre potes miſeri chryſendeta cinnæ. Iapetus. ti. Oui. pri. metamor. Quã ſatus iapeto mixtã fluuialibus vndis. Lampetiæ. Idem cãdida lãpetiæ. Macetes. tæ. Papiniꝰ in achil. quo macetæ ſua ſigna citent. Pharetra. æ. Ver. primo æñ. Succinctam pharetra: aut maculoſæ tegmine lyncis. Pheretrum. i. Idem in. xi. Sed venit in mediũ pheretro pallãte repoſto. Pyretrum. i. Macer. eſt pyretrum calidum. Nam poſitione ꝓduxit Ouid. in. ij. de arte dicens. tritaq; & annoſo flaua pyretra mero. Phaeton, ontis. Marti. quid tibi vis dipyron qui phaetõta facis. Phetuſa. æ. Oui. ij. metamor. Equis phetuſa ſororũ, nam per. æ. diphthongon non ſcribi, alibi teſtati ſumꝰ. Taygeta. tæ. vna ex pleiadibus. Oui. iiij. faſto. Maiã & lectrã taygetãq; Ioui. Taygetus. ti. mons laconiæ q taygeta. Ver. ij. geor. Virginibꝰ bacchata lacænis taygeta. Triquetra. æ. p Sicilia, & Triquetrus. a. um. Nam poſitione Hora. ꝓduxit in. ij. ſermo. dicens, quid militibus ꝓmiſſa triquetra. Temetum. i. Iuueñ. de corcyra temetum deduxerat vrna. Venetus. a. um. Idem cõtẽtuſq; illic veneto duroq; cuculo. Mar. In venetis ſint lauta licet conuiuia terris. Vietus. a. um. Hora. in epodo. quis ſudor vietis & q̃ malus vndiq; membri. Lucre. tñ proportionem ſecutꝰ lib. iij. de rerũ natura ꝓducit dicens: nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe vietum. nã a vieo. es. uiui participium eſſe videtur, eſt autem vietus languidꝰ. Breuiãt quoq; denominatiua in. etas. exeuntia, ut a pius pietas, a varius varietas, a nimius nimietas, a ſatis ſatietas. Et ab arete q͞d interpretatur virtus deriuata & cõpoſita: ut panaretos q͞d interpretatur oĩm virtutũ plenꝰ: quo nõie a q̃buſdã dictꝰ eſt liber, q ecclaſticꝰ appellatur. Eſt etiã viri nomē ꝓpriũ apd̃ Mar. arguto mediꝰ pollice panaretꝰ. Aretalogꝰ hoc eſt virtutis ſermo vel narrator. Iuue. nouerat ut mēdax aretalogus in mare nemo. Alij ab aretos q͞d eſt placidus deducunt: quaſi placida loquens.

I. Ante. b. breuis eſt, ut ſenſibilis. e. credibilis. e. terribilis. e. alibi aduerbiũ. Oribaſus apd̃ Oui. canis nomē ꝓducit q͞a p. e. diphthõgõ ſcribitur, dicit enim. Doricꝰ & oribaſus arcades oẽs. ¶ I. añ. c. breuis eſt, ut ruſticꝰ. a. ũ. vrbicꝰ. a. ũ. Amycꝰ. i. nomē viri a Ver. celebratũ in. f. æñ. nũc Amyci caſum gemit & crudelia ſecũ. Idẽ in. v. bebrycia veniẽs amyci de gẽte ferebat. Producũt vero amicꝰ. a. ũ. & amicitia. æ. & amico, as. Apiciꝰ. Iuue. q̃ miſer & frugi nõ fecit apiciꝰ. Apricꝰ. a. ũ. Ver. i buc. ducerct apricis in collibꝰ vua colorē. Aricia. æ. Hor. i. ſer. egreſſum magna me excepit aricia Roma. Caicꝰ. i. nomē viri & fluuij. Ver. i. æñ. aut Capyn aut Celſis in puppibꝰ arma caici. Idẽ. iiij. geor. ſaxoſumq; ſonãs hypanis myſuſq; caicꝰ. Canicula, æ. Perſiꝰ, ſcire erat i voto dãnoſa canicula quãtũ. Craticula. æ. Mart. parua tibi tucurua craticula ſudet ofella. Cuticula. æ. Perſius. ſemp & aſſiduo curata cuticula ſole. Cuniculꝰ. i. Mart. gaudet i effoſſis habitare cuniculꝰ antris. Cõuiciũ. ij. ſiue p. a. ſiue p. c. ſcribatur. Oui. i. meta. & tulit ad clymenē epaphi cõuicia matrē. Ceruical, alis. Mar. ſinge caput nardi folio ceruical olebit. Eqcolꝰ. i. ꝓpli ſunt Italiæ. Ver. ix. æñ. & pulcher eqcolꝰ armis. Febricula. æ. cuiꝰ deriuatũ Catul. poſuit dicẽs: verũ neſcio q͞d febriculoſi. Formica. æ. V[illegible]r. i. iiij. ac velut ingẽtẽ formicæ farris aceruũ. Labicꝰ. ci. Idẽ. vij. æñ. & picti ſcuta labici, & ſili. xij. iãq; adeo eſt agros igreſſus & arua labici. Lectica. æ. Iuue quadrẽtes lectica petit, ſequiturq; maritũ. Lorica. æ. Vergil. xij. æneidos, loricã quam Demoleo detraxerat ipſe. Lumbricus lumbrici. Serenus, lumbrici quoq; terreſtres miſcentur oliuo. Myrica myricæ, Vergi. in buccolicis non omnes arbuſta iuuant humileſq; myricæ. Marica. æ. nympha & ſilua eiuſdem nominis in Italia. Vergili. ſeptimo æneidos, hunc fauno & nympha genitum laurente marica. Mendicus mendica mendicum & mendico mendicas. Hor. i. ſermo. mendici, mimi, barathrones hoc genus omne. Iuue. digito mendicat pollio nudo. Meretricula. æ. Hora. ij. ſermo. meretriculæ Dauum. Multiciũ, cij. Iuue. tu multicia ſumas, & ſindemquero an deceãt multicia teſtem.

Naſica.æ.Nouicius.a.um.Numicius.ij. Palicus.i. Periculū.i.Poſticus a.ū.Poſticū.i.Pudicus.a.um. Pedico.as.Pediculus.i. Phœnicopterꝰ.i.Redimiculū.i.Rubrica.cæ. Triuicus.i. Tibijcen.inis. Tegeticula.æ. Vaticanus.i. Viticula.æ. Veſica.cæ. Vrtica. æ. Vmbilicus.i. Vſtica.æ.Et a nice; hoc eſt victoria;cōpoſita, vt polynices.is. Olimpionices.e.Et nomina barbara in.icus,vt Alaricus.i. Theodoricus.i.Fredericus.i.

I ante.d.breuis eſt,vt Liuidꝰ.a.um. Cupidus.a.um. producunt vero Abydos.i. Acidalia.æ. Deſidero.as. Faſtidio.is. Formido.as. trucido.as. Et nomina in.ido.exeūtia;vt crepido.inis. cupido.inis. formido.inis.libido.inis. Et nomina patronymica maſculina a nominibus in eus diphthongon deſinentibus;vt a ꝓmetheus.ei.ꝓmethides. A tideꝰ.ei.tidides. Nā reliqua fere omnia breuiāt;vt a priamo priamides;a neſtore neſtorides,ab Agamēnone agamēnonides.

I ante.f. vnum reperio productum. Alliſæ alliſarum.

I ante.g.breuis eſt;vt litigo;ꝓducunt vero auriga.e.

*Naſica.æ.nomen proprium viri. Romani qui cognominatus eſt Publius Scipio Naſica.Nouicius.a.um. Idem,tetrumq; nouicius horret.Numicius.ij.fluuius Italiæ.Verg.vij.æn.tyrrhenū ad tybri fontis vada ſacra numici.Palicus.ci. ſtagnum & puer.Verg.placabilis ara palaci.Periculum.i.Perſius.nil ne pudet capiti non poſſe pericula cano.Poſticus.a.um.Idem.occipiti cæco poſticæ occurrite ſannæ.Poſticum.i Hora.atria ſeruantem poſtico falle clientem. Pudicus.a.um. & pudicitia.æ. Iuue.credo pudicitiam ſaturno rege moratam.Pædico.as.& pædico,onis.Mart.pædicatur oros,fellat linus,hole quid ad te? Idem.confidis natibus:non eſt pædico maritus. Pediculus.Mart.& menti dominus pediculoſi.Phœnicopterꝰ phœnicopteri.Iuue.& phœnicopterus ingens. Redimiculū.li.Iuue. Paulatim qui longa domi redimicula ſumunt.Rubrica.æ.Perſius,nō ſecus ac ſi oculo rubricā dirigat vno.Hora.ij.ſer. prelia rubrica picta aut carbone.Triuicus.i.vicus Apuliæ.Horat.j.ſer.nunq̄ erepſemus niſi nos vicina triuici.Tibijcen.inis. ſed quemadmodum ſupra diximus duplex.ij.breue in vnam ſyllabam longā per ſynereſin coit.Iuue.ſaltatur nigro tibijcine qualicūq;.Tegeticula.æ.Mar.dat tibi ſecuros vilis tegeticula ſomnos.Vaticanus.i.Mart.in vaticanis cōdita muſta cadis.Viticula.æ. Verg.in diris.dulci nāq; tumet nōdum viticula baccho,fortaſſe & alia diminutiua reperias,quæ ad horū prorportionē producātur. Veſica.æ.Iuue. nūc via proceſſus vetulæ veſica beatæ. Vrtica.æ.Idē.hec tetigit gradiue tuos vrtica nepotes. Vmbilicus.ci.Verg.in priapeis.delphos pythius orbis vmbilicus,eſt enim carmen phaleuticū. Vſtica.æ.mōs. Hora.j.car.valles & vſticæ cubantis.Et a nice quod interpretatur victoria compoſita,vt polynices.icis. Papinius.xij.thebaid᷑.heu mihi nunquis adeſt chari polynicis ad ignes. Veronice.es.Iuue. deinde adamas notiſſimus & veronices.Et nomina barbara in.icus.vt rodericus.ci.enricus.ci.ludouicus.ci.theodoricꝰ.ci.alaricus.i. Claudianus de bello in alaricū.ſed nūquā tātū Mauros cōtraxit in arctū res alarice tuas.Barbara aūt diximꝰ: non vt quidam de omnibus proprijs regulam tradiderunt,nam vrbicus,caſtricus,eutycus,pannichus & reliqua nomina quæ a græco ſiue latino ſermone deducta ſunt,breuiant.Iuuenal.vrbicus exodio riſum mouet atelanes. Mart.euticus ille tuum caſtrice dulce latus.Idem.horrida,ſed meus eſt panniche volſa tibi.* ¶ *I ante.d.breuis eſt, vt liuidus.a.um.viuidus.a.viuidum.fetidus.a.um.Producunt vero abydus.i.Verg.primo.georg.pontus & oſtriferi fauces tentantur abydi. Acidalia Vennus.Verg.primo æneidos.at memor ille matris Acidaliæ,& peſtis animæ ſeptima accidia.i.incuria vel negligentia. Faſtidio faſtidis,& faſtidium faſtidij.Idem in buccolicis,inuenies alium ſi te hic faſtidit Alexis. Idem in eodem.matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. Formido formidas.Iuue.in gremio matris formidat ruſticus infans. Trucido trucidas.Verg.ij.æneid᷑.fit via vi rumpunt aditus,primoſq; trucidant. Infidus infida infidum ideo producit,quia a fido fidis deriuatur,in quo prima longa eſt,nam perfidus perfida perfidum,quia a fides fidei in quo prima breuis eſt,componitur.eandem breuiat.Conſidero quoq; & deſidero,quia ex ſidero componuntur producunt.Et nomina in.ido.exeuntia ſiue a nomine ſiue a verbo deriuentur.vt cupido cupidinis,formido.inis.libido.inis.Crepido crepidinis. Iuue.nulla crepido vacat. Producunt preterea nomina patronymica maſculina in.ides.quæ formantur a nominibus in.eus.diphthongon deſinentibus.vt a theſeus theſei theſides,a peleus.ei.pelides,a tyrrheus.ei. tyrrhides. tideus tidides,atreus atrides. a coroneus coronei coronides. ab ariſteus ariſtei ariſtides.a prometheus promethei promethides.Vergil.ij.georgico. premiaq; ingentis pagos & compita circum theſidæ poſuere. Idem.ij.æneid᷑.pelidæ genitori illi mea triſtia facta,Idem in.vij.tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum nutribant tyrrheuſq; pater.Ouidius.iiij.faſto nulla coronides cauſa doloris erat. Idem in.ij.de triſtib.iunxit ariſtides milleſia carmina ſecum. Idem in primo.meta.inde promethides placidis epimethida dictis,ab aenea quoq; ſatis licenter Verg.ix.æneid᷑.finxit æneides dicens,ſit ſatis æneide telis impune numanum, & a lycurgo Ouidius.in ibim lycurgides,quiq; lycurgidem letauit ab arbore natum. Euclides quoq; quod formam habet patronymici producit.vt apud Martial.libro.v.epigram.dum ſibi redire de patrenſibus fundis ducenta clamat coccinatus euclides. Eſt enim trimetrum hipponacticum habens in fine ſpondeum. Pherecydes. Statius.ſed quis non paueat pherecydis facta tragoedi. Euripides. Sidonius.archeſtram quatit alter euripides. Nam reliqua fere omnia patronymica in.ides.breuiant,vt priamides,æacides.hirtacides.neſtorides.antenorides,in.oides quoq; græca,quæ ſimilitudinem ſignificant,quoniam.per.ei.diphthongon in penultima ſcribuntur,eandē producūt,vt daphnoides.* ¶ *I ante.f.vnū reperio productum.alliſæ.arum,oppidum Italiæ. Sil.lib.viij.alliſæ & clamat cōtēpta ſemp acerra.Inde alliſana vaſa. Hora.ij.ſer.inuentis alliſanis vi iaria tota.* ¶ *I ante.g.breuis eſt.vt litigo.as.mitigo.as.remigo.as.producunt vero auriga.æ.Ouid᷑.ij.meta.hic ſitus eſt phaeton currus auriga paterni.*

Caligo.as. Verg. ij. æñ. caligat nubem eripiā tu neqꝫ parentis. Caſtigo.as. Iuue. triſtibus obſcœnis caſtigas turpia cum ſis. Fatigo.as. Verg. ix. æñ. terga fatigamus haſta. Faſtigium.ij. Oui. ij. meta. cuius ebur nitidū faſtigia ſumma tegebat. Et a fligo.is. cōpoſita, quod verbū non eſt in vſu, vt affligo.is. confligo.is. Inſtigo.as. Verg. in ætna. preſſoqꝫ inſtigant agmine ventos. Lyſtrigones. Oui. P. ij. de pōto, quis non antiphatem leſtrygona deuouet, aut quis. Origanum.i. producere dicimus: quia per ei diphthongon a græcis ſcribitur, & q̄ Nicander in theria. is ſecūdam in carmine longam poſuit, nā quod apud Mart. legitur, inter lactucas origanūqꝫ libet. potius oxygarū legendum. Preſtigie. arum. Plau. in amphi. hæc preſtigiatrix mulier. &c. quadrigæ. arum. Verg. i. georg. vt cū carceribus ſeſe effudere quadrigæ. Salpyga.æ. Luca. in ix. metuat ſalpyga latebras. Veſtigo.as. & veſtigium.ij. Verg. in moreto. veſtigatqꝫ focum læſus quē deniqꝫ ſenſit. Sedulius excuſari poteſt in eo quod dixit veſtigijs calcare ſuis: quoniā duplex .i. coit p̄ ſyncræſin. Vectigal.alis. Hora. ij. ſer. iurgatur verbis ego vectigalia magna. Producūt quoqꝫ noīa exeūtia in .igo, vt caligo.inis. vertigo.inis. fuligo.inis. ſiligo.inis. ¶ I. ante .l. breuis eſt, vt maſſilia oppidū galliæ Narbonēſis. Luca. in. iij. maſſiliaqꝫ ſuæ donatur libera phocis. Nā maſſylo maſſyla.um, producit vt ſtatim dicemus. Producunt vero aſilus.i. Verg. iij. geor. plurimum alburnū volitans cui nomen aſylo. Aſylū.i. Idem. ij. æñ. & iam porticibus vacuis Iunonis aſilo. Aſylas.æ. nomen viri a Vergil. celebratum. vt corineum ſternit aſylas. aprilis. Ouid. iiij faſt. Ceſar in aprili q̄ tuearis habes. Aedilis.is. Perſi. fregerit heminas areti ædilis iniquas. Auſilena apud Catullū. Petilia. Verg. iij. æñ. ſubnixa petilia muro. Crocodilus.i. Iuue. ægyptus portenta colat, crocodilon adorat. Eriphyle.es. Idem. occurrent multæ tibi belides atqꝫ eriphyle. Exilis.e. Verg. in moreto. cruribus exilis ſpacioſa & prodiga plāta. Maſſyllus.a.um. Idem. iiij. æñ. maſſyliqꝫ ruunt eqtes & odora canū vis. Quintilis.is. atqꝫ eadem ratione ſextilis. Hora. i. epiſt. ſextilem totum mēdax deſideror. Quintilis & Quintilianus & ſextilis breuiāt. Subtilis.e. pro eo qđ eſt tenuis, nā ſutilis pro re conſuta breuiat. vt Verg. vi. æñ. gemuit ſub pōdere cymba ſutilis. Et nomina neutra in .ile. deſinentia, vt cubile, ſedile. monile. haſtile, ancyle. Et adiectiua a noībus deriuata, vt a puero puerilis. a viro virilis. a ſene ſenilis, ab anu anilis, ab hoſte hoſtilis, nam verbalia in .bilis. breuiant, vt amabilis, quæ abſciſa ſunt ex his. vt docilis pro docibilis, nobilis pro noſcibilis, habilis, debilis, nubilis & ſimilia. Nomina quoqꝫ participialia in .ſilis, vel .tilis vel .xilis, vt a fuſus fuſilis, a ſenſus ſenſilis, a ſutus ſutilis, ab apertus apertilis, a tortus tortilis, a nexus nexilis. ¶ I. ante .m. breuis eſt, vt optimus.a.um. Producunt vero Ariminum.i. Lucanus in primo. vicinūqꝫ minax inuadit ariminum. Diſcrimen. Iuue. tanquā famæ diſcrimen agatur. Enthimema. Idem. torqueat enthymema. Opimus.a.um. Verg. i. æñ. genitor tunc belus opimā. Quadrimus.a.um. Hora. i. car. deprome quadrimū ſabina o taliarche merū dyota. Sublimis.e. Verg. i. georg. apparet liquido ſublimis in aere Niſus. cōponitur enim ex ſub & limus, quemadmodum. & illimis ex in & limus. in quo prima producitur. Et nomina a verbis quartæ coniugationis. &c. vt munimen, atqꝫ inde munimentum. Vergilius. ij. geor. vergere hoc effuſos munimē ad imbres. Lenimē. Hora. i. car. dulce lenimē mihi cūqꝫ ſalue. ¶ I. ante .n. lōga eſt, vt pachinus.i. Verg. iij. æñ. preſtat trinacrij metas luſtrare pachynū. Et in. vij. Siculo proſpexit ab vſqꝫ pachyno. Priſc. in periegeſi. ex Dionyſio breuiauit dicēs, cū procul effuſis pachīni diſceditur oris. Clandeſtinus.a.um. qđ ab oībus putatur penultimā breuiare, produxit Sili. ceu clandeſtino traheretur tēpore bellū. Manilius. i. aſtro. & clādeſtinis ſurgentia fraudibus arma. Breuiant vero Acinus.i. Hora. ij. ſer. aridū ore ferēs acinū ſemeſaqꝫ lardi. Catullus acina genere fœminino dixit, ebrioſaqꝫ acinæ ebrioſioris. Amineū. Verg. ij. geor ſunt etiam amineæ vites firmiſſima vina. Auſoñ. ſolus qui chium miſcet & amineū, apud quoſdā producitur. Apirinum.i. Mart. in diſti. non tibi de lybicis tuberes & apirina ramis. Ariminū.i. oppiđ. Italiæ. Luca. lib. pri. vicinūqꝫ minax inuadit ariminum & ignes. Aſinus aſini. Aſina.æ. & Aſine.es. oppidū Arcadiæ. Luca. in. viij. quas aſinæ cautes: & quas chios aſperat vndas. Buccina. Iuue. ſurda mihi gemeret graue buccina quærimus: vt ſit. Catina.æ. oppi. Siciliæ. Silius. xiiij. pun. Tum catina ardenti nimium vicina typhoeo. Ciminus.i. lacus & mons Hetruriæ. Verg. vij. æneid. Ciminique cum monte lacum lucoſqꝫ capenos. Nam pro herba per .y. pſilon ſcribitur & producit. Horatius. pallorem caſu: biberint exangue cyminum ſiue cuminum. Cominus aduerbium pro eo quod prope. Vergilius. vij. æneid. pugnatur cominus armis. Circinus circini. & Circino circinas. Ouidius. ij. meta. & eaſdem circinat auras. Deſtino deſtinas. Vergil. ij. æneid. me deſtinat aræ. Eminus aduerbium, pro a longe. Ouidius. iij. metamor. Eminus ingenti reſupinum vulnere fudi. Euphroſine vna fuit ex charitibus, cuius penultimam Orpheus in theogonia breuem poſuit. Eleemoſyna quoqꝫ eandem breuiat.

caligo.as. caſtigo.as. fatigo.as. faſtigiū.ij. Et a fligo.is. cōpoſita, vt affligo.as. inſligo.is. Inſtigo.as. leſtrigones.um. p̄ſtigiæ.arū. ſalpyga.æ. origanū.i. quadrigæ.arū. veſtigo.as. vectigal.alis. Et noīa exeūtia in .igo, vt caligo.inis. vertigo.inis. vligo.inis.

I. añ .l. breuis eſt, vt maſſilia; p̄ducūt vero aſilꝰ.i. aſylū.i. aſylas.æ. nomē p̄priū viri; aprilis.is. ædilis.is. crocodilus.i. eriphile.es. exilis.e. maſſylꝰ.a.ū. pāphylia.æ. petilia.æ. q̄ntilis.is. ſextilis.is. ſubtilis.e. venilia.æ. Et noīa neutra in .ile. deſinētia, vt cubile. ſedile. Et adiectiua a noībꝰ deriuata; vt a puero .rilis. a ſene .ilis. Breuiāt tū ab humo .ilis. a pari .ilis. a dape .ſilis.

I. añ .m. breuis eſt, vt optimꝰ.a.ū. p̄ducūt vero ariminū.i. diſcrimē.inis. enthymema.atis. opimꝰ.a.um. q̄drimꝰ.a.ū. ſublimis.e. Et noīa a verbis quartæ cōiugatiōis in .imē. exeūtia, vt a munio.is. munimē.inis. a lenio.is. lenimē. a farcio.is. farcimē.inis. & quæ exeunt in .entū. vt veſtimētū, pauimētum.

I. ante .n. longa eſt. vt Clandeſtinus.a.um. Pachinus.i. Breuiant vero Acinus.i. Amineum.i. Apirinum.i. Ariminum.i. Aſinus.i. Aſine.es. op. Buccina.æ. Catina.æ. Circinus.i. Ciminus.i. mōs eſt & lacus Italiæ. Cominꝰ aduerbiū. Deſtino.as. Dn̄s.i. Eminus aduerb. Euphroſyne.es. Eleemoſina.æ.

*Fiſcina.æ.Verg.primo.georg.Nunc facilis rubeat texatur fiſcina virga.Fuſcina.æ.Iuue.Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina gracchi.Fuſcinus.i.lacus Italiæ.Mart.fuſcinus & pigri taceantur ſtagna Neronis.Fœmina.æ.Verg.pri.æ̃n.dux fœmina facti. Fruſino.onis.Iuue.aut ſabrateriæ domus,aut fruſinone paretur.Inquino.as.Luca.in.iiij. Facinus quos inquinat æquat.Licinus.i.Idem.pallante & licinis expectantes ergo tribuni.Machina.æ.Verg.murorum ingẽtes æquataq; machina cælo. Mutina.æ.Luca.in.i.his Cæſar peruſina fames mutinæq; labores.Morinus.a.um.populi ſunt Galliæ.Verg.viij.æ̃n.Extremiq; hoĩm morini Rhenuſq; bicornis.*

Ficina.æ.Fuſcina.ę.Fuſcinus.Fœminina.æ.Fruſino.onis.Inquino.as.Licinus.i.nomen propriũ viri. Lamina.æ.Machina.æ.Mutina.æ.Morinus.a.um.Nundinæ.arum.Pagina.æ.Patina.æ.Pãpinus.i.Proſerpina.æ.Protinus aduer.Ruſpina.æ.Saſina.æ.Sarcina.æ.Sibina.æ.Statiua.æ.Sophroſyna.æ.Ticinus.i.Trutina.æ.Et quedam nomina adiectiua ab aduerbijs temporalibus deriuata,vt Craſtinus.a.um.Diutinus.a.ũ.Hornotinus.a.um.Priſtinus.a.um.Perendinus.a.um.Serotinus.a.um.Alia tamen producunt,vt matutinus.veſpertinus.Et a nominibus materiam ſignificantibus deriuata,vt Oleaginus.a.um.Faginus.a.um.Tilaginus.cerrinus.Et a nominibus colores & lapillos ſiue odores & vnguenta ſignificantibus,vt Adamantinus.a.um.amethyſthinus.a.um.Amaracinus.a.um.Amigdalinus.a.ũ.Bombycinus.a.um.Biſſinus.a.Cryſtallinus.a.ũ.Crocinus.a.um.Coccinus.a.um.Carbaſinus.a.ũ.Glaucinus.a.um.Gauſapinus.a.um.Hyantinus hyantina.um.Hyacintinus.a.um.Myrrhinꝰ.a.ũ.Praſinus.a.ũ.Smaragdinus.a.ũ.Sandicinus.a.ũ.Tyriãthinꝰ.a.ũ.Et q̃dã nõia græca i.rinos,deſinentia;vt earinos.Oporinos.Therinos.chimerinos.

I.ante.p.breuis eſt,vt demipho.onis.antipho.onis.Producũt vero Euripꝰ.i.Euripides t̃n apud Sidoniũ breuiat.Seriphos.Colliphiũ.ij.Obſtipꝰ.a.ũ.

I.ante.q.lõga eſt:vt antiquus.a.um:vbiq;.Breuiant vero Aliquis aliqua aliquod vel aliquid. Reliquus reliqua.um. Siliqua.æ. Vndiq;. Vtiq;.

*Nundinæ.arũ.& nundinor.aris.q̃d ab eo deriuatur.Pagina.æ.Mart.Sæpe duplex vnũ pagina tractat opus.Patina.æ.Iuue.debetur magnus patinæ,ſubituſq; prometheus.Pampinus.i.Verg.i.geor.Heu male tũ mites defendit pampinus vuas.Proſerpina.æ.Idẽ in.vj.hoc ſibi pulchra ſuũ ferri ꝓſerpina munus.Pachynus.Priſcia.in peribegeſi.procurrẽs pachyno longe clauſtriſq; pelori.ſed frequẽtius producitur.Protinus aduerbium.Idem in buc.protinus æger ago,hãc etiam vix tityre duco.Ruſpina.æ.oppidũ Aphricæ.Sillius.iij.punico.queq; procul cernit nõ æquos ruſpina fluctus. Saſina.æ.oppidum Italiæ.Mart.nec tua baianas ſaſina malit aquas.Sarcina.æ.Iuue.ſpeculum ciuilis ſarcina belli.Sibina.æ.genus teli eſt.Ennius apud Feſtum.illyrici reſtant ſiccis ſibiniſq;.Statina ſtatinæ,inſula Campaniæ.Papinius.iij.ſiluarũ.Aenarieq; lacus medios ſtatinaſq; renatas.Sophroſina ſophroſinæ.nomen propriũ fœminæ eadem ratione breuiat qua euphroſine.Ticinus ticini.Sillius.adde etiam ticini ſpumantes ſanguine ripas.Trutina.æ.Perſius.Caſtiges trutina,nec te quæſiueris extra.Et nomina quædam adiectiua ab aduerbijs temporalibus deriuata:vt a cras Craſtinus.a.um.A diu diutinus.a.um.Ab horno hornotinus.a.um.A pridie priſtinus.a.um.A perendie perendinus.a.um.A ſero ſerotinus.a.um.alia tamẽ producunt.vt matutinus.veſpertinus.Breuiãt quoq; nõia quædam poſſeſſiua a nominibus materiam ſignificantibus deriuata.vt Oleaginus.a.ũ.Faginus.a.um.Verg.ij.georg.truditur e ſicco radix oleagina ligno. Idem in buc.fagina celatũ diuini opus alcimedõtis.Et a nominibus colores quoſdã aut lapillos ſiue odores & vnguẽta ſignificantibus,vt Adamantinus.a.um.Propertius.Colchis flagrantes adamantina ſub iuga tauros.Ametiſthinus.a.ũ.Iuue.cauſidicũ vendunt amethiſtina cõuenit illis.Amaracinus.a.um.& amaracinum vnguẽtum ex amaraco.Lucre.ſicut amaracini blãdũ ſtateſq; liquorẽ.Amygdalinus.a.um.Serenus.Fertur amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus.Bõbycinus.a.um.Iuue.Delicias & paniculus bõbycinus vrit.Biſſinus.a.um.atq;eadem ratione Carbaſinus.a.ũ.Cryſtalinus.a.um.& Myrrhinus.a.um.Iuuen.grandina tollũtur cryſtallina:maxima rurſus myrrhina.Crocinus.a.um.Propertius,& Crocino nares murrheus vngat onyx.Coccinus.a.um.Hyantinus.a.um.Mart.Coccina famoſæ donas & hiantina mœchæ.Glaucinus.a.um.Idem.pallia donabit glaucina coſme tibi.Gauſapinus.a.um.Idem.menſe vel auguſto ſumere gauſapinas.Hyacintinus.a.um.Perſius.Aliquis cui circa humeros hyacinthina læna eſt.Praſinus.a.um.Mart.Si praſino veneto ve faues qui coccina ſumis.Smaragdinus.a.um.Prudentius in Pſycomachia.Has inter ſpecies ſmaragdina gramine verno.Sandicinus.a.um.Tyrianthinus.a.um.Mart.vrbica lingonicus tyriãthina bardocucullus.Et quædam nomina græca vt Earinos.Oporinos.Therinos.Chimerinos.Idem.ſi daret autũnus mihi nomen oporinos eſſem horrida ſi brumæ ſydera chimerinos.dictus ab æſtiuo therinos tibi mẽſe vocarer:tempora cui nomẽ verna dedere,quid eſt?ſubaudi earinos,quod ipſe in alio epigrammate expreſſit dicens,dicunt earinon tamen poetæ:ſed græci quibus eſt nihil negatum.* ¶ *I.ante.p.breuis eſt;vt demipho.onis.antipho.onis.antipus.odis.Producunt vero ſeriphos.i.inſula vna ex cycladibus.Iuue.incluſus tãg gyaro paruaq; ſeripho.Colliphium.ij.Idem.luctentur pauca comedunt colliphia pauce.Obſtipus.a.um.pro obliquus.Hora.ij.ſer.ſtes capite obſtipo multum ſimilis metuenti.ſunt qui per duplex.p.ſcribant.Euripus.i.Luca.in.v.Euripumq; trahit curſum mutantibus vndis.Euripides.Sidonius.orcheſtram quatit alter euripidis,alij breuiant.* ¶ *I.ante.q.lõga eſt,vt antiquus.antiqua.um.obliquus.a.um.vbiq;.Breuiant vero aliquis aliqua aliquod,quod ex alius & quis componitur.Reliquus reliqua,reliquium.Perſius.iam reliqua ex amitis patruelis nulla proneptis.Siliqua.æ.Vergil.primo georgico.grandior vt fœtus ſiliquis fallacibus eſſet. Vndiq; & vtiq; aduerbia ex regula generali breuiantur.*

I.ante.r.breuis eſt;vt zephyrus.i. Producunt vero Buſiris.idis.Cercira.æ.Camiros.i.Corcyra.æ.Coſira.æ.collyrium.ij.Cypirus.i.Delirus.a.um. Epirus.i.Ithereus.a.um.Magyros.i.Niſirus.i.Papyrus.i.Podalirius.rij.Sadphyrus.i. Semiramis.idis.

I.ante.s.longa eſt;vt anchiſes.Breuiant vero Cityſus.i.Eliſius.a.um.

I.ante.t.breuis eſt;vt digitus.i.lecythus.Producunt vero Aconitum.i.Architas.æ. Beritus.iti.Catamitus.i.Cocytus.i.Coritus.i. Hermophroditus.i. Idolotytũ.i.Irrito.as. Luſitania.æ. Margarita.æ. Mauritania.æ.Pituita.æ.Paraſitus.i. Therſites.e. Valitudo.inis.Et nomina græca in.itis.deſinẽtia; vt phrenitis.pleuritis.& a nominibus proprijs virorum ſiue locorum deriuatiua in.itis.vel ita. pro maſculinis.In.itis.pro fœmininis deſinentia; vt leuites vel leuita leuitæ.leuitis leuitidis.moabite vel moabita;moabitis moabitidis.Et denominatiua in irus.a.um.exeũtia,vt auritus.a.um.turritus.a.um.Verba quoq; frequentatiua & nomina participialia;quæ formantur a ſupinis verborum quartæ coniugationis in.itum.penultima longa terminatis;vt dormio.is.itum.dormito.as. audio.is.itum.auditus.us.ſeruitus tamen a ſeruio ſeruis.penultimã breuiat.& ſeruitium ſeruitij.

I.ante.u.cõſonantẽ longa eſt.vt ſaliua.æ.breuiat vero rediuiuus.a.um.

O Ante.b.breuis eſt,vt orobus.i.niobe.es. Producunt vero Iacobus.i.October octobris.

¶ I.ante.r.breuis eſt,vt zephyrus zephyri.ephyre.es.Producunt vero Cercira & Camiros,quia per.ei.diphthõgon ſcribuntur.Strabonis interpres claramq; camiron dixit.Buſiris.idis.Verg.ij.geor.aut quis illaudati neſcit buſiridis aras?Corcyra corcyræ inſula Dalmatiæ.Luca.in.ij.portus corcyra tuos:ſeu leua petatur.Coſyra.æ.inſula in mari ſiculo.Ouid.iij.faſt.fertilis eſt melite ſterili vicina coſyre.Collyrium.ij.Iuue.angulus inſpecta geneſi collyria poſcit.Cypirus.i.eadem ratione producit qua cyperus.vt diximus.Delirus.a.um.quaſi a ſulco deuians:nam lira prima longa ſulcus eſt tranſuerſarius. Delyrus delyra delyrũ.per ypſilon breuiat:quia a lyra inſtrumento muſico cõponitur:vt ſit delyrus quaſi diſſonus. Lucre.in.i.quod facit hic idem perdelyrus eſſe videtur. Epirus.i.Verg.i.geor.eliadum palmas epiros equarũ. Ithyræus. Verg.ij.geor.ithyræos taxi curuantur in arcus.Luca.quoq; ithyræis curſus fuit inde ſagittis.Magiros.i.quod interpretatur coquus.Iuue.finxerunt pariter librarius archimagiri.Podalyrus. Mart.enterocelarum fertur podalyrius hermes.Papyrus.i.Idem.creſcit multa dãnoſa papyro,& in diſtichis,perdite niliacas muſæ mea damna papyros.Sapphyrus.i.Prudẽtius in pſycomachia,hinc tibi ſapphyrum ſociauerat inde beryllon.Semiramis.Iuuenal.quod neq; in aſſyrio pharetrata Semiramis orbe. ¶ I.ante.s.longa eſt. Nemo vnq̃ mirabitur ſi quid immutauerimus in re tam varia & difficili,& cui nullus adhuc finem impoſuerit:quare hanc regulam aliter poſuimus in alijs noſtris æditionibus.Nunc vero illã inuertimus,quia.i.ante.s.frequẽtius reperitur lõga quam breuis. Ideo dicimus,q.i.ante.s.longa eſt:vt anchiſes.æ.Aruiſium.ij.Breuiant vero Cythiſus cythiſi.Eliſius.a.um.Verg.in buc.florentem cythiſum & ſalices carpetis amaras. Luca.in.iij.ſedibus eliſijs campoq; expulſa piorũ.¶ I.ante.t.breuis eſt vt digitus.i.dignitas.atis.Producunt vero aconitum aconiti.Iuue.ſed nullis aconita bibuntur fictilibus.Architas.æ.Hora.primo.car.menſorem cohibent archita. Berytos quoq;,vt diximus,in primis ſyllabis cum de.e. ante.r.agebamus,autoritate Priſciani:atq; etiam Dionyſij poetæ vnde opus illud interpretatum eſt:ſecundã quoq; produxit,ait enim,antiquamq; tyron beryti & mœnia grata.Catamytus catamyti.Auſonius.A i.e.tu catamytus eris.Cocytꝰ cocyti.Ver.vi.æñ.cocyti ſtagna alta vides ſtygiamq; paludem.Corytus coryti.Idem in decimo.corytiq; leues humeris & letifer arcus. Corythus vero penultima breui & per.th.oppi.fuit Italiæ a rege ſui nominis conditum.Idem in ſeptimo,hinc illum corythi tyrhena a ſede profectum. Hermophroditus.diti.Ouid.iiij.meta.hermaphroditus ait:nato date munera veſtro.Heraclytus penultimã ideo produxit:quia per ei diphthongon apud græcos ſcribitur.Sidonius tamen appollinaris breuiauit dicens,Quicquid pythagoras,Democritus heraclitusq;.Idolothytum.i.quo verbo vſus eſt diuus Ioannes in apoc.ſignificatq; dijs immolatũ.Irrito.as.quod in primis ſyllabis diximus quod a rito.as.cõpoſitum eſt:vtã irrito.as.ab in & ratus,a.um.cõponitur,ſignificatq; inanio.is.& irritus.a.um.pro eo q̃d eſt inanis penultimã breuiat.Luſitania.Sil.lib.iij.puni.hos variatus agit.Luſitanũq; remotis.Margarita.æ.ideo ꝓducit:quia ab eo q̃d eſt margaris.itis.deducitur:in quo cremẽtũ ꝓducitur.Mauritania.Manilꝰ.iiij.aſtrono.excitat ꝑpios & mauritania nomẽ Orithyia. Verg.iiij.geor.& actias orithyia.Pituita.æ.q̃ in primis ſyllabis ꝓbauimus.penultimã ꝓduxit.Paraſitus.i.Iuue.ad cœnã quoties paraſitus venerit infans.Therſites.æ.Idẽ.malo pater tibi ſit therſites:dũ modo tu ſis.Valitudo.inis.Hora.ij.ſer.dura valitudo inciderit,ſeu tarda ſenectus.Et noĩa græca.&c.vt hic leuites vel leuita leuitis.tidis.hic teſbites vel teſbita.æ.teſbitis teſbitidis.hic iſraelites vel iſraelita,iſraelitis.tidis:ſed de his in genere nominũ plura diximus. Et denoĩatiua.&c.vt auritus.a.ũ.Verg.i.geor.auritoſq; ſequi lepores.Turritus.a.ũ.Idẽ.in.vi.inuehitur curru phrygias turrita ꝑ vrbes.Crinitus.a.ũ. Idẽ in.i.cythara crinitus ioppas.Verba quoq; frequẽtatiua,vt dormito.as.Hor.in poe.cũ ȝ bonus dormitat Homerus.Noĩa participialia.i.q̃ ſunt ſimilia ꝑticipijs preteriti tẽporis vocis paſſiuæ,vt auditus.us.tinnitus.us.mugitus.us. ſeruitus tñ q̃uis a ſeruio.is.ſeruitũ.in ſupino penultima longa veniat,breuiauit.¶ I.ante.u.cõſonãtem lõga eſt,vt ſaliua.æ.oliua.æ.rediuus.i.gradiuus.i.Breuiant rediuiuus in ſyllaba ſecundã in tertia producitur.Iuue.ac velut exhauſta rediuiuus pullulat arca.

O Ante.b.breuis eſt,ut orobus,nã a græcis per omicron ſcribitur.Niobe.es.Iuue.atq; eadem ſcropha Niobe fœcundior alba. Producunt vero Iacobus.i.qua ratione ſæpe a nobis dictum eſt. Claud.in epigrammatis. Ne iactes perſus dux Iacobe vitos? Mart.octobres age ſentiat Kalendas,Dolobella.æ.Iuue.inde Dolobella eſt.a.b.a.

ꝓconcẽſo

O.ante.c.breuis eſt,vt colocaſia.Et nomina in.och⁹ ſiue.lochus.vt Archilochus.Antiochus. Producunt Triochola,Patrocinium.

O.ante.d.longa eſt,vt erodius.ij. Herodes.is. orodes.is. Et nomina græca in.odes.finita; vt geodes.is.i.terrenus.Capnodes.ideſt fumoſus. Et ab ode qđ eſt cantus compoſita;vt epodos;nā compoſita ab hodos;quod eſt via,breuiant.vt exhodus.i.perihodus.i.ſynhodus.i.

O.ante.g.breuis eſt;vt compoſita a logos;quod eſt ſermo;vt theologus;aſtrologus;aretalogus. Producunt vero ab ago;quod interpretatur duco; compoſita;vt pædagogus.i.Iſagoga.æ.Synagoga.æ.Paragoga.æ. Bagogus.i.

O.ante.l.breuis eſt;vt obolus.i.ſoboles.is.Producūt vero Aetolia.æ.Capitolium.ij. Cymolus.i.Idolū idoli. Mediolanū mediolani.Pactolus pactoli. Et a poleo(hoc eſt vēdo)cōpoſita.vt pharmacopola phamacopolæ.Bibliopola.æ.

O.ante.m.longa eſt,vt amomum.i. Breuiant vero Sodoma.Salomon & Salome.Et a ſtomos compoſita.vt Chryſoſtom⁹.i.& a dromos,vt catadromus;& a tomos;vt atomus.

O.añ.n.lōga ē;vt corona.bellona;Breuiāt ṽo abrotonū.i.Apon⁹.i.Auſoni⁹.a.ū.Coctonū.i.Edonis edonidis.Geryones.nis.Hermione.es.Mycone mycones.Matrona.æ.fluuius.Et a gonos ſiue gone; quod eſt genus; compoſita; vt antigonus.i. Erigone.es.Et a phonos,quod eſt mors,vt thiſiphone.es.perſephone,es.Leōtophonus.Nebrophonos.Nā agonia,qđ eſt angul⁹ ꝓducūt.vt trigona figura;aut tetragona.pētagona.&a phone; quod eſt vox;vt ſymphona.antiphona.aphona.

O.ante.p.breuis eſt;vt caropus.i. æſopum.rhodope.Producunt vero anthropos,Aſopus.i.eſop⁹. Canopus.i.Canopeum.i.Crotopus.i. Europa.æ.

¶ O.ante.c.breuis eſt:vt colocaſia. Verg.in buc.mixtaq; ridenti colocaſia fundet acantho.In ochus quod eſt græce cohors, vt Antiochus pro coborte.Iuue.nec erit antiochus,nec erit mirabilis illic,ſiue lochus, quod eſt vehiculum, vt archilochus. Hora.archilochum proprio rabies armauit iambo.ſcribuntur enim per omicron. Producunt vero triochola. Sillius.lib.iiij. vaſtata triochola bello.Patrocinium.Ouid'.i.triſtiū.cauſa patrocinio non bona.m.c. & ſimilia,vt tyrocinium,latrociniū, lenocinium.¶ O.ante.d.longa eſt.vt Erodius.ij.quod in ſecunda per omega ſcribitur apud illos, Herodes.is, Hora. præferat Herodis palmetis ludere & vngi.Orodes.is.Verg.carmine celebratur,vt iacet altus Orodes.Et nomina græca denominatiua in.odes.deſinentia,vt geodes,hoc eſt terrenus.theides hoc eſt ſulphureus, & compoſita ab ode,quod eſt cantus,vt epodos.Auſonius.dactylicos elegos choriābū carmen epodo. Breuiant vero compoſita ab hodos qđ eſt via,vt exhodus.ſynhodus,perihodus, methodus, exhodiū quaſi ab hodo. Iuue.breuiauit dicens,tandēq; redit ad pulpita notū exhodiū. Sipōtinus ab.ode.dicit cōponi. ¶ O.ante.g.breuis eſt,vt cōpoſita a logos qualia ſunt.aſtrologus,theologus,aretalog9. Syllogiſmus.Sidonius Appollinaris produxit dicēs.argumētoſis dat retia ſyllogiſmus.Cōpoſita vero ab ago quod interpretatur duco producunt,vt pedagogus ductor puerorū.Iſagoga.i.introductio.ſynagoga.i.conuentus,paragoga.i.adductio.Bagogus apud Ouid.nomen celebre.¶ O.ante.l.breuis eſt,vt obolus.i. capricolus.i.caſeolus.i.Producūt vero ætolia.æ.Oui.iij.de amoribus,nec tanti calidū:nec tota ætolia tanti.Capitoliū.ij Verg.in.viij.ſtabat ꝓ tēplo & capitolia alta tenebat. Cymolus.i.inſula in mari Aegeo. Ouid'.vij. meta.hinc humilem myconē cretoſaq; rura cymoli,vnde dicta eſt creta cymolia.Idolum.i.nā a græcis per.omega ſcribitur.Miror q; Sedulium virum alioqui doctiſſimum breuiaſſe, cum in paſchali ſuo dixit, idola dilexit ſimili nā more furentes.Pactolus.i.fluuius lydiæ.Iuue.qđ tagus & rutila voluit Pactolus arena.Mediolanū.Auſonius & mediolani mira omnia.Et noīa compoſita a poleo quod interpretatur vēdo,vt pharmacopola.æ.bibliopola,æ.myropola.Hora.i. ſermo.ambubaiarum collegia pharmacopolæ.Martial.ſed quæ me vendit bibliopola putat. ¶ O.ante.m.longa eſt,vt amomum.i.cynamomum.i.aroma.atis. idioma.atis. condyloma.atis. Breuiant vero.Sodoma.æ.& a ſtomos quod interpretatur os compoſita, vt chryſoſtomos chryſoſtomi.pſeudoſtomos.i.Salomon quoq; & Salome a iunioribus breuiantur. ¶ O.ante.n.longa eſt,vt corona.æ. obſonium.ij. Breuiant vero abrotonum. Hora.ii.epiſto. abrotonum ægro non audet, niſi qui didicit, dare.Aponus aponi locus iuxta Patauium.Luca.in.i.colle ſedens aponus terris vbi fumifer exit. Mart.cenſetur aponi lino ſuo tellus.Auſonius.a.um.Verg. in æneid'.nec tecum auſonium quicunq; eſt quærere tybrim.Coctonum.i.Iuue.aduectus Romam quo pruna & coctona vento.Edonis Bacchi ſacerdos a Lucano in.i.breuiatur. Edonis ogygio decurrit plena lyæo:ſed per ſyſtolen : nam per.o.mega ſcribitur. Verg.ac velut Edoni boreæ,& Papinius:& alii.Geriones.onis.Verg.viij.æñ.gerione extincto tyrinthius attigit arua. Matrona fluuius Galliæ.Sidonius,rhenus,arar,rhodanus,moſa,matrona,ſequana.ledus.Mycone.onis.vel mycones. Verg.iij.æñ.errantem mycone celſa giaroq; reuinxit. Et a gone ſiue gonos,quod eſt genus & a phone,quod eſt mors.Nam a gonia quod interpretatur angulus compoſita producunt,vt trigon.onis.trigonus.tetragonus.pentagonus.agonus.¶ O.ante.p.breuis eſt vt æſopum.i.Oui.in.iij.de arte.æſopa quid redolent quauis mittantur athenis,alij legunt aſopa.Producunt vero anthropon quia per omega ſcribitur a græcis.Aſopus.i.fluuius achaiæ. Luca.in.vj. accipit aſopus curſus phœnixq; melasq;.Aeſopus.i.Hora.filius æſopi detractam ex aure metellæ.Canopus.i. Iuue. prodigia & mores vrbis damnante canopo. Conopeum.i.Idem,vt teſtudineo tibi lentule conopeo.Crotopus.i.nomen proprium viri a Papinio. libro primo thebai.celebrati,perquirens noſtri tecta haud opulenta crotopi.Europa europæ. Verg.i.æñ.europa atq; aſia pulſus nec plura querentem.

# LIBER QVINTVS.

Hyſopus.i,Iopas.æ.Metopō.Pyropus pyropi.Sinope ſinopes.Sinopis ſinopidis.

O.ante.r.breuis eſt;vt pacorꝰ.Et cōpoſita a chorus: vt meſochorus.philochorus,& ab agoreo,quod eſt mercor,vt Pytagoras.æ.Anaxagoras.æ.& a phoro quod eſt fero;vt carpophorus.i.doriphorus,i.Producūt vero Aurora.ę.Anthores.is.Cytorus.i.Diores.is.Elorus.i.Pelorꝰ.i.Et denominatiua in.orus,a,um. vt decorus.a.um.odorus.a.ū. Et a dorō,qđ interpretatur palmus ſiue donum cōpoſita,vt Polydorꝰ.i.Theodorꝰ.i,Iſidorus Iſidori.Et a moros,quod eſt fatuus;vt Sycomorus.

O.ante.s.longa eſt,vt hircoſus,doloſus.aloſa.metamorphoſis.eos,Breuiāt vero Ambroſia.æ.Ambroſius.ij.Theodoſius theodoſij;& græca habētia omicron,vt mnemoſyne.

O.ante.t.longa eſt;vt ægrotus.a.um,Breuiant vero a dotos,quod eſt datus;cōpoſita:vt Antidotū.antidoti.Herodotus,herodoti.

V Ante.b.breuis eſt;vt coluber,rutuba.ę.delubrū.i.Producūt vero Ambubaia. Annubis.anubidis.Saluber.bris.ſolubilis.volubilis,a nubo nubis cōpoſita breuiant duo ꝓnuba,innuba.Cōnubium vero indifferentem habet.

V.ante.c.lōga eſt;vt eunuchus.i.caducꝰ.a.um. Breuiant vero Volucer.cris.cre.Volucris.is.

V,ante.d.longa eſt: vt irudo.inis.teſtudo.inis,Breuiat vero Dryuda.æ.

V.ante.f. vnum reperio nomen ꝓprium viri Cucufas,quod breuiat.

V.ante.g.lōga eſt,vt ſalſugo.inis.ærugo.inis.

V.ante.l.breuis eſt,vt anulus.i.æmulus,a,um,Producunt vero adulor.aris.Amulius.ij. Apulia.æ.Curulis.e.Edulis.e.Getulia.æ.Peculiū.ij.Torcular.aris. Tribulis.e.Et abule,qđ eſt cōſilium compoſita,vt Traſibulus.i.Ariſtobolꝰ.i.Cleobolus.i.

V.ante.m.lōga eſt;vt Acumē.inis.Alumē.inis,Breuiāt Autumo.as.Autumedō.ōtis.Columē.inis,

*Hyſopus.i.ideo producere dicimus,quia per omega ſcribitur a græcis.Iopas.Verg.i.æneid.cithara crinitus Iopas.Metopō metopi,qđ interpretatur frōs.Priſ.in perihegeſi.ꝓminet europæ hūc criu dixere metopō.Pyropꝰ.i.Oui.i.met.clara micāte auro flāmas imit ãte pyropo.Sinope.es.Priſ.in perihegeſi,alterius ſyriæ quæ tendit ad vſq; ſinopem.¶ O.ante.r.breuis eſt.vt cōpoſita a chorus.i.vt meſochorus.i.philochorus.i.Et ab agoreo qđ eſt mercor:vt Pytagoras.æ.Anaxagoras.æ.& a phoro quod eſt fero,vt carpophorus,doryphorus,producunt vero aurora.Verg.iiij.æn.humentēq; aurora polo dimouerat vmbrā.Anthores.is.nomen viri a Verg.celebratũ in.x.æn.herculis anthorē comitē,qui miſſus ab argis.Cytorus.i.mons paphlagoniæ.Verg.ij.georg.& iuuat vndantem buxo ſpectare cytorum. Diores.is. Idem.v.æn.regius egregia primi de ſtirpe diores.Elorus.i.fluuius ſiciliæ.idem.iij.æn.exupero præpingue ſolum ſtagnātis elori.Pelorus.i,Idem in eodem,& anguſti rareſcent clauſtra pelori.Et nomina in.orus.a.um.definētia,vt decorus,a.um.canorus,a.um.odorus.a.um.Et a dorō,quod interpretatur palmus ſiue donum cōpoſita,vt polydorus.i.theodorus.i,heliodorus,i.apollodorus.i.arthemidorus.i. Iſidorus.i. calliodorus,i. Verg.iij.æn.nā polydorus ego hic cōfixum ferrea texit,Iuue.lautorum pueros artem ſcindens theodori. Idem tonſoris tātum dāno rapit heliodorus.Mart. apollodoro gaudet timbrifer nilus.Idem.arthemidorus amat,calliodorus arat,ex quo manifeſtum eſt quanto in errore ſunt iuniores qui Iſidorū penultima breui proferunt. Et a moros quod eſt fatuus.vt ſycomorus,quia moros per omega ſcribitur:vnde eſt morus arbor & morio. onis.& moror,aris.pro infatuari.¶ O.ante.s.lōga eſt,vt hircoſus.a.ū.Breuiāt vero Ambroſius.ij.ambroſia.æ.Iuue.vt glaphirus fiat pater ambroſiuſq; choraules.Ver.i.æn.ambroſiæq; comæ diuinū vertice odorem.Et græca,vt mnemoſyne.mnemoſynon. euphroſyne,eleemoſyne,quia omicrō habēt. ¶ O.ante.t.lōga eſt,vt ægrotꝰ.a.ū.aſarotum aſaroti.Breuiant vero a dotos,quod eſt datus compoſita,vt zenodotus.i.Herodotus.i.Antidotum.i.*

*V Ante.b.breuis eſt.vt coluber.rutuba,æ.fluuius Italiæ.Producunt vero Ambubaia. Hora.i.ſer.ambubaiarum collegia,pharmacopolæ.Anubis deus ægyptiorum. Verg.viij.æn.omnigenūq; deū monſtra: & latrator anubis.Saluber.bris. Ouid.iiij.faſto.phœbe ſaluber ades.Volubilis.Hora.i.epiſt.labitur & labetur in omne volubilis æuū,atq; eadē rōne ſolubilis,a nubo breuiant innuba & pronuba.¶ V.ante.c.lōga eſt,vt eunuchus.i.eruca.æ.ſambuca.æ.Breuiant vero volucer,cris.cre.& hæc volucris.is. Verg. & matutini volucrū ſub culmine cantus.¶ V.ante.d.lōga eſt.vt irudo.inis.Hora.in poet,non miſſura cutē niſi plena cruoris irudo.Brudio.is. quia a rudis componitur breuiat. Dryudæ populi gallorum. Luca.in.i.ſacrorumq; dryudæ.¶ V.ante.f.breuis eſt,vt cucufas.Pru.carmeli.contemptorq; necis cucufas. ¶ V.ante.g.longa eſt,vt ſalſugo.inis.ferrugo.inis,Verg.i.georg.cum caput obſcura nitidum ferrugine texit.¶ V.ante.l.breuis eſt:vt anulus.i.hortulus.i. Producunt vero adulor.aris,vnde & adulator.Iuue.cætus adulator diruſq; a ponte ſatelles. Amulius.ij. rex albanorum. Ouid.in faſt. contemptor amulius æqui. Apulia.æ.Hora.i.ſermo.incipit ex illo montes apuliæ notos. Edulis.e.Hora.ij.ſermo.vines ſubmittit capreas non ſemper edules.Getulia.æ.& getulus.a.um,Verg.iiij.eneid.hinc getulæ vrbes genus intractabile bello. Peculium.ij.Idem in bucco.nec ſpes libertatis erat,nec cura peculii.Torcular.aris. Priſcia.in.iiij.lib.in.ar.(inquit)deſinentia deriuata ſi conſonantem habeant ante.ar.penultima ſyllaba producitur,vt a torqueo torcular.Tribulis. Hora.ij.ſermo.vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis. Thraſibulus.Auſonius.arma ſuperueheris q thraſibule tua, ¶ V.ante.m.longa eſt: vt acumen acuminis. Breuiāt vero autumo autumas Horatius.ij.ſermo. autumat hæc populus,hæc magnos formula reges. Columen columinis pro culmen. Silius. libro.xv.punicorum. Auſonij columen regni,inde incolumis incolume, Iuuenalis. incolumi Troiā Priamus veniſſet ad vmbras.*

*Columell.æ pro parua colũna, & gutturis parte vulgera: & pro ſeruo. Mart. irridens carmẽ illud Lucilli. Lucilli columella eſt hic ſitus metrophanes. Irrumo.as. Mart. quæ faciat, duo ſunt irrumat, aut futuit. Documentũ.i. Ouid. i. meta. & documẽta damus, qua ſimus origine nati. Emolumentũ.i. Iuue. nullus in vrbe locus, nulla emolumẽta laborũ. Lucumo.onis. Auſo. ſamij lucumonis acumen. Monumẽtum.i. Ver. in. vj. illa hæc monumenta reliquit. Quod ſi Priſc. regula vera eſt, q̃ nõia in mentũ eandẽ retinẽt ſyllabã quã habẽt in penultima præteriti perfecti. errauit Prud. in amartigenia cũ dixit. indumenta nonis texente plumea telis. & Arator, quibus indumenta pudoris, atq; ex hac ratiõe aſſumentũ breuiabit. Sed qd dicendum, q̃ argumentũ producitur? Verg. argumentũ ingẽs. Et a tumeo compoſita. vt cõtumax. acis. cõtumelia.æ. Mart. ſed tu ſyllaba cõtumax repugnas. Idem in alio loco: nec te barbara cõtumelioſi. ¶ V. ante. n. longa eſt, vt fortuna.æ. lacuna.æ. Breuiant vero albunca.æ. ſilua in agro tiburtino. Verg. vij. æñ. cõtulit albunca nemorũ quæ maxima ſacro. ¶ V. ante. p. breuis eſt vt cẽturupe oppidũ Siciliæ. Sili⁹. lib. xiiij. necnõ vertice largo cẽturupe. ¶ V. ante. r. lõga eſt, vt cęſura.æ. ſcaturio.is. ligurio.is. Prude. petra dei iuſſu potũ largita ſcaturit. Hora. ij. ſer. tractauit calicẽ manibus dũ furta ligurit. Breuiant vero bituri. orũ. populi galliæ. Luc. in. i. & bituri longiſq; leues ſaxones in armis. Camurus.a.um. Verg. iij. geor. pes etiã camuris hirtæ ſub cornibus aures. Cẽturio, onis. Mart. encolpus dñi cẽturionis amor. Sedulius in dimetro iãbico breuiauit dicẽs. flex⁹ genu cẽturio. Lemures. rũ. Hor. ij. epi. nocturnos lemures portentaq; theſſalaridos. vnde lemuria. Oui. in faſtis appellauit dicẽs. ritus erat veteris nocturna lemuria ſacri. Luxuria.æ. Ver. i. geor. luxuriã ſegetũ tenera depaſcit in herba. Mercuri⁹. ij. Idẽ. iiij. tũc ſic Mercuriũ alloquitur ac talia mãdat. Mamurius. ij. Oui. iij. faſto. Mamurius morũ fabre nec exactior artis. Maſurius. Perſi. excepto ſi quid Maſuri rubrica notauit. Purpura.æ. Iuue. ſed tñ hoc ipſis eſt vtile purpura vẽdit. Sabura.æ. præfect⁹ exercit⁹ iubæ regis. Luca. in. iiij. vt ſibi cõmiſſi ſimulator ſabura belli. p̃ nauis libramento p̃ducit. Tugurium. ij. Idẽ in buc. pauperis & tuguri congeſtũ ceſpite culmẽ. Et verba deſideratiua, q̃ alij meditatiua appellãt: vt eſurio.is. parturio.is. Iuue. noctib⁹ hic ponũt lecticas, micturiũt hic. Verg in buc. nũc oĩs parturit arbos. ¶ V. ante. s. p̃ducitur. vt cęruſa.æ. creuſa.æ. arethuſa.æ. teletuſa.æ. Ebuſus. Priſciã ex Dionyſio in perihegeſi. hinc frangitur æquore Ebuſos. Sillius vñ lib. iij. puni. breuiauit dicens, iamq; ebuſus phœniſſa mouet: mouet artabrus arma. Breuiant vero brunduſiũ. Luca. brũduſium geminis iubet hanc cõtingere caſtris. Blanduſia. Hora. o fons blãduſiæ. ſcilicet. u. Canuſiũ. Idem. Seruius oppidius canuſi duo prædia diues. Peruſiũ. Luca. in. i. his ceſar peruſina fames. Voluſius. Iuue. quis neſcit voluſi bithynnice. Venuſiũ & ſiracuſæ indifferentẽ habẽt. ¶ V. ante. t. longa eſt. vt cicuta.æ. Præputiũ. ij. Iuue. nil præter gelidas auſi conferre cicutas. Idem, impatienſq; moræ pauet & præputia ducit. Cõfuto.as. & refuto.as. Verg. xij. æñ. quod ſi fors alia refutet. Breuiant vero arbutus. ti. Verg. in buc. & quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. Defrutum. Mart. & nigri ſyria defruti lagena. Recutitus. Mart. nec recutitorũ fugis inguina iudæorũ. & a quatio. is. cõpoſita. vt cõcutio. is. diſcutio. is. percutio. is.*

Columella.æ. Documentum.ti. Emolumentũ.i. Irrumo.as. Lucumo.onis. Monumẽtum.ti. Et a tumeo cõpoſita. vt Cõtumax.acis. Cõtumelia.ę.

V. ante. n. lõga eſt, vt Fortuna fortunę. Breuiãt vero Albunea albuneæ.

V. ante. p. breuis eſt. vt Vpupa.ę. Cẽturipe. rupes.

V. ante. r. lõga eſt, vt Silurus.i. Ligurio.is. Breuiant vero Bituri. orũ. Camurus.a.um. Centurio.onis. Lemures.urum. Luxuria.ę. Mamurius.i Maſſurius.ij. Mercurius.ij. Purpura.æ. Sabura.æ. Tugurium.rij. Et verba deſideratiua, quæ formantur ab vltimo ſuppino addita. rio, vt ab Eſu eſurio eſuris. A partu parturio parturis,

V. ante. s. p̃ducitur, vt Ceruſa.ę. Creuſa.æ. Breuiãt vero Brundiſium.ij. Blanduſia.æ. Canuſium.ij. Peruſium.ij. Voluſius.ſii. Venuſium venuſii.

V. ãte. t. lõga eſt, vt Cicuta.ę. Prępvtiũ.ii. Cõfuto.as, Refuto.as. Breuiãt arbutus.i. Defrutũ.i. Recutitus.a.ũ. Et a quatio quatis cõpoſita, vt Cõcutio.is.

V. ante. u. conſonantem breuis eſt, vt Diluuium. Exuuiæ, exuuiarum,

¶ De vltimis ſyllabis. Cap. vi.

A Terminalis longa eſt, vt ama, ſupra. Breuiãt vero. ita. puta aduerbium, quia. Poſtea indifferentẽ habet. Nominatiuus quoq;, accuſatiuus, & vocatiuus vtriuſq; numeri, præterq̃ nominã nu

*DE vltimis ſyllabis. Cap. vi. A. terminalis, q̃ dictiones in. a. terminatæ producũt ſyllabam illam finalem, vt ama, narra. vltra, ſupra. Breuiant vero, ita. Verg. ix. æñ. non ita me genitor bellis aſſuetus Opheltes. Puta. Perſius hoc puta nõ iuſtum male recti ius iſtud. Quia. Hora. i. ſer. non quia Mœcenas lydorum quicquid hetruſcos. Poſtea indifferentem habet. Ouid. i. faſtorũ. poſtea mirabar, cur non ſine litibus eſſet. vbi poſtea breuis eſt, reperitur alias lõga, vt Hora. in epodo. Romanus heu poſtea fugabitis, vbi duæ poſteriores ſyllabæ iambicum faciunt, pari quoq; ratione vltimam producunt. antea præterea, interea. Vltra quoq; Serenus breuiauit dicens, curaq; nil prodeſt, nec ducitur vltra biatrix. Et fruſtra, Auienus in arato. ima vehunt cæli luxit dum fruſtra frequenter. Breuiant quoq; nominatiuus accuſatiuus & vocatiuus vtriuſq; numeri, vt hæc muſa o muſa: plurali hæc tempora o tempora, quod etiam in compoſitione ſeruatur, vt vtraq;, pleraq;. & eadem, quæ in his caſibus breuiant, in ablatiuo producunt. Lucanus in. iiij. vtraq; frugiferis & ſilua nobilis aruis. Verg. v. æneid. creber vtraq; manu pulſat, verſatq; dareta. Hora. in poeti. pleraq; differat & præſens in tempus omittat. Verg. ij. georg. non eadem arboribus pendet vindemia noſtris. Ouid. iiij. meta. at non duricia ſecubus quoq; vicit eadem. Reperitur etiã plerumq; in ablatiuo breuis. Verg. in. x. æñ. vna eademq; via ſanguis animuſq; ſequuntur. Propertius in. iiij. hac eadem rurſus lygdame curre via. Calphurnius in æglogis, rupe ſub hac eadem quam plurima pinus obumbrat. Sed producunt nu*

meralia in.ginta.deſinētia,vt trigīta quadrrgīta. Et a nominibus græcis in.as,& in.es. productas deſinētibus vocatiuus in.a.pducitur.vt Aeneas. o ęnea. Anchiſes o anchiſa. Nominatiu⁹ quoq; a gręcis plęrūq; producitur.vt Nemea ę. Tegea ę. E,terminalis breuis eſt;vt hoc mare;lege;legere. Producunt vero accuſatiui trium pronominum ego me,tu te,ſui ſe. Et nomina græca fœminina quæ ad primam declinationem noſtram referū-tur;vt penelope in nominatiuo;datiuo,vocatiuo,& ablatiuo. Et nomina gręca pluraliter declinata;vt mele;cete;tempe.& vocatiuus ablatiuuſq; a nominibus gręcis terminatis in.es. productam, quę ad primam & tertiam declinationem latinā referunt;vt anchiſes o anchiſe ab anchiſe;vlyxes o vlyxe ab vlye. Et abtīūs ſingularis a nominib⁹ quintæ declinationis;vt dies a die. Et gtīūs regularis quintę declinationis in.e.vt dies die. Et ſcđa pſona ſingularis præſentis imperatiui modi ſcđę cōiugationis actiuę vocis;vt doce;mone,aude. Et aduerbia illa fere;ferme;quare.ne pro non:næ pro certe.væ,p hei;ſed hæc duo diphongū habēt. Interiectiōes quoq; pducunt ille,pape;ohe.

meralia in.ginta.deſinentia,vt triginta,quadraginta,quinquaginta,ſexaginta,ſeptuaginta,octoginta,nonaginta.Verg.j.æneid.triginta magnos voluendis menſibus orbes. Idem in.vij.triginta capitum foetus enixa iacebit. Petronius arbiter.ſanguine Romano ſexagintaq; triumphos.Quod vero apud Mart.legitur:ſexagintaq; teras cū lumina mane ſenator,& alio in loco,mutua quod nobis ter quinquaginta dediſti:ego ſuſpicor vitio ſcriptorū eſſe factū,vt p ſexagena ſexaginta,& p quinquagena,quinquaginta ſcriberetur,quēadmodū pro eo quod Iuue.ſcripſit quadringenta dedit gracchus ſeſtertia dotem,nonnulli afferunt ad huius regulæ euerſionem quadraginta dedit gracchus,quaſi quadringenta milia ſeſtertium non ſit ſumma,qua equites ex lege Roſcia cenſerentur:vt idem Iuuena.quadringenta tibi ſi quis deus,aut ſimilis dijs.& Mart.quadringenta tibi non ſunt cherestrate ſurge,& alio loco quadringenta ſecat,qui dicit ſycameri ve.Producitur præterea vocatiuus a nominibus græcis in.as.vel in.es.deſinentibus,quæ ad primam nominis declinationem latinam referuntur,vt æneas o ænea,anchiſes o anchiſa,& a nominibus grecis in.as.terminatis,quæ ad tertiam declinationem noſtram reducuntur,vt pallas pallantis,o palla.calchas calchātis,o calcha.Verg.x.æneid.ænea vigila,& velis immitte rudentes.Idem in iij.coniugio anchiſa veneris dignate ſuperbo. Idem in.x.teq; iuuat palla:ſed bellis acer aleſſus,quod ſi huiuſmodi vocatiui breues reperiantur,a terminatione potius latina veniunt,vt Hora.ij.ſermo.ne quis humaſſe velit aiacem atrida vetas cur,nominatiuus nō atrides,ſed atrida fuit,Proper.non ita dardanio gauiſus atrida triumpho. Nominatiuus quoq; producunt etiam nomina græca,quæ non habent accentum in ante penultimam,vt theologia,philoſophia:nā quæ habēt in ante penultima breuiant,vt ægina.Mna producitur circunflectiturq; ¶ E.terminalis breuis eſt,vt hoc mare,lege,legite:legere. Producunt vero me ab eo qđ eſt ego mei. Verg.ix.æneid.me me adſum,qui feci,in me cōuertite ferrum. Te ab eo quod eſt tui.Idem in.iiij.te propter lybice gētes,te vero particula,quæ huic pronomini adijcitur breuis eſt. Lucre.in.j.Accipe præterea quæ corpora tute neceſſe eſt.Sed ab eo quod eſt ſui.Verg.in.vi.& magno ſe corpore miſcet.Et nomina græca fœminina q̄ apud græcos in.e.longū finiuntur:vt penelope.es.neq; id ſolū in recto,ſed etiā in reliquis caſibus illi cōterminalibus,quāq̄ Iuuē.autoritate ſua ablatiuū a calpe.es.breuiauit dicēs:ſed lōge calpe relicta.Sed hic caſus poteſt eſſe ab altera declinatione ſ.calpis.is.a calpe:ſicut & Verg.præneſte ſub ipſa dixit,ab eo qđ eſt præneſtis.Et pluraliter declinata.vt tēpe.cete.mele.Oui.j.meta.ſiluæ vocāt tēpe.per quæ peneius ab imo,apud Lucre,cygnea mele & muſa mele.Et vocatiuus ablatiuuſq; a noībus græcis terminatis in.es.producta ſiue ſint primæ declinationis.vt anchiſes o anchiſe ab anchiſe,ſiue tertiæ eorum præſertim quæ apud illos in.eus.diphthongon terminantur.vt achilleus,Perſeus.vlyſſeus.achilles o achille ab achille.perſes o perſe a perſe.vlyxes o vlyxe ab vlyxe. Et ablatiuus a nominibus quintæ declinationis.vt dies a die,progenies a progenie. Fames quoq; quia teſte Gellio.libro viij.noct.atti.per quintam declinationem apud antiquiores inflectebatur.fecitq; in genitiuo (vt ille ait)famē vel fames more quintæ declinationis,ablatiuum quoq; in.e.longum terminauit. Vergil.vi.æneid.obijcit ille fame rabida tria guttura pandens,aut quia (vt Priſcia.libro.vij.ſcribit)in quibuſdam nominibus quæ ablatiuum in.es.productam terminantia pares cum genitiuo habent ſyllabas,in tertia declinatione ſolebant antiquiores producere ablatiuum more quintæ declinationis.vt hæc moles a mole.tabes a tabe.Lucretius.imbribus & tabe membrorum arbuſta vacillant. Et genitiuus regularis.Vergilius.primo.æneid.libra die ſomniq; pares.Ouid.iij.meta.prima fide vociſq; ratæ. Et ſecunda perſona,&c.vt doce.mone.Vergil.vij.æneid.tu vatem,tu diua mone,dicam horrida bella.Quod vero Proper.dixit.tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ.& Hora.tu caue ne minus,tu ne maius facias: Id non eſt ab eo quod eſt caueo caues:ſed ab eo quod eſt cauo cauis,quemadmodum in tertia coniugatione diximus:cum de præteritis verborum in.uo.deſinentibus agebamus:nam illud Ouid.in.j.de triſt.hicq; quod ignoti faciunt vale dicere ſaltem,aut quaſi nomen l.[illegible]auit,aut morem ægre diſcedentium oſtendit:qui verba vix integra proferunt. Verg.vero in bucco.aut hac ratione,aut illa potius breuiauit,q; vocalis ſequebatur cum dixit,& longum formoſe vale,vale (inquit) iola,aut ab eo quod fuit vallo vallis,ſic Perſius.vide ſis,quaſi a vido vidis breuem poſuit. Et aduerbia illa fere,ferme,quare.Iuuenal.nulla fere cauſa eſt in qua non fœmina litem. Idem.mobilis & varia eſt ferme natura malorum.Martial.vxorem quare teleſinam ducere nolo. Ne quoq; pro vt non,ſiue non producitur,vt apud Verg.ij.æn.ne recipi portis,aut duci in mœnia poſſint:næ vero pro certe per.æ.diphthongon ſcribitur,quemadmodum & væ dolentis interiectio, Producunt vero etiam ohe,& pape,Mart.ohe iam ſatis eſt ohe libelle.Perſius.pape marco ſpondente recuſas.

*Et aduerbia a nominibus adiectiuis non quidem omnibus: ſed ſcđæ declinationis deriuata, vt a docto docte, a pio pie, a iuſto iuſte. A bono vero bene: & a malo male breuiãt. Oui. in epl'a helenes, nã male qđ ſuades vtinã bene cogere poſſes. Quod vero qdã dicũt apprime quoq; breuiare: idq; autoritate Vergi. ij. geor. confirmãt, cũ dicit: flos apprime tenax, ea lectio mẽdoſa eſt: nã Ver. nõ apprime ſed apprima ſcripſit, ꝑ apprime: hoc eſt nomen ꝑ aduerbio figura apđ poetas vſitatiſſima. ¶ I. terminalis longa eſt, vt gũmi, amaui, ſi, ni. Breuiãt vero niſi. Verg. in buc. qđ niſi me quacũq; nouas incidere lites. Quaſi. Ouid. et quaſi diſcedẽs oſcula nulla dedi. Auienn9 tñ in arato. ſingulari exemplo lõgũ poſuit.*

Et aduerbia a nominibus adiectiuis deriuata, vt a pulchro pulchre. Breuiant tamen a bono bene, a malo male, Et prępoſitiones duæ. e. de. producuntur.

I. terminalis longa eſt; vt gummi. amaui. Breuiant vero; niſi. quaſi. Datiuus quoq; & vocatiuus græci in. i. deſinentes a nominibus quintæ declinationis illorum; quæ ad tertiam noſtram referuntur. vt Palladi. Phyllidi. o Priami. o Pari. Mihi vero. tibi. ſibi. ibi. vbi. indifferentem habent.

O. terminalis indifferens eſt, vt ego, ergo, ſermo ſermonis. amo amas. Producunt vero datiui & ablatiui ſingulares ſecundæ declinationes, vt domino a domino. & aduerbia datiuis ſimilia; vt falſo, certo. Et nomina græca fœminina in. o. deſinentia. vt ſappho. alecto. clio, Et dictiones monoſyllabæ. vt. o. do. pro. Breuiant tamẽ cedo pro dic. cito. ilico. modo. & duo. & ambo. Gerundia vero. datiui. & ablatiui in indifferenter deſinunt.

V, terminalis longa eſt. vt Cornu. Gelu.

B. terminalis breuis eſt. vt ab, ob, ſub. Barbara vero producunt. vt Iacob. Aminadab.

C. terminalis longa eſt. vt hoc. dic. duc. ſic. Breuiant vero fac. lac. nec, donec. Hic pronomen indifferens eſt.

*Dtũs quoq; & vtũs græc9 breuiãt, vt Papi. in achilleide, palladi litoreæ celebrabat ſcyros honorẽ. Catull9, morte ferox theſei quam lem minoidi luctũ. Sabin9 in epl'a demophoõtis, phyllidi demophoon patria dimittit ab vrbe, palladi nãq; minoidi & phyllidi datiui ſunt græci, nã latini ꝓducerẽtur. Verg. in buc. mirabar qđ mœſta deos amarylli vocares. Ouid. in epl'a chana, prima mihi nutrix oecli dixit amas. Idem in epl'a hele. bella gerãt alij: tu Pari ſemper ama. Noia quoq; græca, vt meli qđ interpretatur mel: qđ apđ nos tãtũ in compoſitiõe reꝑitur, vt melimelum, melilothos, melicratũ, hydromeli, oxymeli. Moly quoq; radix ab Homero celebrata: cui9 inuentio, vt inqt Pli. li. xxv. natu. hiſto. Mercurio aſſignatur. Ver. in priape. quem cur moly vocat: mẽtula moly fuit. Oui. xiiij. meta, moly vocãt ſupi: nigra radice tenetur. Prenoia vero illa, mihi, tibi, ſibi, finalem indifferẽtẽ hñt. Verg. i. æñ. tu mihi quodcũq; hoc regni: tu ſceptra Iouẽq;. Idem in eodem, mihi cauſas memora. Ibi quoq; & vbi, tũ breuiare, tũ ꝓducere repiuntur. ¶ O. terminalis indifferẽs eſt. vt ego. ergo. Prop. in. ij. frater ego tibi ſim fili9 vn9 ego. Hora. nil tãti eſt: ergo fungar vice cotis acutũ. Augu ſt9. ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis. Producũt vero datiui vl' ablatiui ſingulares ſcđæ declinatiõis. eodem tñ qđ ab eo & dem particula cõponitur: quemadmodũ de eadem diximus: mediã habet indifferentem. Breuem, vt apđ Ver. in buc. vno eodemq; igni ſic noſtro Daphnis amore. Idem. xij. æñ. vno eodemq; tulit partu. Prop. in i. hoc eodem ferro ſtillet vterq; cruor. Longã Iuue. poſuit, ne placeat curru ſeru9 portatur eodem, & Martial. cum ſteterit nullus vultu tibi talus eodem: Et nomina græca fœmina in. o. deſinentia, vt alecto. us. clio clio9. argo argus. Verg. vij. æñ. alecto toruã faciem & furialia membra. Oui. i. in. i. de arte, nec mihi ſunt viſæ clio cliuſq; ſorores, et dictiões monoſyllabæ, vt o. do. ꝓ. Ver. o regina nouã cui condere Iuppiter vrbẽ. Mar. do tibi naumachiã: tu das epigrãmata nobis. Ver. prima qđ ad Troiã ꝓ charis geſſerat argis. Breuiãt tñ hæc cedo ꝓ dic. Iuue. cedo ſi breue parui. Cito. Iuue. & cito raptur9 de nobilitate comeſa. Ilico. Auſo ilico non marco. Modo. Verg. iiij. æñ. ſi modo qđ memoras fatũ fortuna ſequatur. Sero, tũ breue, tñ longũ reperitur. Tibull9. heu ſero reuocatur amor ſeroq; iuuenta. Papi. ſero memor thalami mœſtæ ſolatia matris. Ambo quoq; & duo breuiãt ſiue illa ſint maſculina ſeu fœminina in ntõ plurali ſeu actõ. Mart. cliuum poſſidet ambo nemus. Vergi. ſi duo præterea tales idea tuliſſet. & Hor. duo ſi diſcordia vexet inertes. Gerũdia quoq; ſubſtãtiua in. do. indifferenter deſinũt. Vergi. in bucco. frigid9 in pratis cãtãdo rumpitur anguis. Idem in eodem, cãtãdo tu illum, haud vnq tibi fiſtula cera. Iuuẽ. pluribus hic æger moritur vigilãdo ſed ipſum. Alphius apđ Priſci. li. xiij. ſpaciãdo paulatim trahit. Eſt enim dimetrum iãbicum hñs neceſſario iãbum in ſecũdo loco ¶ V. terminalis longa eſt, vt cornu. gelu. a ſenſu. a manu. Breuiatur tñ quãdo. s. littera liqueſcit. vt apud Ennium in ſuntibus paruis. ¶ B. finalis breuis eſt, vt ab. ob. ſub. idq; non ſolum in appoſitione: ſed etiã in compoſitione cum dictionibus incipientibus a vocali, vt Vergi. Troiæ qui primus ab oris. Idem. cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis. Idem quoq;. fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum. Barbara vero ideo producuntur: quia ad noſtram declinationem reducta eandem ſyllabam longam retinent. vt Iacob Iacobus. Aminadab. abus. ¶ C. terminalis longa eſt. vt dic. duc. huc. ſic. Breuiãt vero, fac. & merito; quoniã abſciſa e eſt ab eo quod eſſe debuit face. Ouid. in epiſtola pphyllid. phylli fac expectes demophoonta tuum. niſi forte. Ouid. ſynalœphã fecit ſcribens: phylli face expectes demophoonta tuum. Lac quoq; breuiare ab omnibus dicitur: & ſi nullum mihi ſuccurrerit exemplum. apud Serenum tamen reperio produci. Lac aſinæ pleſiaeq; bouis prodeſſe loquuntur, Nec. Ouid. in epiſtola ſapphus. o nec adhuc iuuenis: neq; iam puer vtilis ætas. Donec. Idem in amoribus donec eras ſimplex animum cum corpore amaui. Hic pronomen indifferenter reperitur. Verg. iiij. æneidos, ſolus hic inflexit ſenſum animumq; labantem. Idem in ſexto. hic vir hic eſt tibi quẽ promitti ſæpius audis. Martialis, hic eſt quem legis ille quem requiris. Idem hic eſt pampineis viridis modo veſtib9 vmbris.*

# LIBER QVINTVS.

D.terminalis breuis eſt.vt ad,apud;ſed,illud,iſtud.

L.terminalis breuis eſt;vt tribunal.nalis. Producūt vero nil indeclinabile,ſol ſolis.Et nomina barbara;vt Baal,Michael michaelis,Iſrael iſraelis.

M.terminalis ab antiquioribus breuis ponebatur; ſed in vſu autorum,aut abijcitur.aut cū ſequenti conſonante vocalem præcedentem producit.

N.terminalis longa eſt,vt pæan pæanis.non.quin. Breuiant vero,an,forſan,forſitā,tamen; in. Et ex ijs cōpoſita;vt attamen,exin;dein; proin. Et nomina gręca in.on.finita;quæ ad ſecūdam nominis declinationem latinam referuntur;vt iliō ilij. pelion pelij. Accuſatiuus quoq; primæ declinationis a nominibus gręcis in.a.breui terminatis. Et ſecundæ in.os.& tertiæ in.is.vt ægina eginā. menelaos.laon,daphnis daphnin.Et nomina latina in.en.deſinentia,q̄ mittunt gtm̄ in.inis.vt nomen.inis. Fulmen. inis. Et dictiones compoſitæ cum hac particula.ne.interrogatiua, quæ in fine abſcindūtur;vt egō pro egone: viden pro videſne?

R.terminalis breuis eſt;vt Cæſar cęſaris.Producūt vero Far farris.Par Paris.Nar naris. Ver veris. Iber iberi.Cor cordis.Fur furis.Cur aduerbiū. Et nomina greca in.er.mittētia genitiuū in.eris, vt aer aeris.ęther ętheris.character characteris.

As.terminalis producitur;vt æſtas,atis. Breuiāt vero græca mittentia genitiuum in.adis.vel.ados. vt arcas.adis.vel arcados. Accuſatiuus quoq; pluralis a nominibus græcis,quæ ad tertiā nominis declinationē referuntur.vt arcas.das,menas.das.

*Hic aduerbium ſemper producitur. Verg.i.æñ.poſthabita coluiſſe ſamo,hic illius arma. Hoc ſecūdū. Priſci. breuiat, quod ſi productum reperias duplex.c.debere ſubſequi putat.vt Verg.hocce erat alma parens. Perſius.hocce eſt quod palles, cur quis nō prandeat hocce eſt. ¶ D.terminalis breuis eſt.vt ad,apud.ſed.Verg.i.æñ.alma Venus phrigij genuit Simoentis ad vndam. Iuue.aut apud iſiacæ potius ſacraria lenæ. ¶ L.terminalis breuis eſt,vt tribunal.alis,vigil.gilis.Ouid.in amoribus,quod faciet magnas turpe tribunal opes. Producit vero Nil indeclinabile.Hora.ij.epiſtola,nil oriturū,alias ortum nil tale fatētes, nihil vero breuiat.Sol.is.Ouid. ſol aditus quod queris ait,nec vana labores,Et nomina barbara,vt Micol,michael,iſrael,quāq̄ Sidonius appollinaris breuē poſuit dicens,iſrael appenſi per concaua gurgitis iret:niſi forte per ſyneræſim proferas.æ.quemadmodum Varro.cū te flagranti deiectum fulmine phaeton. ¶ M.terminalis ab antiquiſſimis poetis breuis aliquando ponebatur ſequenti dictione,quæ inciperet a vocali.vt Ennius.inſignita forent tū milia militum octo,vbi non fecit ecthlipſim. Iuniores quoq; aliquando ſibi hanc licentiā vſurparunt. Sed de hoc in principio huius libri diximus plura. ¶ N.terminalis longa eſt,vt pean peanis,ſyren ſyrenis.delphin.inis.dæmon.onis.quin coniunctio. Verg.iiij.æñ.quin etiam hyberno moliris ſydere claſſem. Breuiant vero an cōiunctio interrogatiua.Iuue.accipis & madidæ facies dicetur,an bulcus? Forſan. Verg.i.æñ. mitte forſan & hec olim meminiſſe iuuabit. Forſitan. Iuue.forſitan expectes,vt gaditana canoro. In.præpoſitio & ab in compoſita.vt proin,dein,exin.Verg.i.eneid.ſocios partitur in omnes. Tamen & ab eo compoſita.vt attamen veruntamen. Ouid.Nil mihi reſcribas: attamen ipſe veni. Et nomina græca in.on.finita. & c.vt ilion ilij.pelion.pelij. Verg. ilion & omnis fumat neptunia Troia. Luca.pelion opponit radijs naſcentibus vmbras. Accuſatiuus quoq; & c.vt ægina eginan. Papi.in theba, quippe ferunt raptam patrijs eginā ab vndis. Cilla cillan. Ouid.xiij.meta.me tenedon chryſenq; & cillan appollinis vrbes. Menelaos menelaon.Idem in epiſtola oenones:ardet amore tui,ſic & Menelaō amauit. Pilos pylon.Idem in ep̄la penelopes. nos pylō antiquā nelei neſtoris arua.Daphnis daphnin. thyrſis thyrſin.Proper.thyrſin & attritis daphnin arūdinibus.Et nomina latina in.en.deſinentia,quæ mittūt genitiuū in.inis,vt nomen.inis.nam græca vt ſyren ſyrenis: & latina mittentia genitiuum in.enis. vt ren renis producūt. Viden in fine abſciſſum pro videſne breuiatur.Verg.vi.æñ.viden vt geminæ.ſ.v.c.Catul.viden velociter exuere. ¶ R.terminalis breuis eſt:vt ceſar.aris.amatur,legitur,per,nuper.igitur.Quod vero quidam autore Beda producunt puluinar.torcular,cochlear & huiuſmodi,non probant cum e diuerſo Iuuenalis puluinar breuiarit dicens,fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem. Producunt vero far farris.Ouidius in faſtis.far erat & puri lucida mica ſalis. Par paris. Hora.ludere par impar, equitare in arundine longa. Nar naris,fluuius Italiæ,Vergilius.vij.eneid.ſulphurea nar albus aqua,fonteſq; velini. Iber iberi.Lucanus in.vi.ſi tibi durus iber,aut ſi tibi terga dediſſet. Ver veris. Ouidius.i.metamor.ver erat æternum placidiq; tepentibus auris.Cor cordis.Ouidius in epiſtola Sapphus, molle meum leuis cor eſt violabile telis. Idem tamen breuiauit.v.metamor.inq; cor hamata percuſſit arundine ditem, & Martial.dotata vxori cor arundine fixit acuta. Fur furis.Perſius.fur es(ait pedio)pedius quid crimina raſis. Cur aduerbium.Ouidius,cur opus affectas ambitioſe nouum? Beda torcular & puluinar & ſimilia produxit ex obliquorum analogia. ¶ Et nomina græca in.er.deſinentia quæ apud illos per.eta.longum ſcribuntur.vt aer aeris,æther ætheris.Claudianus tamen breuiauit aer dicens,lucidus vmbroſo miſcebitur aer auerno.Sunt tamen qui non aer ſed axis legant hoc in loco. Produxit tamen Ouid.i.faſtorum.lucidus hic aer quo duo corpora reſtant. Idem,audiet hoc æther, & ſi deus vllus in illo eſt. & quæ incremento diximus mittere genitiuum in.eris.penultima longa,vt crater.eris,ſtater.eris. ¶ As.terminalis producitur.vt æſtas.atis.amas, amabas. Breuiant vero nomina græca mittentia genitiuum in.adis,vel in.ados,vt arcas.adis.vel.ados,pallas.adis.vel.ados Ouid.ij.meta.arcas adeſt ter quinq; ferens natalibus annos,idem. Vt vidit vultus pallas in amne ſuos. ¶ Et accuſatiuus, & c. vt arcas accuſatiuo arcadas,menas.adas.troas.adas.Mart.ad matrem fugiet pentheus ad menades orpheus. Ouid.in epiſtol.Troadas inuideo,quæ ſit lachrymoſa ſuorum.*

¶ In.es. ꝑducunt vt proles.is.dies.ei.ſpecies,ei.ames.leges,Pruden. nimis licenter fames & lues breuiauit in pſychomachia, ſpoliatq; ſuos fames impia natos.Idem in eodem opere,ſtupuit lues improba caſtis. Breuiat vero es ſecunda perſona a ſum, es fui.cum ſuis compoſitis,vt Verg.ii.æñ.quiſquis es amiſſos hinc iam obliuiſcere graios.Idem in bucco.huc ades o formoſe puer tibi lilia plenis. Reperitur tamen es aliquando producta,Flaccus.vii.argonau.tu ſupplice digno dignior es & fames meis,Propertius.ſi puer es alio traijce tela tua:ſed hoc forte ex ratione cæſuræ.Penes præpoſitio.Horatius in poetria,quem

Es.terminalis longa eſt,vt proles prolis.leges. Breuiant vero.Es a ſum es fui cum cõpoſitis. Penes præpoſitio. Seges.etis. Teges.etis. Indiges.etis. Perpes.etis.Interpres.etis. Teres.etis.Præpes.etis Hebes.etis,Inquies.etis.Et mittentia genitiuum in.itis.vel.idis.vt Stipes.itis.Obſes.idis.& pes cũ ſuis compoſitis,vt bipes,tripes.Et nomina græca quintæ declinationis,quæ ad noſtram declinationem referuntur in nominatiuo & vocatiuo plurali,vt arcades o arcades,peliades o peliades.

In.is.breuiant,vt panis,legis.Producũt vero.dis.ditis.Lis litis.Sãnis.itis.Quiris.itis.Glis gliris. Pyrois,entis.Simois.entis.Et ſimilia quę per.ei.diphthongon a græcis ſcribuntur. Et græca mittentia genitiuum in.inis.vt Salamis ſalaminis.Delphis delphinis. Et græca per ypſilon mittentia genitiuum in.yos.vt tethys tethyos.Erynnis.ios. Datiuus quoq; & ablatiuus pluralis primæ & ſecundæ declinationis;vt muſa muſis a muſis, dñs dominis a dominis.Et accuſatiuus tertię declinationis quando exit in is,vt omnis.tris.Vis etiã in nominatiuo & genitiuo.Vis quoq; in ſecunda pſona a volo,Velis quoq; & nolis,&lis.a ſum es fui;& fis a fio.Et ſecunda perſona ſingularis pręſentis indicatiui modi quartæ coniugationis; vt audio audis,venio venis,neſcio neſcis.

Os.terminalis producit;vt Ros roris,Sacerdos.otis Breuiãt vero Os oſſis,nam Os oris,producitur; Cõpos.otis.Impos.otis.Et gręca quartæ declinationis deſinẽtia in.os.quæ ad ſecundã declinationem latinã referũtur,vt Abydos.i.Chaos.i.& genitiuus grecus in.os.vt Tereus.eos.Arcas.ados.

penes arbitrium ius eſt & norma loquendi. Seges ſegetis,quod a ſeco ſecas,& teges.etis.quod a tego tegis deriuatur teſte Priſcia. vltima breuiant. Inquies quoq; quanquã a quies quietis cuius vltima longa eſt cõponitur,teſte tamen Probo finalem breuiat. Indiges quoq; & cætera quæ ſequũtur breuiãt autore Priſcia. Et nomina mittentia genitiuũ in.itis.vel in.idis.vt miles.itis. obſes.idis.Pes.dis.bipes.tripes.quadrupes.compes,nam breuiari autor eſt Priſcia.aſtipulãte Probo.Quod ſi reperitur producta hoc erit ratione cæſuræ.vt Verg.x.æñ.arrectum quadrupes & calcibus auras.idem in.iiij æñ.ſtat ſonipes & calcibus auras. ¶ Noĩatiuus quoq; & vocatiuus plurales a nominibus græcis,quæ ad tertiam nominis declinationẽ latinã referuntur, vt arcas arcades.vaſcon.ones.Verg.in buc. arcades inuidia rũpãtur,vt ilia codro.Iuue.vaſcones(vt fama eſt) alimentis talib⁹ vſi. ¶ Is.terminalis breuiatur,vt panis,legis amatis,legitis.Producũt vero dis ditis.lis litis.ſamnis ſamnitis.quiris qriritis.glis gliris.Ouid. in epiſto.paridis.lis eſt cum forma magna pudicitię.Pyrois quoq; & ſimois quoniam a grecis per.ei.diphthongon ſcribuntur ꝑducunt.Ouid.ij.meta.interea volucres pyrois Eous & æthon. Idem in epiſtola penelop. hac ibat ſimois,hic eſt ſigeia tellus. Et nomina græca mittẽtia genitiuum in.inis,vt ſalamis vel ſalamin.inis. eleuſis vel eleuſin eleuſinis,delphis vel delphin delphinis,& habẽtia ypſilon ante.s.vt tethys..Verg.i.geor.teq; ſibi generũ tethys emat oĩbus vndis.Quæ vero in.ydos.exeunt breuiãt,vt chlamys.ydos,Papi.chlamys horrida pẽdet. ¶ Datiuus quoq; & ablatiuus pluralis primæ & ſcdę declinationis,vt muſa muſis a muſis,dñs dñi a dñis.adde etiã tu nomina greca in.a.deſinẽtia,quæ datiuum & ablatiuũ nũri pluralis in.atis mittũt,vt epigrãma.atis. ab epigrãmatis.Accuſatiuus quoq; pluralis tertię declinationis cũ in.is.exit,quemadmodũ in tertia declinatione diximus,vt omnis.tris.Verg.i.æñ. omnis vt tecum meritis pro talibus annos.Idẽ in eodẽ,dorſum immane mari ſummo tris Eurus ab alto.Vis quoq; nomen qđ in noĩatiuo atq; etiã in genitiuo Priſc.teſte ꝑducitur. ¶ Vis præterea ſcdã perſona ab eo qđ eſt volo,& ſis ab hoc verbo ſum es fui cũ cõpoſitis.Hora.ij.epi.cuiliber argilla quiduis imitabitur vda Verg.vi.quãuis elyſios miretur grecia cãpos.Oui.ſis argumẽtũ maius an auxiliũ.Idẽ.tu quoq; fac ſis intra tua clauſtra tacẽti.Et ſis a fio.Hora.lenior & melior fis accedẽte ſenecta.Idem in.iij.car.audiuere lyce ſis anus,vbi ſis anus dactylus eſt. ¶ Secũda quoq; pſona ſingularis præſentis indicatiui modi quartæ cõiugationis.vt audio.is.venio.is.neſcio.is. Proper.non audis & verba ſinis mea ludere cũ iam.Verg.vi.æñ.expectate venis,vt te poſt multa tuorũ. Reperitur tñ breuis apud Sedulium in paſchali cũ dixit,peruenis ad Chriſtũ,nõ Chriſtus peruenit ad te,niſi forte ea ſit a venio.is.tertię cõiugationis,quemadmodũ ſupra in verbis diuerſarũ cõiugationũ diximus. ¶ Os.terminalis ꝑducitur,vt ros,mos,dños.Breuiãt vero os oſſis,vt autor eſt Priſc.ſed autoritate non probat:ex cõpoſito tñ probari põt ſi de ſimplici nõ conſtat.Lucr.lib.iii.exos & exanguis, Cõpos.Ouid.poſt modo cõpos eris.Os.oris.ꝑducitur Verg.i.æñ.virginis os habitũq; gerens & virginis arma. Idẽ in eodẽ. Os humeroſq; deo ſimilis nãq; ipſa decorã.Cõpos.otis. & impos.otis.eodẽ autore breuiãt. Et noĩa græca in.os.deſinentia, vt abydos.chaos,ſamos,leſbos.Ouid.in epiſt.leand.ſolueret in ſpeculis oĩs abydos erat.Verg.vi.æñ.Et chaos & phlegeton loca nocte ſilentia late,quæ vero ad tertiã noĩm declinationẽ latinã referuntur,aut declinationẽ atica mittũt in.o. genitiuũ producunt,vt egoceros.otis.rhinoceros.otis.apollos apollo.athos atho.Androgeos.geo.Verg.ii.æñ.Androgeos offert nobis. Iuue.velificatus athos & quicquid grecia mendax.Genitiuus quoq; grecus cũ exit in.os,breuiatur,vt tereus tereos. Mart. ſit philomena nefas incęſti tereos,& quę. Arcas arcados.Ouid.i.meta.arcados hinc ſedes & inhoſpita tecta tyranni.

Vs·terminalis breuis eſt, vt Dominus. Amamus. Palus paludis, mediam habet Producunt vero Tellus telluris. Incus incudis. Subſcus ſubſcudis. Et nomina monoſyllaba vt Grus gruis. Thus thuris. Et quæ mittunt genitiuum in. utis, penultima longa. vt Virtus virtutis. Et nomimina græca mittentia genitiuum in, untis, vel in odis. Amathus amathuntis. Melampus melampodis. Et nomina quę habēt apud illos. oy. diphthongon, vt Panthus pāthu, Ieſus ieſu. & genitiui ſynærizati a nominibus fœminis deſinentibus in. o, vt Sappho ſapphus. Māto. tus. Genitiuꝰ quoq; ſingularis & Nominatiuus & Accuſatiuus & Vocatiuus quartæ declinationis, vt Manus, ſenſus.

T·terminalis breuis eſt, vt caput. amat.

Omnis ſyllaba in fine carminis aut proſæ ōronis clauſula indifferens eſt; quia lōga ꝓ breui. & breuis ꝓ lōga inuicem ponuntur.

Dictiōes barbaræ; quæ accentu acuto in fine proferuntur, inquācunq; litteram deſinant; vltimas ſyllabas producunt. vt Iacob, Ioſeph. Alaric. Leonor. Enric.

¶ Longę ꝓ breuibus.

Pro breuibus longas poſuerunt ſæpe poetæ.
Pro longis cōtra correptas ſæpe dederunt.
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
Obſtupui ſteteruntq; comę; & vox faucibꝰ hæſit.
Poſthabita coluiſſe Samo. hic illius arma,
Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.
Ipſius ante oculos ingens a vertice pontus.
Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion.
Egerimus noſti & nimiū meminiſſe neceſſe eſt.
Hi tibi momentum & gabios vrbemq; fidenam.

¶ Breues ꝓ longis.

Italiam fato profugus lauinaq; venit.
Exercet diana choros quam mille ſecutæ,
Troas reliquias Danaum atq; immitis Achilli.
Religione patrum multos ſeruata per annos.

*¶ Vs. terminalis breuis eſt. vt dominus domini. corpus corporis. Palus paludis mediam habet. apud Horati. breuiatur cum dicit; ſterilis palus aptaq; remis. Vergil. tamen ſexto æneidos dixit. ſtygiaq; palꝰ innabilis vnda. Quintili. libro primo vbi de grammatica, ſimpliciter produci debere dicit palus paludis. ſic palus. i. breuiari. Producunt vero tellus telluris. Vergil iiij. æneidos, deueniunt prima & tellus & pronuba Iuno. Incus incudis. finalem producere ex obliquis conicimus. ¶ Et nomina monoſyllaba. vt grus gruis. ſus ſuis. thus thuris. ius iuris. Marti. in ius o fallax atq; inficiator eamus. Et q̄ mittunt genitiuum in. utis. penultima longa. vt virtus virtutis. nam intercus quoniam in obliquis breuiat in recto quoq; breuiare ſuſpicamur. ¶ Et nomina græca mittentia genitiuum in. untis. vel in. odis. vel in. u. quoniam a græcis in. oys. diphthongon quæ apud nos vertitur in in. us. terminātur. vt amathus amathuntis. Vergili. decimo æneidos. eſt amathus eſt celſa mihi paphos atq; cythera. Et nomina quæ habent apud illos. oy. diphthongon. vt pāthus. Vergili. in ſecūdo æneidos. pāthus othryades caſtos phœbiq; ſacerdos. atq; eadem ratione Ieſus producitur. Et genitiui ſynærizati. vt ſappho ſapphus. manto mantus. Vergili. decimo æneidos, fatidicæ mātus & Tuſci filius amnis. ¶ Genitiuus quoq; ſingularis. &c. vt genitiuo ſenſus, nominatiuo plurali ſenſus, accuſatiuo ſenſus. vocatiuo o ſenſus. Seduliꝰ nimis licenter in genitiuo ſingulari. us. produxit dicens, ſexus & ætatis ſatiauit quattuor illic, nam ꝙ alibi dixit, dicemus ſancti coniunctio ſpiritus actu. legi poteſt pro ſpiritu flaminis aut pneumatis. Illud nullo modo excuſari poteſt quod dixit: primoſq; necans vagitus & audens. ¶ T. terminalis breuis eſt, vt amat. caput. ſicut. quod intelligendum eſt ſi non præcedat alia conſonans aut diphthongus. vt amat. aſt. aut. In abſciſis vero producitur: vt cum dixit Vergiliꝰ tertio æneidos, fumat neptunia Troia: pro fumauit (vt exponit Seruius) poſitum eſt. ſed hic producitur poſitione. Iuuenalis, quis neſcit, aut quis non vidit vulnera pali. ſed dicet quiſpiam hoc loco ſemipenthemimerim eſſe. quid ꝙ Martiani autoritate dictiones in. t. deſinentes indifferentes eſſe poſſunt: quamuis in vſu autorum prope ſemper breuientur.*

*¶ Omnis ſyllaba. huius regulæ autores ſunt Cicero, Quintilianus. Ruffinus quoq; de pedibus oratorum ſic inquit, breuis vltima claudet: longa fit an breuis nullum diſtrimen habetur: vt ſolet in metris doctus componere vates. Itaq; in fine carminis ſiue clauſularum quæ proſa oratione conſcribuntur: ſyllabæ finales indifferenter poni poſſunt: hoc eſt longa pro breui: & breuis pro longa, Horati. primo carmi. iam ſatis terris niuis atq; diræ. in fine ſpondeum poſuit pro trocheo: eſt enim carmen. ſapphicum. econtrario Vergiliꝰ primo æneidos. Italiam fato profugus lauinaq; venit: trocheum poſuit pro ſpondeo. trocheus enim non reperitur in verſu heroico: vt putauit Alexander. ¶ Dictiones barbaræ hæc regula colligitur ex iis, q̄ multis in locis a nobis ſunt repetita. Dicit igitur ꝙ dictiōes barbaræ: quales ſunt Hebraicæ, vt Iacob. Abraam. Ioſeph. & Gothicæ. v. Theodoric. Alaric. Roderic. Federic. & Hiſpanæ. vt Iſabel. Leonor. Guiomar. & Teutonicæ, vt Manric. Enric. Federic. quæ accentu acuto proferuntur in quācūq; litteram deſinant, vltimas ſyllabas producunt. Cuius ſignum eſt, quod cum ex ratione declinationis latinæ ſyllabam adiicimus: accentus remanet in eadem. quod non faceremus, niſi ſyllaba illa eſſet longa. vt Iacob Iacobus. Abraam Abraamus. Ioſeph Ioſephus. Theodoric Theodoricus. Alaric Alaricus. Roderic Rodericus. Iſabel Iſabela. Leonor Leonora. Guiomar Guiomara. Manric Manricus. Enric Enricus. Federic Federicus.*

DE pedibus.capit.vij. Pes eſt ſublatio. Hucuſq; diſputatum eſt a nobis de quãtitate ſyllabarum, nunc vero conſequens eſt vt de pedibus dicamus qui eo modo ſyllabis conſtãt: quo ſyllabæ ex litteris conficiũtur. Principio itaq; ponitur pedis diffinitiuo ex Diomede ſumpta. Pes, inquit, eſt ſublatio ac poſitio.i.conſtat ex ſublatione ac poſitione: comprehenſa ſpacio duarum aut amplius: hoc eſt, plurium ſyllabarum. quia ex vna ſyllaba non poteſt eſſe pes: etiã ſi longa ſit. Sublatio nãq; & poſitio non in temporibus: ſed in ſyllabis debet fieri. Addit quoq; idem autor aliã differentiã iiſdem pene verbis.

¶ De pedibus qui ſyllabis conſtant. Capite.vij.

PEs eſt ſublatio ac poſitio duarũ amplius ve ſyllabarum ſpacio comprehenſa.

Duarum ſyllabarum pedes ſunt quattuor.

Pyrrhichius duabus ſyllabis breuibus conſtat. vt deus; furor; amat.

Spondeus conſtat duabus ſyllabis longis. vt montes. gentes. audi.

Iambus conſtat ex breui & longa. vt dies. amant.

Trocheus ſiue choreus conſtat ex longa & breui. vt tempus.

Pes, inquit, eſt poeticæ dictionis duarum amplius ve ſyllabarum ex certa temporum obſeruatione modis recipiens arſin & theſin.i.qui incipit ſublatione: & finitur poſitione, nam arſis græce interpretatur eleuatio. theſis vero poſitio. Dicti ſunt autem pedes quia quemadmodum nos pedibꝰ ambulamꝰ: ita & verſus pedibꝰ incedũt: ad qđ videtur reſpexiſſe Vergil. cum in.j. geor. ſcripſit: ferte ſimul fauniq; pedem dryadeſq; puellæ. Aut pedes dicti ſunt: quia illis eo modo verſus menſurãtur, quo nos ſpacia pedibꝰ metiri conſueuimꝰ. Nam Ariſtote.x.metaphiſi.autore: in quolibet genere quantitatis eſt aliquid vnum quo reliqua metimur: & eſt minimum in illo genere, quemadmodum in numeris vnitas. in vocibus dieſis. in quantitate continua digitus, aut vlna, aut pes, aut paſſus, aut aliquid ſimile. Hinc igitur trãſlatum eſt vt verſum ita pedibꝰ metiremur: quemadmodũ arcæ, cubiculi, atrij. cœnaculi: aut cuiuſcũq; ſpacij lõgitudinem latitudinẽq;. Accidũt aũt pedi ſex. nũerꝰ ſyllabarũ. tpa. ſublatio. & poſitio. ĩter vtrãq; ꝓportio. figura. ordo. ¶ Syllabæ ĩ pede (vt parum) debent eſſe duæ, vt paulo ante diximus. Itaq; pedis cuiuſq; ſyllabe, aut ſunt duæ, aut tres, aut quattuor, aut quinq;. quamquam pedes qui ſunt pluriũ quã triũ ſyllabarũ cõpoſiti ſint: vt paulopoſt dicemꝰ. ¶ Tpa in pede aut ſũt duo vt in pyrrhichio, aut tria: vt in iãbo & trocheo. aut quattuor. vt in ſpõdeo et dactylo, et eodẽ modo de reliqs. ¶ Sublatio ſiue arſis eſt a qua pedis tpa in priori parte eleuãtur. poſitio ſiue theſis qua pedis tpa in poſteriori ſua parte deprimũtur. Nã cũ pedis tpa in duas partes diuidãtur: prior arſi eleuat: poſterior theſi deprimitur. ¶ Proportio quoq; accidit pedis partibꝰ illis inter ſe cõparatis. Eſt enim ꝓportio cũ duas quãtitates inter ſe comparamꝰ. ꝓportio itaq; inter cuiuſq; pedis partes aut eſt æqua, aut dupla. aut tripla. aut ſeſquialtera. aut ſeſquitertia. Aequa diuiſio eſt quoties ſublatio pedis in tpibꝰ par eſt poſitiõi. vt in pyrrhichio. ſpõdeo: dactylo: anapeſto: pceleumatico: diſpõdeo: coriãbo, horũ enim arſis tãtũ in ſe habet quãtũ & theſis. Dupla vero eſt quoties pedis ſublatio duplo maior aut duplo minor eſt quam poſitio. vt in trocheo: iãbo et duobꝰ ionicis. Nã in trocheo arſis duo habet tpa, theſis vero vnum. Ecõtrario in iãbo arſis vnũ tẽpꝰ habet. theſis duo. In ionico a maiori arſis duo habet tpa. theſis vero quattuor. Econtrario in ionico a minori arſis quattuor habet tpa, theſis vero duo. Tripla vero eſt quoties ſublatio triplo maior eſt quã poſitio: qđ ſoli ãphibracho cõtingit. Seſquialtera ꝓportio eſt: quoties arſis cõtinet tãtũ tpis quãtũ & theſis & vltra hoc illiꝰ dimidiũ: aut ecõtrario. vt in bacchio & amphimacro & quattuor peonibꝰ, q pedes cũ tpibꝰ quinq; cõſtent. ſi cõparẽtur tria ſublatiõis ad duo poſitiõis: aut ecõtrario, ſeſquialtera ꝓportio reſultabit. Seſquitertia ꝓportio eſt: quoties arſis ſe habet ad theſin in epitrita ꝓportiõe. vt in epitritis: qui cũ ſint tẽporũ ſeptẽ ſi cõparẽtur quattuor ad tria: ſit ꝓportio ſeſquitertia quã græci epitritã vocãt: a qua & quattuor pedes epitriti ſũt appellati. ¶ Figura etiã in pedibꝰ reperitur: quoniã alij ſunt ſimplices: vt illi qui cõſtãt binis vel ternis ſyllabis: alij cõpoſiti: vt qui cõſtãt quaternis. aut quinis. aut pluribꝰ ſyllabis. nã ex duobꝰ ſimplicibꝰ cõponũtur. vt ꝓceleumaticꝰ ex duobꝰ pyrrhichiis. choriãbus ex choreo & iãbo. pyrrhianapeſtꝰ ex pyrrhichio & anapeſto. ¶ Ordo præterea accidit pedibꝰ. quoniã in verſu alij aliis in locis ſiue regiõibꝰ diſponũtur. vt in ſapphico trochæꝰ in primo loco, ſpõdeus in ſcđo. dactylꝰ in tertio. trocheꝰ in quarto. & iterũ trocheus in quinto. & eodẽ modo de reliquis, quẽadmodũ capite in ſeqũti diſſeremꝰ. ¶ Duarũ igitur ſyllabarũ. quoniã diximus numerũ ſyllabarũ pedi accidere: atq; eſſe duas: aut tres: aut quattuor: aut deinceps. ¶ Primo ponit pedes, qui duabꝰ ſyllabus cõſtãt. & ſunt tãtum quattuor: qui numerꝰ ex eo colligitur q aut vtraq; eſt breuis & eſt pyrrhichius. aut vtraq; longa & eſt ſpõdeus, aut prima breuis & altera longa & eſt iambus. aut ediuerſo prima lõga & altera breuis & eſt trocheus. ¶ Pyrrhichiꝰ itaq; cõſtat duabꝰ ſyllabis breuibꝰ totidẽq; tpibꝰ. vt deꝰ, furor. amat. docet, hic a græcis dibrachus appellatur quia duas ſyllabas habet breues. dr etiã periãbus & egeõ. Pyrrhichiꝰ. vt autor eſt Diome. dictꝰ a pyrrhichia ſaltatiõe. vel a pyrrho achillis filio: a quo neutrũ pyrrhichiũ eſt cognoiatũ. alij a cõcitatiõe quadã ignea qua mouet pyrrhichiũ appellatũ eſſe dicũt. ¶ Spõdeꝰ pyrrhichio cõtrariꝰ cõſtat ex duabꝰ ſyllabis lõgis & quattuor tpibꝰ. vt mõtes. heros. audis. dictꝰ vt autor eſt Diome, q in tẽplis hoc pede q̃dã carmina ſpõdẽtes: hoc eſt libãtes decãtabãt, ſpõde enim libamẽtũ interpretatur. Numa Põpiliꝰ: vt idẽ autor inquit, rei diuinæ deditꝰ huc pedẽ põtificiũ appellauit. ¶ Iãbꝰ cõſtat ex prima breui & ſcđa lõga, temporũ triũ. vt dies. amas. doces, dictꝰ vt Diome. ait a iãbizin: hoc eſt a maledicẽdo, eſt enĩ pes verſibꝰ maledictis aptiſſimꝰ. vel a iãbe Celei & Menalinæ vxoris famula: q̃ cẽtrẽ dũ Proſerpinã q̃reret, ad eos delatã maledictis iſectata eſt. Hunc pedẽ apuli a Dauno duce ſuo Daunũ appellarũt. Alij gradalẽ martiq; gradiuo ſacrũ: q gradarie pugnæ huiꝰ effectu mouerẽtur. De quo inquit Horati. in poet. ſyllaba longa breui ſubiecta vocatur iãbus. pes citus. vn de etiã trimetris accedere iuſſit.
¶ Trocheus qui & choreus cognominatur iãbo contrarius, cõſtat ex prima lõga & ſcđa breui, triũ temporũ vt ſanguis. tempꝰ. audit. dictꝰ eſt aut a trechin hoc eſt a currẽdo, vel a trocho.i.rota. quia in verſu rotatim ac volubiliter fluit. Hunc a Mercurio repertum ferunt. Arunci vero Italiæ populi hunc pedem rutulum a rutulis Italiæ populis appellarunt.

¶ Trium ſyllabarum pedes ſunt octo,

Tribachus conſtat ex tribus ſyllabis breuibus, vt dominus.

Dactylus conſtat ex prima lõga & duabus breuibus. vt tempora.

Anapeſtus conſtat ex duabus breuibus & longa. vt dominos,

Bacchiꝰ cõſtat ex breui & duabꝰ lõgis. vt Athenę.

Antibachius conſtat ex duabus longis & breui. vt natura.

Amphimacer conſtat ex longa; breui, & longa, vt aureos.

Amphibrachus conſtat ex breui; longa & breui. vt amoris.

Moloſſus cõſtat ex tribꝰ ſyllabis lõgis. vt Aeneas.

¶ Quattuor ſyllabarum pedes ſunt. xvi.

Proceleumaticus conſtat ex duobus pyrrhichijs, vt ariete.

Diſpõdeus cõſtat ex duobus ſpõdeis. vt oratores.

Dichoreus ſiue ditrocheus ex duobus choreis. vt cantilena.

Dijambꝰ conſtat ex duobꝰ iãbis, vt propinquitas.

¶ Trium ſyllabarũ pedes octo ſunt: aut enim omnes tres ſunt breues: & appellatur tribrachꝰ. aut prima eſt longa & duæ breues, vocaturq; dactylꝰ, aut primæ duæ breues & tertia longa, & vocatur anapeſtus, aut prima breuis, & duæ lõgæ, & vocatur Bachius. aut prima & ſecũda longa & tertia breuis & vocatur Antibachi9 aut prima longa, ſcđa breuis: & tertia rurſus longa: & vocatur amphimacer. aut econtrario prima breuis, & ſcđa longa: & tertia iterũ breuis, & vocatur ãphibrachꝰ, aut omnes tres ſunt longæ, & vocatur moloſſus. ¶ Tribrach9 igitur conſtat ex tribꝰ ſyllabis breuibꝰ totidem temporib9, vt Dñs, Anima, Legimꝰ, dictꝰ eſt autẽ tribrachꝰ quaſi tribreuis, quoniã tres ſyllabas habet breues. ¶ Dactylus conſtat ex prima longa & duabus breuibꝰ quattuorq; temporib9. vt tempora. audiat. Appellatus eſt autem dactylꝰ a tractu digitorũ. qui præter pollicem ternis internodijs ſiue articulis conſtat. græce namq; dactylus, latine digitꝰ eſt. Vel vt alij putant ab ideis dactylis Cretæ pplis: q iouem infantem in ida ſilua cretæ educarũt. atq; hui9 pedis rhithmica compoſitione & tympanorũ atq; æris tinnitu vagitũ pueri occultauerunt. ¶ Anapeſtꝰ dactylo contrarius conſtat ex prima & ſcđa breuib9: & tertia longa quattuorq; temporibꝰ. vt Dominos. Animos. Docui. dict9 anapeſt9 ab anapin hoc eſt repercutiendo: qa ſono reciproco recurrendo dactylũ repercutit. vnde a græcis antidactyl9 eſt cognominat9. ¶ Bacchiꝰ cõſtat ex prima breui: & reliquis duabꝰ longis: temporibuſq; qnq;. vt Athenæ. Sacerdos. Amaui. dict9 Bacchiꝰ qa bacchantibꝰ dithyrrandi: hoc eſt verſus in laudes liberi patris hoc pede compoſiti conueniebant. ¶ Antibacchi9 bacchio contrari9 conſtat primis duabꝰ longis: & tertia breui temporibuſq; qnq;. vt Natura. Fortuna. Audiret. dict9 ab anti qđ eſt cõtra & bacchiꝰ: qa (vt dixim9) bacchio eſt contrariꝰ. vnde ab alijs palimbacchi9 eſt appellat9: qa palin græce rurſus ſiue econtrario interpretatur. Hũc pedem alij latini, alij ſaturniũ appellarũt. ¶ Amphimacer conſtat ex prima longa, & ſcđa breui: & tertia iterũ lõga temporibuſq; quinq;, vt Aureos. Demones. Audiunt. Appellatus eſt autem ab amphi quod eſt circum & macros longus: quia ſyllabã breuem vtrinq; duabus longis claudit. hic quoq; pes creticus eſt appellatus: quia cretes ſaltando eius rithmica cõpoſitiõe vtebãtur. ¶ Amphibrachꝰ ſyllabarũ ordine ſuperiori cõtrariꝰ cõſtat prima breui, ſcđa lõga: & tertia rurſus breui: quattuorq; tẽporib9. vt amoris. carina. amauit. dictus ab amphi circum, & brachys breuis: quia ſyllaba longa duabꝰ vndiq; breuibꝰ cõtinetur. hũc alij ſcoliũ appellabãt: q ſcolio q̃ erat cytharæ ſpecies cõueniebat. ¶ Moloſſus cõſtat ex tribꝰ lõgis temporibuſq; ſex, vt æneas, anchiſes, audiui. dictꝰ qa moloſſi hoc eſt epirotæ ad bellũ pcedẽtes huiꝰ pedis modulata cõpoſitione vtebãtur. hippiꝰ quoq; dictꝰ eſt hic pes, qa eqſtrẽ pugnæ cõueniebat: hippos enim equ9 interpretatur. ¶ Quattuor ſyllabarũ pedes ſunt ſedecim: omnes enim quattuor ſunt breues: & vocatur pceleumaticꝰ: aut omnes quattuor ſunt longæ, & vocatur diſpondeꝰ &c. Sed quẽadmodũ ſupra diximꝰ quattuor atq; ãpli9 ſyllabarũ pedes ex duarũ aut triũ ſyllabarũ pedibus componũtur, itaq; maior illorũ pars ab illorum cõiugatiõe nomina ſortiũtur. ¶ Proceleumaticus igitur pes ex duobus pyrrhichijs cõficitur: eſtq; temporum quattuor, vt ariete, pariete, abiete, tenuia, ſed eſt animaduertẽdũ id qđ etiã Ser. notauit in illũ Ver. i. geor. tenuia nec lanæ p cælũ vellera ferri, pceleumaticꝰ, inqt, eſt p dactylo: quã rem quotieſcũq; fecit Verg. ſeruat locũ ſyneræſi. vt in buc. tytire paſcẽtes a flumine reijce capellas. Et in. ij. æñ. ſectaq; intexũt abiete coſtas: Et in eodem, labat ariete crebro. & iterũ in eodẽ, hærẽt parietibꝰ ſcalæ. & in. v. genua labãt vaſtos quatit æger anhelitꝰ art9. vnde in reijce capellas ex duab9 vocalib9. e. i. cõficitur lõga, itaq; erit dactylꝰ in abiete, ariete, quoniã. i. e. in vnã ſyllabã lõgã coaleſcũt, cõficiturq; amphibrach9: q poſitiõe tãtũ ſyllabarũ a dactylo differt. dictꝰ eſt aũt pceleumatic9 hic pes. vt auctor eſt Vale. a proceleuo, hoc eſt hortor: quia ij qui ſe ad aliqđ opꝰ faciẽdũ ſiue molẽ impellẽdã vel attollendam hortantur: hoc pede ob nimiam celeritatem ſyllabarum vtuntur. vnde Mar. lentos tingitis ad celeuma remos, & Hiero in epiſtola quadam ad Heliodorum: quoniam e ſcopulis enauigauit oratio. iam epilogi celeuma cantandum eſt: ſic enim appellatur cantus ille nauticus: quo proreta remiges hortatur, vt ſimul & quaſi vno ictu ſiue impulſu remorum incumbentes nauem impellant. ¶ Diſpondeus conſtat duobus ſpondeis, hoc eſt quattuor ſyllabis longis temporibuſq; octo. vt oratores. mæcenates. audiuiſſent. dictus eſt autem diſpondeus a dis quod eſt bis & ſpondeus: quia ex duobus ſpondeis compoſitus eſt. ¶ Dichoreus conſtat ex duobus choreis ſiue trocheis: hoc eſt ex prima longa, ſecunda breui, tertia longa, quarta breui temporibuſq; ſex. vt cantilena, audiemus, dimicare. appellatuſq; eſt dichoreus ſiue ditrocheus: q ex duabus choreis ſiue trocheis componitur, a quibuſdam etiam catatrocheus dicitur. ¶ Dijambus ſuperiori contrarius conſtat ex duobus iambis: hoc eſt prima breui, ſecũda lõga, tertia breui, quarta lõga tẽporibuſq; ſex. vt pinquitas. ppagines. amauerãt. dictꝰ eſt aũtẽ quoniã ex duobꝰ iãbis cõponit.

Choriãbus cõſtat ex choreo & iãbo, vt nobilitas.
Antipaſtus cõſtat ex iãbo & trocheo, vt medulina.
Peõ primꝰ cõſtat ex choreo & pyrrhichio, vt tpibꝰ.
Peon ſcđs cõſtat ex iãbo & pyrrhichio. vt colonia.
Peon tertius conſtat ex pyrrhichio & trocheo. vt catamitus.
Peõ q̃rtꝰ cõſtat ex pyrrhichio & iãbo. vt celeritas.
Epitritus primus cõſtat ex iambo & ſpõdeo. vt ſacerdotes.
Epitritus ſcđs cõſtat ex trocheo & ſpõdeo. vt conditores.
Epitritꝰ tertꝰ cõſtat ex ſpõdeo & iãbo. vt diſcordię
Epitritꝰ q̃rtꝰ cõſtat ex ſpõdeo et trocheo. vt audiſtis
Ionicus a maiori ex pyrrhichio & ſpõdeo. vt Diomedes.
Ionicus a minori ex ſpondeo & pyrrhichio. vt Demetrꝰ.
¶ Quinq; ſyllabaꝝ pedes ſũt. xxxij.
Orthiꝰ cõſtat ex pyrrhichio & tribracho, vt aĩa mea.
Periambus ex trocheo & tribracho, vt tpa tua. Reliqui quoq; pedes qui ex ſupioribus cõponunt, de quibus Diomedes multa.
Eſt quoq; huius ordinis pes cõſtans ex bacchio & iambo, appellaturq; dochinus, de quo apud autores crebra fit mentio, de illo Ruffinus ſcribit.
Rhetoricas pulcher ſtructuras dochinus ornat.
Principium bacchius erit, concludet iambus.

¶ De metris q̃ ex pedibus cõponunt. Ca. viij.

Metrũ eſt pedũ iũctura nũero modoq; finita. Denciat aũt ab autoribꝰ. vt alcaicum, archilochiũ, hipponacticũ, ſapphicũ, alcmaniũ. ſimonideũ.

¶ Choriambꝰ cõſtat ex choreo, hoc eſt trocheo & iãbo, i. prima lõga. ſcđa breui, tertia breui & quarta lõga tpibuſq; ſex, vt nobilitas. armipotẽs audierã, dictꝰ: quoniã ex choreo & iãbo cõſtat. ¶ Antipaſtꝰ ſupiori cõtrariꝰ: conſtat ex iãbo & trocheo: hoc eſt ex prima breui: ſcđa lõga: tertia lõga & quarta breui, tpibuſq; ſex. vt Medulina, Saloninꝰ, Legebamꝰ, dictꝰ antipaſtꝰ ab anti cõtra. ¶ Paeones quattuor ſunt: cõſtãtq; ſinguli tpibꝰ quinis, ſyllabis quattuor: ſed tribꝰ breuibꝰ & vna lõga q̃ ſi primo loco ponatur, erit peõ primꝰ: q cõponitur ex trocheo & pyrrhichio: vt tpibꝰ, corpibꝰ. Si ſyllaba lõga ſcđo loco ponatur: erit peõ ſcđs q cõſtat ex iãbo et pyrrhichio. vt colonia. amaueris. Si ſyllaba lõga ponatur ĩ tertio loco: erit peõ tertꝰ: q cõſtat ex pyrrhichio & trocheo. vt catamitꝰ. legerimꝰ. Si ſyllaba lõga ponat̃ in quarto loco: erit peõ quartꝰ: q cõſtat ex pyrrhichio & iãbo. vt facilitas, docuerãt, dicti ſunt aũt peones a peonibꝰ pp̃lis: q forte illis pedibꝰ ĩ carmine vtebãtur. ¶ Epitriti pedes q hippij appellãtur, quattuor quoq; ſunt: cõſtãtq; ſinguli tpibꝰ ſeptenis, ſyllabis quattuor: ſed tribꝰ lõgis et vna breui: q̃ ſi primo loco ponat̃: erit epitritꝰ primꝰ: q cõponitur ex iãbo & ſpõdeo, vt ſacerdotes, amauerũt. Si ſyllaba breuis ponat̃ in ſcđo loco: erit epitritꝰ ſcđs: q cõponitur ex trocheo et ſpõdeo. vt cõditores. audierũt. Si ſyllaba breuis ponatur ĩ tertio loco, erit epitritꝰ tertꝰ: qui cõponitur ex ſpõdeo & iãbo. vt diſcordię. audierant. Si ſyllaba breuis ponat̃ in quarto loco: erit epitritꝰ quartus: q cõponitur ex ſpõdeo & trocheo: vt oratores. audiuiſſis. Dicti ſunt aũt epitriti (vt diximꝰ) q̃a arſis et theſis hoꝝ pedũ in epitrita: hoc eſt ſeſquitertia ꝓportione ſunt. ¶ Ionici pedes duo ſunt: cõſtãtq; ſinguli tpibꝰ ſenis ex quattuor ſyllabis, duabꝰ lõgis totidẽq; breuibꝰ. q̃ ſi duę ſyllabę breues precedãt, totidẽq; lõgę ſequantur: erit ionicus a maiori: qui cõponitur ex pyrrhichio & ſpõdeo. vt Diomedes, docuiſſent. ſi vero duę ſyllabę lõgę precedãt, totidẽq; breues ſequantur: erit ionicus a minori: qui cõponitur ex ſpõdeo & pyrrhichio. vt Demetrꝰ audierat. dicti q̃ iones ĩ carminibꝰ eo pede vtebãtur. ¶ Sunt etiã quĩq; ſyllabaꝝ pedes ex ſimplicibus quoq; cõpoſiti nũero trigĩta duo. vt orthius ex pyrrhichio et tribracho, hoc ẽ quĩq; ſyllabis breuibꝰ. ¶ Periãbꝰ ex trocheo & tribracho. hoc ẽ ex lõga & quattuor breuibꝰ. & reliqui de quibꝰ Diome. diſſeruit: q ad rõnẽ pedũ ſimpliciũ reducẽdi ſunt: & raro apđ autores nominãtur, preterq̃ q̃ dochini crebra fit apđ autores mẽtio. Cõſtat aũt dochinꝰ ex bacchio et iãbo. de quo Ruffinꝰ. rhetoricas pulcher ſtructuras dochinꝰ ornat. prĩcipiũ bacchiꝰ erit: cõcludet iambꝰ. Atq; idẽ iterũ, ſyllaba prima breuis cũ ſyllaba lõga ſcđa: tertia lõga, breuis quarta, pducta quĩta. Fit etiam hic pes ex iãbo et cretico ſiue ãphimacro. de quo idẽ Ruffinꝰ: primꝰ iãbꝰ erit, cũ finẽ creticꝰ explet, prima breuis lõgaq; due, breuis vltima lõga exempluq; artis dabitur reſpublica nobis: quã Cicero caſu gtõ ponere gaudet.

De metris. Ca. viij. Metrũ eſt pedũ, q̃admodũ pedes ex ſyllabis cõſtãt, ita metra ex pedibꝰ cõficiũtur. Primo igitur poſuit metri diffinitionẽ ex Diome. ſumptã dicẽs, q̃ metrũ eſt iũctura pedũ finita nũero & modo. Metrũ grece dicitur q̃ interpretatur mẽſura. Latine vero verſus ſiue carmẽ potiꝰ dicitur. Eſt aũt verſus, vt idẽ Diome. diffinit, legitima partiũ diſpoſitio & pedũ apta copulatio cõſonãti ſpecie metricã exhibẽs regulã. ac ſi dicat, metrũ cõſtat partibꝰ orõnis legitime diſpoſitis, quaꝝ ſyllabas metiũtur pedes, vnde reſultat cõſonãtia & q̃dã carminis volubilitas. Dictꝰ eſt aũt verſus aut a vertẽdo, q̃ tãdiu verti debet quoad recte cõſtituatur, dicẽte Hor. ĩ poet. & male tornatos icudi reddere verſus. vł ab eo porꝰ quod vno verſu finito ad principiũ ſeq̃ntis reuertimur. tractũq; videtur a ſulco, q̃ ex eo verſus dr̃, vt apđ Ver. iij. geor. ille etiã ſeras ĩ verſum diſtulit vlmos. Verſus etiã teſte Varrone i. li. de re ruſti. erat terrę ſpaciũ cẽtũ pedes quoquo verſus quadratũ. Carmẽ dr̃ a canẽdo, q̃ tũ vnũ tãtũ verſum ſignificat. vt apđ Ver. iij. eñ: Rẽ carmine ſigno, & ſubiectis vnũ tãtũ verſum, eneas hec de danais victoribꝰ arma, ſubaudi poſuit. aliq̃n totũ poema ſiue opꝰ verſibꝰ cõpoſitũ carmẽ appellatur. vt tota eneis Vergilij, meta. Oui. pharſalia Lucani. Sed cũ vnicꝰ verſus ẽ, monoſtichũ dr̃, cũ duo verſus diſtichũ, cũ quattuor, tetraſtichũ, cũ vero verſus dimidiũ, hemiſtichiũ dr̃. ¶ Metra igitur ſiue carmina verſus aut denoiantur ab autoribus: vt alcaicũ ab Alceo poeta Mitylenęo, aut Archilochium ab Archiloco, aut Hipponacticum ab Hipponacte. aut Pindaricum a Pindaro. aut Anacreontium ab Anacreonte. aut Aſclepiadeum ab Aſclepiade. aut Bachilidium a Bachilide. aut Alcmanium ab Alcmane. aut Steſichorium ab Steſichoro. aut Ibicum ab Ibico, aut Sapphicum a Sappho. aut Homericum ab Homero.

Aut a materia. vt heroicū, elegiacū, lyricum; tragicum comicū. Aut a pede frequentiori; vt iābicū, trochaicū, ſpōdaicū, dactilicū, anapeſticū. Aut a nūero pedū; vt hexametrū; pētametrū, tertametrū. Aut a nūero ſyllabarū; vt tetraſyllabū, pētaſyllabū; heptaſyllabū; octoſyllabū, duodecaſyllabū.

Pręterea aut deficit vna ſyllaba, & dicitur catalecticum, aut deficit duabus ſyllabis; & dicitur brachycatalecticum, aut abundat vna ſyllaba vel pluribus & dicitur hypercatalecticum ſiue hypermetrum, aut neq; abundat, neq; deficit; & dicitur catalecticū. Qualia ſunt omnia carmina regularia.

Conſtat præterea carmen vnico genere verſus & dicitur monocolon; vt æneis Vergilij, metamorphoſis Ouidij. Pharſalia Lucani. Aut conſtat duplici genere verſus; appellaturq; dicolon; vt Ouidij opera præter metamorphoſin. Tibuli quoq; Propertij elegię. & carminis ſapphica mixta adonicis, & aſclepiadea mixta glyconicis. Aut conſtat triplici genere carminis, appellaturq; tricolon; vt quædam odæ Horatii poetæ.

Præterea carmen aut eſt diſtrophon, hoc eſt cū tertius verſus primo ſimilis eſt, & quartus ſecundo, vt in carmine elego qđ ex diſtichis conſtat. Aut Triſtrophon. cum quartus verſus ſimilis eſt primo; quintus ſecundo, ſextus tertio; vt apud Prudentium in præfatione cathemerinon. Aut Tetraſtrophon; cum quintus verſus primo: ſecundo ſext9; tertio ſeptimus; quarto octauus ſimiles ſunt; vt in carmine ſapphico; qđ per tetraſticha; ideſt per quaternos verſus digeritur.

*Aut a materia vt heroicū, quo res geſtæ cū laude ſcribūtur. Tragicū, quo heroū fortūa in aduerſis. Elegū, quo res flebiles quales ſunt amatorū & mortuorū. Bucolicū, quo res paſtoriciæ. Georgicū, quo res ruſticæ canuntur. Lyricū, quod in materia diuerſa ad lyram canebatur. Satyricū, quo vitia hominū taxantur, cui reſpōdet apud græcos comœdia priſca. Iābicum, quo maledicimus & inuehimur in aliquem. nā comœdia noua eſt, qua res atq; perſonæ humiles cōprehendūtur. Eſt autem & hæc multiplex, q̄ aut eſt togata, quæ habet argumentū latinū, aut palliata, quæ habet argumentū græcū, aut prætextata, in qua eorū perſonæ, qui prætextæ togæ vſum habēt inducuntur, aut attellanæ in qua introductæ perſonæ iocis quibuſdā laſciuis ſe laceſſebāt. Planipes, in qua mimi inducebantur. Aut a pede frequētiori, a quo nouem metrorū genera denominātur. Iābicū, trochaicū, dactylicū, anapeſticū, coriābicū, pæonicū, ionicū a maiori, ionicū a minori, antipaſticū. Sed nos illa tātum in quolibet genere degustabimus, quæ ſunt magis in vſu apud autores. Curioſos vero ad Seruiū. Diomedē, Theodoſiūq; remittimus, & ſi qui ſunt qui hac de re copioſius ſcripſerunt. Aut a numero pedum, vt hexametrū, qđ ſex habet pedes dactylos ſiue ſpondeos indifferenter. pentametrū qđ quinq;, tetrametrū qđ quattuor. vt in iābico octonario, in quo duo pedes p vno cōputātur. trimetrū, qđ tres, vt in iābico ſenario. dimetrū, qđ duos, vt in iābico quaternario. Aut a numero ſyllabarū, vt endecaſyllabarū, qđ ſyllabas vndecim cōtinet, quale eſt phaleuticū & ſapphicū. Pētaſyllabū, quale eſt adonicū, aut heptaſyllabū: quale eſt glyconicū. ¶ Præterea aut deficit. aliud præſupponit documentū, q. verſus aut deficit vna ſyllaba: & dicitur catalecticus, aut duab9, &c. de quibus in quolibet gñe vbi opus fuerit ſingulatim dicemus. ¶ Cōſtat præterea carmen. dicit quemadmodū inter ſe ſuperiora verſuū genera iungātur. Nā & ſi ex quolibet ſimplici genere verſus poema cōfici pōt, inueniūtur tñ apud autores aliqñ permixta, nō quidem oīa paſſim, ſed quædā cū aliquibus: Itaq; carmen qđ vnico genere verſus cōponitur, monocolō. i. vnimēbre dicitur, quale eſt heroicū. vt Verg. æñ. bucco. & georg. eiuſdē, Ouid. meta. & phaleuticū. vt cōplura Catulli atq; Mart. epigrā. Aut eſt dicolon. i. bimēbre, hoc eſt duplici genere verſus conſtans, quale eſt carmen elegū in quo verſus pentameter hexametro ſubijcitur, & ſaphica permixta adonicis. Aut eſt tricolon ideſt trimēmbre, hoc eſt triplici genere verſus cōpoſitū, qua figura ſunt cōplures odæ apđ Horatiū, qualis eſt illa apud eūdem in. j. lib. car. cuius initiū eſt, quis multa gracilis te puer in roſa, perfuſus liquidis vrget odoribus, grato pyrrha ſub anthro, cui flauā religas comā. Cōſtat enim duob9 aſclepiadeis, & tertio pherecratio, & quarto glyconico. ¶ Præterea carmen, aut eſt diſtrophō, hoc eſt duos pedes cōuerſionem habēs ad primū, dis enim bis interpretatur: & ſtrophe cōuerſio. Aut Triſtrophon. & eſt carmen cū quartus verſus ſimilis eſt primo, &c. vt Pruden. in principio catha. Aut tetraſtrophon, hoc eſt cū poſt quattuor pedes in orbē fit reditus ad primum, quod tetra quattuor interpretatur, & ſtrophe. ea. (vt diximus) eſt conuerſio, exēpla vtriuſq; generis paſſim reperies. Hexametrū carmen. Principio igitur de verſu hexametro diſſerit, hexameter dicitur, quia ſex pedibus cōſtat, heroicus a materia, quoniā vt diximus, hoc genere carminis res geſtæ heroum deſcribi maxime cōſueuerūt, vt a Verg. Aenea. a Lucano Cæſaris, & Pōpei. a Valerio Flacco argonautarum. a Syllio Italico Romanorū dicēte Horatio in poetria: res geſtæ regumq; ducūq; & triſtia bella, carmine quo ſcribi poſſent monſtrauit Homerus, Homerus nāq; iliada atq; odyſſeam hoc verſu ſcripſit, vnde & homericus a quibuſdā appellatur. Sed deinde receptū eſt vt aliæ quoq; res hoc genere carminis deſcriberētur. vt a Lucilio, Horatio. Perſio, & Iuuenale ſatyræ, a Lucretio natura rerū. a Manlio a..ronomica. a Verg. bucco. & georg. ab Ouid. meta. Dicitur etiā hic verſus pythius hoc eſt apollineus: quoniā apollo pythius a pythone ſagittis cōfecto ſic appellatus eo verſus genere per ſibyllas reſponſa dare cōſueuit: atq; vt autor eſt Euſebius Pāphili, & Phemonoe prima ex numero Sibyllarū hexametris verſib9 futura cecinit. Appellatur & ſpōdaic9, quia in oībus aut pleriſq; locis ſpōdeū habere pōt. quin potius, vt Diome. autor eſt eius initiū ſpōdeis cōſtitit, Nā vtait, cū apollo in viſionē Latonæ matris pythona ſerpentē necaſſet, incolæ carmen ſex ſpōdeis fecerūt, quod deinde ſoluta ſpōdei poſteriori ſyllaba manente eadē quātitate dactyliū recepit, Priſcia. ecōtrario dactylicū appellat, quia dactylis aut ſpondeis qui in dactylos ſoluuntur conſtat. Epicus quoq; appellatur, atq; ipſum poema quod eo verſu deſcribitur epos.*

Eſt autem epos carmen, quo res diuinæ, humanæ, atq; heroicæ cõtinẽtur, qđ apud Latinos primus omniũ Liuius Andronicus ſcripſit. ¶ Hexameter itaq; verſus, qui & ſenarius dici poteſt: conſtat dactylo vel ſpondeo indifferenter: niſi q in quinto loco frequentior eſt dactylus, vbi etiam nonnunq̃ reperitur ſpõdeus, vt apud Verg. in buc. chara deũ ſoboles magnũ Iouis incrementũ. Et in. iij. æñ. cornua velatarũ obuertimus antẽnarũ. & alio loco, aut leues ocreas lento ducũt argento. In ſexto quoq; loco ſemper fere eſt ſpondeus, niſi in quibuſdam verſibus hypermetris, hoc eſt ſuperabundantibus, quã redundantiã excipiũt

Hexametrum carmen, quod etiã heroicum appellatur, conſtat dactylo & ſpondeo indifferenter, niſi q in quinta regione frequentior eſt dactylus, in ſexta vero ſpõdeus. In quo genere carminũ ſcribuntur geſta heroum clariſſimorũq; virorũ. Debet habere vnam ex tribus cæſuris ſaltem, hoc eſt penthemimerim. i. ſemiquinarium, hepthemimerim. i. ſemiſeptenariã. hemipenthemimerim i. ſemiquinariæ dimidiam, vt in hoc verſu. arma virumq; cano Troiæ qui primus ab oris, arma virum; hemipenthemimeris eſt. arma virũq; cano, pẽthemimeris eſt. arma virũq; cano Troiæ, hepthemimeris eſt. Quod ſi nulla harum triũ cæſurarũ interuenit; verſus erit retorridus.

verſus, qui ſequũtur a vocali incipientes, facta ectlipſi aut ſynaloepha. Itaq; vitium qđ erat in fine verſus, cõtinuatio ſequẽtis emẽdat. Verg. ij. geor. Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida, vbi in ſexto loco dactylus eſt, ſed exteritur vltima ſyllaba, quia ſequitur verſus incipiens a vocali. & ſteriles plantani malos geſſere valentes. Idem in eodem, in ſexto loco antibacchium ſiue moloſſum poſuit dicens, aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorẽ, ſed diſpungitur ſyllaba finalis: quia ſequitur verſus a vocali incipiens, aut folijs vndam tepidi deſpumat aheni. Reperitur etiam dactylus in ſexto loco, ſed duæ ſyllabæ breues reſoluũtur in vnã longã: efficiturq; ſpondeus. Verg. in bucco. Nec tantum rhodope miratur & iſmarus orphea. Idem in. i. æñ. Atria dependẽt lychni laquearibus aureis. Itaq; verſus hexametri ſumma conſtant quattuor & viginti tẽporibus, cum dactyli & ſpondei quaterna habeant tempora. Nã quod quidam dixerat poſſe in fine recipere trocheum, cũ de vltimis ſyllabis ageremus, exploſum eſt, quia (vt diximus) apud poetas vltima ſyllaba verſus, & apud oratores vltima clauſulæ, indifferens eſt, atq; vt ratio carminis exigit aut proſæ, lõga pro breui breuis ꝓ longa ponitur. Quod etiã in pẽthemimeri & plerũq; in hepthemimeri nõnunq̃, ſed in ſemipẽthemimeri raro reperitur, vt ſtatim dicemus: ſed excuſatur vitium, quoniã ſilentiũ illud quod fit in cæſura, ſupplet tempus, quo ſyllaba breuis erat minor. Recipit quoq; verſus hexameter alios pedes non earundem ſyllabarum, ſed eorundem temporum, vt proceleumaticum, qui dactylo vel ſpondeo in temporibus æqualis eſt, de quo ſuo loco diximus. Recipit præterea anapeſtum, qui etiam dactylo vel ſpõdeo ſpacio temporũ æquiparatur, ſed raro. vt apud Vergilium. pri. geor. fluuiorum rex Eridanus campoſq; per omnes, vbi in prima regione anapeſtus collocatur. Poteſt autem habere omnibus in locis dactylos. vt apud Vergilium. panditur interea domus omnipotentis olympi. & illud eiuſdem. xi. quadrupedũq; putrem curſu quatit vngula campũ. Poteſt habere & ſpondeos omnes præterquam in vna regione. vt apud eundem. primo æneid. tu ne ille Aeneas quem Dardanio anchiſæ. Et in tertio, armatumq; auro circunſpicit orionã. nam carmen, quod ſex ſpondeis conſtat, nuſquam reperitur, niſi quis de induſtria faciat. vt ſi quis vno verbo mutato ex carmine Vergiliano dixerit, aut leues peltas lento ducunt argento. Quare vt Priſcia. de duodecim carminibus ait, verſus hexameter duas & viginti figuras habere poteſt, quæ colliguntur ex varietate dactyli & ſpondei in ſex regionibus vario modo poſitorum, quam rem ideo in præſentiarum omittamus. quia facilis eſt atq; etiam inertiſſimo cuiq; obuia & expoſita. Illud tamen non eſt omittendum, hoc genus carminis tres poſſe recipere cæſuras, quas græci cõmata vocant, hoc eſt pentemimerim hepthemimerim. Nam trochaicam omittamus, quæ fit cũ in tertio pede dictio trocheo terminatur, vt apud Verg. in buc. nil noſtri miſerere, mori me deniq; coges. Igitur penthemimeris, hoc eſt ſemiquinaria diuiſio eſt, cum poſt duos pedes inuenitur ſyllaba partem orationis terminans. vt arma virumq; cano, poſt duos namq; dactylos no ſyllaba cæſuram verſus fecit. dicta eſt autem penthemimeris a pente quod interpretatur quinq;, & hemis ſemis, & meri diuiſio, quaſi diuiſio ſemiquinaria. nam duo pedes & ſemipedes, qui vna ſyllaba conſtat, dimidium eſt quinq; pedum. Dicitur autem penthemimeris heroica quoniam ex dimidio quinq; verſuum carminis heroici conſtat. Hepthemimeris. id eſt ſemiſeptenaria diuiſio eſt, cum poſt tres pedes ſyllaba dictionem aliquam terminat, vt arma virumq; cano Troiæ. poſt duos namq; dactylos & vnum ſpondeum iæ ſyllaba cæſuram fecit. Dicitur autem hepthemimeris ab hepta ſeptem, & hemi ſemis, & meri diuiſio, quaſi diuiſio ſemiſeptenaria: quoniam tres pedes & ſemis dimidium ſeptem pedum eſt. Hemipẽthemimeris eſt, cum poſt primum pedem inuenitur ſyllaba dictionem terminans. vt muſa mihi cauſas memora. poſt dactylum enim. hi ſyllaba cæſuram fecit. Dicitur autem hemipenthemimeris ab hemi ſemis & penthemimeris, quaſi ſemiquinaria diuiſio, quia ſyllaba illa in media regione duorum pedum & ſemis reperitur. His in locis ſyllaba breuis pro longa nonnunq̃ ponitur: ſed in penthemimeri raro, in hepthemimeri rarius, in hemipenthemimeri rariſſime. de primo. Verg. ij. æneid. noſtrorum obruimur, oriturq; miſerrima cædes. de ſecundo. Idem in. xij. congredior, fer ſacra pater, & concipe fœdus. de tertio. Lucanus in. ij. dum ſanguis inerat, dum vis materna peregi. & illud Tune. quis neſcit aut quis non vidit vulnera palli? Sed quemadmodum hoc metrum omnes tres cæſuras poteſt recipere, ita neceſſe eſt, vt vnam ex illis recipiat pẽthemimerim maxime. aut ſaltem hepthemimerim, alioqui verſus eſſet retorridus & inſulſus. Carmen igitur heroicum ſic examinabis. Arma virumq; cano Troiæ qui primus ab oris. verſus eſt hexameter, id eſt ſex habens pedes, heroicus, ſiue pithius, ſiue homericus, ſiui epicus, habenſq; duas cæſuras penthemimerim & hepthemimerim conſtatq; tribus dactylis totidemq; ſpõdeis: vt Arma vi rumq; ca no Tro iæ qui primus ab oris. Italiam fa to profu gus la uinaq; venit. oẽs tres cæſuras habet, & tres dactylos, totidemq; ſpondeos.

# LIBER QVINTVS

Pentametrum elegiacum cõſtat primis duobus pedibus verſus heroici;hoc eſt dactylo vel ſpondeo indifferenter & cæſura,tum duobus dactylis atq; iterum cæſura;vel potius ſyllaba terminans verſum,vt nil mihi reſcribas attamen ipſe veni. Eſt autem cæſura ſyllaba terminans dictionẽ in medio carminis;quæ cum poſt duos pedes carminis heroici venit;penthemimeris heroica dicitur. Iãbica vero dicitur cum alteruter ex illis pedibus eſt iambus,vt apud Horatium in primo carminum,O matre pulchra filia pulchrior; vbi poſt ſpondeum & iambum ſequitur cæſura.

Phaleuticum carmen conſtat ſpondeo; dactylo, & tribus trocheis;vt paſſer delicium meæ puellæ.

Sapphicum conſtat trocheo, ſpondeo, dactylo,& duobus trocheis; vt nocte ſurgentes vigilemus omnes.

Adonicum conſtat dactylo & ſpondeo;vt dulciter hymnos.

Aſclepiadeum conſtat ſpondeo;& duobus choriãbis & pyrrichio; vt ſanctorum meritis inclyta gaudia.

Glyconicum conſtat ſpondeo & duobus dactylis; vt hymnographus, Victorum genus optimũ.

Pherecratium conſtat ſpõdeo,dactylo, atq; iterum ſpondeo,vt Horatius,Grato pyrrha ſub antro.

Phaliſcum conſtat vltimis quattuor pedibus verſus heroici;vt idem,Aut epheſum bimaris vel corinthi.

Alcaicum conſtat ſpondeo,iambo,cæſura:& duobus dactylis;vt Hora,O matre pulchra filia pulchrior.

*¶ Pentametrum elegiacum, dicitur autem & hic verſus pentameter a numero pedum quinq;,elegiacum vero dictum eſt ab eleos græce,quod interpretatur miſeratio,q, veteres miſeriam & lamentationes ſuas elegis decantabant. poſtea vero etiam res aliæ eo genere verſus deſcribi cœptæ ſunt,dicente Horat. in poeti. verſibus imparibus iunctis querimonia primum,poſt etiam incluſa eſt voti ſententis compos. Pentametri verſus inuentionem quidam in Theoclem naxium referunt, qui cũ per inſaniam vociferaretur,eum efficit, & elegiacus (vt dicunt quidam) vocatus;ab eo quod elegino eſt inſanio. Conſtat itaq; verſus pentameter elegiacus ex duplici penthemimeri heroica.prior ex dactylo vel ſpondeo indifferenter,& ſyllaba,quæ ſemipedem facit:poſteriori vero ex duobus dactylis atq; iterum ſemipede, vt in ſumma ſint pedes quinq; quattuor integri & ex duplici ſemipede vnus omnino tẽporũ viginti. Scãditur quoq; hic verſus aliter per pedes integros quinq;,vt duo primi pedes ſint dactyli vel ſpõdei indifferẽter: deinde vnus ſpõdeus. tũ duo anapeſti,ſemper tamen poſt duos primos pedes debet ſubijci ſyllaba,quæ dictionem terminet,vt fiat penthemimeris heroica:quæ ſi breuis ſit,excuſatur vitium ea ratione qua diximus in hexametro. Appellatur autẽ pentametrum elegiacum,quoniam hexametro ſubiunctum conſtituit diſtichõ;ex quo poema elegiacum ſcribi cõſueuit:quo omnia Ouidij opera metamorphoſim. Tibulli. Propertij,atq; Mar. pleraq; epigrammata ſcripta ſunt,Scanditur autem ſic.nil mihi.reſcri. bas.atta.men.ipſe ve.ni.aut ſic,nil mihi.reſcri.bas at,tamẽ ip.ſe veni ¶ Phaleuticum carmen dictum autore Diomed. a phaleutico illius inuẽtore,pẽtametrũ a numero quinq; pedum,endecaſyllabum a numero vndecim ſyllabarũ. conſtat ſpõdeo.dactylo,& tribus trocheis: vt paſſer, delici.um me.æ pu,ellæ. & eſt carmẽ Catull.poetæ Veronẽſis,qui eo genere verſus complura epigrammata ſcripſit. Martial. quoq; Auſoni.atq; Vergilius in priapeia. ¶ Sapphicum carmen a ſapho illius inuentrice dictum,pentametrum a numero pedum, endecaſyllabum a numero ſyllabarum,iiſdem pedibus conſtat quibus phaleuticum:ſed alio ordine diſpoſitis,hoc eſt trocheo. ſpõdeo,dactylo,& duobus trocheis.vt nocte,ſurgen,tes vigi.lemus,omnes. Recipit hic verſus cæſurã poſt duos pedes,qđ Horat. in odis fere ſemper obſeruat. Catullus non multum id curat:nam ab vtroq; hoc genus carminis celebratur. Alij hoc metrum aliter ſcandunt,hoc eſt eſt per epitritum ſecundum,choriambum & bacchium ſic.nocte ſurgen.tes vigile.mus omnes, ¶ Adonicum carmen ab autore quoq; appellatum pẽtaſyllabum eſt, conſtatq; dactylo & ſpondeo. vt Boet. nubibus atris condita nullum fundere poſſunt ſydera lumen. Conſueuit hic verſus poſt tres ſapphicos plerumq; poni,vt claudat tetraſticon,quod tribus ſapphicis & adonico conſtat. Reperiuntur & adonici ſine ſapphicis & ſapphici ſine adonicis impermixti,vt apud Senecam in tragœdijs. ¶ Aſclepiadeum ab autore Aſclepiade cognominatum duodecaſyllabum hoc eſt duodecim ſyllabarum eſt,conſtans ex penthemimeri heroica,quæ ex ſpondeo, dactylo,ſemipede conficitur, & deinde duobus dactylis:vt apud hymnographum. Sancto.rum meri,tis inclyta gaudia. Alij, aliter ſcandunt per ſpondeum.duos choriãbos,& pyrrichium ſic, Sancto,rum meritis.inclyta gau.dia. ¶ Glyconicum ab autore quoq; cognominatum octoſyllabum eſt,conſtans ex ſpondeo & duobus dactylis,vt autor hymnorum.victo,rum genus.optimum. ¶ Pherecratium ab inuentore cognominatum heptaſyllabum eſt, conſtans ſpondeo. dactylo.atq; iterum ſpondeo. vt Horat.in.i.carmi. grato pyrrha ſub antro. Scanditur autem ſic,grato, pyrrha ſub.antro. Phaliſcum a phaliſcis Italiæ populis, qui in cantionibus eo vtebantur.tetrametrum eſt: conſtat enim quattuor vltimis pedibus verſus Heroici: hoc eſt primo & ſecundo dactylo vel ſpondeo indifferenter,tertio dactylo, & quarto ſpondeo, vt Horat.i.carmi.aut epheſum bima.riſue co.rinthi. ¶ Alcaicum ab Alceo poeta dictum,endecaſyllabum eſt, conſtans ex penthemimeri iambico, quæ conficitur ex ſpondeo, iambo, & ſemipede,in quo fit verſus cæſura. deinde duobus dactylis. Idem Horat. in.i.carminũ. O matre pul.chra, filia. pulchrior. Alij ſcandunt per, hippium ſiue epitritum tertium & ſemipedem choriambum & iambum;ſic. o matre pulchra filia pul,chrior.*

Alcaicũ alterũ conſtat ex hippio ſecũdo ſiue epitrito; duobus choriãbis & bacchio; vt idẽ Horatius. Te deos oro ſybarim cur properes amando.

Anacreõtium conſtat coriambo & bacchio. vt Lydia dic per omnes, & ſequitur. Te deos oro ſybarim, &c.

Saphicum alterum hexdecaſyllabum conſtat ſpõdeo; tribus coriambis & pyrrhio, vt Horatius. Nullam vare ſacra vite prius ſeueris arborem.

Archilochium conſtat parte verſus heroici, quę vocatur bucolice; hoc eſt primis tribus pedibus dactylo vel ſpondeo; deinde dactylo bucolice clauditur, poſtea vero tribꝰ trocheis, vt ſoluitur acris hyems grata vice veris & fauoni.

Dimetrum iambicum conſtat ſpondeo vel iambo indifferẽter in primo & tertio loco, & iambo neceſſario in ſecũdo & quarto loco; vt iam lucis orto ſydere Deum precemus ſupplices.

Dimetrum iambicum catalecticum deficit vna ſyllaba a ſuperiori; vt Prudentius in hymno ante ſomnum. Ades pater ſupreme.

Trimetrũ iambicũ archilochiũ conſtat ſpõdeo vel iãbo indifferenter in locis imparibus; hoc eſt in primo, tertio, & quinto loco, & iambo neceſſario in locis paribus, vt Marti. vir Celtiberis nõ tacende gentibus. Videbis altam Liciane Bilbilim.

Trimetrũ iambicum hypponacticũ, qđ & ſcazõ & choliambon & golliãbon dicitur, eadẽ legere currit qua & archilochiũ, niſi ꝙ vltimi duo pedes permutantur, iãbus ꝓ ſpõdeo & ſpõdeus ꝓ iambo;

*¶ Alcaicũ etiã alterũ, quo idem autor vſus eſt, cõſtat ex hippio ſiue epitrito ſecundo & duobus choriambis & bacchio, vt Hora. in eodem. te deos oro ſybarim, cur properes amando. ¶ Anacreontium, ab Anacreonte dictum heptaſyllabum eſt, conſtans ex choriambo & bacchio. vt Hora. ibidem Lydia dic per omnes. ¶ Sapphicum hexdecaſyllabum, quod Diomed. etiam archilochiũ appellat: conſtat ſpõdeo, tribus choriambis, & pyrrichio. vt Hora. in eodem. nullam Vare ſacra vite prius ſeueris arborem. ¶ Archilochiũ carmẽ ab archilocho denominatũ cõſtat parte carminis heroici, quæ appellatur bucolice, hoc eſt dactylo vel ſpõdeo in primis tribus pedibus & dactylo in quarta regione, deinde tribus trocheis. vt Horat. i. car. ſoluitur acris hyems grata vice veris & fauoni. Bucolice autem appellatur prior pars huius verſus: quoniã in carmine bucco. Theocritus poeta ſemper illud obſeruat, vt in quarto loco dactylum collocet, quod Verg. illius alioqui imitator negligit. Superioribꝰ carminum generibus raro autores vtuntur. Hora. in odis frequenter: quare ſi plura exempla voles inde petenda ſunt. ¶ Dimetrum iambicum. in carmine iambico illud eſt cõmune, qđ duo pedes pro vno cõputantur. vnde dimetrũ quattuor habet pedes, trimetrum ſex, tetrametrũ octo. hoc autem fit, quia in vno quoq; metro ſiue pede ictus ſeu mora quædã fit. illud quoq; his verſibus cõmune eſt, quod in locis paribus ſemper habent iambum, in imparibus vero indifferenter iambum ſiue ſpondeum: vnde a iambi frequẽtia iambici dicti ſunt. Verſus itaq; dimiter iambicus, qui a latinis quaternarius dicitur, cõſtat duobus metris: vnde dimeter dicitur. & quattuor pedibus, vnde quaternarius, octo ſyllabis: vnde octo ſyllabus dici poteſt: vt in hymno illo, qui ad primam diei horã in re diuina canitur. Iam lucis orto ſydere. Iã lu. ſpondeus eſt. cis or. iambus. to ſy. ſpondeus. dere. iãbus. quoniam, vt ſæpe diximus, finalis indifferens eſt: quare hoc in loco breuis pro longa poſita eſt. Hoc genere carminis maior pars hymnorum compoſita eſt: apud reliquos autores rarũ, vt apud Mart. & Auſoni. quale eſt huius poetæ epigramma ad Theonem grammaticum. Aut adſit interpres tuus. Aenigmatũ qui cognitor fuit: Fuit meorum cum tibi Cadmi nigellas filias. Melonis albam paginam, Notaſq; furuæ ſepiæ, Gnidioſq; nodos prodidit. Hi verſus omnes iãbici ſunt acatalectici: quoniam in illis nihil deficit: nihilq; rurſus redundat.*

*¶ Eſt & dimeter iambicus catalecticus, qui vna ſyllaba deficit: qualis eſt apud Senecam in tragoedia quæ Medea inſcribitur. Quo nam cruenta menas, & quæ ſequuntur. ſcanditur autem ſic. Quo nam. ſpondeus eſt. cruen. iambus. ta me. iambus. nas, ſyllaba, quod ſi dixeris menades integrum & acatalecticum erit dimetrum iambicum. Eſt & dimetrum iãbicum brachicatalecticõ, hoc eſt duabus ſyllabis deficiens, quale voluit eſſe illud. Aue maris ſtella. ſed nõ cõſtitit niſi in principio. ſcanditur autem ſic. Aue. iambus eſt. maris. iterum iambus. ſtella. ſpondeus, quia in fine breuis pro longa poteſt poni, quod ſi adiecisſet placens, fuiſſet dimetrum acatalecticum. ¶ Trimetrum iambicum archilochium quem Varro, Tullius, & Quintilianus ſenarium appellant. conſtat tribus metris: vnde trimetrum dictum eſt, & ſex pedibus: vnde ſenarium. iambo. ſilicet in locis paribus, hoc eſt ſecunda, quarta, & ſexta regione, & ſpondeo vel iambo indifferenter in primo, tertio, & ſexto loco: vt apud Martia. in. i. epigram. vir celtiberis non tacende gentibus. ſcanditur autem ſic. vir cel. ſpondeus eſt. ti be. iambus. ris non, ſpondeus. ta cen. iambus. de gen. iambus. tibus. iambus: nam finalis breuis pro longa ponitur. ¶ Eſt & aliud genus trimetri iambici, quod appellatur hipponacticum, differtq; ab archilochio, ꝙ hipponacticum in fine habet ſpondeum, archilochium vero iambum. vt Perſius in prologo ſuarum ſatyrarum. nec fonte labra prolui caballino. ſcanditur autem ſic. nec fon. ſpondeus eſt, te la. iambus, bra pro. iambus. lui. iambus. cabal. iambus. lino. ſpondeus, huius repertor fuit Hipponax poeta, qui loco iambi inducto ſpondæo contra legem trimetri iambici metrum innouauit. Itaq; archilochium rectum, hipponacticum claudum appellatur, a græcis vero tum Cyllambos, tum cholliambos, tum ſcazon appellatur. Martialis. molliem debilitate choliambon. idem in alio loco. Apollinarem conueni meum ſcazon. De quo Ruffinus. ponitur aut ſcazon, ſpondæum finis habebit. Sed archilocho tragœdiæ maxime ſcribuntur. hipponatico magis vtuntur Catullus, & Martial. Recipit tamẽ hic verſus frequenter tribrachum pro iambo: & anapæſtum pro ſpondeo, quia (& ſi non ſunt earundem ſyllabarum) ſunt tamen eorundem temporum.*

Perſius. Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo. Eſt enim tribrachus in ſecunda regione. Idem. memini me, vt ſic repente poeta prodirem, vbi anapeſtus eſt in primo loco. Apud eos quoq; qui hoc carmine licentius vtuntur in locis paribus recipit & anapeſtũ, in imparibus vero trocheũ & anapeſtum. Reperitur etiam trimetrum iambicũ catalecticum. vt apud Horat. mea renidet in domo lacunar, quod ſi dixeris lacunare, erit trimetrũ abſolutũ. Reperitur quoq; iãbicus ſeptenarius teſte Diome. qui Varronem induxit. & fit quoties ad trimetrum iambicum triſyllabus pes additur. vt apud Teren. nã ſi remittant quippiam philomenæ dolores. ſcanditur autem ſic: nam ſi. ſpondeus eſt. remit. iambus. tant quip. ſpondeus. piã. iambus. philo. pyrrhichius pro iambo. menæ. ſpondeus. dolores. triſyllabus pes eſt. ¶ Tetrametrum iambicum octonarium conſtat metris quattuor. vnde tetrametrum dictum eſt. octo pedibus, vnde octonarius. in locis imparibus, vt de dimetro & trimetro diximus iambo vel ſpondeo. in paribus vero iambo. Sed de hoc genere carminis poetæ tantum Comici vtũtur, nimis tamen licenter: nã alios pedes in crebro recipiunt. vt multi putauerunt nõ eſſe carmina: vt Plautus in amphytrione, qui me alter eſt audacior hõ, aut qui cõfidentior. ſcãditur autẽ ſic, qui mal. ſpõdeus eſt. ter eſt. iãbus. auda. ſpõdeus. cior. iãbus. homo aut. iãbus. qui con. ſpõdeus. fiden. ſpõdeus. tior. iãbus. Terẽ. quoq;. Enim vero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſocordiæ, ſcãditur autẽ ſic, enim iãbus eſt. vero. ſpõdeus ꝓ iãbo. Daue. trocheus pro ſpondeo. nihil. iambus. loceſt iambus. ſegni. ſpõdeus. tiæ. iambus. neq;. pyrrhichius pro iambo. ſocor. ſpõdeus. diæ. iambus. Sed (quemadmodum ait Quintilianus.) latini in comœdia claudicarunt, cũ apud græcos comœdiæ certa lege ſcribantur. ¶ Dimetrũ anapeſticum pindaricum conſtat duobus metris, quod duo pedes pro vno computantur. Quemadmodum in iambicis, conſtat autem plerumq; quattuor anapeſtis, recipit tamen dactylum vel ſpõdeũ in locis imparibus, in paribus vero ſpondeum. Qualia ſunt multa in Senecæ tragœdijs, vt in herculis furẽtis primo choro. Turbine magno ſpes ſollicitæ. ſcanditur autem ſic. turbine. dactylus eſt. magno ſpondeus. ſpes ſol. ſpondeus. licitæ. anapeſtus, nam & anapeſticum dicitur, etiam ſi nullum anapeſtum recipiat. ¶ Tetrametrum trochaicum archilochium. Carminis trochaici genera ſunt complura: ſed ideo ex illis tãtum archilochiũ poſuimus, qđ reliquis abſoletis, hoc ſolum (quod ego ſciam) apud autores (& quidẽ rariſſime) reperitur, conſtat autẽ quattuor metris. vnde tetrametrũ dicitur & trocheis in locis imparibus, vnde trochaicũ appellatur: nã in paribus ſpõdeũ quoq; recipit. Eſt aũt catalecticũ, quoniã a tetrametro integro vna ſyllaba deficit, vt apũ Mar. Capellã. Scãde cœli tẽpla virgo digna tãto fœdere, te ſocer ſubire celſa poſcit aſtra iupiter. ſcãditur autẽ ſic. ſcãde. trocheus eſt. cœli, ſpõdeus. tẽpla trocheus, virgo. trocheus. digna. trocheus. tãto. ſpondeus. fœde. trocheus. re ſyllaba, quod ſi dixiſſet fœderata, fuiſſet integrum tetrametrũ trochaicum. Sextus tamen pes (vt ait Priſci.) neceſſario debet eſſe ſpõdeus, adducitq; Terẽtianũ carmen huius generis ad probandum. qđ alterius poteſt penultimã ꝓducere. vt ſuo loco diximus. Carmen autẽ eſt. ſeſcuplos vel vnã vincet alterius ſingulum. Hoc quoq; genere verſus cõpoſitus eſt hymnus ille. Pãge lingua glorioſi prelium certaminis. Ex qua ratione coniicitur mendum illud. quod in recognitiõe hymnorũ notauimus: vbi vulgo ſcriptũ reperitur. agnus in cruce leuatur immolãdus ſtipite. Nã pro cruce crucis repoſuimus: quoniã in. iij. loco neceſſario debet eſſe trocheus: & cõtextus quoq; ratio exigit, vt crucis dicamus, eritq; ordo, Agnus leuatur immolandus in ſtipite crucis. ¶ Alcmanium ab alcmane poeta vno de nouem lyricis apud græcos. dactylicum quoniam tribus dactylis conſtat. hypercatalecticum, quia vna ſyllaba ſuperabundat. Et ponit exemplum eiuſdẽ Prudentij in hymno anteq̃ cibus ſumatur. cuius initiũ eſt o crucifer bone. ¶ Parthenicũ ab autore anapeſticũ a pede frequentiorẽ. catalecticumq; [illegible] ſuperabundat vna ſyllaba, & ponit exemplum eiuſdem in exequijs defunctorum. ¶ Euripidiũ ab Euripide poeta tragico, cuius ponit exemplum ex eodem Prudentio.

vt Perſius. Nec fonte labra prolui caballino.
Tetrametrum iambicum cõſtat iambo vel ſpõdeo
in locis imparibus, in locis vero paribus iambo.
Qualia ſunt multa apud Plautum, & Terentiũ.
Dimetrũ anapeſticũ pindaricũ cõſtat quatuor pedibus, q plerũq; ſunt anapeſti; recipit tamẽ & alios
pedes: vt Seneca. Turbine magno ſpes ſollicitæ.
Tetrametrũ trochaicũ archilochiũ catalecticum, cõſtat octo pedib9 min9 vna ſyllaba. vnde & catalecticũ appellat: habetq; in locis imparib9 trocheũ;
in locis vero parib9 trocheũ vel ſpõdeũ indifferẽter. vt Scãde cęli tẽpla virgo digna tanto fœdere.
Luſtra ſex qui iã pacta tẽpus implẽs corpis. Q đ
ſi dixeris, tp̃s implens corporale; erit catelacticũ.
Alcmaniũ dactylicum trimetrũ hypercatalecticum
conſtat tribus dactylis & ſemipede; vt Prudẽtius
in hymno ante cibũ. O crucifer bone lucis ſator.
Parteniacũ anapeſticum dimetrũ catalecticũ cõſtat
tribus pedibus & ſyllaba: recipitq; in primis duobus locis anapeſtũ & ſpõdeũ indifferẽter; in tertio autem ſemp anapeſtum. vt Prudẽtius in exequijs defunctorum. Deus ignee fõs animarum.
Euripidiũ dimetrũ catalecticum cõſtat trib9 pedib9
& ſyllaba; qui oẽs plerumq; ſunt trochei; vt Prudentius in operis ſui coronide. Dona conſciẽtię.

## ¶ De Accentu. Cap. ix.

Accentus nobis dicta eſt proſodia græcis.
Atq; tonus; quem Romani dixere tenorem;

## ¶ De Accentu. Capi. ix.

Cum in reliquis grãmaticæ partibus noſtri ſeculi homines multũ aberrarint, tum maxime circa vocũ accentus diu turpiter lapſi ſunt, vt quo minus vitiũ latere poteſt, eo magis culpãdi eſſe videãtur. Quãq̃ ſunt iudicio meo venia digniſſimi, q eius rei cõſideratio non tam lectione quã viua (vti aiunt) præceptores voce cõſtare debet. Hoc igitur in loco nobis repetendum eſt, quod in principio huius libri annotauimus. ſyllabã (quãtum ad præſens negociũ attinet) duplicem habere cõſiderationem, aut enim cõſideratur quantũ ad temporis longitudinẽ in qua profecturiq; de re hactenus eſt a nobis diſputatum, aut quantum ad illius altitudinem ſiue profunditatem: de qua in hoc capite, quod inſcribitur de accentu diſſeremus.

[library stamp]

Principio itaq; dicit, quam græci proſodiam appellant, latine interpretatur tum accentum, tum accentiunculam, tum notam vocis, tum moderamentum, tum voculationem. Totum hoc a Gellio noct. attica. lib. xiij. tranſlatum eſt. Sed & Quintilianus autor eſt ab eo quod tonos græci dicunt, antiquiores noſtros accentum etiam vocaſſe tenorem, verba illius in lib. j. ſunt difficilior obſeruatio eſt per tenores: quos quidem ab antiquis dictos tenores comperio, videlicet declinato verbo a græcis, qui tonos dicũt. Sed ſi verbũ ex verbo interpretari velimus, quã græci proſodiam dicunt latine interpretabimur accentũ a pros quod eſt ad præpoſitio, & ode cantus, erit igitur accentus quaſi cãtus: quẽadmodũ lib. iij. diximus.

Accentus lex eſt, quia tendit ſyllaba ſurſum;
Vel qua deprimitur: vel quã ſignatur vtrumq;.
Primus acutus erit, quo ſyllaba ſurgit in altum.
Rurſus & ille grauis, quo ſyllaba pſſa deorſum.
Eſt circunflexus, quo ſurgit deprimiturq;.
Sed circunflexus & acutus dicitur eſſe
Verborũ accentus, grauis eſt, quo ſyllaba cõſtat.

¶ Accentus eſt lex. ponit diffinitionẽ accẽtus ab antiquis atq; etiã iunioribus grãmaticis celebratam dicẽs, q accentus eſt certa lex, ſiue regula, ſiue præceptio accõmodata ad ſyllabam eleuandam, cum ſcilicet acuitur, vel deprimendã cum grauatur, adde etiam tu ad eleuandam deprimendamq;, cum ſcilicet circunflectitur, hoc eſt eleuatur deprimiturq;. Eſtq; accentus triplex. vt ex diffinitiõe ſuperiori colligitur, q accentus eſt triplex, hoc eſt acutus, grauis, & circunflexus. Nam omnis ſyllaba dictionis cum pronunciatur, aut acuitur tantum, aut grauatur tantum, aut circũflectitur .i. partim acuitur partim grauatur. Sed cum de accentu loquimur, per excellentiam de acuto vel circunflexo intelligimus, quem tum prædominantem, tum principalem appellamus. Itaq; tam apud latinos, quam etiam apud græcos atq; reliquas nationes barbaras in qualibet dictione vnus eſt tantum accentus prædominans, qui aut eſt acutus aut circunflexus neq; habere poteſt, aut plures acutus, aut plures circũflexos, aut alterum acutum & alterum circũflexum. Nam cum ſit accentus ille prædominans, velut anima vocis (vt Diome. ait) non modo vnus eſſe debet, verũetiam efficit, vt dictiones inter ſe diſtinguantur. Omnis enim res (vt philoſophi tradunt) a forma habet, quod ſit vna. Cum vero accentus circunflexus in ſyllaba longa debeat collocari, quæ duo tempora in prolatione conſumit: primũ tempus accentu acuto, alterum accentu graui profertur. & ſic colligitur accentus circũflexus, qui compoſitus eſt ex acuto & graui. De quo quid nos ſentiamus, ſtatim dicetur, ſi prius ſtulticiam illorum coarguerimus, qui accẽtum (neſcio quem) moderatum finxere. Cuius inuenti artifex (quãtum ego ſuſpicari poſſum) fuit Alexãder a villa dei, qui neſcio quibus laruis exagitatus ſibi perſuaſit, eſſe apd̃ latinos quartum illum accentum latinis in auditũ. Quem idcirco moderatũ appellauit, q inter acutũ & grauem quodãmodo ſit medius, quod nemo vnquam ante illum, ſed neq; poſt illum quiſquã ſanæ mentis non modo non dixit: ſed nec ſuſpicatus quidem eſt. Sed iam video quid illũ deceperit. Nam cũ videret homo natura muſicus (quippe qui Gallus erat) dictiones quaſdã barbaras (hebraicas maxime) vehementiori quodã ſono & pluſquã latinæ linguæ ratio patitur in fine acui: ſyllabas illarũ terminales accentu acuto debere proferri putauit. Quæ vero ſecundum latini ſermonis regulã accẽtu acuto proferẽdæ erant, ipſe noua quadam ratione & a ſe primũ excogitata moderato accentu proferendas eſſe dixit, qui (quemadmodum ipſe putat) tantũ vincetur ab acuto, quantũ grauis ab illo ſuperatur. Quod ſi tantopere Alexãder dictionibus barbaris proſpicere volebat, vt cum ſuo illo vehementi ſono vel ſtridore potius latino ſermoni miſcendas eſſe putauit, non ex antiquorũ præceptis, quæ ſunt de accentu tradita, quicquam immutare debuit, ſed dictionibus barbaris accentum a ſe nuper excogitatum accommodare appellans illum hyperoxiam .id eſt ſuperacutum, aut hyperboliam .id eſt trãſcendentem, quandoquidem ſupra latinum accentum finales illarum dictionũ ſyllabæ proferuntur. Sed vide obſecro quã in perniciem alexandrina hæc licentia euaſerit, vt cũ nos voces barbaras accentu latino mollire debuerimus, imitatores iſti, vel potius alexandri admiratores, e diuerſo conati ſint accentu barbaro dictiones latinas efferre. Sed quemadmodum in eo ſermone diximus, in quo eſt a nobis de vi & poteſtate litterarum ſatis prolixe diſputatum, multa fuerũt in vſu apud maiores noſtros, quorum neq; veſtigium quidem vllum noſtro ſeculo vidimus, cuiuſmodi eſt, quod de accentu circunflexo in præſentiarum agitur, qui cum ab antiquioribus æqua fuerit, atq; acutus & grauis prolatus, nemo eſt hodie, qui illum enunciet, aut ſi ab alio fuerit prolatus, qui illum auditu percipiat ſenſuq; diiudicet. Neq; id mirum cuiquã videri debet, cum in re huic cognata atq; germaniſſima tale aliquid acciderit. Nam cum legamus tria muſices genera fuiſſe apud veteres, chromaticum, enharmonicũ, & diatonicum, duo illa priora ſic obliterata ſunt, vt nemo ſit hodie, qui (præterq̃ in diatonico genere) poſſit canere, ſed neq; ſi alius quiſpiam in chromatico vel enharmonico genere caneret, poſſet conſonantias perpendere, atq; de illis recte iudicare. Quemadmodum igitur non ratione aliqua, ſed potius maiorum noſtrorum negligentia duo illa muſices genera funditus interierunt: forſaſſe quod in illis conſonantijs ratio erat aliquanto ſcrupuloſior: idem quoq; ego ſuſpicor accentui circunflexo accidiſſe, qui ex eo quod in ſyllaba per naturam longa ſedere amat, neq; omnes, quæ ea ſit, facile intelligunt, ex incuria vel ignoratione potius noſtri ſeculi cœpit in deſuetudinem abire. Quod vero quidam exiſtimant, eundem eſſe circunflexum, quem ipſi moderatum appellãt, nimirum in eo falluntur. Neq; enim quia alter ab vſu receſſit, alter nuperrime inductus eſt, eundem eſſe putare debemus, cum præſertim circunflexus in vltima tantum & penultima ſyllaba, moderatus vero ſuus in penultimam & antepenultimam tantum collocetur. Sed quanq̃ propter rei difficultatem in primis introductionibus noſtris præceptum ſit confundere circunflexum cũ acuto, quippe qui iam inde ab initio teſtati ſumus, nos puerorum eruditioni tantum introductiones ſcribere, nihilominus tamen regulas ab antiquis traditas proponemus. ¶ Sed circunflexus, quemadmodum ſupra diximus, duo ſunt accentus prædominantes, acutus videlicet & circũflexus, qui proprie dicuntur accentus. vnde & accentus dictionum appellantur. grauis vero non accentus ſimplex, ſed accentus ſyllabæ dicitur. Eſt tamen cum accentus grauis eſt, accentus dictionis, hoc eſt in conſequentia, quam græci vocant ſinapiam, ſed de hoc alias.

Quæ monoſyllaba ſit natura dictio longa;
 Circunflectetur;ſi non,profertur acute.
Syllaba ſi duplex fuerit;ſuſpende priorem.
 Quæ ſi natura longa eſt,curtaq; ſequatur:
 Circumflectenda prior eſt;reprimeſq; ſecundã.
Si polyſyllaba ſit vox,atq; penultima longa
 Natura,ſequiturq; breuis;tunc flecte priorem.
 Si fuerit longa prior,& tunc longa ſequatur;
 Eſt acuenda prior,quæ ſi breuis eſt,acuetur
 Ante penultima;ſed non ſemper regula ſeruit.
In primis fallit;vt ſit diſtinctio vocum;
 Vt puta;pone;palam;porro;ergoq;;vna;aliaſq;.
 Quæ circumflectit;ſed & illa in fine acuuntur.
Dictio prætea ſi ſit conciſſa;manebit
 Integer accentus in eadem ſede locoq;.

¶ Quæ monoſylla,incipit tradere regulas accentus & primo de dictionibus monoſyllabis dicens,quod dictio vnius ſyllabæ,ſi eſt natura longa circũflectitur.vt res.mos.& ſubdit,quod ſi nõ,ſubaudi eſt natura longa:ſed aut breuis aut poſitione longa acuitur.vt ſel.gens.ſed quæ ſint natura longæ per regulas ſuperius traditas ſcire poſſumus,quæ vero ſint natura breues & poſitione longæ,non ſatis liquet. ¶ Syllaba ſi duplex.ſecunda regula eſt,quod ſi dictio eſt duarum ſyllabarum,fueritq; aut vtraq; breuis,aut vtraq; longa,aut prima breuis & altera longa,prior ex illis acuitur.vt deus,muſe,dei,quod ſi prior fuerit longa & ſequatur breuis:prior circũflectenda eſt, vt muſa in nominatiuo & vocatiuo.
¶ Si polyſyllaba.iij.regula eſt.quod ſi dictio eſt pluriũ ſyllabarum,cõſiderandæ ſunt due vltime,& ſi vtraq; fuerit longa prior acuetur.vt romanos.ſi prior longa eſt & poſterior breuis:prior circũflectetur. vt Romanus,o romane:ſed ſi vtraq; fuerit breuis,aut prior breuis ſequenti longa,transfertur accentus in ante penultimã,vt animus animi.Et ſubdit,q; he regulæ non vſquequaq; ſunt veræ,nam aliquando patiuntur exceptionẽ:nam in ſex caſibus falluntur. ¶ In primis fallit,dicit q; regulæ ſuperiores fallunt primo diſtinctione,hoc eſt differentiæ cauſa,poniq; aliquot exẽpla,in quibus autores differentiæ cauſa mutauerunt accentus.vt puta ꝑ ſicut,ne putetur ſecunda perſona imperatiuĩ modi huius verbi puto.as.accuit vltimã.Perſi.hoc puta nõ iuſtũ illud,male rectũ iſtud pone,ꝑ eo q̃d eſt retro,ne putetur eſſe ꝑſona ſcd'a imperatiui modi huius verbi pono.is.Verg.ij.eñ.pone legunt ſinuantq; immenſa volumina terga. Palam,pro eo,q; eſt publice,ne putetur eſſe accuſatiuus ab eo quod eſt pala inſtrumento ruſtico.Porro,pro eo q̃d eſt deinde,ne putetur eſſe ablatiuus ſiue datiuus,ab eo quod eſt porrũ.i.vt illud ex euangel.porro vnum eſt neceſſarium. Ergo,pro cauſa, ne putetur eſſe coniunctio illatiua. vt apud Vergil.vi. æneid. illius ergo venimus. Vna,pro eo quod ſimul,ne putetur eſſe nominatiuus generis fœminini ab eo quod eſt vnus vna vnũ. Alias,pro alio loco & tempore,ne putetur eſſe accuſatiuus pluralis ab alius alia aliud,quod Priſcia. dicit vltimam circũflectere,cum ſuperiora illa in fine acuantur. In alijs vero particulis in quibus autores non aſſignauerunt hanc accentus differentiam,nec nos aſſignare debemus. Quod ſi autores in his voluerunt facere diſtinctionem,cur non & in illis falſo.ſedulo.modo.forte.repente.& ſimilibus ne putetur eſſe caſus obliqui,ab eo quod eſt falſus,ſedulus.modus,fors.repens? Sed reſpondebunt opinor,differentiam in illis tantum eſſe faciendam,in quibus autores facere voluerunt. Priſcia. quoq; libro.xv. ſcribit compoſita ab inde:vt deinde,perinde,ſubinde antepenultimam habere acutam. Sed eſto,aſſentiamur Priſciano atq; illius ſæculi grammaticis in ijs quæ antiquiores ſiluerunt,quid in illis alonge.delonge.deinceps.deorſum.etiam ne accentum corrumpemus?faceſſat obſecro vos tantum dedecus a ſermone latino,& niſi vbi nos neceſſitas maiorum autoritate definita coegerit:nunquam ab accentu regulari diſcedamus. atq; illam fœditatem in primis fugiemus,quam voces latinæ reformidant,cum accentu illo ſuperacuto proferuntur.Atq;(vt ſemel dicam)quid hac de ſentiam,ſemper in accentu dictionum latinarum latina regula eſt obſeruanda,præterquam vbi optimi autores aliter cenſuerunt eſſe faciendum. Quos autem velim optimos intelligi,iam a principio huius operis teſtati ſumus. Quod cum autoritate:vt ſæpe diximus,faciendum ſit,non tamẽ ita fieri debet,quemadmodum iſti putant.vt accentus acutus grauem ſuperet ſeſquitono,ſed ſemitono,vel potius dieſi,hoc eſt,non ſuo illo accuto qui latinis in auditus eſt,ſed clementi atq; modico accentu,& fere qualis ille eſt,quem ipſi moderatum appellant. ¶ Dictio præterea.fallit præterea accentus latinæ regula in quibuſdam dictionibus abſciſſis,quæ in eadem ſyllaba retinent accentum principalem,in qua erat ante abſciſſionem,quemadmodum in nominibus proprijs ſecundæ declinationis terminatis in.ius,quæ apud antiquiores fecerunt vocatiuum.us.mutata in.e.vt hic Vergilius o vergilie.hic mercurius o mercurie antepenultima acuta.abiecta deinde.e.finali o Vergili o mercuri penultima acuta,quanquam ſit breuis,quod eſt contra regulam latinam de dictionibus polyſyllabis,quamquam.P.Nigidius vir ſui ſeculi(præter vnum Ciceronem omnium eruditiſſimus)putauerit in caſu vocandi huius nominis Valerius primã accentu acuto eſſe proferendã.Quod & ſi Gell.libro.xiij.noct.atti.ſcribit,non defuiſſe,qui irriderent:ego tantum Nigidio tribuo,vt libentius velim cum eo errare,quã cum omnibus grãmaticis verũ dicere. Et nõia gentilia terminata in.as.vt hic hæc hoc arpinas.larinas.toloſas,pro quibus antiquiores dicebant.arpinatis.te.larinatis.te,toloſatis.te. Acuuntur in fine,vel potius autore Priſcia.circũflectuntur,quod etiam de duobus illis pronominibus noſtras & veſtras intelligendũ eſt,quæ & ipſa quodãmodo gentilia ſunt. Abſciſſa quoq; ſunt illa donec,pro quo antiquiores dicebant donicum,q̃d apud Plau.multis in locis legimus,huc.adhuc.iſthuc,illhuc,pro quibus hucce.iſtucce illuce.illi dicebant,& cõpoſita a dic,duc.fac.quæ videntur abſciſſa a dice,duce.vt benedic,maledic,deduc.educ.benefac.quanq̃ de cõpoſitis a facio nõ liquet quo accentu quibuſdam in locis proferri debeant.Nam latina regula exigit.vt benefacit,malefac.& benefacis.benefacit.malefacit,malefacit & ſimilia.antepenultima acuta proferamus. De illis enim qui in compoſitione mutantur.a.in.i. nihil eſt dubitandũ niſi quod accentum regularem ſequuntur. Sed neſcio qua de cauſa iunioribus grammaticis placuerit priuilegio quodã vti in compoſitis ab hoc verbo facio,in q̃ cũ in cõpoſitione.a.non mutatur in.i.vt in ſecũda & tertia perſona præſentis indicatiuĩ modi numeri ſingularis penultima accentu acuto proferatur,vt benefacis.calefacis.ſtupefacis.ſtupefacit,cum penultima breuis ſit.

Pari licentia vtuntur in compoſitis ab illius appendice fio fis. cum ratione declinationis monoſyllabum efficitur, in fine nãq; accentu acuto efferuntur, vt tepeſis, eſt. caleſis. eſt. Quid quod video grammaticis quibuſdam placuiſſe, vt quoties præſens indicatiui pro præterito eiuſdem ponitur: quia tertia perſona ſingularis pauciores habet ſyllabas quaſi abciſſa in fine circũflecteretur, vt audit pro audiuit, fumat pro fumauit. Ẽ diuerſo barbara nomina in fine acuta, quæ ſyllabæ extenſione latina efficiuntur, in eodem loco habent accentũ, in quo erat cum eſſent barbara. vt iacobus, ſathanas, ioſephus, & ex Hiſpanis Iſabel, Iſabela. Leonor, leonora.

Cum coniunctiuæ voces & præpoſitiuæ
  Diſſimulentq; tonos ſemper, ſempq; grauentur,
  Si poſtponantur, retinebit finis acutum.
Attrahit accentum vox attractiua prioris
  Particulæ finalem acuendo: quatuor hæc ſunt.
  Cum, q;, ne, ve, ſed cum: ſi ſit pnomine iunctum.
Finales acuit, percunctans teq; rogansq;.
Hebrææ voces plærunq; in fine acuuntur.
  Non tamẽ & ſemper; quia ſepe in fine grauant.

¶ Cum coniunctiuæ, fallit quoq; accentus regula, cum præpoſitiones poſtponuntur ſuis caſualibus, quod eſt contra illarum naturam, cum. n. præpoſitiones omnibus ſyllabis grauentur, atq; vt autor eſt Quin. ita caſui iungantur, vt diſſimulata diſtinctione ſub vno accentu cum eo enuncientur, & veluti in vna dictione vna tãtum ſyllaba ſit acuta vel circunflexa, ſi poſtponuntur, aut per ſe & abſolute pnuncientur, regularem ſeruant accentum, hoc eſt. q. monoſyllabæ accentu acuto, diſſyllabæ vero priore acuto proferri debẽt, vt Verg. v. æñ. trãſtra per & remos, & in ſeptimo. decus imperiũq; latini te penes, aut ſi dixeris penes, q̃ pars orationis eſt, aut præpoſitiones accuſatiui ſunt ad. apud. ante. Differentiæ tñ cauſa præpoſitio poſt poſita quãdoq; acuitur in fine. Verg. i. æneid. Errabant acti fatis maria omnia circum. vbi Serui. inquit accentum poni contra morem latinum, ſed corrupte hoc fieri, quia præpoſitio poſtpoſita corrupta eſt. In quo ego Priſcia. potius aſſentior q̃ Seruio, neq; enim vltima ob eam rationem acui debuit, quia poſtponitur. nam ea ratione omnes præpoſitiones diſſyllabæ acuerẽtur in fine cum poſtponuntur: ſed differentiæ cauſa (quod & Quin. ſcribit) nonnullis grãmaticis placuiſſe, vt dictiones quædã propter vocũ diſcrimina acuto ſono in fine proferẽtur, vt apud Ver. iiij. æñ. quæ circũ litora circũ piſcoſos ſcopulos, vt ſi non acuerẽt circus circi videretur: ſed id ſibi non placere oſtendit, quoniam (vt diximus) præpoſitio præpoſita omnibus ſyllabis grauatur. Eſt tamen (eodem Priſcia. autore) quando præpoſitio popoſita grauatur omnibus ſyllabis, hoc eſt ſi genitiuus ſequatur, redditur ſupraposito caſuali, vt ſi dixeris virtutem propter imperatoris, aut ſi alterũ caſuale ſine cõiunctione ſequatur, vt Verg. iiij. æñ. te propter eundem extinctus pudor. Quod ſi media ſit coniunctio, nihilominus ſeruit regula. vt quod ex Verg. attulimus. tranſtra per & remos. At vero præpoſitio compoſita in vnum corpus coaleſcit cum ea dictione cui per compoſitionem adhæret, itaq; cum ea vnum habet accẽtum prædominantẽ, vt perficio. is. In prima. n. & vltima per (ſi grauatur) in media acuitur. Quod ſi poſtponatur, aut ſoluta eſt, & per ſe, vt diximus, accentum habet, aut compoſita, & tunc aduerbium ex vtraq; dictione conficitur, vt hactenus, quatenus: Nam ſi tenus compoſita non eſſet, priorem ſyllabam acueret. Cum, quoq; præpoſitio poſtpoſita illis pronominibus me. te. ſe. nobis. vobis. compoſita eſſe intelligitur, itaq; ſemper cũ illis grauatur. Sũt tamen qui dicant enclitice particulæ vim tunc habere: & ideo attrahere accentum ad ſyllabam præcedentem. Quod de præpoſitione diximus, etiam de coniunctione dici poteſt: nam præpoſitiua vel communis (ſi poſtponatur) finalem ſyllabã acuit, vt ſi dixeris currit, mouetur igitur, alias omnibus ſyllabis grauatur. ¶ Attrahit accentum, quod particulæ attractiuæ, quas græci encliticas. id eſt inclinatiuas appellant, attrahunt ſiue inclinant ad ſe accentum ſyllabæ præcedentis, hoc eſt attrahendo ſiue inclinando ad ſe eadem acuunt. Verg. i. æneid. o qui rex hominumq; deorumq;. ſyllaba. um. vtrobiq; acuitur, non quẽadmodũ imperita multitudo ſolet acuere. ſed modice atq; (vt ſupra diximus) ſono quodam moderato, ſunt aũt particulæ inclinatiuæ quattuor, cum. q;. ne. ve. Sed q;. ne. ve. cõiunctiones ſunt: cũ vero præpoſitio contra naturã ſuam poſtpoſita inclinat ad ſe accentum in quinq; tantum ablatiuis pronominum, hoc eſt mecũ. tecum. ſecum. nobiſcum. vobiſcum. Sed de q;. ne. ve exempla ſunt in promptu. Illud tamen aduertendum, quod etiam obſeruatur a græcis, vt quoties vltima dictionis ſyllaba ratione particulæ inclitice acuitur, nihilominus dictio illa ſuum accentũ retinet: ita (vt contra id quod ſupra diximus) vna dictio duos accentus acutos habeat, aut circunflexum ſit & acutum, quod & Aldum Manutiũ obſeruaſſe video in illis codicibus quos ex impreſſione ad nos cotidie mittit. Et quanq̃ ex communi præcipiendi modo particulas illas diximus incliticas. id eſt inclinatiuas ſiue attractiuas, ex eo quod ex præcedentis dictionis vltimam ſyllabam acuendo ad ſe inclinent ſiue attrahant, græci aliter dicunt, quod videlicet dicuntur inclitice, ex eo q̃d illarũ accentus inclinetur, & remittatur ad vltimã ſyllabã dictionis præcedentis. Nã cũ particulæ illæ ſint cõiunctiones, illudq; ſit coniunctionũ propriũ, vt poſtpoſitæ habeãt accentũ, quẽ præpoſitæ nõ habẽt, illæ tamen quæ dicuntur inclitice, non habẽt accẽtum, ſed remittunt (vt diximus) illũ in dictionem præcedentem. Hoc quoq; ſentit Priſcianus in examinatione primi carminis Vergiliani. q; (inquit) & aliæ duæ coniunctiones ne videlicet & ve ſunt apud latinos inclinatiuæ, quas græci incliticas vocãt, ſolent enim ſuos accentus in extremam ſyllabam præcedentis dictionis remittere, ſiue igitur hoc ſit ſiue illud in idem recidit, quod ad rationem proferendi attinet. ¶ Finales acuit, quinto deficiunt regulæ ſuperiores, quoniã vltimæ clauſularũ ſyllabæ, quæ interrogatiue proferũtur, habent accentũ. Sed interrogationis genera duo ſunt, altera nãq; dicitur percũctatio, altera nomis genere dicitur interrogatio. Atq; (vt Auguſt. in. iij. lib. de doctrina chriſtiana notat) inter percũctationẽ & interrogationẽ hoc intereſt, q. ad percũctationẽ, multa reſpõderi poſſunt, ad interrogationẽ non poteſt reſponderi niſi aut non, aut etiã. vt ſi dicat quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes? poſt percunctationẽ multa poterũt reſponderi. At cũ dicitur, aut quid in euerſa vidi crudelius vrbe? vnũ tantũ potuit reſponderi, hoc eſt nihil. ¶ Hebrææ voces, ſexto deficiũt regulæ ſuperiores in hominem, hoc eſt, cũ dictiones peregrinæ cũ ſua litteratura in ſermonẽ latinũ trãſferũtur, peregrinas autẽ hoc in loco intelligimus hebraicas & græcas.

Itaq; de hebraicis tradit primam regulam, quod plerunq;, hoc eſt pro maiori parte, acuunt vltimam, non tamen ſemper id quod Alexander a Villa dei putauit, quoniam complures acuunt penultimam & nonnullæ in tertia a fine acuuntur. Nam quemadmodum in repetitione illa quam fecimus nuper, pluribus eſt a nobis diſputatum, q̃ dictiones hebraicæ quæ in veteri ac nouo inſtrumento continentur, nam de alijs impræſentiarum non curamus, non excedunt numerum quinq; milium ex quibus quadringentæ, aut non multo plures acuunt penultimam. Tertia vero a fine multo pauciores ſexaginta opinor, aut multum octoginta quas licebit videas in ſuo loco, Sed quod de dictionibus hebraicis diximus, intelligendum eſt de illis quæ non declinantur græca, aut latina inflexione. Nam ſi græce declinantur: accentum quoq; græcum habebunt, ſi latine, accentum latinum: vt ecce Abia, ſi non declinetur, accentum habet in fine, ſi declinetur græce abias abiu, accentum habet in penultima, quia vltima eſt longa, ſi latine abias abiæ accentum in penultima: quia penultima eſt breuis. Sed de hoc in memorata repetitione plura. ¶ Si caſus græcos, ſubiungit alteram partem de dictionibus græcis, dicitq; quod ſi ex declinatiõe græca latini aliquos caſus vſurpauerint, neceſſario accẽtu græco ſunt proferẽdi. Hæc regula ab omnib9 in commune doctis pariter & indoctis recepta eſt, nondũ tamen ab aliquo (quod ego ſciam) elucubrata. Nos tamen in præfata repetitione pro virili noſtra hanc partem enucleauimus, hoc etiam in loco tãtum admonuiſſe lectorem duxim9 eſſe ſatis. deinde ſubdit, quod ſi dictio græca declinatione latina inflectatur accentu quoq; latino eſt proferenda. ¶ Eſto exempli cauſa, lampas in recto caſu græca eſt ſimul & latina. Sed a græcis in fine, a latinis in penultima acuitur. In genitiuo lampadis latinæ accentu in antepenultima, lampados græce in penultima profertur. In datiuo quoq; lampadi vltima longa accentu in antepenultima profertur a latinis. Sed lampadi vltima breui accentu in penultima profertur a græcis. In accuſatiuo præterea lampadem & lampada, ſed lampadem latine, lãpada græci vtriq; ſuo accentu proferunt. Vocatiuus ſimiliter vt nominatiuus. Ablatiuus, quia mere latinus eſt, accentu latino tantum profertur. In plurali nominatiuo lampades a græcis, es. correpta terminatur: atq; proinde ab illis accentu in penultima profertur. Latini tamen eandem producunt, quare ſuo accentu, hoc eſt, in ante penultima acuto enunciabunt. In accuſatiuo plurali lampades, quia mere latinus eſt, accentu latino profertur, lampadas vero: quia græcus, græcum quoq; accentum habebũt, hoc eſt, in penultima. Sed de his ad ſufficiẽtiam in repetitione (identidem repetita) diſſeruimus.

Id quod Alexander (deceptus forte) putauit.
Si caſus græcos vſurpet ſermo latinus:
Accentu græco talis vox eſt referenda.
Græca ſit atſi vox: ſed declinata latine;
Accentus noſter caſus moderabitur illos.

¶ Donati grammatici Barbariſmus incipitur. ∴

BArbariſmus eſt vna pars orationis vitioſa in communi ſermone; in poemate metaplaſmus. Item barbariſmus in noſtra loquela; in peregrina barbara lexis dicitur; vt ſi quis dicat maſtruca; cateia; magalia; acinacis.

DOnati grammatici. Hic eſt ille Donatus, quo præceptore multis in locis diuus Hieronymus gloriatur, extat eiuſdem opuſculum de octo partibus orationis. enarrationes quoq; in Terentium & Vergilium, ſcripſit etiam in Lucam referente Hieronymo. Opus autem inſcribitur barbariſmus, non quod de ſolo barbariſmo hic agatur: cum multo plura dicenda ſint de ſoloeciſmo. de metaplaſmo. de figuris, de tropis: ſed quod in titulis librorum aliquando plura promittuntur, aut pauciora quam poſtea reddantur, aut quod eſt conſuetudo nominandi libros ex ipſorum initio, quemadmodum apud hebreos quem apellamus nos Geneſim, ipſi vocant Bereſit, quod interpretatur in principio, quia liber ille ſic incipitur. In principio creauit Deus cælum & terram, & eodem modo Helleſemoth, Exhodum. Vaicra Leuiticum.

BArbariſmus. Inter barbariſmum & ſoloeciſmum eſt differentia, quod barbariſmus eſt vitium in vna parte orationis, ſoloeciſmus in contextu partium orationis: ſed aduertendum eſt hoc in loco id quod Seruius annotauit in libro quinto æneidos, inter barbariſmum & lexim, hoc eſt latinam perfectamq; locutionem eſſe metaplaſmum, qui in vno verbo ſit ratione vitioſus, hoc eſt, quod quanquam ſit vitium, ratione tamen defenditur excuſaturq;. Inter ſoloeciſmum rurſus & ſchema, id eſt perfectam ſermonum connexionem eſſe figuram: quæ fit in contextu partium orationis ratione vitioſa. id eſt, vt ſtatim diximus, quod quanquam ſit vitium, ratione tamen quadam excuſatur. Ergo metaplaſmus (inquit) & figura media ſunt, diſcernunturq; peritia & imperia. ¶ Dicit igitur, quod barbariſmus eſt vna pars orationis vitioſa. i. vitium quod contingit in vna parte orationis. In communi ſermone. id eſt proſa ſiue oratione ſoluta & pedeſtri, vbi non relinquitur locus excuſationi, niſi deffendatur vitium vſu & autoritate. In poemate. id eſt apud poetas, quibus licet multa facere, quæ non licet hiſtoricis & oratoribus: ſed de metaplaſmo infra diſputabitur. Item barbariſmus. ponit differentiam inter barbariſmum & barbaralexim. Nam barbariſmus eſt vitium partis alicuius in eadem lingua, vt ſi dicas domina pro dominus. ¶ Barbaralexis eſt, cum dictio peregrina aſciſcitur in ſermonem noſtrum. vt maſtruca, quod eſt genus veſtis ſardorum. id eſt ſardiniæ incolarum, quo vocabulo vtitur Cicero in oratione pro Scauro. Cateia, genus teli Germanorum: de quo Vergilius in æneid. teutonico ritu ſoliti intorquere cateias. Magalia domus paſtoricia aphrorum. Verg. pri. æneid. Miratur molem æneas magalia quondam. Acinacis Medorum gladius, de quo dicit Horatius. pri. carmi. vino & lucernis medus acinacis.

Barbariſmus autē fit duobus modis,ſcripto & pronunciatione.His bipartitis quattuor ſpecies ſupponuntur,additio,detractio,immutatio,tranſmutatio litterę;ſyllabę;temporis;toni;aſpirationis.

Per additionē litteræ fiunt barbariſmi;vt relliquias Danaum;cum reliquias per vnum .l. dicere debeamus. Syllabæ,vt nos abiiſſe rati;pro abiſſe. Temporis;vt Italiam fato,cum Italiam correpta prima dicere debeamus.

Per detractionem litteræ;vt infantibu paruis ;pro infantibus.Syllabæ.vt ſalmentum pro ſalſamentum.Temporis, vt vnius obnoxam:correpte ꝓ vnius producte

Per immutationem litteræ;vt olli pro illi Syllabę;vt pernuces ꝓ pernices. Tēporis;vt feruere leucatem ; cum feruere ſit ſecundæ coniugationis; & producte dici debeat.

Per tranſmutationem litterę:vt Euandre ꝓ euāder. Syllabæ;vt diſplicina ꝓ diſciplina.Temporis: vt ſi quis deos producta priori ſyllaba & corepta poſteriori pronunciet.

Toni quoq; ſimiliter per has quattuor ſpecies cōmutantur;nam & ipſi adiiciuntur; detrahuntur, mutantur;& tranſmutantur ; quorum exempla vltro ſe offerent,ſi quis inquirat.

Totidem etiā modis per aſpirationem deprehenditur barbariſmus,quem quidam ſcripto, quidam pronunciationi iudicant adſcribendum ꝓpter.h,ſ.quā alij litteram,alij aſpirationis notā deputāt.

Fiunt autem barbariſmi per hiatus & colliſiones, & ſunt etiam malæ compoſitiones cacoſyntheton , quæ vitia nonnulli barbariſmum eſſe putant; in quibus ſunt metaciſmi / lambdaciſmi/

*¶ Barbariſmus autem,Diuidit barbariſmum in duo genera,hoc eſt eius quod fit ſcripto & eius quod pronunciatione,quorum quodlibet rurſus diuidit in quattuor genera,ſ.additione,detractione,immutatione,tranſmutatione,litteræ,ſyllabæ,temporis,toni,aſpirationis:& ita colliguntur quadraginta barbariſmi ſpecies,hoc eſt viginti ex ſcripto & totidem pronunciatione,de quibus ſtatim ponit exempla.¶ Per additionem litteræ.Verg.primo.æneid'. Troas relliquias danaum atq; immitis Achilli.Nan relliquiæ a relinquendo ſunt appellatæ prima vtrobiq; breui:ſed poeta produxit,ideo.l. littera eſt adiecta,excuſatur autem vitium carminis neceſſitate.¶ Per additionem ſyllabæ fit barbariſmus,vt quod ponit exemplum pro abiſſe abiiſſe.ex Verg.ij.æñ.Nos abiiſſe rati & vēto petiiſſe mycenas.immo detractio eſt ſyllabæ abiiſſe ꝓ abiuiſſe:cōmodiuſq; exemplū eſſet illud ex Iuue.& barbarus induperator.interiecta ſyllaba.du.ꝓ imperator. ¶ Per additionē tēporis.vt Verg.i.æñ.Italiā fato profugus,nā prima per naturā breuiatur.Idem in.vij.antiqua ex cedro Italuſq; paterq; Sabinus.¶ Per detractionem litteræ, vt infantibu paruis,ꝓ infantibus paruis, & eſt (opinor) Lucilij exemplū. Per detractionē ſyllabæ.vt ſalmentū.pro ſalſamentū; & eſt poetæ cuiuſpiā antiquiſſimi. Per detractionem tēporis,vt Verg.i.æñ. Vnius ob noxā & furias Aiacis oilei.cū vnius penultima ꝓducta proferri debeat.¶ Per immutationē litteræ.vt Verg.i.æñ.Olli ſubridens hoīm ſator atq; deorū. pro illi ſubridens. Per immutationem ſyllabæ:vt q̄ dicit pernuces pro pernices,ſed hoc exēplum nō facit niſi ad mutationem litteræ,ſed cōmodius exēplū eſſet illud Catulli,quoi dono lepidum nouū libellū,pro cui. Per immutationē tēporis.vt Verg.viij.æñ. Feruere leucatē: penultima breui.cū feruere per ſecundā penultimā producere debeat,tametſi feruo.is.per tertiam declinetur. ¶ Per tranſmutationē litteræ,vt Verg.xi.æñ.Hæc mea magna fides:at non Euādre pudendis.quanq̄ Euandre poſſit eſſe ab eo quod eſt Euādrus,vt idē.tunc rex Euandrus Romanæ cōditor arcis.¶ Syllabæ,vt diſplicina ꝓ diſciplina,& eſt forte exēplum ab aliquo autore ſumptum.Tēporis,vt ſi lōgā pro breui & breuē pro lōga poſuiſti,vt q̄d ponit exemplū deos,cuius prima ſyllaba eſt breuis & vltima longa. ¶ Toni quoq;.Superius tantum poſuit exempla de additione litteræ,immutatione,tranſmutatione litteræ vel ſyllabæ,vel tēporis.vnde colliguntur duodecim ſpecies barbariſmi in prolatiōe, totidemq; in ſcripto,nunc dicit quod etiā per accentus poſſunt fieri quattuor ſpecies barbariſmi in prolatiōe & quia etiam accentus per apices deſignantur,totidē etiam ſpecies colligentur ex ſcripto.Tempora quoq; in ambiguis per aſpices debere notari Quint.præcipit,quare barbariſmi ſpecies circa tempus dupliciter erunt,hoc eſt ſcripto & prolatione,& ſic habemus duas & triginta barbariſmi ſpecies.¶ Totidem etiam modis.octo quoq; aliæ ſpecies barbariſmi colliguntur circa aſpirationem,nam & ipſa poteſt addi,vt ſi tamen ſcribas per.th. Detrahi,vt ſi thalamus ſcribatur ſine aſpiratione. Immutari,vt ſi tethys vxor oceani ſcribatur in ſecunda per.t.exile. Tranſmutari,vt ſi eadem ſcribatur primo aſpirato & ſecundo exili.Itaq; ex ſcripto ſuboriuntur quattuor barbariſmi ſpecies, & quia ſic proferri debemus quemadmodum ſcribimus:& ſcribere vt proferimus,colliguntur aliæ quattuor ſpecies ex prolatione aſpirationis,aut ſaltem ſi non eſt prolatio,erit quedam ſpiritus expreſſior, & ſic reſultant quadraginta (quas diximus) barbariſmi ſpecies:de quibus hactenus dictum eſt. ¶ Fiunt autem.ſunt alia vitia in ſermone,puta hiatus per concurſus plurium vocalium, aut colliſiones per concurſus plurium conſonantium , illarum maxime quæ duriores ſunt. vt. [illegible] . flagro . frango , quemadmodum in illo verſu quem affert Horatius, poſtquam ferratos poſtes portaſq; refregit . & illud Vergilij: poſt tergum nodis fremit horridus ore cruento . Sunt etiam vitia malæ compoſitiones , quam græci vocant cacoſyntheton . vt quod per. m.litteram fit cum ſequitur vocalis : nam. m.magis videtur ſonare cum vocali ſequente quam cum præcedente . vt ſi dixeris, venientum excidio Lybiæ. & dicitur metaciſmus . idest vitium circa. m. littera et figura qua barbariſmus. Lambdaciſmus fit per.l. litteram, quando videlicet, aut nimis ſonat ,aut parum ſonat, quod etiam circa alias litteras contingit.nam( quemadmodum Quinti.ait) ſonus litterarum,neq; debet eſſe oppreſſus neq; expreſſus*

Iotaciſmi;Hiatus;Colliſiones, quæ omnia plus æquo minus ve ſonantia ab eruditis auribus reſpuuntur, Nos cauenda hec omnia vitia prælocuti controuerſiam de nomine pertinacibus relinquamus.

¶ De Solœciſmo.

SOlœciſmus eſt vitium in contextu partium orationis contra regulam artis grammaticę factum. Inter Solœciſmum & Barbariſmum hoc intereſt, ꝙ Solœciſmus diſcrepantes aut inconſequentes inter ſe dictiones habet, Barbariſmus autem in ſingulis verbis fit aut ſcriptis aut pronunciatis. Quamq̃ multi errent; qui putant in vna parte orationis etiam fieri Solœciſmum;vt ſi demonſtrãtes virum hanc.aut fœminam hunc dicamus. Aut interroganti quo pergamus,reſpõdeamus Romæ. Aut vnum ſalutantes;ſaluete dicam⁹.Cum vtiq̃ præcedens demonſtratio vel interrogatio vel ſalutatio vim contextæ orationis obtineat.

Multi etiam dubitauerunt vtrum quadriga,ſcopa, ſolœciſmus aut barbariſmus eſſet,cum ſcilicet id genus dictionis barbariſmum eſſe;vel ipſius vitij diffinitione poſſit agnoſci facile.

Solœciſmus fit duobus modis, aut per partes orationis;aut per accidentia partium orationis. Per partes orationis fit;cum alia pars pro alia ponitur,vt toruumq̃ repente clamat, pro torue.nomen pro aduerbio ponitur.Fit etiam in eadem parte orationis hoc vitium,cum ipſa pro ſe non in ſuo loco;neq̃ vt conuenit; ponitur,vt cui tantum de te licuit;pro in te.

Per accidẽtia partium orationis fiunt tot modis ſolœciſmi; quot ſunt accidentia partium orationis;ſed in his propter compendium;ideſt breuitatem; pauca monſtrabimus.

Per qualitates nominum fiunt ſolœciſmi; vt hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.proprium pro appellatiuo poſuit.

*Iotaciſmus fit p .i.litteram quæ a græcis dicitur iota.per quam frequenter oratio fit hiulca,quæ omnia.ſubaudi vitia ſonantia plus aut minus æquo.i.eo quod oportet,quod vitioſum eſt(nam vt dixi ex Quintil.autoritate)ſonus litterarũ neq; debet eſſe oppreſſus neq; expreſſus,hoc eſt neq; nimium neq; parum ſonare. Sed quãtum litteræ debeãt ſonare, non eſt cuiuſq; iudicium.ſed illi⁹ tãtum qui eſt eruditus(nam vt eſt in prouerbio)cæcus male iudicat de coloribus.& hoc eſt,quod Quintili.dixit. Neq; enim cuiuſq; auris eſt exigere litterarum ſonos:non magis hercle q̃ neruorum.Nos cauenda.ſenſus eſt,an huiuſmodi vitia ſint barbariſmi ſpecies,an ſub alio gñe reponi debeãt, nihil refert,neq; in eo multu eſt diſputãdum. nobis ſatis ſit admonuiſſe lectores,vt fugiant huiuſmodi vitia,ſed quid fugere,aut ſequi debeant:iam nõ eſt cuiuſq;,ſed vt dixi,eius qui eſt eruditus.*

*De ſoloeciſmo.Soloeciſm⁹ dictus eſt a ciuitate Ciciliæ ſoloe. orum. quã ſolon Salamin⁹ cõdidit: cui⁹ incolæ cũ eſſent ſemigræci & ſemibarbari,ſermonem græcũ corrũpere cœperũt: & inde a loco ſoloeciſm⁹ dici cœpt⁹ ,quemadmodũ barbariſm⁹ a barbaris.hoc vitiũ ab Aſinio Pollione imparilitas:ab alijs ſtribiligo appellatur.i.orationis q̃dã detorſio.Soloeciſmus igitur eſt vitiũ in cõtextu partiũ orationis,nã eo differt a barbariſmo:qui eſt vitiũ in vna tãtũ dictione. Sed hoc vitiũ cõmittitur,quoties quis peccat contra regulas artis grãmaticæ,puta de cõueniẽtia nominatiui cũ verbo,adiectiui cũ ſubſtãtiuo,relatiui cũ antecedẽte, præpoſitiõis cũ ſuo caſuali,verbi cũ caſu cũ quo debet cõſtrui,& eodẽ modo de reliquis. Inter ſoloeciſmũ. Ex diffinitiõe barbariſmi & ſoloeciſmi iã patuit hæc differentia.Diſcrepantes.i.diſcõueniẽtes.vt ſi dicas vir bona legũt lectionis.inconſeq̃ntes.vt ſi dicas vir lectionẽ legit bonus. nam licet partes oratiõis in ordine permutari poſſint:eſt tñ quædam incõpactilis iunctura q̃ admitti non debeat.Scriptis aut pñũciatis, & hoc dictũ eſt,vnde barbariſmi ſpecies duplicatæ ſunt.¶ Quamq̃ multi.q̃ſtionẽ quandã ſoluit,an in vna tantũ particula orõnis poſſet ſoloeciſm⁹ fieri.Rñdetq; poſſe fieri,ſi particula illa habeat implicitã vim cõtextæ oratiõis.Et ponit exẽpla,vt ſi quis q̃reret a te,qs fecit hoc? & rñderet vno verbo hic:oratio eẽt pfecta,ſubintelligitur nãq; vir fecit.quare ſi rñderet hæc,barbariſm⁹ nõ eẽt:ſed ſoloeciſm⁹:ac ſi explicite diceret.hæc vir fecit hoc,aut hic fœmina fecit hoc. Rñdem⁹ Romæ,p Romã. Aut vnum. Hoc ſoloeciſmi vitio ſermo Hiſpan⁹ freq̃ns eſt,qđ nulla rõne defendi poteſt:ſed ſolo vſu,q̃a docti ſimul & indocti ita loquũtur: & loq̃ndũ eſſe vt plures,ſentiendũ vt pauci Ariſto.autor eſt.¶ Multi etiã.quadrigæ,arũ et ſcopæ,arũ.in nũero tãtũ plurali poſſe declinari Cæſar in libris de analogia.Aul.Gel.Phoca.Diome.Atq; alij teſtãtur.Igitur cũ Plin.li.xxxiiij.dixit, quadriga regitur ab Alcibiade.erat dubiũ:ſed in vno verbo tãtum ex diffinitiõe vtriuſq; vitij conſtat eſſe potius barbariſmũ. ¶ Soloeciſm⁹ fit duob⁹ modis.duo ſoloeciſmi gña ponit: alterũ qđ fit p partes oratiõis,cũ alia pars p alia ponitur,vt nomẽ p aduerbio,& ecõtrario aduerbiũ p noie. aut cũ eadẽ p ſe ipſa:ſed a[l]ter accipit.alterũ genus eſt qđ fit p accidẽtia partiũ oratiõis:cui⁹ tot ſunt ſpecies,quot ſunt accidẽtia cuiuſq; dictiõis. Deinde ponit exẽpla vtriuſq; gñis. & primo prioris mẽbri.vt Ver.vij.æñ. Toruũq; repẽte clamat.toruũ nomẽ poſuit p torue aduerbio.ſub hoc gñe eſt alia ſoloeciſmi ſpecies cũ eadẽ p ſe ipſa:ſed aliter poſita accipitur.vt apđ Ver.v.æñ.Cui tãtũ de te licuit.p ĩ te,nã caſus eſt p caſu.ablt̃us p actõ.nã qđ præpoſitio de,p ĩ ponitur,ſupioris mẽbri exẽpliũ eſt.¶ Per accidẽtia alterius gñis,qđ fit p accidẽtia partiũ oratiõis ponit exẽpla.& primo de qualitate q̃ in noie eſt:illa p qã nomen pprũ diſtiguitur ab appellatiuo.vt Ver. iij.æñ.Hauriat hũc oculis ignem crudelis ab alto Dardan⁹.Nã pprũ nomen eſt,qui Troiã condidit hoc eſt filiũ iouis pro*

Per genera, vt validæ ſilices, p validi; & amaræ corticis, p amari, & collus collaria caret.

Per numeros; vt pars in fruſtra ſecant, p ſecat.

Per comparationem, vt Reſpondit Iuno Saturnia ſancta dearum.

Per caſus. vt vrbẽ quam ſtatuo veſtra eſt; p vrbs quam ſtatuo,

Per modos verborum, vt itis paratis arma quam primum viri, pro ite parate arma; indicatiuum pro imꝑatiuo,

Per ſignificationes verborum, vt expoliantur eos & corpora nuda relinquunt, pro expoliant.

Per tempora. vt ceciditq; ſuperbum Ilium; & oĩs humo fumat Neptunia Troia. pro fumauit.

Per ꝑſonas, vt Danai qui parẽt Atridis; quã primũ arma ſumite, p eo qui paretis.

Per aduerbia; vt intus eo; p intro. & Italia venio p de Italia; & ad Romam vado: pro Romam; cũ præpoſitio ſeparatim nominibus addẽda ſit, nõ aduerbio.

Per præpoſitiones. cũ alia pro alia ponitur. vt ſub lucem ibant, p ante lucem. Aut neceſſitate ſubtrahitur; vt ſiluis te Tyrrhene feras agitare putaſti; pro in ſiluis.

Per coniunctiones; vt ſubiectiſq; vrere flammis. q; pro ve.

Per ordinem coniunctionum; vt autem fieri non debet; pro fieri autem non debet.

Fiunt præterea ſolœciſmi pluribus modis; quos reprehendendo potius q̃ imitando poſſumus adnotare; Solœciſmus eſt in proſa. in pœmate ſchema dicitur.

¶ Sequitur de decem Vitijs.

DVm Barbariſmo & Solœciſmo decem vitia nominantur: hoc modo. Acyrologia. Cacemphaton. Pleonaſmos. Periſſologia. Macrologia. Tautologia. Eclypſis. Tapinoſis. Cacoſyntheton. Amphibologia.

Dardanius poſuit. qđ eſt appellatiuũ, & omnib9 Troianis competere poteſt. ¶ Per genera fiũt ſolœciſmi. vt ſi dicas validæ ſilices. forte validæ & ſilices dixit alludens ad illđ Vergili. in buccoli. Ah ſilice in nuda connixa reliquit. ſicut qđ ſequitur eiuſdem Vergi. in eodem. Tũ Phaetontiadas muſco circũdat amaræ corticis. nã ſilex & cortex fœminina ſunt. & Plautus in captiuis: coll9 caret collaria, pro collũ caret collario: ſed hoc vitiũ poti9 ad barbariſmũ pertinet, cũ non ſit in cõtextu orõnis: ſed in vno tãtum verbo: ſed validæ ſilices & amaræ corticis ſub ſolœciſmo. ¶ Per numeros fiũt ſolœciſmi. vt ſi dicas illđ ex Vergili. primo æneidos. Pars in fruſtra ſecãt, nã pars non iũgitur niſi vitioſe cũ verbo plurali ſecãt: ſed in carmine habet excuſationem: in, proſa orõne hoc vitium excuſabile non eſt. ¶ Per comparationem fiũt ſolœciſmi: quoniã Donat9, & Diomedes comparationẽ inter nominis accidentia numerãt. Et ponit exemplum alicui9 poetæ, qui non extat: puta Ennij aut Lucilij. Reſpondit Iuno ſaturnia ſancta dearũ p ſanctiſſima. hoc eſt poſitiuũ p ſuperlatiuo. ¶ Per caſus fiunt ſolœciſmi ſi ponatur caſus pro caſu. vt Vergili. primo æneidos. Vrbem quã ſtatuo veſtra eſt. pro vrbs. hoc eſt actũs p nominatiuo. ¶ Per modos verborũ. per accidentia quoq; verborũ fiunt ſolœciſmi, puta per modũ, qđ eſt vnũ de verbi accidentib9. Et ponit exemplum ignoti cuiuſdam poetæ. Itis paratis arma quamprimum viri. pro ite parate arma. indicatiuum pro imperatiuo. ¶ Per ſignificationes verborum, quod etiam verbi accidens eſt, fiunt ſolœciſmi. Et ponit exemplum cuiuſdam incogniti poetæ: expoliantur eos & corpora nuda relinquunt. hoc eſt pro actiua ſignificatione, paſſiuam poſuit. ¶ Per tempora fiunt ſolœciſmi, cum tempus qđ eſt vnũ de accidentib9 verbi, pro alio tempore ponitur. vt Verg. iij. æñ. Ceciditq; ſuperbũ ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia, fumat, i. preſens poſuit p preterito fumauit. ¶ Per perſonas fiũt ſolœciſmi, cũ alia ꝑſona p alia accipitur: & ponit exemplũ. vt Danai qui parent Atridis, quãprimũ arma ſumite. p qui paretis: hoc eſt tertia ꝑſona pluralis p ſcđa eiuſdem numeri: ¶ Per aduerbia fiũt ſolœciſmi: vt ſi dicas, eo intus p intro: quia intus ſignificat in loco. intra ad locũ: ſed alterũ p altera ponitur hoc in loco. Italia venio nõ dicim9: ſed de Italia, & qđ Verg. in principio æñ. dixit Italiã fato ꝓfugus Lauinaq; venit littora: quia nomina vrbiũ ponuntur aduerbialiter ſine prepoſitiõe. Nomina aũt regionũ & ꝓuinciarũ nõ ponũtur aduerbialiter, ideo iũgi debent prepoſitiõib9. Ad Romã vado nõ dicim9: ſed Romã quia ponitur aduerbialiter. Separatim addẽda. ĩ. nõ p cõpoſitionẽ, ſed p appoſitionẽ: q̃ cũ aduerbio non põt facere: ſed cũ dictiõe caſus hñte. ¶ Per prepoſitiones fiũt ſolœciſmi cũ alia p alia ponitur. vt Ver. ſub lucẽ exportãt calathi: p ãte lucẽ: immo circa lucẽ. Illđ quoq; eiuſdẽ in j. æñ. Siluis te tyrrhene feras agitare putaſti. p in ſiluis ſubintellige. ¶ Per coniũctiões quoq; fiunt ſolœciſmi cũ altera p altera ponitur. vt Ver. ij. æñ. ſubiectiſq; vrere flãmis. q; copulatiuã poſuit p diſiunctiua ve ſiue vel: & hic ſolœciſm9 fit p ſignificatiões coniũctiõis. ¶ Per ordinẽ coniũctionũ, qđ eſt vnũ ex illis accidentib9 p fit ſolœciſm9, cũ coniũctio prepoſitiua ponitur p poſtpoſitiua, aut cõtraria. vt ſi dixerimus aũt fieri nõ debet p fieri aũt non debet: aũt nãq; coniũctio eſt poſtpoſitiua. ¶ Fiũt preterea, plurib9 alijs modis põt fieri ſolœciſm9 q̃ ſuplus ẽ diſputãdũ: cũ oẽ vitiũ circa orõnis ſtructurã in ſolœciſmũ cadat atq; multipliciter põt cõtingere. Sed notãdus eſt, nõ vt imitemur: ſed vt fugiamus. Solœciſm9 eſt in ꝓſa. Quẽadmodũ metaplaſmũ dixim9 eſſe mediũ inter barbariſmũ & lexin; ita nũc dicim9 ſchema eſſe inter ſolœciſmũ & rectã locutionẽ: ſed ſchema excuſatur rõne carminis: ſolœciſm9 vitiũ eſt inexcuſabile. ¶ De x. vitijs. CVm barbariſmo, Decẽ vitia dicit eẽ cõia barbariſmo et ſolœciſmo: q̃ nõ ſũt primo, deĩde q̃ illa ſint exponit ſingulatim.

# LIBER QVINTVS.

Acyrologia;eſt impropria dictiõis poſitio;vt hunc ego ſi potui tm̃ ſperare dolorem,ꝑ timere.

Cacemphatõ;eſt obſcœna ꝓnunciatio vel in cõpoſita dictiõe;vel in vno verbo;vt numerũ cũ nauibus æquat,& arrige aures Pamphile,

Pleonaſmos;eſt adiectio ſupuacua ad plenã ſignificationem.vt ſic ore locuta eſt.

Periſſologia,eſt adiectio verborũ ſupuacua ſine vlla vi rerũ.vt ibãt qua poterãt,qua non poterant nõ ibant,

Macrologia;eſt longa ſententia res nõ neceſſarias cõphendẽs,vt legati nõ impetrata pace retro,(vnde venerunt)reuerſi ſunt.

Tautologia;eſt eiuſdẽ dictiõis repetitio vitioſa,vt egometipſe venio,

Eclipſis,eſt defect⁹ q̃dã neceſſarię dictiõis;quã deſiderat ꝑciſa ſentẽtia;vt hęc ſecũ;deeſt loq̃batur.

Tapinoſis;eſt humilitas magnę rei,nõ id agẽte ſententia q̃d demõſtrat.vt penituſq; cauernas ingẽtes vterũq; armato milite cõplent.i. multę legiones armatorũ militũ impleuerunt multas cauernas.Et Dulichias vexaſſe rates.Et Pelidę ſtomachum cedere neſcij.

Cacoſynthetõ;eſt vitioſa dictionũ cõpoſitio,vt verſaq; iuuencum terga fatigamus haſta.

Amphibologia;ẽ ãbiguitas dictiõis;q̃ fit ꝑ actĩm,vt ſi q̃s dicat;audio ſecutorẽ retiariũ occidiſſe.At ꝑ v̄bũ,vt crimiat̃ Cato,vadat̃ Iuli⁹, nec addat̃ quẽ vl a q̃.Aut ꝑ participiũ;vt video ſtatuã aureã tenentem.Fit etiam per ſynonyma.vt ſi quis dicat aciem,neq; addat oculorum;aut exercitus; aut ferri.Fit etiam pluribus modis;quos recenſere oẽs;ne nimis longum eſſet;non oportet.

¶ De Metaplaſmo.

¶ Acyrologia,q̃ interpretat̃ improprietas:eſt cũ aliqua dictio improprie ponitur.vt cũ ſpes ſit de bono futuro opinato:timor aũt de malo futuro opinato.cũ Ver.iiij.æñ.li.dixit.hũc ego ſi potui tãtũ ſpare dolorẽ:acyrologiã cõmiſitq; improprietas quãuis in vno verbo ſit:q̃a ſpero ponitur ꝑ timeo:tñ nõ liquet de vitio,niſi ex ſtructura vtriuſq; particule:hoc eſt ſpare & dolorẽ.¶ Cacẽphatõ.q̃d interpretatur mala ſiue turpis locutio.fit duob⁹ modis:vel ex iũctura partiũ orõnis:cũ videlicet ex fine precedẽtis dictiõis & principio ſeq̃ntis aliq̃s ſon⁹ dur⁹ aut turpis ſenſus ſentitur.Et ponit exẽplũ de dura cõpoſitiõe ex Ver.i.æñ.dicẽs.Et nũerũ cũ nauib⁹ æquat. Namrum & cũ dure coeũt.de ſcdo Mart.mũc in adoptiuis pſica cara ſum⁹.Aut cõmittitur cacẽphatõ cũ ipſi verbo ſubeſt aliqua turpitudo.vt apũ Terentiũ in andria.Arrige aures Pamphile.cũ arrectio ꝓprie ſit mẽbri genitalis tentigo.Martia.arrigis ad vetulas,faſtidis Baſſe puellas.¶ Pleonaſmos.interpretatur plenitudo ſiue ſuperabũdãtia.& fit q̃ñ ſupfluit aliq̃d verbũ ſine quo ſententia nihilominꝰ erat pfecta.vt Ver.i.æñ. Sic ore locuta eſt.ſupfluit nãq; ore particula:q̃a ſine ore loqui non poſſum⁹.¶ Periſſologia.interpretatur ſermõis ſupfluitas.nã periſſos eſt ſupfluus.& eſt quoties verba ſuperflua addũtur:ſiue cũ eãdem rem varijs modis dixim⁹.vt ibãt qua poterãt,q̃d vero addit qua poterãt nõ ibãt:ocioſe adiectũ eſt:q̃a in ſupiori ſermõe intelligitur etiã ſi nõ dicatur.¶ Macrologia.interpretatur long⁹ ſermo ſiue lõgitudo ſermõis.nã macros eſt lõg⁹:& eſt q̃ñ breuis ſentẽtia multis verbis cõtexitur.Et ponit exẽplũ ex Liuio li.viij.ab vrbe.legati nõ impetrata pace retro vnde venerũt reuerſi ſunt.ſatis enim fuiſſet dicere legati nõ impetrata pace redierũt.¶ Tautologia.interpretat̃ idẽtitas ſermõis.a tautos q̃d eſt idẽ:& eſt q̃ñ repetit eadẽ res ꝑ diuerſa verba. vt ſi dicas,egometipſe feci.met & ipſe ocioſe adiecta ſunt:ſaltẽ alterũ illorũ.¶ Eclipſis.interpretatur defect⁹ ab eclipo quod eſt deficio:& eſt q̃ñ particula neceſſaria in orõne deficit verbũ maxime:ſine quo oratio impfecta eſt.Et ponit exẽplũ ex Ver.i.æñ.Cũ Iuno æternũ ſeruãs ſub pectore vulnus:hec ſecum,ſubaudi locuta eſt.¶ Tapinoſis.interpretatur humiliatio.nã tapinos eſt humilis:& eſt q̃ñ rẽ magnã verbo humili & min⁹ ſignificãti exprimim⁹.Et ponit exemplũ.Ver.ex.ij.æñ.Vterũq; armato milite cõplent,Nam milite ꝓ militib⁹ min⁹ dixit,& pl⁹ intellexit,& Dulichias rates idẽ Ver.dixit in buc.ꝓ naues Vlyxis:cũ ratis nõ ſit nauis:ſed lignorũ ſtrues ad traijciẽda flumina additq; tertiũ exẽplũ ex Hor.in.i.car.Pelidæ ſtomachũ cedere neſcij.i.Achillis nepotis Pelei irã.q̃ neſciebat alicui cedere.ponẽdo igitur ſtomachũ ꝓ ira,partẽ ignobiliorẽ ꝓ nobiliori poſuit.¶ Cacoſynthetõ interpretatur male cõpoſitũ,& eſt q̃ñ partes inter ſe male coordinantur:q̃d plerumq; in carmine cõtingit.Et ponit exemplũ ex Vergi.ix.æneidos.Verſaq; iuuencũ terga fatigam⁹ haſta,hoc eſt nos ag im⁹.i.inſtigam⁹ terga iuuencũ ꝓ iuuencorũ.haſta verſa.i.eadẽ haſta qua ferro pugnam⁹ verſa in ſtimulum.¶ Amphibologia. interpretatur ãbiguitas ſermõis,ſiue ãphibologia ãbiguitas,ab ãphibolos q̃d eſt ambiguus:& eſt q̃ñ ſub eiſdem verbis varij ſenſus poſſunt intelligi,q̃d plurib⁹ modis fieri põt:ponit aũt exẽpla quorũdã illorũ modorũ:et in primis ꝑ actiuũ cũ quo mod⁹ infinitiu⁹ cõſtruit añ ſe & poſt ſe.nã dubiũ eſt vter illorũ ſit poſit⁹ i ꝑſona agẽti aut patiẽti.vt ſi q̃s dicat,audio ſecutorẽ retiariũ occidiſſe:ãbiguũ ẽ,vter illorũ alterũ occiderit.fuit aũt lud⁹ apũ ãtiquos,in quo ſecutor q̃ idẽ mirmillo dicebatur,cũ retiario cõfligebat:de cuiuſmodi ludo multa apũ Iuue.Mart.Trãquillũq; alios autores dĩr.Aut ꝑ verbũ ſubaudi cõis ſignificatiõis fit amphibologia.vt Cato criminatur:cũ actiõem & paſſiõem ſignificet:dubium eſt an Cato accuſet an accuſetur:quare ex adiũctis amphibologia eſt tollenda:hoc eſt exprimendo quem aut a quo criminatur:& eodem modo de vador.aris.q̃d eſt vades dare aut vades accipe.Fit etiã ꝑ ſynonyma.hoc eſt ꝑ equocatiõem alicu⁹ verbi,cũ vnũ nomen plura ſignificat.nã ſi ſimpliciter ꝓfertur,amphibologiã relinquit:cũ lector aut auditor neſciat,in quã partem debeat accipe vocabulum illũ,& ponit exemplum de cane:q̃d tum animal nobis familiare,tum ſtellã notã:tum piſcem maleficũ ſignificat.addit preterea pluribus alijs modis poſſe fieri amphibologiã.

¶ De Metaplaſmo.

Metaplaſmus interpretatur trãſformatio:& eſt quñ id qđ ꝓprie đr trãſformatur in aliã ſpeciẽ: qđ nõ poteſt fieri niſi ꝑ vitiũ:ſꝫ quia excuſabile eſt ꝑ aliquã rõnẽ đr metaplaſm⁹: quẽ dixim⁹ eſſe mediũ inter barbariſmũ & lexim ratio aũt ꝗ poteſt excuſare hoc vitiũ.eſt aut metri neceſſitas aut ornat⁹,q. aliqđ elegãti⁹ đr ꝑ figuratũ quã ꝑ ꝓpriũ. aut neceſſitas cũ nõ habem⁹ ꝓpriũ,vtimur mutuo aut accõmodato. Ponit aũt metaplaſmi qndecim ſpecies,de qb⁹ ſinglatim diſſerit. ¶ Proſtheſis.interpretatur appoſitio:& eſt cũ in principio dictiõis apponitur littera vel ſyllaba. Et de littera ponit exẽplũ ex Ver.j.æñ. Gnate meæ vires mea magna potentia ſol⁹. ꝓ eo qđ eſſe debuit nate de naſcor naſceris natus. De additiõe ſyllabe nõ ponit exẽplũ:ſed põt eſſe exẽpla ex præpoſitiõib⁹ cũ in cõpoſitiõe nihil ſignificãt. vt adſiſtis, adnoto. ¶ Epentheſis.interpretatur interpoſitio ab Epen,quod eſt inter & theſis,& eſt qñ in medio dictiõis interponitur littera.vt redeo a re & eo interiecta.d.aut ſyllaba.vt Iuue. Graius & Barbar⁹ induperator:hãc alij parẽtheſim vocãt,ꝙ æque interpoſitio interpretatur. ¶ Paragoge.interpretatur adductio a parago qđ eſt adduco, & eſt qñ in fine dictiõis addit littera vel ſyllaba.vt magis ꝓ mage. Nã mage debet eſſe ab eo qđ magne. Et qđ Ver.viij.æñ. Liqdo vt poteſtur electro. & dominarier ꝓ dominari. ¶ Aphæreſis.interpretatur ablatio ab aphercome qđ eſt auferri. & eſt qñ a principio dictiõis aufertur littera vel ſyllaba,vt ꝙ dixit. mitte arcana dei. Et qđ Ver.j.æñ. Qui tela typhoea temnis ꝓ cõtemnis. ¶ Syncopa. interpretatur cõciſio a ſin con & copto ſcindo:& eſt qñ ex medio dictiõis intercidit littera vel ſyllaba, vt audacter ꝓ audaciter.i. littera diſpũcta,et illḋ Hora.in.ij.ſer. At illũ qui me commorit meli⁹ nõ tãgere clamo,ꝓcõmouerit. ¶ Apocopa.interpretatur abſciſio ab apo de, & copto ſcindo: & eſt qñ ex fine dictiõis abſcinditur littera vel ſyllaba. vt Ver.j.æñ. Relliquias Danaũ atq; immitis Achilli ꝓ Achillis: & ſi qs dicat poſſis ꝓ poſſitis:& potes ꝓ poteſtis:& mutu ꝓ mutuo:& ſunt forte exẽpla ſumpta ex antiqs autorib⁹. ¶ Ectaſis.interpretatꝰ ꝓductio ab ectanio qđ eſt ꝓduco:& eſt qñ ſyllaba breuis ponitur ꝓ lõga ſiue ꝓducta:& ponit exẽplũ ex principio.æñ. Vergilianæ. Italiã fato ꝓfug⁹ lauinaq; vẽit littora.nã in primogenio breuiatur. Idem in.vij. Italus paterq; ſabin⁹:& in poſſeſſiuo gẽtili ſemp breuiãt eãdẽ,niſi neceſſitas vrgeat.vt in.viij. Italos in prelia Ceſar. ¶ Syſtole interpretatur cõtractio a ſyſtelo qđ eſt cõtraho:& eſt qñ ſyllaba lõga ponitur ꝓ breui.vt apđ Ver.j.æñ. Cum ſubito aſſurgẽs fluctu nimboſus oriõ. Idẽ in.iiij. Dum pelago deſæuit hyems & aquoſus oriõ.nã o lõga eſt & a græcis ꝑ o mega vtrobiq; ſcribitur. ¶ Diereſis interpretatꝰ diuiſio,a diereo qđ eſt diuido:& eſt qñ ex vna ſyllaba diphthõgo cõglutinata duæ fiũt.vt Verg.iij.æñ. Aulai in medio libabãt pocula bacchi.aulai fecit ab eo qđ eſt aulæ. Idem in.ix. diues pictai veſtis & auri ꝓ pictæ. & poſuit aliud exemplũ ex poeta quodã antiquo, olli rñdit rex Albai lõgai ꝓ albalõga. ¶ Synæreſis.eſt interpretata cõtractio, & eſt cõglutinatio duarũ ſyllabarum in vnã,vt phaeton qđ triſyllabũ eſt. P. Varro ꝓtulit diſſyllabũ.vt autor eſt Quinti.qui citat illi⁹ verſiculũ. Cũ te flagrãti deiectũ fulmine phetõ, ſic quoq; diſſimꝰ di ꝓ dei,& dis ꝓ deis,& ijſdẽ ꝓ dĳ,& ds. Ver. quoq;.iij.geor.fœcerit eripedẽ cruudelis aut erimãthi. ꝓ aeripedẽ.ideſt velocẽ quaſi vẽtũ. ¶ Epiſynalœpha ſpecies eſt ſynæreſis,immo ſynæreſis.vt patet exẽplo qđ ponit ex.ij.æñ. Ecce aũt telis pãthus elapſus achiuũ.nã ab eo quod eſt panthoos fit pãthus hoc eſt duabus ſyllabis in vnam contractis.

Metaplaſmus eſt trãſformatio ꝙdam recti ſolitiq; ſermonis in alteram ſpeciẽ metri,ornatus,neceſſitatis ve cauſa. Hui⁹ ſũt ſpẽs qndecim, Proſtheſis. Epẽtheſis. Parogoge. Aphæræſis. Syncopa. Apocopa. Ectaſis. Syſtole. Diereſis. Synæreſis. Epiſynalœpha. Synalœpha. Ecthlypſis. Antitheſis. Metatheſis.

Proſtheſis;eſt appoſitio ꝙdam ad principiũ dictionis litteræ vel ſyllabæ,vt gnate pro nate. rettulit pro tulit.

Epentheſis;eſt interpoſitio ꝙdam ad mediã dictionem litteræ vel ſyllabæ;vt relliquias ꝓ reliquias. Induperator ꝓ imperator. Hanc autẽ alij epentheſim,alij parentheſim vocant.

Paragoge;eſt appoſitio ꝙdam ad finẽ dictionis lrẽ vel ſyllabæ;vt magis ꝓ mage, & poteſtur ꝓ poteſt. Hanc alij paralepſim,alij ꝓlepſim,i. ꝓſumptionem vocant.

Aphæreſis;eſt ablatio de principio dictiõis litteræ, vel ſyllabæ,contraria ꝓtheſi,vt mitte ꝓ dimitte, temno ꝓ contemno.

Syncopa;eſt ablatio de media dictiõe litteræ vel ſyllabæ,cõtraria epentheſi, vt audacter ꝓ audaciter, & commorit ꝓ commouerit.

Apocopa;eſt ablatio de fine dictiõis litteræ vel ſyllabæ cõtraria paragogæ, vt Achilli ꝓ Achillis, poſſis ꝓ poſſitis,potes ꝓ poteſtis,mutu ꝓ mutuo.

Ectaſis;eſt extenſio ſyllabæ cõtra naturam verbi. vt Italiam fato ꝓfugus,cum Italiam prima ſyllaba correpta dicere debeamus.

Syſtole;eſt correptio ſyllabæ cõtra naturã verbi facta;cõtraria ectaſi,vt aquoſus oriõ. ꝓ orion producte.

Diæreſis;eſt diuiſio vni⁹ ſyllabæ in duas. vt olli reſpõdit rex albai lõgai ꝓ albælongæ. Et aulai in medio libabant pocula Bacchi. ꝓ aulæ. Et diues pictai veſtis & auri. ꝓ pictæ.

Synæreſis;eſt cõglutinatio duarũ vocaliũ in vnam cõtraria diæreſi. vt phaton ꝓ phaeton & eripedem ꝓ Aeripedem.

Epiſynalœpha ẽ & ſynæreſis;eſt duarum ſyllabarũ in vnã facta cõglutinatio. vt Ecce autem telis Panthus elapſus achiuum. ꝓ panthoos.

¶ Synaloepha interpretatur coniunctio, & eſt cū dictio finitur in vocali, ſequiturq; dictio æque incipiens a vocali, quia tūc interimitur vocalis illa prior. Et ponit exemplū ex principio libri. ix. æn. Atq; ea diuerſa pœnitus dum parte geruntur, legē dumq; eſt atq; a diuerſa. hæc a quibuſdam ſynereſis dicitur, quia videlicet ex duabus ſyllabis vna coaleſcit. ¶ Ecthlipſis interpretatur eliſio ab ecthlibo quod eſt elido elidis: & eſt quando ex duro & aſpero concurſu cōſonantis cum vocali conſonans exterenda eſt. Et ponit exemplū ex Verg. in principio æn. Litora multū ille & terris iactatus & alto, pro mult ill & terris iactatus & alto, hoc eſt extrita. m. littera ne fiat metaciſmus ille, de quo ſupra diximus. ¶ Antitheſis interpretatur pro alio poſitio, ab anti pro, & theſis poſitio, & quando alia littera p alia ponitur, vt apud Verg. i. æn. Olli ſubridens hominū ſator atq; deorū, pro illi, hoc eſt. o. pro. i. ¶ Methatheſis interpretatur tranſpoſitio: & eſt quando litterarū ordo inuertitur, vt apud Verg. libro. xi. æn. At nō euandre pudendis, pro euander. quāq (vt ſupra diximus) euādre poteſt eſſe ab eo qd' eſt euādrus. vt apud Verg. tunc rex Euandrus Romanæ conditor arcis. quinimmo omnia nomina græca terminata in bros, aut cros. aut dros. aut gros. aut pros, aut tros, poſſunt habere duplices recti terminationes, vt thymbros thymber vl' thymbrus. teucros teucer vel teucrus. Alexandros alexander vel alexādrus. meleagros meleager vel meleagrus. capros caper vel caprus. Itaq; cum Verg. dixit. x. æn. At tibi thymbre caput Euādrius abſtulit enſis. vtrūs ille potuit eſſe ab eo, qd eſt thymbrus.

DE ſchematis. Diximus metaplaſmū eſſe medium inter lexim & barbariſmū. ſchema vero inter phraſin & ſoloeciſmū. Itaq; reſtat dicendum de ſchemate, hoc eſt de figuris, hoc eſt de vitijs quæ cōmitti conſueuerunt in cōtextu partiū orationis & ſunt excuſabilia ratione aliqua, ſed ea vitia aut in verbis, aut in ſententia cōtingunt, itaq; duo genera ſchematō, hoc eſt figuratum eſſe dicit, quia aut ſunt lexeos ideſt, dictiōis, aut dianœas. ideſt ſententiæ: nam lexis lexeos eſt dictio: dianœa dianœas ſentētia: ſed excuſat ſe de tractatu figurarū, quæ ad ſentētiam pertinēt, quoniam illæ oratorū ſunt magis ꝓpriæ, figuras itaq; dictionis, quæ ad grāmaticum pertinent dicit eſſe complures, ſed ex illis frequentiores elegit, de quibus ſingulatim diſſerit dicens. &c. ¶ Prolepſis interpretatur præſumptio. a pro ante & lepſis captio: & eſt quādo aliquid in genere præſumitur, qd' per partes poſtea explicatur. Et ponit exemplum ex Verg. lib. xij. æn. Interea reges ingenti mole Latinus procedunt caſtris: deinde turnus, deinde æneas. ¶ Zeugma interpretatur cōiūctio: & eſt quādo vnū verbū diuerſis ſuppoſitis accōmodatur. vt Verg. lib. iij. æn. Troiugena interpres diuū qui numina phœbi. ſubaudi ex inferioribus ſentis, qui tripodas etiā ſentis, clarij lauros, iterū accipe ſentis & qui ſydera ſentis. ¶ Hypozeuxis interpretatur ſubiunctio; & eſt quādo econtrario zeugmati vnū ſuppoſitū accōmodatur diuerſis verbis, vt Verg. lib. viij. æn. Regem adijt. regi memorat nomenq; genuſq;. vtrobiq; namq; intelligitur æneas. Hypozeuxis autem dicitur ab hypo ſub, zeuxis iunctio, quaſi ſpecies quædam zeugmatis. ¶ Syllepſis interpretatur conceptio ſiue cōprehenſio. a ſyn quod eſt con, & lepſis captio, & fit cū per vnū verbū ſuppoſita diuerſorum n  merorū colligimus. Et ponit exemplū ex Verg. in. i. æn. Hic illius arma, hic currus fuit. nam in priori caſu arma, fuerūt debet ſub intelligi. Sed dicit Donatus hāc figurā latiſſime patere, & ad multa ſe extēdere, fierīq; nō ſolū per partes orationis: ſed per accidētia partiū orationis, immo ſyllepſis ꝓpe ſemꝑ fit per accidētia partiū orationis. ut cū genus maſculinū cōcipiat fœmininū, vt apollo & muſa ſunt docti, ego & tu ſumus boni. aliqñ qd fœmininū concipiat neutrū, vt Luca. hinc leges & plebiſcita coacta. aliqñ qd neutrū cōcipiat maſculinū & fœmininū, vt virga tua & baculus tuus ipſa me cōſolata ſunt. Aliqñ rōne affinitatis qd fœmininū cōcipiat maſculinū. vt vidi virū & fœminā bonā, & per numeros fit plerunq; hæc cōceptio. vt alijs in locis copioſius diſputatur, hoc eſt, vbi de figuris conſtructionis agitur.

Sinalœpha eſt per interemptionem concurrētium inter ſe vocaliū lubrica quedā leuiſq; colliſio; vt Atq; ea diuerſa penitus dum parte gerūtur. Hęc a quibuſdam ſynæreſis vel colliſio nuncupatur.

Ecthlipſis eſt conſonantium cum vocalibus aſpere concurrentibus difficilis ac dura colliſio. vt littora multum ille & terris iactatus & alto.

Antitheſis eſt lr̄æ p lr̄a poſitio. vt olli ſubridēs; p illi.

Metatheſis; eſt tranſformatio litterarum.

¶ De Schematis.

SChemata lexeos & dianœas ſunt quedā ſigurę verborum & ſententiarum. Sed ſchemata dianœas ad oratores pertinet; ad grammaticos vero lexeos. Quæ cū multa ſint; ex omnibus fere neceſſaria ſunt; quæ ſequuntur, ſcilicet; Prolepſis; Zeugma, Hypozeuſis, Syllepſis, Anadiploſis, Anaphora, Epanalepſis. Epizeuſis, Paronomaſia Scheſis ſonomatō; Paromœō. Homœoteleutō; Homœoptoton; Polyptetō; Hirmos; Polyſyntheton, Dialiton; Antitheton, Hyppallage. Climax.

Prolepſis; eſt præſumptio rerum ordine ſecutarum; vt interea reges ingenti mole latinus. Procedūt caſtris Turnus. deinde Aeneas.

Zeugma; eſt vnius verbi concluſio diuerſis clauſulis apte coniuncta. vt Troiugena interpres diuū q numina Phœbi, Qui tripodas; clarij lauros; qui ſydera ſentis.

Hypozeuxis; eſt figura ſuperiori cōtraria. vbi diuerſa verba ſingulis clauſulis redduntur: vt Regem adijt, regina memorat nomenq; genuſq;

Syllepſis eſt diuerſarum clauſularū per vnum verbum conglutinata conceptio, vt Hic illius arma, hic currus fuit. Hoc ſchema late patet; & fieri ſolet non ſolum per partes orationis; ſed per accidētia partium orationis. Item ſyllepſis eſt in diſſimilibus clauſulis, quando dictio ſingularis verbo plurali adiūgitur; vt Sunt nobis mitia poma; caſtaneæ molles; & preſſi copia lactis.

*¶ Anadiploſis eſt interpretata reduplicatio.ab ana prepoſitione,quod eſt re:& diploſis plicatio,& fit quoties ſequens verſus incipit a verbo in quo deſinit praecedens.Et ponit exemplum ex Verg.libro.x.æñ.vrbs Hetruſca ſolo ſequitur pulcherrimus aſtur,aſtur equo fidens.¶ Anaphora eſt interpretata relatio ſiue repetitio.ab ana re & phoreo fero,& fit quoties plures verſus ab eadem dictione incipiunt.Et ponit exemplum ex Verg.i.æñ. Gnate meæ vires.&c.¶ Epanalepſis interpretatur repetitio ab epi.& ana & lepſis.& eſt verbum epanalambano repeto:& fit hec figura quoties in eodem verbo incipit.& finitur verſus.vt Vergil.in calce primi libri.æñ. Multa ſuper Priamo rogitans ſuper Hectore multa. Aliud quoq; exẽplũ ponit ex.ij.geor. antea etiam ſceptrum.&c.¶ Epizeuxis interpretatur iniũctio,& fit quando verbum iteratur non interueniente alia parte orationis.& accipit exemplum ex Verg.ix.æñ.Meme adſum, qui feci in me conuertite ferrum o rutuli:& hec figura frequens eſt in ſermone familiari:& in ſacris litteris. ¶ Paronomaſia interpretatur denominatio.a para de & onoma nomen, & eſt quãdo nomen de nomine aliud ſignificanti deducitur non per etymologiã,ſed per litterarũ ſimilitudinem. Et ponit exẽplũ ex Teren.in andria.nã inceptio (inquit) eſt amentium haud amantiũ.¶ Scheſis onomaton interpretatur habitudo nominum.nam ſcheſis eſt habitudo & onoma nomen,& eſt cũ ſingulis ſua epiteta ſunt adiuncta.Et ponit exẽplum ex poeta,marſa manus,peligna cohors feſtina virũ pro virorũ vis. Sunt autem marſi & peligni populi italiæ notiſſimi.¶ Paromoeon interpretatur adſimilãs,& fit cũ plures dictiones ab eadem littera incipiũt.Et ponit exẽplum ex Ennio poeta,quemadmodum refert Priſcia.li.xij.cũ diſputat de pronomine. O tite tute tibi.&c. ¶ Homoeoteleuton interpretatur ſimiliter deſinens: nam homoeos eſt ſimilis vel ſimiliter & teleutao finio,& eſt quãdo plures dictiones ſimiliter terminantur,dũ modo id non fiat per caſus. Et ponit exẽplũ ex aliquo poeta,aut autore antiquo,eos deducẽ quã relinqui, q̃ oĩa verba ſunt ſimiliter deſinẽtia. Homoeoptotõ interpretatur ſimilr̃ cadens ab homoeos quod eſt ſimilis & ptoſis caſus,& eſt quãdo plures dictiones per caſuũ declinationẽ ſimiliter deſinũt,vt mœrẽtes,flentes.&c.¶ Polyptoton interpretatur multitudo caſuũ,a poly multũ & ptoſis caſus,& eſt quãdo diuerſi caſus ſibi inuicem reſpondent,& ponit exẽplum ex Verg.iiij.æñ.littora littoribus contraria.¶ Hyrmos interpretatur tractꝰ,& eſt quãdo oratio per lõgã verborũ ſeriem trahitur extẽditurq;,& ponit exẽplũ ex Ver.vi.æñ, principio celũ,&c.vſq; ad locũ illũ ſpiritꝰ intus alit.¶ Polyſyntheton interpretatur multitudo caſuũ,cõpoſita a poly multũ & ſyntheton cõpoſitum,& eſt quãdo multæ dictiones per cõiunctiones iungũtur. Et ponit exẽplũ ex Ver.ij.æñ. Athamaſq; thoaſq;.&c. ¶ Dialyton interpretatur diſſolutũ,a dialyo,quod eſt diſſoluo,& eſt quãdo ſine cõiunctionibus plures dictiones eiuſdẽ generis cõferũtur,& eſt figura ſuperiori cõtraria.Et ponit exẽplũ ex Verg.in.iiij.æñ.Ite,ferte citi flãmas:nam plura verba iunguntur non interuenientibus cõiunctionibus.A Cicerone dicitur articulus color,dicitur quoq; hec figura aſyntheton,quod interpretatur incõpoſitũ,ab a particula priuatiua & theton poſitũ,quia (vt diximus) plura verba ligãtur ſine cõiũctiõe.*

*¶ Antitheton interpretatur contrapoſitũ,ab anti contra & theton poſitũ:& fit cũ contraria cõtrariis opponũtur.Et ponit exẽplum ex Ouid.i.meta.Vt frigida pugnabant calidis.&c.de hac figura dixit Perſius. Crimina raſis librat in antithetis.*

Anadiploſis;eſt geminatio dictionis q̃ ex vltimo loco precedẽtis verſus & principio ſequẽtis iterat̃; vt Sequitur pulcherrimꝰ aſtur;Aſtur equo fidẽs

Anaphora;eſt relatio eiuſdem verbi per principia plurimorũ verſuum. vt Gnate meæ vires; mea magna potentia ſolus,Gnate patris ſummi; qui tela Typhoea temnis.

Epanalepſis;eſt verbi in principio verſus poſiti; & in eiuſdẽ fine repetitio.vt Multa ſuper Priamo rogitãs; ſuper Hectore multa,Et alibi. Ante etiã ſceptrum Dictei regis & ante impia quam cęſis.

Epizeuxis; eſt eiuſdem verbi in eodem verſu ſine aliqua dilatione geminatio,vt Meme adſum;qui feci;in me conuertite ferrum.

Paronomaſia;eſt veluti quædam denominatio; vel quoties aliud nomen efficitur de alio;vt Nam inceptio eſt amentium;haud amantium.

Scheſis onomaton; eſt multitudo nominũ coniunctorum eodem habitu copulandi;vt Marſa manus;Peligna cohors,feſtina virum vis.

Paromoeõ; eſt quãdo ab eiſdẽ litteris diuerſa nomina ſumũtur;vt O tite tibi tanta tyranne tuliſti.

Homoeoteleuton;eſt cũ ſimili modo dictiones plurimæ finiuntur;vt Eos deduci;quam relinqui, deuehi;quam deferri;malui.

Homoeoptoton, eſt cũ in conſimiles caſus exeunt diuerſa verba.vt Mœrentes,flentes,lachrymantes,comitantes.

Polypteton,eſt multitudo caſuũ varietate diſtincta. vt Littora littoribus cõtraria fluctibus vndas.Imprecor arma armis,pugnent ipſiq; nepotes.

Hyrmos,eſt ſeries orationis continuæ tenorẽ ſuũ vſq; ad vltimum ſeruans.vt Principio celum, terras; campoſq; liquentes Lucentẽq; globũ lunæ titaniaq; aſtra.

Polyſyntheton;eſt dictio multis connexa coniunctionibus. vt Athamaſq; thoaſq; pelideſq; neoptolemus,primuſq; Machaon.

Dialyton ſiue aſyntheton;eſt figura ſuperiori cõtraria carens coniunctionibus.vt Ite;ferte citi flammas;date tela,impellite remos.

Antitheton;eſt contra poſitum,& fit quando cõtraria cõtrariis opponũtur; vt Frigida pugnabant calidis;& humentia ſiccis, mollia cum duris;ſine pondere habentia pondus.

*¶ Hyppallage interpretatur ſubmutatio. ab hyppo ſub & allage mutatio: & eſt cum verba per contrarium intelligũtur. Vergilius quarto æneidos. Regina e ſpeculis cum primum albeſcere lucem vidit, ideſt res omnes per lucem albeſcere: quoniam lux colorem non habet: ſed per eam omnia colorantur. ¶ Climax. interpretatur gradatio & eſt quando verba repetita progrediuntur. Et ponit exemplum ex Vergilio in bucolicis. Torua leæna lupum ſequitur: lupus ipſe capellam: florentem cytiſum ſequitur laſciua capella. ¶ De Tropis.*

*Metaplaſmus (vt diximus) excuſat vitium in vna dictione. Schema in cõtextu partium orationis. Tropus vero nullum excuſat vitium, quin potius contra, virtus quædam eſt, vnde a Quintiliano definitur. Tropus eſt verbi vel ſermonis a propria ſignificatione in aliam cum virtute mutatio. Nam quod Donatus dicit cauſa neceſſitatis: illud eſt quando non habemus vocabulum ꝓprium, quo rem de qua loquimur, efferamꝰ. Ornatus vero, cum verbum translatum ſignificantius dicit rem, quam proprium. Et ſubdit ſpecies tropi. quas ſingulatim proſequitur. ¶ Metaphora interpretatur translatio. a meta trans & phoreo fero. cuius ſubdiuidit rurſus quattuor ſpecies ſecundum quattuor modos, quibus contingit fieri translationem. Quorum primus eſt, quoties fit translatio a verbo ſignificanti animal, ad verbum quoq; animal ſignificans, vt tiphyn aurigam celeres fecere carinæ. Aurigam ponit pro gubernatore, cũ auriga ſit homo, qui regit currus, hoc eſt bigas, aut quadrigas. gubernator vero ꝓprie ſit, qui naues regit moderaturq;: ſed vterq; homo eſt. ergo trãslatio ab animali ad animale: ſed cuius autoris ſit hic verſus, non liquet mihi. ¶ Ab animali ad animale fit trãslatio. vt ſi rates (quod ſignificat lignorum ſtruẽ) ponatur pro naui. vtrumq; namq; inanimatum eſt. Et ponit exemplum ex quinto æneidos. Vt pelagus tenuere rates, nec amplius vllæ. ¶ Ab inanimali ad animale, vt cum Atlas ſit mauritaniæ mõs, dat illi Vergiliꝰ caput, humeros, mentum, quæ ſunt animalium membra. verſus ſunt illius ex quarto æneidos. ¶ Ab animali ad inanimale. vt Vergil. vndecimo æneidos. Si tantum in pectore robur concipis. Nam robur arbor eſt anima carẽs. Scire autem debemus, q metaphoræ quædam ſunt reciprocæ. vt quod æquor ponatur pro campo, & campus pro æquore: aut altum pro profundo & profundum pro alto: & pubertas pro flore: & flos ꝓ pubertate. Aliæ ſunt metaphoræ partis vnius. ideſt non reciprocæ: ſed alterius tantum partis cuiuſmodi ſunt ſuperiores.*

*¶ Catachreſis interpretatur contra vſum. & eſt quoties ponitur verbum ꝓ eo quod proprie non ſignificat, vt ecce parricida proprie ſignificat parentum interfectorem, quod ſi quis dixerit fratricidam parricidam improprie dixit. Præterea piſcina dicitur ſtagnum piſciũ receptaculum. quod ſi quis poſuerit pro loco vbi non ſunt piſces catachreſticos dixit. Deinde dicit huiuſmodi improprietates venire in vſ[illegible] propter neceſſitatẽ, quoniam non habemus propria vocabula, quibus rem illã ſignificemus. ¶ Metalepſis interpretatur tranſumptio a meta quod eſt trans & lepſis acceptio: & eſt cũ aliqua dictio aliud a ſua propria ſignificatione deſignat ex iis, quæ præceſſerunt & ſequuntur. Et ponit exemplũ ex Ver. i. æñ. Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris &c. ꝓ cauernis & receptaculis ſiue domibus, ab atris enim ſpeluncæ nigræ intelliguntur, & ex nigris, tenebras habentes. & ex bucolicis. Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas. pro annos. neq; enim ex iunctura aliud poteſt ſignificare ariſta.*

Hyppallage; eſt verborum per contrarium intellectus, vt Regina e ſpeculis vt primum albeſcere lucem vidit.

Climax; eſt ſubſcripta gradatio, ut Torua leæna lupum ſequitur; lupus ipſe capellam,

¶ De tropis.

Tropus, eſt dictio tranſlata a ꝓpria ſignificatione ad improp[r]iam ornatus; neceſſitatis ve cauſa; ſunt autem quæ ſequũtur. Metaphora. Catachreſis. Metalepſis, Metonymia. Antonomaſia. Epytheton. Synecdoche, Onomatopœia. Periphraſis, Hipperbaton tropus in ſuas ſpecies diuiſus. Hiperbole, Allegoria tropꝰ in ſuas ſpecies diuiſus. Homœoſis in ſuas ſpecies diuiſus.

Metaphora; eſt rerum verborumq; tranſlatio; hęc fit quattuor modis. Ab animali ad animale. Ab inanimali ad inanimale. Ab inanimali ad animale. Ab animali ad inanimale.

Ab animali ad animale, vt Tiphyn aurigã celeres fecere carinę. Nam auriga & gubernator nauis animam habent.

Ab inanimali ad inanimale. vt Vt pelagꝰ tenuere rates. Nã naues ſicut & rates animã nõ habent.

Ab inanimali ad animale. vt Atlantis cinctũ aſſidue cui nubibus atris, Piniferum caput & vẽto pulſatur & imbri. Nam mons animã nõ habet; cui membra hominis attribuuntur.

Ab animali ad inanimale. vt ſi tãtũ in pectore robur concipis, Nam robur animam non habet; cum Turnus cui hæc dicunt; animã habebat. Scire autem debemus; alias metaphoras eſſe reciprocas, alias autem eſſe partis vnius.

Catachreſis; eſt vſurpatio nominis alieni. vt parricidam dicimus qui occidit fratrem: & piſcinã q piſces nõ habet. Hæc enĩ vnde extrinſecꝰ ſumerent vocabulum ſuum; non haberent.

Metalepſis eſt dictio pergens gradatim ad id; qđ oſtendit. vt Speluncis abdidit atris. Hoc metuens. Et poſt aliquot mea regna viuens mirabor ariſtas.

Metonymia eſt dictio quædam veluti trãſnominatio. Huius autem multæ ſunt ſpecies; aut per id quod continet id quod continetur, vt nunc pateras libate Ioui, aut cõtra. vt crateras magnos ſtatuunt; & vina coronant, aut pro inuẽtore quod inuentũ eſt; vt ſine cerere & libero friget Venus, aut contra, vt vinumq; precamur, nãq; hic deus adeſt præſens; hæc exempli cauſa poſita ſunt addiſcentibus, reliqua monſtrabit lectio.

Antonomaſia eſt ſignificatio vice nominis poſita q̃ fit tribus modis, ab animo. vt magnanimꝰ anchiſiades, a corpore, vt ipſe arduꝰ polyphemꝰ, extrinſecꝰ. vt infœlix puer atq; impar cõgreſſus achilli.

Epitheton eſt ſuppoſitio dictionis cum proprio nomine. Nam antonomaſia vicẽ nominis ſuſtinet, epitheton nunquã eſt ſine proprio nomine. vt dira celeno, dia camilla. Fit etiam tribus modis, ab animo, a corpore extrinſecus. his duobus tropis vel vituperamus, vel offendimus, vel laudamus.

Synecdoche eſt ſignificatio pleni intellectus capax; cum plus minus ve pronunciat; aut enim a parte totum oſtendit, vt puppeſq; tuæ, pubeſq; tuorũ. Aut cõtra patrem a toto; vt ipſius ante oculos ingẽs a vertice põtus in puppim ferit, & alibi fontemq; ignemq; ferebãt. Meminiſſe autem debemus quando fit a parte totum, faciendum eſſe ab inſigniori parte.

Onomatopeia eſt nomen de ſono factum; vt clamorq; virum, clangorq; tubarum. Tinnitus ęris. Atque leuem ſtipulã crepitatibus vrere flãmis.

Periphraſis eſt circũlocutio quædam, quę fit aut ornandæ rei cauſa quæ pulchra eſt; aut vituperãdę quæ turpis eſt. vt, & iam prima nouo ſpargebat lumine terras, Titoni croceum linquens aurora cubile, &, hoc faciũt nimio ne luxu obtuſior vſus ſit genitali aruo, & ſulcos oblimet inertes.

*¶ Metonymia interpretatur tranſnominatio, a meta trans: & onoma nomen, & eſt quando vna dictio propter affinitatem quam habet cum alia ponitur pro ea, & quia hoc pluribus modis contingit, ſubiungit illius plures ſpecies, quarum prima eſt, cum continens ponitur pro contento. Verg. v. æñ. Nunc pateras libate ioui: neq; enim patera libatur, ſed vinum quod in patera continetur, aut econtrario, cum contentum ponitur pro continenti. Verg. primo æñ. Crateras magno ſtatuunt, & vina coronant, neq; enim vina coronantur, ſed pateræ, in quibus vinum continetur. Eſt præterea metonymia, cum inuentor alicuius rei ponitur ꝓ illa re cuius fuit inuentor. vt apud Teren. in eunucho. ſine Cerere & Libero friget Venus, quod videlicet ceres fuit inuentrix frumenti. bacchus vini, Venus dea eſt amorũ & coitus, aut ediuerſo, cũ rem ipſam pro inuẽtore ponimus: vt qui dixit, vinumq; precamur pro bacchum. ideo ſubdit, nãq; id deus adeſt præſens. Eſt etiam metonymia, cum efficiens pro effectu ponitur, vt tenebras explorat inertes, & contriſtat frigore cælum: cum præterea materia ponitur pro re, quæ fit ex illa materia. vt Verg. ij. æneid. Ferro accincta tenet. ¶ Antonomaſia interpretatur pro nomine, ab anti ꝓ & onoma nomen, hoc eſt, quod vice nominis proprij ponitur. Et ponit tres illius ſpecies. Ab animo, vt magnanimus anchiſiades, pro Aeneas per excellentiã magnitudinis animi, quod eſt bonum animi. A corpore, vt Verg. iij. æñ. Ipſe arduus, ſcilicet polyphemus, qui alijs præſtabat cyclopibus proceritate corporis, quod eſt bonum naturæ. Extrinſecus vt infœlix puer. ideſt infortunatus pro Troilo ponit: & erat a bonis externis, qualia ſunt bona fortunæ. ¶ Epithethõ interpretatur appoſitio ſiue adiectio, quo nomine græci appellãt nomen adiectiuum. Latini vero epithethon vocãt adiectiuum, qđ additum nomini proprio, vt dicit Donatus, aut etiã nomini ſubſtantiuo exprimit aliquid proprium & inſeparabile. Et ponit ex Vergilio exẽplum ex tertio æneidos, dira cæleno, harpyieq; colunt aliæ: & alibi dia camilla, & dicit fieri tot modis quot antonomaſia, hoc eſt a bonis animi, a bonis fortunæ, a bonis naturæ. Vñ oratores cõſueuerũt ſumere locos laudãdi & a cõtrarijs vituperãdi & iudicãdi (vt Diome. inquit). ¶ Synecdoche interpretatur cõprehẽſio. Cicero intellectionẽ vocat, & accipit hic ſynecdochen pro figura locutionis. nam de figura conſtructionis alibi diſputatum eſt. Sed cum plus minus ve ſignificant verba, quã intelligimus fit, aut accipiẽdo partem pro toto, aut pro parte totum. Et ponit exemplum quo ponitur pars pro toto ex. i. æñ. Pubes tuorum pro iuuẽtus, cum etiam eſſent viri ſenes & pueri, non tantum puberes. Ex eodem quoq; libro ponit exemplũ, quo ponitur totum pro parte, vt ingens a vertice pontus. Nam pontum poſuit pro vnda ponti, & illud ex Verg. ij. æñ. fontẽq; ignemq; ferebant: neq; enim ferebant fontem, ſed partem aquæ fontanæ. Sed cum in parte totũ intelligimus, dicit debere intelligi in parte illa multũ totius illius partis. ¶ Onomatopeia interpretatur nominis fictio: nam componitur ex onoma, quod eſt nomen, & pio facio vel fingo, fit autem maxime cum ex ſono vocis nomina fingimus. Et ponitur exemplum ex Verg. xi. æñ. It cælo clamorq; virum clangorq; tubarum: nam clamare a ſono vocis in homine, & clangere a ſono tubarum, facta ſunt. Tinnitus quoq; æris dicitur, qđ ærea vaſa tinniant pulſata. crepitare quoq; fictũ eſt a ſono vocis. vt Verg. i. georg. atq; leuẽ ſtipulam crepitantibus vrere flãmis. ¶ Periphraſis interpretatur circuitio ſiue circũlocutio a peri circum & phraſis locutio: & fit qualiter ornandæ rei cauſa vtimur exaggeratione de eadem re plura verba inculcando. Et ponit exemplum ex libro. iiij. æñ. Et iam prima nouo. &c. Pro eo quod ſatis erat dixiſſe, & iam aurora illuſtrabat terras. Et eodem modo cauſa vituperandæ alicuius rei vtimur circuitione, ideſt longo verborum ambitu: ſed non ponit exemplum huius ſpeciei ſed alterius, hoc eſt quando rem turpem obſcœnamq; circuitione ſignificamus. vt Verg. iij. georg. Hoc faciũt. & c. et eſt ſenſus, q; equabus ſubducitur paſtus cibuſq;, ne pingueſcãt, quo tẽpore admittere debẽt equos ad fœtus procreãdos, qđ fit, ne meatus excipiẽdi ſeminis obturẽtur præ pinguedine: vtiturq; tranſlatione ſumpta ab agro, qui ſemine ſpargendus eſt, cuius ſulci debent eſſe aperti & reſoluti.*

¶ Hyperbaton, interpretatur tranſcenſio ab hyperbeno, qđ eſt tranſcendo, & fit quoties in longiori clauſula verborum ſtructura non habet ordinem explicitum, qui poſſit facile ſenſum præ ſe ferre. Et ponit illius quinq; ſpecies, quas deinde proſequitur ſingulatim. ¶ Hyſterologia, interpretatur poſterior ſermo vel verbum, hyſteron proteron interpretatur prius poſterius & eſt quoties, oratio quæ debuit poſtponi, præponitur, & econtrario quæ præponi, poſtponitur. Et ponit exemplum ex primo. æñ. & torrere, & cetera. Prius enim fruges erant frangendæ ſaxo. ideſt molendæ & in farinam reſoluendæ: & deinde torrendæ flãmis. i. furno inferēdæ, vt coquerentur.

¶ Anaſtrophe, interpretatur inuerſio ab ana re, & ſtrophe conuerſio: & eſt quando dictio quæ debuit præponi, poſtponitur; et ediuerſo, differtq; ab hyſterologia: quod illa in ordine præpoſtero duarum aut plurium orationum eſt: hec vero in duobus aut tribus verbis, & ponit exemplum ex principio æneidos. Italiam cõtra pro contra Italiam. ¶ Parentheſis, interpretatur interpoſitio: a para & en quod eſt inter & theſis poſitio. & eſt quoties in aliqua clauſula interponitur aliquid extraneum. vt Vergil. primo. æñ. Aeneas rapidum ad naues præmittit Achatē, & interpoſuit, neq; enim amor patrius paſſus eſt mentem conſiſtere. ideſt quieſcere.

Temeſis, interpretatur ſectio ſiue inciſio: a temno quod eſt incido, & fit quoties dictioni compoſitæ diuiſæ in partes componentes interponuntur, aut vnum aut plura verba, vt illud, eſt Boreæ regio ſeptem ſubiecta trioni. pro eo quod eſt ſubiecta ſeptentrioni, antiqui non modo dictiones compoſitas ad hoc officium diuidebãt: ſed etiam integras, vt qui dixit, ſaxo cere cõminuit brū. pro comminuit cerebrum interiecta vna particula comminuit, & quod ſequitur. Maſſili portant iuuenes ad littora tanas, pro eo quod eſt portant iuuenes ad littora Maſſilitanas ſubaudi prædas: interpoſitis pluribus verbis, hoc eſt portant iuuenes ad littora. ¶ Sincheſis, interpretatur confuſio, a ſin con & cheſis cõfuſio, atq; (vt dixit Donat9) eſt hyperbatõ, hoc eſt oratio ex omni parte confuſa. Et ponit exemplum ex primo æneidos. Tris notus abreptas. &c. nam (vt dicit) ordo eſt. Tris naues abreptas: & notandum eſt in ordine ab accuſatiuo poſſe incipi: vt fruſtra grãmatici neſcio quas ordinis regulas tradiderint. ¶ Hyperbole, interpretatur tranſcenſus: ab hyper trans, & bole ſcanſio: dicitq; fieri augendi aut minuēdi cauſa. Augendi. vt Verg. in buc. Candidior cygnis, hedera formoſior alba. Minuendi. vt quod quiſpiam dixit, tardior teſtudine, quia teſtudinis inceſſus tardus eſt. vnde Plautus in Aulularia, teſtudinum iſtum gradibo gradum. ¶ Allegoria. interpretatur aliena locutio, ab alleos, quod eſt varius ſiue diuerſus: & eſt quando id quod dicimus aliud eſt, quam quod volumus intelligi. vt Vergilius in calce ſecundi georgico. Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla. per equum namq; intelligimus ingenium, vt Iuuenalis. per quem magnus equos aruncæ flexit alumnus, ideſt exercuit ingenio per colla fumantia: ideſt pro ſudore exhalantia laborem operis componendi finire. & ſubdit allegoriæ ſeptem ſpecies, de quibus ſingulatim dicturus e. t. ¶ Ironia, interpretatur ſimulatio, vel diſſimulatio: quoniam ironeuome eſt diſſimulo ſiue cauillor cauillaris, & eſt quando id quod dicimus, per contrarium volumus intelligi: & in hoc cum ſuo genere concordat, ſed differt in eo, quod ironia eſt ſimulatione quadam cauillatoria. vt Iuno apud Vergilium quarto æneidos ad Venerem. Egregiam vero laudem. &c. quaſi dicat, non eſt magna laus, quod tu & filius tuus, qui eſtis duo magna numina per dolos decepiſtis vnam fœminam. Itaq; ſi quis grauitate quadam pronunciauerit dicta ironica verborum ſenſus in contrarium vertitur.

Hyperbaton eſt tranſcenſio quædã verborum ordinem pertubans, cuius ſpecies ſunt quinq;. Hyſterologia ſiue hyſteron proteron. Anaſtrophe. Syncheſis. Parentheſis. Temeſis.

Hyſterologia ſiue hyſteron proteron, eſt ſententiæ cum verbis ordo mutatus. vt & Cererem corruptam vndis; & torrere parant flammis & frangere ſaxo.

Anaſtrophe eſt verborum tantum ordo præpoſterus, vt Italiam contra, pro contra Italiam.

Parentheſis eſt interpoſita formatio diuerſæ ſententiæ. vt Aeneas (neq; enim patrius cõſiſtere mentem paſſus amor) rapidum ad naues præmittit Achatem.

Temeſis eſt vnius cõpoſiti vel ſimplicis ſectio vna dictione vel pluribus interiectis, vt ſeptem ſubiecta trioni, & ſaxo cere comminuit brum, Et Maſſili portant iuuenes ad littora tanas; pro cerebrum & Maſſilitanas.

Syncheſis eſt hyperbaton obſcurū, & ex omni parte confuſum, vt tris notus abreptas in ſaxa latentia torquet, ſaxa vocant Itali medijs, quæ in fluctibus aras. Eſt autem hic ordo, tris naues abreptas notus torquet in ſaxa, quæ ſaxa in medijs fluctibus latentia; Itali vocant aras.

Hyperbole eſt dictio fidem excedens augendi minuendi ve cauſa. augendi. vt niue candidior, minuendi; vt tardior teſtudine.

Allegoria; eſt tropus qđ aliud ſignificatur, & aliud dicitur: vt. Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla, hoc eſt carmen finire. Huiuſmodi ſpecies multæ ſunt; ex quibus ſeptem eminent. Ironia. Antiphraſis. Aenigma. Charientiſmos. Paroemia. Sarcaſmos. Aſtyſmos.

Ironia eſt tropus, qui per contrariū conatur oſtendere, qđ dicit. vt egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis tuq; puerq; tu9. Hec vbi grauitas pnunciantis adiuuerit, confiteri videbitur, quod negare intendit.

¶ Antiphraſis interpretatur cõtraria locutio.ab anti qđ eſt cõtra & phraſis locutio: & eſt qñ in vno verbo ſubeſt cõtrarietas qđ đ'rcum ironia ſit in pluribus verbis,vt bellus quod eſt diminutiuum a bonus bona bonum.vñ dicitur bellum ꝑ contrarium qđ' non eſt bonum: & lucus,qui eſt ſilua condẽſa:ꝑ contrarium đ'r a luceo luces:quia ex arborum opacitate minime lucet.¶ Aenigma interpretatur obſcuritas ſermonis:ab ænittome qđ' eſt obſcure loqui.Et ponit exẽplum illius qui induxit niuẽ loqñtẽ.mater me genuit.&c.& illud Cleobuli Lindij:eſt vnus genitor nati bona pignora bis ſex:triginta cuius nati ſed diſpare forma:ſignificat namq; annum habere duodecim mẽſes,quorum quilibet habet dies triginta totidẽq; noctes.¶ Charĩtiſmos interpretari põt gratioſitas,a charis charĩtos:quod eſt gratioſum: & eſt qñ id quod durum dictu eſſet,mitioribus verbis tẽperamus:vt ſi ſacrilegum furẽ dicamus,& eum qui ſit ſtrabo pætum.Et ponit exẽplum.Vt ſi quis dicat,queſiuit ne me quiſquam: & rñdeat quis huic interrogatiõi,bona fortuna:cum debuiſſet rñdere,nemo te queſiuit.

Antiphraſis eſt vnius verbi ironia;vt bellũ quod minime bellum eſt;& lucum quod minime lucet.

Aenigma eſt obſcura ſententia per obſcurã ſimilitudinẽ rerũ;vt mater me genuit eadẽ mox gignitur ex me,ſignificat eñ aquã in niuẽ conuerti; & ex eadẽ rurſus effluere.

Charientiſmos eſt.quo dura dictu gratius ꝓferuntur;vt interrogantibus nobis nunquis nos q̃ſierit;reſponſum detur:bona fortuna;exinde intelligitur neminẽ nos quæſiſſe.

Paroemia eſt accõmodatũ rebus tẽporibuſq; prouerbiũ;vt aduerſus ſtimulũ calces;& lupus eſt in fabula.

Sarcaſmos eſt plena odio atq; hoſtilis deriſio;vt en agros;& quã bello Troiane petiſti Heſperiã metire iacens.

Aſtyſmos eſt tropus multiplex numeroſæq; virtutis. Nam aſtyſmos eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret;& faceta ſatis vrbanitate exponitur. vt qui Bauium non odit:amet tua carmina Meui:atq; idem iungat vulpes;& mulgeat hircos.

Homoeoſis eſt minus notæ rei per ſimilitudinem eius;quæ magis nota eſt; demonſtratio.Huius autem tres ſunt ſpecies. icon. parabola. paradigma.

Icon eſt perſonarum per ſe vel eorum; quæ perſonis accidunt; cõparatio; vt os humeroſq; deo ſimilis.

Parabola eſt rerũ genere diſſimiliũ cõparatio. vt qualis mugitus fugit cũ ſaucius arã taurus,& incertã excuſſit ceruice bipennem.

Paradigma eſt exempli hortantis vel deterrentis enarratio.Hortantis. vt Antenor potuit medijs elapſus achiuis Illyricos penetrare ſinus:Deterrentis; vt At non ſic Phrygius penetrat Lacedemona paſtor:Ledæamq; Helenã Troianas vexit ad vrbes:

¶ Paroemia interpretatur prouerbium: & eſt ſententia longo vſu comprobata & exptata ad id qđ volumus efficiẽdum vſurpata,vt Terẽtius in Phormione:aduerſus ſtimulum calces,ſubaudi non iaceas. Idem quoq; in Adelphis,lupus eſt in fabula.quo ſignificatur tacẽdum eſſe:quoniam is de quo erat ſermo,aduentat.¶ Sarcaſmos interpretatur deriſio non quæcunq;:ſed ea quæ a capitali odio ꝓficiſcitur. Qualis eſt illa ex Euangelio: Vah qui deſtruis tẽplum dei & in triduo illud readificas.deriuaturq; a ſarx ſarcos qđ interpretatur caro:qđ qui ea vitutur,vitam petit illius,in quẽ inuehitur. Ver. xij.æñ.En agros.&c.Iacẽs igitur ideſt mortu9 metire agros,& Heſperiam cadauere ſcilicet ſtrato terram premẽdo.¶ Aſtyſmos interpretatur vrbanitas, quoniã Aſtys eſt vrbs.dicitq; Donatus hunc tropum multipliciter patere:vt quicquid vrbaniter dicatur,aſtyſmo fiat, vt ſunt illæ facetiæ de quibus Iuue. Et ſalibus vehemẽs inter pomaria natis.Ver.in buc. Qui Bauium nõ odit amet tua carmina Meui:cum vterq; ſit peſſim9 vir,atq; alter illorum malus poeta.ſed qđ' ſequitur magis ſpectat ad vrbanitatẽ:ſcilicet ꝙ iungat vulpes more puerorum,qui ploſtello adiungunt mures,vt dicit Horati9.Et mulgeat hircos:vñ non magis poſſis expectare lac,quã ex gallo gallinaceo,vt inquit Plinius.¶ Homoeoſis interpretatur ſimilitudo.& eſt quoties minus notum cõparatione & ſimilitudine magis noti demonſtramus. cuius tres ſubdit ſpecies:quas ordine ꝓſequitur.¶ Icon interpretatur imago ſiue ſimilitudo, & eſt quoties res eiuſdẽ gñis comparantur.vt Verg.i.æñ. Os humeroſq; deo ſimilis.quoniam pulchritudo Aeneæ aſſimilatur pulchritudini alicuius dei,cum deus & homo ſcđm Epicurum,maxime mẽbrorum ſimilitudine conueniant.¶ Parabola interpretatur comparatio.& eſt quoties res diuerſorum generum inter ſe comparantur. vt Ver.li.ij. æñ.Comparat Laocoonta tauro ſacrificando,ꝙ excuſſit ex ceruice illum ſacerdotis impactã ſecuri in collum.Eſtq; ſenſus,ꝙ talis erat Laocoontis mugitus & clamor,qualis tauri. &c.¶ Paradigma paradigmatos interpretatur exẽplum,quod ſolet accommodari dictis & factis,idq; vt dicit hortandi aut deterrẽdi cauſa.hortandi.vt Verg.i.æñ,Antenor potuit medijs elapſus Achiuis.quaſi dicat.antenor potuit ex medijs hoſtibus in Italiam venire:& Aeneas qui antenore potior atq; melior eſt non poterit: Dehortantis deterrẽtiſq;.vt idẽ Verg.li.vij.æñ. At non ſic Phrygius.&c.& eſt ſenſus,ꝙ Aeneas ſic venit in Italiam, vt raperet Lauiniam:quẽadmodũ Paris Lacedæmoniam,vt raperet Helenam.

LIBRI QVINTI FINIS.

## ¶DIFFERENTIAE EXcerptæ ex Laurentio Valla ab Antonio Nebriſſenſi.

### ¶De litera A.

Aſtinentia, eſt a rebus alienis cohibitio.
Cōtinētia, eſt tātū a proprijs voluptatibus
Abdico filiū, id eſt, viuens a bonis expello.
Exhæredo filiū. i. teſtamēto a bonis ꝓhibeo.
Acus eſt, qua ſarcinatores veſtes ſarciunt.
Acicula vero, q̄ mulieres vtūtur ad ornatū.
Abhorreo ab omni humanitate. id eſt alienus ſum.
Exhorreo inimicos, id eſt illos pertimeſco.
Acceſſus, eſt aditio ſiue appropinquatio.
Acceſſio, eſt adiectio ſiue incrementum.
Actio cauſarum recte dicitur, & non actus.
Actus comoediarum recte dicitur, & non actio.
Acta & actus, ſunt rerum priuatarum & familiarium.
Geſta, ſunt rerum publicarum & magiſtratuum.
Actor, eſt cauſidicus & alicuius rei repræſentator.
Auctor eſt (vt ita loquar) alicuius rei factor.
Acini, ſunt grana in vnum racemum coeuntia.
Baccæ vero cum ſint parua poma, diſperſius naſcuntur.
Aceruus, eſt minutarum rerum congeries. vt ſalis.
Strues, eſt proprie lignorum compoſitorum.
Strages, eſt cadauerum iacentium multitudo.
Sarcina, eſt vtenſilium, quæ ad cultum pertinent.
Accola, eſt qui iuxta locum habitat. vt accola Ponti.
Incola eſt, qui in loco habitat. vt incola montis.
Inquilinus eſt, qui in aliena domo vel agro habitat.
Accuſare, eſt oſtendere aliquem peccauiſſe.
Incuſare vero, eſt mores alicuius reprehendere.
Excuſare, eſt excuſationem accuſanti facere.
Adeo pro in tantum ſequenti particula vt.
Adeo pro valde non ſequenti particula vt.
Aduocatus eſt, qui alteri adeſt vtcunq; illi faueat.
Patronus eſt, qui agit cauſam maxime accuſati.
Cliens vero eſt, cuius cauſa a patrono defenditur.
Adorare fit etiam ſine verbis cum genuū plicatione.
Supplicare fit ſine genuum plicatione ſola voce.
Addicere, eſt in auctione aliquid vendere.
Liceri & licitari, eſt precium in auctione facere.
Adſum, id eſt præſens, vel prope ſum.
Adſum tibi. i. ſtudeo & patrocinor tibi.
Aduerſor tibi, id eſt contrarius tibi ſum.
Auerſor te. i. vultum auerto a te, quem deteſtor.
Aduerto oculos. i. aliquo oculos conuerto.
Auerto oculos. i. aliunde oculos conuerto.
Admoueo manum vulneri. i. appono & applico.
Amoueo manum a vulnere. i. remoueo.
Ad votum mihi euenit. i. vt ego optabam.
Ex ſententia mihi euenit. i. vt ego intelligebam.
Adulterium eſt, quod in nuptam committitur.
Stuprum, eſt coitus contra legem violentus.
Aedes i ſingulari & i plurali eſt tēplū, et ſemꝑ additur cuius.
Aedes in plurali, domum profanam ſignificat.
Aeſtimare, eſt taxare, quod dicunt appreciare.
Exiſtimare, eſt iudicare. Extimare, conſiderare.
Aequalis, eſt & æquus & coëtaneus.
Aequabilis, eſt & æqualis in priori ſignificatione.
Aedilis eſt, qui ædilitatem adminiſtrat.
Aedilicius vero, qui ædilitate perfunctus eſt.
Affectus ſiue Affectio eſt in animo, quod mens nō eſt.
Mens vero ſiue ratio in animo eſt, qđ affectus non eſt.
Afficio te iniuria. i. facio tibi iniuriam.
Afficio te beneficio. i. facio tibi beneficium.
Agitur mecum præclare. i. bona conditione ſum.
Agitur mecum male. i. malo ſtatu ſum.
Actum eſt, ſemper in malam partem accipitur.
Agere gratias, eſt verbis gratitudinem oſtendere.
Habere gratiam vel gratias, eſt in animo.
Referre gratiam, eſt re ipſa beneficium diſſoluere.
Aguntur animalia a ſeſſoribus & inſtigatoribus.
Ducuntur illa, quæ ſponte ducem ſequuntur.
Trahuntur, quæ per vim & raptando portantur.
Portare eſt ferre, & ſuo corpore baiulare.
Vehi, eſt equo, naui, curru, & ſimilibus.
Agere (præter alias ſignificationes) eſt rerum immanentiū.
Facere, eſt rerum in materiam exteriorem exeuntium.
Age aduerbium cum ſingulari iungitur.
Agite, cum plurali. Agedum, cū ſingulari & plurali.
Ager modo eſt territorum vrbi circumiectum.
Ager etiam eſt locus, quem ruri colimus.
Aruum eſt, quod frumento ſeritur. ab arando.
Fundus, eſt agri pars. vt vinea, oliuetum, pratum.
Prædium, eſt poſſeſſio ruſtica, ſiue vrbana.
Campus, eſt planicies terræ ampla & grandis.
Area, eſt planicies anguſtior in agro vel vrbe.
Aliquantiſper & Pauliſper ad breue tempus pertinet
Tantiſper pro intantū poſtulet adiungi dum pro donec
Alter de duobus dicitur, aut de ſecundo loco.
Alius, de pluribus dicitur, & quandoq; pro diuerſis.
Albani, ex oppido Alba in Latio dicuntur.
Albenſes, ex oppido Alba ad Fuſcinum lacum.
Alumnus non qui alit, ſed tantum qui al[illegible]ur.
Ambitio in animo eſt eius, qui cupit honores.
Ambitus in actu eius, qui pecunijs honorem habuit.
Amor, ad omnes res pertinet. vt amor vini & vxoris.
Charitas, ad homines tantum pertinet.
Caritas, eſt penuria, quam indocti careſtiā dicunt.
Amare, eſt cum affectu & vehementiſſime.
Diligere, eſt cum ratione & remiſſius.
Adamare, eſt amatorie aliquid amare
Amicus honeſta res eſt. vnde eſt amicitia.
Amica (ſi ad vir[illegible]m referatur) inhoneſta res eſt.
Amator, qui modo amatorio amat.
An particula coniunctio eſt, per quam interrogamus.
Aut coniunctio quoq; eſt, ſed per eam non interrogamus.
Annuum tempus eſt, quod per anni ſpacium durat.
Anniuum feſtum eſt, quod ſemel in anno contingit.
Ante hac legi. i. ante hoc tempus legi.
Poſthac legam. i. poſt hoc tempus legam.
Antiqui dicuntur & ſenes & veteres.
Senes dicuntur quantum ad ipſorum vitam prudentiam.
Veteres dicuntur, q̄ alia ætate vixerunt.
Appeto, cum affectu qualiacunq; illa ſunt.
Expeto tantum honeſta, vt virtutes.

Apparare ad pompam tantum pertinet.
Præparare vero,eſt aliquid ante parare.
Apparere alicui,eſt illi miniſterium exhibere.
Apud me liber eſt,perſonam & locum ſignificat.
Penes me eſt liber,perſonam & dominium.
Argutus eſt,qui eſt acuta quadam ſolertia.
Argutus eſt ſonorus,Argutus quoq; breuis.
Armiger eſt,qui domino arma in prælio miniſtrat.
Armatus,qui armis ad pugnam inſtructus eſt.
Arcere,eſt prohibere ac vetare.vnde arx dicitur.
Abigere,eſt a loco fugare.vnde abactores & abigei.
Aſſurgere alicui,eſt in honorem illius ſurgere.
Surgere,eſt quocunq; modo ſe erigere.
Aſſentari,eſt falſo laudare vtilitatis gratia.
Adulari vero eſt inſeruire,vt honorē mereamur.
Blandiri(quanq̄ eſt tactus)ad animum transfertur.
Aſciſcere,eſt remotum aliquid capere.
Conſciſcere,ſemper ſeu e mortem deſiderat.
Deſciſcere,eſt ab imperio alterius ſe ſubtrahere.
Aſſerere,eſt affirmare,& in libertatem vindicare.
Aſſeuerare,eſt vim atq; animi motum addere.
Autem coniunctio poſtponitur huic negationi, non.
Vero poſtponitur his,neq;,tum,ſane,iam,enim,at.
Auſculto te dicimus,ſicut & audio te.
Auſculto tibi,eſt obtempero tibi.
Audiens ſum te,tantum valet,quantum audio te.
Audiens ſum tibi,non audio tibi.i.obediens ſum.
Auis eſt,quæ parit oua,penniſq; prædita eſt.
Volucris eſt,quæcunq; volat,vt apis,culex.

¶ De littera.B.

Barba(vt inquit Seruius)hominum eſt.
Barbæ vero in numero plurali quadrupedum.
Mentum vero eſt ipſa barba pilorumq; ſedes.
Benefactor eſt,qui cuipiam benefacit.
Beneficiarius,in quem beneficium collocatur.
Bene,aliquando accipitur pro valde.vt bene doctus.
Male,aliquando accipitur pro non.vt male ſanus.
Bellum,eſt totum tempus,quo in militia ſumus.
Prælium,ipſum tantum armorum certamen.
Pugna etiam citra arma fit ſolis verbis.
Beatus eſt,qui omnibus rebus ad vitā vſum abūdat.
Fœlix,qui omnium bonorum compos eſt.
Bonus,genus eſt ad vtile,iucundum,& honeſtum.
Bonitas vero idem eſt,quod benignitas.
Bractea tenuis eſt,& ſua ſponte plicatilis.
Lamina vero craſſior:vt ex qua arma fiunt.
Bucca pars illa eſt,quæ inflatur.vt in cornicine.
Mala,eſt rotundum illud,quod eſt ſupra buccam.
Gena,tum oculorum tegmen eſt,tum malam ſignificat.
Cilium,eſt ambitus genarum.vnde ſupercilium.

¶ De littera.C.

Cedo tibi,& concedo tibi,ideſt non repugno tibi.
Cedo cecidi te,ideſt percutio & occido.
Catuli ſunt ferarum,quæ fere ex raptu viuunt
Pulli vero cicurum,vt aſini,& equi,& aues.
Fœtus generalius eſt.vnde fœtificari & fœtura.
Capitale odium,quod & caput & vitam alterius petit.
Capitale vitium,propter quod peccans puniatur.
Capere,eſt ſponte vel non ſponte accipere.
Sumere,eſt vltro,& non ſponte aliorum capere.
Captare,eſt velle capere,& inſidias parare.
Candet dicit Marcellus,quod ignitum eſt.
Candet etiam,quod candidum,& album eſt.
Cauſari,eſt cauſam rei geſtæ afferre in accuſationem.
Cauſare nunquā apud idoneos inuenitur pro efficere.
Caupona,eſt taberna,vbi vinum venditur.
Caupona quoq; mulier,quæ vinum vendit.
Calūniari (dicit Martianus) eſt falſa crimina intendere.
Præuaricari(dicit vulpianus) cauſas aduerſarijs dare.
Ceruix in ſingulari,eſt poſterior colli pars.
Ceruices in plurali,pro ſuperbia ponuntur.
Collum,omnes partes in ſolidum complectitur.
Iugulus,eſt anterior colli pars:vnde iugulare.
Celebris paſſiue ponitur.vt locus & homo celebris.
Frequens,actiue & paſſiue.vt vrbs & ſenatus.
Celebs eſt,qui non duxit vxorem legitimam.
Maritus eſt,qui vxorem per leges accepit.
Certum eſt,modo accipitur pro manifeſtum eſt.
Certum eſt,pro deliberatum eſt,iungitur infinitiuo.
Cenſor eſt,qui in adminiſtratione cenſuræ eſt.
Cenſorius eſt,qui perfunctus eſt cenſura.
Circumſtare,pro eo quod eſt circūdare.
Circunſiſtere,pro eo quod eſt circumuenire.
Circiter,frequentiſſime ad numerum refertur.
Refertur quandoq; ad tempus & ad locum.
Continuo.Protinus.Statim,notum eſt quid ſint.
Quod ſi additur negatio.valet pro non ideo.
Cōmeatus in ſingulari,eſt licentia(vt ita dixerim)ad tēpus
Cōmeatus in vtroq; nūero,eſt alimēta publica & priuata.
Commendo te regi.ideſt committo te.
Commendo te apud regem.ideſt laudo te.
Commentarius eſt,in quo res nudæ ſcribuntur.
Libri ſunt,in quos autorum opera diuiduntur.
Volumen eſt minus,quam liber.
Concilio amorem dicimus:ſed non gratiam.
Inimus gratiam:ſed non inimus amorem.
Reconciliare,& in gratiam redire,idem.
Cōciliamus nouos amicos.Reconciliamus veteres.
Comitari,eſt minores maioribus comitatum præſtare.
Aſſectari,eſt comitatum alicui præſtare quocunq; modo.
Deducere,eſt aliquem de illius domo comitari.
Reducere,eſt illum vſq; in domum comitari.
Cœnaculum,eſt pars domus ſuperior ad quoſcunq; vſus.
Cœnatio,eſt locus inferior ad cœnandum.
Comes eſt,qui alterius ductum ſequitur vtcunq;.
Socius,eſt in negocijs,ſerijs rebus,& laboribus.
Sodalis,eſt in leuioribus & iocoſis & voluptuarijs.
Comis,eſt benignus,& q alijs inſeruit,q feſtiuus dicitur
Collis,eſt monticulus ſeparatus ſiue pars montis.
Iugum eſt(vt ſic dicam)ipſius montis arduitas.
Cliuus,eſt eadem arduitas calcāmens.
Promontorium,eſt mons in mare prominens.
Coxa,eſt pars ſupra femora,vertebrumq; ipſum.
Femora partem cruris exterioris ſignificant.
Femina partem interiorem molliorenq; tantum.
Copia in ſingulari,eſt facultas,& iungitur do & facio.



ALEXANDER . . . FERDINANDVS . . . VALENTINVS

Copia quoq; eſt abundantia. vt vini, olei.
Copiæ in numero plurali eſt exercitus.
Condictio, eſt denunciatio ſiue actio in pſonam.
Conditio vero fortunam dicit & ordinem.
Corpꝰ in nobis viuentibꝰ eſt, vnde corpulentus.
Caro eſt cadaueris: q̃ et pulpa d'r.
Conſolor & conſolatio verbis fit in alicuiꝰ calamitate.
Solor & ſolatiũ rebꝰ ipſis fit in alterius ægeſtate.
Solamen magis eſt poeticũ, quam oratorium.
Corporeũ, eſt exiſtens in materia corporea. vt lapis.
Corporale, eſt exiſtens ex materia corporea. vt domus.
Complodere, eſt manus inuicem illiſas collidere.
Explodere, eſt cũ ſonitu e manibꝰ eijcere.
Supplodere, eſt pedem terræ incutere.
Cordi eſt mihi ire aliquo. i. placet mihi ire.
In animo eſt mihi ire aliquo. i. conſtituo ire.
Compertũ eſt, & exploratũ eſt mihi. i. ſcio.
Conſtitutũ, & deliberatũ eſt mihi. i. decreui.
Conſulo te. i. conſiliũ peto. vnde conſultor.
Conſulo tibi. i. conſiliũ do. a quo eſt conſultus.
Conuenit mihi. i. decens & cõueniens eſt mihi.
Cõuenit inter nos. i. cõtrouerſia nõ ẽ ĩter nos.
Conflaui æs alienũ. i. factus ſum debitor.
Diſſolui æs alienũ. i. qđ contraxi ſolui.
Conſternere, ad corpꝰ tantũ pertinet.
Conſternari, ad animũ, cũ mens turbata eſt.
Conſul eſt: q in adminiſtratiõe cõſulatus eſt.
Conſularis: q iam pfunctus eſt conſulatu.
Crimen modo p delicto, modo p criminatione.
Flagitiũ, pprie eſt ĩ libidine: q̃ſi flagris dignũ.
Crudus eſt, qui ægre difficulterq; conquoquit.
Crudus etiam eſt: qui tenet aſpectũ trucem.
Crudũ etiã eſt vulnꝰ, q̃ eſt recens & ſanguinolentum.
Crudum etiam d'r, non coctũ & immaturum.
Crepitus, eſt ſonitus violentus ex aeris impulſu.
Crepitus, eſt etiam ventris ventꝰ excluſus. i. peditum.
Strepitus, fit ex corporũ & vocũ colliſione.
Fremitus, eſt ſtrepitus vehementior.
Stridor, eſt acrior, & quaſi ſibilans colliſio.
Confero me ad Catonem, non in Catonem, ideſt eo.
Confero beneficia in Catonem, non ad Catonem. i. do.
Cum primũ, cõiunctio eſt. vt cũ primũ veneris, dabo librũ.
Quamprimũ, aduerbiũ eſt p cito. vt quamprimum dabo.
Cumani, dñr a cumis oppido Campaniæ.
Comenſes, a Como oppido Galliæ Ciſalpinæ.
Culpa medici perit: qui moriturus non erat.
Defectu medici perit. cui medicus non affuit.
Cum prepoſitio, nunq̃ iungitur rei notanti inſtrumentum.
Cum cõiunctio, ſi refertur ad tum, rei minori iungitur.
Tum vero rei maiori, vt cum pecunias, tum vitam.
Tum & tum inter æqualia. vt tum pecunias. tum libros.
Coloriæ veſtes ſunt, quæ natiuo ſunt colore.
Verſicoloriæ, quæ natiu[illegible] colorem mutarũt.

¶ De littera. D.

Debellare, eſt bello vincere, & bello capere.
Expugnare, eſt pugnãdo vincere, et capere.
Propugnare, eſt pugnãdo vincere, et defendere.
Impugnare & oppugnare, eſt impugnando laceſſere.

Decus, eſt honorificentia ex rebus preclare geſtis.
Decor, eſt pulchritudo ex decentia rerum & perſonarũ.
Deſipio & Deſipiſco, eſt aliquid a ſenſu deficio.
Reſipiſco, eſt ad meliorem mentẽ redeo.
Deſcendo de monte. ideſt de alto ad imum.
Deſcendo in certamẽ. i. de tuto in periculoſum.
Deuenimꝰ in planũ, in vallem, a loco altiori.
Deuenimꝰ in paupertatẽ. i. a maiori fortuna.
Deſpicio inferiores me, loco & fortuna.
Suſpicio ſuperiores. ideſt admiror vel aſpicio.
Deſpicere, eſt circumſpicere, & pvidere.
Deligere, ẽ magis idoneũ ad res gerẽdas cernere.
Eligere vero eſt ex multis ad noſtrã vtilitatẽ.
Cooptare, eſt eligere inter collegas & pares.
Declamator eſt, qui ſtudet apud rhetorem.
Orator eſt, qui veras cauſas in iudicio agit.
Defunctꝰ officio ẽ: q ſuo officio eſt pfunctus.
Defunctus quoq; vita. qui vitam finiuit.
Deturbare, eſt violenter & deorſum deijcere.
Exturbare, eſt eodẽ modo & loco deijcere.
Diſturbare, eſt diſſipãdo, diruẽdoq; deijcere.
Deprecor ſupplicium. ideſt deteſtor & execror.
Deprecor veniã. ideſt precibꝰ veniã precor.
Imprecor, ẽ alicui malũ et infortuniũ precor.
Decuriones ſunt: q denis eqtibꝰ ex nobilioribus.
Centuriones, q centũ ex inferioribꝰ preſunt.
Depectus, dicit Vulpianus, qui turpiter pactus.
Pactus eſt: qui quomodocunq; pepegit.
Decedere, ẽ ex officio abire: vnde d'r deceſſor.
Succedere, ẽ in officiũ ire. vnde d'r ſucceſſor.
Decedere vita: eſt officio vitæ excedere.
Depoſitor eſt, qui depoſitũ alicuiꝰ fidei credit.
Depoſitarius vero, cui depoſitum creditur.
Diſcere eſt: vt aliquid intelligas, qđ ignoras.
Ediſcere vero eſt, vt memoria complectaris.
Dediſcere eſt: q̃ didiceris, obliuiſci.
Dicere pprie eſt oratorum, & eleganter loqui.
Dictitare, eſt freq̃nti loco & tpe dicere.
Dictare, eſt alio verba excipiente, vt ſcribat, dicere.
Docere diſcipulos, notum eſt quid ſignificet.
Dedocere eſt, qđ aliter docuit, falſum oñdere.
Dico ſententiã in ſenatum, quaſi conſiliarius.
Fero ſententiã in foro, quaſi pretor ſiue iudex.
Dicere leges, eſt ad eos, qui bello ſuperati ſunt.
Ferre leges, eſt ad ſuos: vnde legum latores.
Dies p certo die, generis eſt maſculini.
Dies p tempore, fœmininum, & caret plurali.
Domus qñ facit domi, locum ſignificat.
Domus cũ facit domꝰ: edificiũ & familiam.
Do litteras tabellario, ad aliquem perferendas.
Do litteras ad amicũ: vt eas legat.
Dono te corona, eſt premij & honoris gratia.
Dono tibi coronam, notũ eſt quid ſignificet.
Do tibi fidẽ. i. perſancte tibi iuro & polliceor.
Habeo tibi fidem, hoc eſt credo tibi.
Dudum & iamdudum, de breui tpe d'r.
Nuper. pridem. & iampridem, de longiore
Diu & longiu, eſt per longum tempus.

¶ De littera.E.

EPulæ, ſunt cibi miniſterio hominum comparati.
Epulum, ſunt cibi ſolēniores & conuiuiũ publicũ.
Edicere.eſt magiſtratuũ regũq;. vnde edictum prætoris.
Indicere.eſt denunciare.vt indico bellum hoſtibus.
Elogium, eſt teſtificatio laudis vel infamiæ.
En,nōīatiuo et accuſatiuo iũgitur.vt en priamꝰ, en capellas
Apud oratores exprobrando cum nōīatiuo.vt en homo.
Ecce,apud Vergilium ſemper de re improuiſa.
E republica,ideſt pro republica & vtilitate reipublicæ.
E regione domus meæ.pro ex oppoſito domus.
Ex tempore dixit.pro ex improuiſo dixit.
Ergo & igitur breuioribus adhibetur concluſionibus.
Quare.quapropter.quamobrem.maioribus.
Etſi.quanquam.in principijs poſcunt indicatiuum.
Quamuis.licet.tametſi in alijs locis ſubiunctiuum.
Euētus.iuſſus.permiſſus in ſingulari quartæ declinationis.
Euenta,iuſſa.permiſſa in plurali ſecundæ declinationis.
Excubiæ,tam diurnæ,quam nocturnæ dicuntur,
Vigiliæ, ſunt tantũmodo nocturnæ diuiſæ in quattuor.
Exemplum eſt,quod ſequimur,aut vitamus.
Exemplar,ex quo ſimile aliquid facimus.
Exiſtit,quod eminet,& exurgit cum motu.
Extat.quod eminet,& ſuperſtat ſine motu.
Exprobare,eſt immemorem beneficij culpare.
Imputare,eſt citra reprehenſionem id facere.
Eſſe præſens verbi infinitiui eſt. Fore futuri.
Eodem modo differunt. adeſſe. Adfore.prodeſſe.Profore.

¶ De littera.F.

FAcio te certiorem:non facio certum,neq; ago.
Facio rem gratam.rem diuinã.damnum non ago.
Facies,magis ad corpus pertinet,vt facies longa,
Vultus,ad animum refertur.vt vultus triſtis.
Factio,eſt diuiſio ciuium in diuerſaꝰ ſtudia.
Seditio,cum populo diſcorde res agitur.
Fama græce,ideſt,quod rumor latine.Sed.
Rumor eſt tantum de re,quæ recens eſt & ſine autore,
Fama vero etiã de antiqua ẽt: & de alicuius celebritate,
Fatuus,eſt inſipiens,tractum a ſapore ciborum.
Stolidus,qui proxime ad naturam pecorum accedit.
Stultus eſt,qui improuidens eſt,& imprudens.
Facile ſcribit,ꝓ eo quod eſt leuiter ſcribit.& nõ laborioſe.
Facile princeps,oratorum eſt.i.non dubie princeps.
Fero auxilium,do auxilium,recte dicitur vtrumq;.
Do opem,non dicitur:ſed fero opem.vnde Opitulor.
Feſtus dies recte dicitur,& non feſtiuus.vnde feſtum.
Feſtiuus homo,ideſt iucundus.vnde feſtiuitas.
Ferus homo,qui animum ferinum [illegible]et.
Ferox homo,qui animoſus eſt ad [illegible]tandum.
Feſſus,eſt fatigatus,ſiue animo,ſiue corpore.
Defeſſus & fatigatus.qui amplius fatigari non poteſt.
Ficus fici,vel ficus,pro fructu & arbore.gñis eſt fœminini.
Ficus fici genere maſculino,pro morbo accipitur.
Filius.Pater.Mater magis ab oratoribus dicitur.
Gnatus.Genitor.Genitrix magis ſunt poetarum.
Fingere dicitur.qui formas ducit ex luto,& dicitur plaſtes.
Effingere,qui ad alterius formam aliquid fingit.
Flere,eſt lachrymas effundere in dolore.
Gemere,eſt præ anguſtia in ſonum erumpere,
Plorare,eſt voce flebili dolorem ſuum apperire.
Plangere,eſt percuſſione membrorum ſe affligere.
Eiulare,eſt alta voce flere,quod eſt mulierum.
Vociferari,eſt nõ mõ dolorẽ.ſed indignationẽ oſtẽdere
Lamentari,eſt oratione triſti cladem teſtari.
Fœlix eſt,qui proſperitatem recipit,vt homo fœlix.
Proſperum eſt,quod fœlicitatem affert,vt ſydus.
Fœlix etiam aliquando ab effectu dicitur,
Fœnero tibi dicitur,ſicut mutuo tibi,& promitto tibi.
Fœneror abs te,ſicut mutuor ab te,& ſtipulor abs te.
Fœnus,eſt prouentus ex ipſo ſolo,quod eſt naturale.
Fœnus,quod eſt vſura,a priori ſignificato defluxit.
Vectigal,ex omni prædio eſt,vel publicũ,vel priuatum.
Frux eſt,quicquid ex terræ fructu in cibum vertimus,
Seges eſt,ex qua conficitur panis non demeſſa.
Seges etiam,eſt terra ſementi excipiendæ ſubacta.
Frondes, ſunt tantum arborum.
Folia,ſunt etiam aliarum rerum.vt florum, herbarum.
Frui,eſt potiri aliqua re propter ſeipſam.
Fungi,eſt officium munuſq; agere.
Potior cum hoc nomine res,genitiuo plurali iungitur.
Potior alias cum ablatiuo,& ſignificat obtinere.

¶ De littera.G.

GEſtus,eſt actio quædam & corporis pronunciatio.
Geſtio,eſt adminiſtratio quædam,& actio.
Gēmæ,ſunt lapilli oēs precioſi, præter margaritam.
Margarita eſt,quæ in concha naſcitur.
Vnio vero eſt,quum magnitudinẽ ſolitam excedit.
Gratus,eſt in aduerſis.Iucundus, in proſperis.
Iucundus,non eſt letus:ſed leticiam affert.
Gratulari alicui ẽ,verba teſtari ſe gaudere de illiꝰ fœlicitate
Gratari idem niſi quod magis eſt poeticũ,quã oratoriũ.
Gratificari,eſt beneficium minori conferre.
Gratum facere,eſt maioribus inſeruire.
Graue eſt,quod ſuapte natura eſt ponderoſum.
Grauem etiam virum,per tranſlationem dicimus,
Gremium,eſt intra complexum feminum in fœminis.
Sinus,eſt intra pectoris brachiorumq; complexum:
Sinus,etiam eſt veſtis fluxus,& littorum curuitas.

¶ De littera.H.

HAbeo rationem ſalutis,ideſt habeo reſpectum.
Conſtat ratio, ideſt rationem legitimam eſſe oſtẽdo.
Habeo orationem dicimus,non facio orationem.
Facio ſermonem dicimus,non habeo ſermonem.
Hei,ſemper iungitur datiuo,vt hei mihi qualis erat.
Heu accuſatiuo,& nominatiuo nonnunquam.
Væ,ſemper datiuo iungitur.vt væ tibi cauſidice.
Hiſtrio eſt,qui perſonatus fabulas in ſcena agit.
Mimus,qui quouis in loco geſticulationes exercet.
Hiare,eſt aliquid ſua ſponte vel externa vi.
Hiſcere,eſt tantum oris,& quidem humani.
Hortus,eſt vbi ſunt olera,quibus veſcimur.
Horti ſunt arboribus conſiti voluptatis gratia.
Hoſpes eſt,qui in aliena ciuitate eſt.
Peregrinus eſt,qui in propria ciuitate non eſt.
Hic,ad primã perſonã,vel ad res primæ perſonæ pertinet.
Iſte,ad ſecundam perſonam,vel ad res ſecundæ perſonæ.

Ille,ad tertiam perſonam:vel a res tertiæ perſonæ.
Eodem modo differunt aduerbia ab eis tracta.

De littera.I.

IAm,notum eſt quid ſignificet.vt iam venit.
Vſurpatur quoq; pro tunc.vt ſi ſedet.iam non ſtat.
Interdico tibi aqua & igni,non aquam & ignem.
Interdicitur tibi a me aqua & igni,&
Interdicitur tibi a me aqua & ignis.
Incumbo ſtudijs,vel in ſtudia.vel ad ſtudia.
Incumbo remis.non in remos,vel ad remos.
Intercedit mihi tecum amor,idest,eſt amor inter nos.
Interceſſerunt tribuni,hoc eſt ſe oppoſuerunt.
Inſtituta,ſunt boni mores ratione ſumpti.
Inſtitutiones,ſunt præceptiones,quibus docemur.
Indulgentia,eſt mollis & delicata educatio.
Venia etiam,quandoq; indulgentiam ſignificat.
Infidus eſt,cui non eſt fidendum.a fido fidis.
Perfidus eſt,qui fidem violat.a fides fidei.
Infenſus,eſt vehementer iratus,& odium gerens.
Infeſtus,vehementer moleſtus,& nocens.
In diem viuo tantū,ideſt diei præſentis rationem habeo.
Indies ſeneſco.ideſt cotidie magis efficior ſenex.
Inhibemus rem inceptam.vt tela inhibere latini.
Prohibemus ante rem inceptā.vt hoſpitio prohibemur.
Inuertere,eſt rem aliquam in contrarium vertere.
Peruertere,eſt rem aliquam in malum vertere.
In manu mea eſt negocium,ideſt in poteſtate mea eſt.
In manibus eſt liber,ideſt inter manus meas.
Ingredior forum,ideſt intro in forum.
Ingredior,ideſt ambulo.vt ſi ſtas,ingredere.
Interrogamus cauſa aliquid intelligendi.
Percontamur vero gratia argumentandi.
Sciſcitamur(vt vox indicat)ſciendi gratia.
Introduco te.ideſt interioribus claudo.
Intercludo te.ideſt iter tuum claudo & impedio.
Incedere,eſt ambulare cum faſtu & pompa.
Ambulare,ſimpliciter pedibus ingredi.
Impendere,eſt quaſi ſupra caput in ruinam imminere.
Impendere penultima breui,eſt quaſi dare.
Perpendere,eſt exacte ponderare,& examinare.
Appendere,eſt ſuſpendere,& ad lancem ponderare.
Inter cœnandum venit,ideſt dum eſſem in cœna,
Inter agendum dormio.ideſt dum ſum in actione.
Impono tibi onus.ideſt iniungo tibi onus.
Impono tibi.ideſt decipio te,vnde impoſtores dicti.
Inficiari & infitias ire,ideſt negare.ſic dicitur,vt
Opem ferre & ſuppetias ferre.pro auxiliari.
Indoles.in pueris eſt ſignum futuræ virtutis.
Indoles etiam in malum accipitur,ſed raro.
Iocus & iocari proprie ad verba tantum pertinent
Ludus & ludere,ad facta.vt ludere pila.
Iter facere eſt,quod imperiti d⁻unt itinerare.
Viam facere eſt,vbi via non erat,aperire.
Munire viam,eſt reficere,& repurgare
Iter habere,eſt iter aliquem eſſe facturum.

De littera.L.

LAbare aliquid,eſt ruere,& repente cadere.
Labi vero eſt leuiter,ſenſimq; deſcendere.
Laceſſo,prouoco,quod eſt in certamen vocare:plerumq; in
bonum,nonnunquam in malum accipitur.
Latebræ hominum proprie dicuntur.
Latibula ſunt ferrarum:ſed quandoq; confunduntur.
Legere litteras,legere libros.notum eſt quid ſignificet.
Perlegere litteras,eſt vſq; ad finem legere.
Eodem modo differunt vigilare,& peruigilare.
Negare & pernegare.agere & peragere,& ſimilia.
Leges ſunt aut principis,aut populi alicuius liberi.
Rogationes dicebantur:quia populus rogabatur.
Leuo & alleuo,eſt moleſtiam laboremq; extenuo.
Subleuo,eſt auxilium defenſionemq; præſto.
Littera in ſingulari,eſt vnum elementum.vt.a.b.
Litteræ in plurali,eſt epiſtola,quæ mittitur.
Libertus eſt,qui de ſeruo liber factus eſt,ſemperq; habet re-
lationem ad eum,cuius eſt libertus.vt libertus Cæſaris.
Libertinus idem ſignificat:niſi quod eſt abſolutum.
Libertas aliquando in bonum,& in malum accipitur.
Licentia vero eſt,cum quis libertate abutitur.
Libri ſunt,in quos autorum opera diuiduntur.
Volumina vero minora ſunt,quam libri.
Ludicrum ſubſtantiue,eſt quodcunq; luſorium opus.vnde
Ludicrus.cra.crum.non(vt dicit Priſcianus)ludicre.
Lucus,eſt ſilua cædua deo vel homini conſecrata.
Saltus,ſilua vbi pecudes hyemare,aut æſtiuare ſolent.
Nemora,voluptatis cauſa conſtant arte,ſiue natura.
Silua eſt,vbicunq; ſunt arbores cæduæ,vel incæduæ.
Lues,eſt morbus in homines ſæuiēs,& in pecora & agros.
Peſtis,eſt peſtilentia,quæ aut cito occidit,aut cito abit.
Lubricus,locus eſt,in quo nequeas inſiſtere.
Lubrica eſt anguilla,quæ non poteſt retineri facile.
Lubrica ætas,in qua(qui ſunt)facile labuntur.
Luce & tenebris,p die ac nocte accipimus:ſed prima luce.
& primis tenebris,eſt principio diei & principio noctis.
Prima die P ima nocte,reſpectu ſecundæ dicitur.
Reperitur luci pro luce:veſperi pro veſpere:& ruri pro
rure:carthagini p carthagine.Sed Seruius vult,hæc no
mina vrbium propria debere poni in datiuo.

De littera.M.

MAle de te ſentio,exiſtimo.iudico.non errorem ſen-
tientis:ſed eius (de quo ſentimus vitium) deſignat.
Male audio,eſt malam famam habeo.i.infamor.
Magni,parui.tāti.quāti,in genitiuo ſolū iunguntur cū illis
verbis intereſt & refert.vt magni intereſt.parui refert.
Cætera in nominatiuo vel aduerbialiter,vt plurimū intereſt:
ſex pronomia in ablatiuo.mea.tua.ſua,noſtra.veſtra.cuia.
Malleolus,eſt in modū mallei roſtra habēs aptus plātationi.
Sarmentum,eſt arbuſtum,quod igni reſeruatur.
Palmes,eſt cum in ea frondes vuaſq; habet.
Marinum eſt,quod in mari eſt,vt piſcis marinus.
Maritimū eſt,quod iuxta mare eſt,vt vrbs maritima.
Trās marinū eſt,qđ trās mare eſt.vt bellū trās marinū.
Meditari præter eā ſignificationem,quā habet in propria.
eſt etiam ad aliquid ſe exercere.vt ad paleſtram.
Memoria teneo,recte dicitur:non memoriter teneo.
Memoriter recito.memoriter pronuncio,non memoria.
Memoria & memoriter complector,repeto,recolo.
Memini pro recordor genitiuo & accuſatiuo iungitur.

Memini, ꝑ mentionem facio gtõ & ablō cum de.
Meſſis, tū ipſa meſſio eſt: tū ſeges iam matura.
Sementis, eſt ſatio: ſiue (vt ita dicā) ſeminatio.
Semen eſt, qđ in terram ſubactam iacitur.
Seminariū, ē locꝰ, vbi plātæ ad trāſplātandū ſeruntur
Merere, eſt mercede opari, & in militia exerceri. vnde meritoria taberna. quo ſine mercede nō eſt aditꝰ. & meritorius puer, qui mercede ꝓſtat libidini.
Meritoria puella nō dr. ſed meretrix, quia meret.
Mereor de te bene, ideſt beneficium in te confero.
Mereor de te male, ideſt mala in te contuli.
Demereor amicos .i. bñficij illos obnoxios facio.
Emereor, vnde eſt emeritus: a labore ceſſare.
Miniſterium in ſingulari, eſt miniſtri opera.
Miniſteria in plurali, ꝓ miniſtris accipiuntur: eodē modo differunt ſeruitium & ſeruitia.
Mille in ſingulari ſubſtantiuū eſt, vt Cicero mille hominū verſabatur. & mille nummū expenſum.
Milia vero in plurali ab eo qđ eſt mille.
Mille in plurali adiectiuū eſt. vt mille viri.
Mollis homo in vituperationem dr .i. effœminatꝰ.
Molle opꝰ in laudem .i. pulchre fabrefactum.
Moratus ille dr, q bonis moribus eſt præditus.
Morigeratus, ē obſeqns, & obediēs, a verbo morigeror.
Moroſus, qui eſt difficilis & ꝑuerſis moribus.
Moror te, & maneo te ꝓ expecto te: ſed poetice.
Moror te .i. detineo te, magis oratorium eſt.
Maneo ꝓ eo qđ futurū eſt. vt qs te mãet exitꝰ.
Munimēta, ſūt munitiōes caſtrorū. vt vallū, foſſa.
Monumēta, ſūt ſepulchra. ſtatuæ. tituli. literæ.
Murus, eſt ambitus vrbis, aut etiam caſtrorum.
Paries, ē ābitꝰ ille domorū: quo tecta fulciūtur.
Mœnia, & murū ſignificat, et vrbis ædificia.
Mulier ea dr, q corrupta ē, virgo q integra. patitur tñ vtrumq; aliqñ exceptionem.
Munus, teſte Paulo, dr qđ dono mittitur.
Alio modo munus eſt onus, vñ immunitas dr.
Munꝰ prætrea eſt officiū: vt militare munꝰ.

De littera N.

Natalis et natale ſubſtātiue, eſt dies natalicꝰ. Natales vero in plurali, ſanguinis condicionem ſignificat.
Ne dicā ſubſtātiuo precedēte, vult poſt ſe a ctūm: vt Cicero. crudelis caſtor. ne dicā ſceleratū & impium.
Secus aūt ſeqnte ſubſtātiuo. vt ſi dicamꝰ, crudelis. ne dicā ſceleratꝰ & impius caſtor.
Necatus, generalem habet ſignificationem.
Nectus, non dr ſine certo genere mortis.
Nedū vno mō vtimur, cū vtrāq; ſentētiā vno claudimꝰ verbo: vt funderē ꝓ te ſanguinē, nedū pecuniā. Altero, quū ſuū vtriq; ſentētiæ verbū damꝰ: vt funderem ꝓ te ſanguinē, nedū pecuniam crederem. ſed affirmādo, qđ eſt maioris momēti, preponimꝰ: negādo vero cōtra, qđ ē maius, poſtponimus.
Næ cū diphtōgo, ꝓ valde vel certe accipitur.
Ne ꝓducte accepta, ꝓ non. Ne correpte, ꝓ an.
Niſi, quoties pōitur ī pricipio, idicatiuū poſtulat.
Alias vero, etiā ſubiunctiuo iungi poteſt.
Nihil ad caſaris eqtatū .i. nihil ad cōpatiōnē caſaris equatus Terē. nihil ad noſtram .i. ad cōparationē huius noſtræ.
Non me fallit: non me præterit. non me fugit. non me cæpit. eſt non ignoro, teſte Quintiliano.
Naualis (inquit Paulus) eſt terra ꝓſciſſa anno ceſſans.
Ager reſtibilis, inquit Varro, qđ reſtituitur.
Nunc aduerbium, tēpus inſtans ſignificat.
Nunc, etiam ſine tpis ſignificatione vſurpatur. Cicero plura euenirēt, ſi ad getē integri iremus. nūc vero omniſti cibo & vino cōfuſa & ꝑturbata cernimus.
Nutare, eſt male ſoliditatæ molis ruinā minari.
Titubare, eſt pedibus non valētis inſiſtere.
Vacillare, eſt alterno motu inconſtantē eſſe.
Nūciꝰ eſt, q nūciat: nō q nūciatur. Quod eni dicit Seruꝰ nūciū eſſe, qđ nūciatur. nō eſt verum.

De littera O.

O Vcātō & actō iungi pōt. vt o me miſerū. o te fœlicē. Aliqñ ſupprimitur: ſed in re leuiori. vt hoīem indoctū, qui hæc ignoret.
Obſeruo .i. cuſtodio, a quo verbo eſt obſeruatio.
Obſeruo .i. colo et veneror, a quo ē obſeruātia.
Obeo legationē .i. exequor munꝰ & officium legationis. Sic obeo mortē, exequor officiū mortis. & obeo non addēdo mortē, ſicut oppeto mortē, & oppeto, defūctꝰ vita. & defunctꝰ.
Obuio tibi, & obuiꝰ tibi fio. obuiū me tibi fero.
Obuius tibi ſum. obuiā tibi ꝓceſſi: idē ſignificāt.
Obſes eſt, qui traditur impīo alterius, quaſi pignus.
Vas eſt, qui eſt ſponſor alterius in capitis ꝑiculo.
Fideiuſſor eſt: qui ſpondet in cauſis leuioribus.
Ocium, eſt uacatio a labore, cuius cōtrarium eſt negocium.
Ocium quoq; ꝓ ſtudio litterario accipitur.
Occupare, eſt locū tenere, & vi capere: & etiam
Occupare, ante cape. quod dicunt præoccupare.
Odor, notum eſt quid ſignificet in vtroq; nūero.
Odores in plurali numero, ſunt odoramēta.
Officium, eſt virtutis actio ꝓ loco & tpe.
Officium, eſt bñficium, & obſequiū in amicos.
Officiū, quoq; ē magiſtratuū & aliarū rerū.
Officina eſt, vbi opa fiunt. vñ ſunt opifices.
Taberna eſt, vbi opa vēduntur. vñ tabernarij.
Opa (vt dicit Vulpianus) eſt diurnum officium.
Opus, eſt finis fructuſq; opæ, vt opus Ouidij.
Opæ preciū, eſt fructuoſum, & ad rē ꝑtinēs.
Orare, eſt verbis aliquam rem petere.
Exorare, eſt orādo & precibꝰ aliqd impetrare.
Oriūdus a roma .i. cuiꝰ maiores fuerunt romani.
Ortus Romæ .i. qui in vrbe roma natus eſt.
Ordo, eſt digeſtio, & ſuo cuiuſq; rei loco diſpoſitio.
Series, eſt rerum quædam continua progreſſio.
Orphanus eſt, qui caret patre, præſidioq; paterno.
Pupillus eſt, qui caret patre: ſed tātiſper dum eſt in ea ætate, cui dari conſueuerunt tutores ꝑ leges.
Orbus eſt, qui aliqua re chara priuatus eſt. vt filijs.

De litter P.

Paraſitus eſt, qui vētris gratia nihil recuſat ferre. & omnia loquitur ad voluntatē inuitantis eum.
Scurra eſt, qui riſum ab audiētibus captat ſine differentia.
Paſtio, eſt ipſa paſcēdi actio: quæ ad pecudes ꝑtinet.
Paſtus, homini competit. & potius ad animum pertinet.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

Pabulũ, ẽ cibꝰ pecorꝝ, q̃ ſine ſemine ẽ, vt palea.
Eſca, & hoĩm eſt: & qđ captãdis piſcibus ſubditur.
Paſci, pecudũ eſt: & cõſtruitur cũ actõ.
Veſci, hoĩm eſt: construiturq́; cum ablto:
Partior, idem eſt, qđ partes facio, & diſtribuo.
Partio, raro reperitur: ſed impertio freq̃nter.
Pacificatus ſum, ideſt pacem feci.
Pacatus ſum, in pace ſum. vel ab armis receſſi.
Placatꝰ ſum, ab indignatiõe ad lenitatẽ redij.
Parem eſſe, idẽ eſt, qđ ſufficere alicui operi.
Pare eſſe, idẽ eſt, qđ eſſe cõueniens & decens.
Paria facere eſt, q̃ alibi omiſſum eſt, cõpẽſare.
Patres (inq̃t Paulꝰ) vſq; ad tritauos ꝑpriedici.
Qui ſup tritauos ſũt, maiores debere appellari.
Minores (dicit Seruiꝰ) nuncupari, quoties deficit nomen impoſteris: ſed potius dicendũ eſt eſſe maiores, qui nos præceſſerũt.
Minores vero, qui ſequũtur.
Penu cõtinent, q̃ ad victũ priuatũ pertinent.
Penariũ, eſt locꝰ (teſte Varrõe) vbi penu repõit.
Commeatꝰ đr, q ad victũ publicũ pertinet.
Pecꝰ ſignificat omne animal, qđ ſub homine ex pabulo terræ paſcitur. Significat etiam multitudinem pecudũ.
Pergameni ab oppido Aſiæ, qđ eſt Pergamus.
Bergomẽſes, a bergamo galliæ ciſalpinæ oppido
Per, in cõpoſitiõe cũ noĩe poſitiuo iũgitur.
Quã vero, ſuplatiuo: Vt ꝑdoctꝰ, quã doctiſſimꝰ
Perquã vero poſitiuo. vt perquã doctꝰ homo.
Quã, ꝓ quantũ, ſemꝑ poſitiuo adiũgitur.
Per, aliq̃n in malũ accipit. vt periurꝰ. perfidꝰ.
Aliq̃n accipit quaſi ꝑ mediũ. vt ꝑſpicuus.
Præ, idem ſignificat: ſed cũ alijs dictionibꝰ iũgit: quã per, vt præclarꝰ, prædulcis, prædiues. nõ ꝑclarus. &c.
Perinde, vult poſt ſe acſi. vel atq;. vt fac perinde acſi tua res eſſet. vel atq; tua res eſſet.
Proinde, idem eſt, qđ ideo, vel ideoq;.
Subinde, accipitur ꝓ inde, ſtatim, vel identidẽ.
Petere, in bonũ & in malũ accipitur.
Poſco, eſt ꝓprie rem debitã & honeſtã peto.
Poſtulo, eſt quodãmodo regro. vt res poſtulat.
Expoſtulo, eſt cũ q̃rela amici officiũ deſidero.
Flagito, eſt vehementer & importune poſtulo.
Perſequor, in bonã partẽ & in malã accipitur.
Proſequor, abltõ iungit. vt ꝓſequor te oculis.
Peculiũ, eſt q̃cq́d labore noſtro comparatur.
Peculatꝰ, ẽ furtũ rerꝝ & ad rẽ publicã ꝑtinẽtiũ.
Sacrilegiũ, eſt furtũ rerũ ſacrarũ.
Pellex eſt, q̃ cũ eo cui eſt vxor, miſcetur.
Pallaca, eſt cõcubina eiꝰ, q nõ habet vxorem.
Pluit, caret ſuppoſito, & cõſtruitur cũ abltõ.
Ningit. Tonat. Serenat ẽ. ſilla vtrũq; reſpuũt.
Plura, plꝰ eſſe duo. & eſt nomẽ comparatiuum.
Cõplura, duo eſſe nõ plꝰ. & nõ eſt cõparatiuũ.
Pleriq;, nõ maximã ꝑtẽ ſignificat, ſꝫ nõnulli.
Porro, licet eiuſdẽ ſignificationis ſit cũ vero et aũt. hec ſemꝑ poſtponũtur: illũ põt & præponi.

Põdo (teſte Phoca) ſingl'ari nũero caret. dicimus tñ duo, tria põdo, nõ bina terna pondo.
Potior cũ hoc noĩe res in plurali, gtõ iũgitur. cũ alijs vero noĩbꝰ freq̃ntius abltõ copulatur.
Potus vini, aquæ, lactis. & ſimiliũ recte dicitur.
Potio datur ægrotãti, qã græce pharmacũ đr.
Põpa, eſt ſpectaculũ in ꝓſpis rebus & aduerſis.
Spectaculũ vero ẽ, qđ ſpectat, et ipſa ſpectatio.
Locus etiã vnde ſpectamꝰ, ſpectaculũ đr.
Proteruus, ꝓcax, & petulãs aliud alio magis increſcit tã in factis quã in dictis, ſignificantq́; quãdã laſciuiã, libidineq́; & impudentiam.
Præſens, nõ mõ qđ eſt huiꝰ tpis: ſed alterius. vt Horatius, præſens in tempus omittat.
Præſens quoq;, ſubditꝰ & nõ dilatatꝰ in tẽpꝰ: vñ præſentiſſimũ piculũ. & præſentaneũ remediũ.
Præeſſe, ẽ rei adminiſtrãdæ præpoſitũ eſſe. ab hoc fit præſes. qđ a verbi ſignificatiõe receſſit.
Præſidere, eſt ad opẽ præſtandã præeſſe, a quo fit præſes: ſicut a deſideo deſes, a reſideo reſes.
Præſidiũ, eſt præcipuũ auxilium.
Subſidiũ eſt, qđ in auxiliũ ſuccedit.
Præſtare, præter eã ſignificationẽ, quã præſefert: ſignificat etiã ꝓhibere ne alicui fiat incõmodũ.
Pridie & poſtridie gtõ ſeruiũt & actõ. vt pridie nonarũ decẽbriũ: & pridie nonas decẽbres.
Procul, apđ quoſdã autores actõ ſeruit. vt Curtius ꝓcul vrbem. &c.
Prius vocaui te, ad tempus referri debet.
Prior vocaui te: ad ꝑſonã potius refertur. Eſtq́; inter duo, ſicut primꝰ inter plura, vt ego prior quãtũ veni domũ: & ego primꝰ oĩm veni.
Eadẽ ratio ẽ de poſterior, poſteriꝰ: et poſtremꝰ.
Præmefero, eſt dicto vel facto, qualẽ opinionẽ habeã, quaſi ipſa frõte cõfiteri: in eadẽ ſignificatione ſunt præmeduco. præmegero.
Priſca ſunt, q̃ prioribus ſeculis fuerunt.
Priſtina, q̃ fuerũt prioribus annis.
Probrũ, idem eſt qđ dedecus & ignominia.
Opprobriũ, eſt aliq̃n facto: ſed freq̃ntiꝰ dicto.
Pulſare, eſt graui & vehementi ictu cædere.
Verberare, ẽ cædere inſtrumẽto lõgo et exili.
Præuaricatores ſũt, q cauſam aduerſarijs donãt.
Tergiuerſatores, q̃ ĩ totũ ab excuſatiõe deſiſtũt.

De littera. Q.

Quando & q̃ncuidẽ idẽ eſt, qđ quoniã.
Quatenus, idẽ ſignificabat Quintilianiſ ſeculo. Cicero tñ quatenus ꝓ inquantũ vtitur.
Queſtus in plurali: ꝓ querella a queror q̃reris.
Queſtꝰ etiã in ſingulari, ſignificat lucrũ nũmariũ, deriuaturq́; a verbo quæro quæris.
Quidem, vno modo accipitur ad deſtinguendum res, qđ græci ninũ faciũt. vt alius quidẽ bonus, alius vero non. altero modo per exceptionem illius qđ affirmes. vt Quintilianꝰ. ceꝛ bis qđẽ filijs: ſed fatebitur mater. Tertio modo ponit cõpletiue nõ ſequente eiꝰ aduerſatiua.

Quin modo, p quinctiã, ſiue atq; etiã accipitur.
Quin p nõ, deſiderat ſubiũctiuũ. vt qn adeas.
Quin p cur nõ, ſemp iterrogat p indicatiuũ.
Quid ſubſtantiuum eſt. vt quid negocij eſt tibi?
Quod adiectiuum. vt qđ negocium eſt tibi?
Quiſq; cum ſuplatiuo cõſtruitur. vt optimus quiſq;.
Cunctꝰ & oĩs, poſitiuo iũgũ. vt cũcti ſapiẽtes. oẽs docti.
At vero omnis comparatiuo additur.
Quæ vero ſuplatiuo carẽt, etiam cum quiſq; iunguntur.
Quotuſquiſq; ſemp interrogatiue accipitur.

¶ De littera. R.

RHegini ex oppido Calabriæ Rhegio dñr.
Rhegiẽſes, ex rhegio Galliæ ciſalpinæ oppido.
Retulit Pompeius ad ſenatũ. i. in cõſultationem poſuit.
Refero tibi bñficium. i. confiteor me accepiſſe bñficium.
Rixa, vt dixit Vulpianus, poteſt eſſe inter duos.
Turba uero in multitudine & cœtu hominum tantum.

De littera. S.

SAluber cibus, ſaluber aer, eſt ſanitatem conferens.
Sanus homo. ſanum caput, eſt ſanitatẽ hñs.
Satiare, ad oẽs ſenſus ptinet, atq; etiã ad animum.
Saturare, ad vnum guſtum ptinet tantum.
Salio, vnde ſaltus deducitur, eſt ſaltum facere.
Salto, vnde ſaltatio fit, eſt tripudium facere.
Scilicet, & videlicet idẽ ſignificare videtur, qđ certe, ſed p amaritudinẽ quandam cum deriſu mixtam.
Recẽtiores vtuntur expoſitiue his particulis.
Sciẽs feci, i. cum faciebam ſciui me facere. Ignorãs feci. i. cum ignorabam ſciui me ignorare. Sciẽter feci, ignoranter feci. i. cum ſciẽtia vel cum ignorantia feci.
Secundũ particula, notũ eſt quid ſignificet. Scđm, præterea accipitur p iuxta, & poſt. Scđm, etiam p eo qđ eſt p. vt ſcđm me iudicatum eſt. i. p me ſententia eſt lata.
Senecta & Senectus, vtraq; eſt ſenilis ætas.
Iuuẽtus, nõ modo ætas, ſed multitudo iuuenũ eſt.
Sin, p ſi, nunq̃ in prima parte colocatur, ſed in ſcđa, cũ præceſſit ſi, igitur exponẽdum eſt ſin. p ſed ſi.
Syncerꝰ (vt dicit Donatꝰ) eſt ſine cæra. vt mel ſimplex.
Sed potius dicẽdũ eſt ſyncerꝰ. i. integer & incorruptus. quaſi cum cæra & nulla parte fraudatum, hoc eſt diminutum.
Situs (dicit Priſcianus) eſt negligẽtia: ſed potius eſt ſordes illa & illuuies domus diu non repurgatæ.
Solus & vnus inter oĩa adiectiua, q̃ nõ ſunt ſuplatiua gtõ plurali iunguntur. vt ſolus oĩm, vnus cunctorum.
Stare, eſt non ire in ijs, q̃ ſunt ſine pedibus. vt nauis.
Stant q̃ recta ſunt, q̃diu non cadunt. vt ſtat turris.
Stant q̃dam, ſi nõ eunt, cum ire poſſint. vt equus. homo.
Sedere in hominibus. notum eſt, quomodo fit.
Sidere, eſt peſſum ire, deorſumq; deſcẽdere.
Sto, verbum abſolutum eſt, ſiſto actiuum. vt Vergilius.
Siſte gradum. vtrumq; habet ſupinum ſtatum.
Stellæ (inquit Macrobius) ſunt ſingulares, vt erraticæ.
Sydera, conſtant multarum compoſitione, vt aries.
Aſtrum, eſt ſignum ex ſtellis coactum, qđ nos dicimꝰ ſydus, q̃ differẽtia nõ obſeruatur ſemp.
Sup, contiguitatẽ ſignificat. vt ſedeo ſup lapidẽ.
Supra ſpacij interpoſitionẽ. vt nubes pendẽt ſupra nos.
Suffragia, ſunt voces, q̃ dantur in electione.
Vnde ſuffragari, p auxiliari plerũq; inuenitur.

De littera. T.

TAntũ abeſt, poſt ſe habet vt, aut ſemel, vt Cicero tãtum abeſt ab officio: vt nihil officio poſſit magis eſſe cõtrarium. aut bis vt. Idem, tantum abeſt, vt aliquam bonam gratiam quæſiſſe videar. vt multas etiam ſimultates ſubeundas intelligam.
Tanti & quãti & ab eis cõpoſita tãtidẽ & quãtilibet, quãticũq;. totidẽ, pluris. & minoris, iũgũtur his verbis emo. vendo. veneo. mercor. cõparo. æſtimo. taxo. liceor. addico: diſtraho. metior, cõduco. loco. fœnero. paciſcor. paggo. condẽno, poſtulo, & ſimilibus verbis.
Tenus, ſemp poſtponitur, atq; in ſingulari cũ abltõ tãtũ, In plurali etiam cum gtõ, vt Verg. crurum tenus a mento palearia pendent.
Thebani a thebis, q̃ eſt vrbs in bœotia inſignis.
Thebæus a thebe vrbe antiquiſſima in ægypto.
Timeo te. i. tanq̃ inimicum metuo te.
Timeo tibi, Metuo tibi, tanq̃ amico.
Traijcio exercitũ, i. trãs mare. trãs mõtes. trãs flumẽ duco.
Traijcio mare. i. tranſeo mare.
Tricliniũ, a toris, mẽſis vel triplicibus appellatũ eſt. Aula eſt græce. quam latine atrium appellant.
Tollo, aliqñ p capio. vt tolle librum.
Tollo, aliqñ p educo accipi ſolet. vt ſuſtuli filium.

De littera. V.

VAlde, poſitiuo & verbo iungitur: ſed nõ longe, vt valde doctus. valde legit. non longe doctus. longe legit. nec valde ditior. valde ditiſſimus.
Venio in ſuſpicionẽ, ſemp accipitur paſſiue. vt veni in obliuionẽ. veni in vituperationẽ etiam paſſiue.
Veni in opinionẽ, actiue & paſſiue ſolet accipi.
Vector, vnũ ex verbalibus in. or. paſſionem ſignificat. id eſt eum qui vehitur. aliqñ qui vehit.
Venale, ſignificat rem vẽditioni expoſitam.
Vendibile: quod cito vendi poteſt.
Vendico (vt ſic dicam) eſt approprio, & meum eſſe dico.
Vindico, eſt vlciſcor. aliqñ ab iniuria defendo.
Ventitare, eſt freq̃ter venire ad locum.
Aduẽtare, eſt pximum eſſe vt veniat.
Verſicoloria dñr, quæ natiuum colorẽ mutant.
Coloria, quæ colorẽ hñt natiuum.
Vicus, vrbis eſt pars. Vicus paganus muris caret.
Caſtellum eſt, qđ muris cinctum eſt vndiq;.
Oppidum, eſt omnis vrbs, præter Romam.
Victus appellatiõe, cõtinẽtur homini neceſſaria ad vitam.
Penus eſt omne, quo homines veſcuntur.
Vltro citroq;, ad dicta & facta referuntur.
Vſurpare, eſt vti tum dicto tum facto. i. vſum capere.
Vt. pro vtpote, ſiue quippe ſequenti relatiuo. Quintilianus non damno, vt qui dixerim ... in oĩbus vtilitatis aliqd.

¶ Finis.

# DE NOMINIBVS NVMERALIBVS.

## ¶ EIVSDEM ANTONII NEBRISSENSIS.

### De nominibus numeralibus.

NIhileſt in hac vita mortali magis neceſſariũ cognitu, & qđ minus a noſtri ſeculi hominibus ſciatur: quã tri alia, in quibus ſator rerum idemq; mundi arbiter omnia diſpoſuit. Omnia (inquit) in menſura numero & pondere diſpoſuiſti. Omitto nunc pondus & mẽſuram, ſine quibus multæ artes, atq; in primis medicamentaria, immo neq; ipſa hominum ſocietas, quã ciuitatem appellamus, cõſtare poteſt: breuis namq; ijs de rebus tradituri ſumus certam rationem ætati noſtræ (quãtũ ego exiſtimo) incognitam: venio ad numeros in quos pondera ipſa & menſuræ referuntur, quotuſquiſq; nouit latine numeros ſuis proprijs vocabulis appellare, poſteaquam a primis illis infantilibus, etiã notis, diſceſſerunt? Refert Ariſtoteles in problematis, eſſe quaſdã nationes adeo immanes & barbaras: vt neſciant computare vltra numerum quaternarium, quid ſi ego monſtrauero eos, qui vulgo habentur ſapientes, neſcire quomodo latine dicant. Tres letras tuyas recebi en vn dia: y cada quatro dias recibo dos, que de alos frayles que andan empareiados de dos en dos cada quatro hueuos. Et hoc intra numeros illos notos, quid ſi trãgrediamur denarium? quid ſi centenarium? quid ſi millenarium? quid ſi millionem? Sed cum mihi ſemper fuerit in animo pro virili Hiſpanis meis opem ferre, in ijs potiſſimũ, qb⁹ maiorẽ in modũ op⁹ eſt: libuit hoc ĩ loco diſponere in prima ſerie noĩa numeralia: atq; e regione ſecundo in loco nomina ex nũeralibus diuidua ſiue diſtributiua: tertio noĩa ordinalia, quarto aduerbia numeralia. Secutiq; ſumus in hac parte, tum vſum doctiſſimorum: tum rationem: tum etiã proportionem. Poſuimus vero numeros explicitos vſq; ad triginta. cæteros vero collegimus in decuplationes tantum. ex quibus & ſimplis poſſum⁹ componere medios, quemadmodum fecimus a viginti in triginta. Prohibuimus autem vicies bis & vicies ter & ſimilia, qđ certos autores ſecuti in cõmentationibus noſtris, dici poſſe putabam⁹. propterea quod vicies bis potius quadragies. & vicies ter ſexagies deſignant, & alia adhuc modum. Præterea vltra centum non poſſumus dicere centies bis. ſicut dicimus centum duo, & centeni bini & centeſimus ſecundus: propterea, quod centies bis potius ſignificat ducenties, & centies ter, trecenties, & ſimiliter deinceps. Itaq; rationem ſecuti potius dicendum eſſe crediderim centies & bis: centies & ter, aut bis ſupra centies & ter ſuapra centies. &c.

¶ Aduertẽdum tamen antiquiores poſt centum millia, potius conſueuiſſe dicere bis centum millia. ter centum millia. quater centum millia quam ducẽta, trecenta, quadraginta millia. Et pro eo, quod nos dicimus vn cuento. decies centũ millia. dos cuentos. vicies centum millia. & deinceps eodem modo.

¶ Illud quoq; eſt animaduertendum, quod interroganti quot paſcit ſeruos, quot poſſidet agri iugera: reſpondendum eſt pro nomina numeralia puta decem. centum. Interroganti vero quot dentes hñt homines, reſpondendum eſt per noĩa diuidua ſiue diſtributiua: puta cranteres binos. caninos quaternos. primores octonos. molares vicenos. Nam ſi diceres ſimpliciter, q̃ homĩnes habent duos, aut quattuor, aut octo, aut viginti dentes. non dixiſti quod uolebas. Interroganti vero per quotus. a. um. reſpondendum eſt per nomina ordinalia: vt quotus ſedet in eccleſia cãtor ab epiſcopo, reſpondendum eſt tertius, aut quartus, aut quotam partẽm habẽt clerici ex frugibus, reſpondendum eſt decimam. ideſt vnam aliquam ex decem.

¶ Sunt & aliæ denominatiões a nominibus numeralibus, quæ dicũtur multiplicia, vt duplus, tripus, quadruplus, quincuplus, ſexcuplus, ſeptuplus, octuplus, nonuplus, decuplus, quattuordecuplus, quindecuplus, ſexdecuplus. centuplus.

¶ Cetera vero multiplicia cum non habeant propria nomina, per quæ poſſint deſignari: circũloquimur ea per numeralia & ablatiuum huius nominis tantus. a. um. vt ſi dixeris, qui ſurripuerit ſimplum, luat viginti tanto, aut mille tanto, aut mille quingenta tanto. Et eodem modo de multiplicibus illis, quæ ſignificãt plicaturam. vt duplex, triplex, quadruplex, quincuplex ſexcuplex, ſeptẽplex, octuplex, nouuplex, decuplex, vndecuplex, duodecuplex, tredecuplex, quattuordecuplex, quindecuplex, ſexdecuplex. centuplex. vt Horatius, contra quẽ duplici panno patientia velat. Triplices quoq; & quincuplices tabellas apud Martialem legimus: & apud Ouidium. Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis aiax. vbi non poſſis dicere duplus, triplus quadruplus. quincuplus. ſextuplus. Nam quod Perſius dicit: rem duplica, fecitã triplex. & Iuuc. qui triplicem vſuram præſtare paratus: manifeſtum eſt, pro triplo poſuiſſe.

¶ Sunt & alia diuerſarum ſignificationum nomina a numeralibus compoſita & deriuata, quæ vltra certos nũeros nõ procedunt. vt biduo, triduo, quatriduo: ſed non dicimus quinquiduo, ſexiduo. &c.

¶ Biennio. triennio, quadriennio. quinquennio: ſexennio. ſeptennio. decennio. centennio: ſed non dicimus, octennio, nouennio, ducentennio, &c.

¶ Nudius tertiu. nudius quart⁹. & Plaut. nudius quĩtus. nudius ſextus. & Cicero. nudius tertius decim⁹. cætera exẽplo carẽt.

¶ Bimus. a. ũ. trimus. a. um. quadrim⁹. a. um. & denoĩatiua ab illis bimat⁹. us. trimat⁹. us. quadrimat⁹. us. cætera nõ leguntur.

¶ Et aduerbia bifariam, trifariã, quadrifariã. omnifariã. multifariã. plurifariã, ſed nõ dicimus quinquefariã, ſexifariã. &c.

¶ Sunt & alia nomina numeralia numerorum triplicatiua, quæ non repeeriuntur niſi a certis numeris hæc fere. binio. onis. p eo qđ eſt bis duo bis, hoc ẽ octo. ternio. onis, pro ter, tria ter, hoc eſt ſeptẽ & viginti, quaternio. onis, p quater quattuor quater, hoc eſt quattuor & ſexaginta. quinio. onis, pro quinquies quinq; quinquies, hoc eſt centum viginti quinq;. &c. eodẽ modo poſſent ex proportione formari, ſed non legi, niſi hæc ſuperiora, & quod ſuſpicor millionem dictum, quem vulgus Hiſpane appellat millon, hoc eſt milies mille millies.

¶ Sunt quoq; alia nomina a diuiduis deriuata, quæ ſignificant illum numerum, ad quem pertinent habere, vt ſingularius, vel ſingularis, quod vnum continet. binarius quod duo, ternarius, quod tria, quaternarius, quod quattuor, quinarius quod

*quinq;.ſenarius quod ſex.ſeptenarius quod ſeptem.octonarius quod octo. nouenarius quod nouem.denarius quod decem. vndenarius quod vndecim.duodenarius quod duodecim. tredenarius quod tredecim.quaterdenarius quod quattuordecim. quindenarius quod quindecim.vicenarius quod viginti,tricenarius quod triginta.quadragenarius quod quadraginta.quinquagenarius quod quinquaginta.ſexagenarius quod ſexaginta,ſeptuagenarius qđ ſeptuaginta.octogenarius quod octoginta.nonagenarius quod nonaginta.centenarius quod centum,millenarius quod mille.vt numerus binarius continet duo:ſexagenarius ſenex;qui habet.ideſt vixit annos ſexaginta.*

*¶ Suntpraeterea quaedam ab ordinalibus denominata,quae ſignificant ad illum ordinem pertinere,aut eſſe ex illo ordine,vt ſecundanus miles,qui eſt ex ſecunda legione.octumanus ex octaua.decumanus ex decima. & decumana porta incaſtris. & es decumanum apud Lucilium. & decumanum frumentum.quod ex decimis ſoluitur.*

*¶ Tertiana quoq; febris quae die tertio cõtingit, & quartana quae quarto.Et ab his rurſus denominatiua,vt tertianarius, quartanarius,& alia eodem modo.*

# DE NOMIBVS NVMERALIBVS.

| Numeralia. | Diuidua. | Ordinalia. | Aduerbia. |
|---|---|---|---|
| Vnus vna vnum. | Singuli.lae.la. | Primus.a.um. | Semel. |
| Duo duae duo. | Bini.nae.na. | Secundus.a.dum. | Bis. |
| Tres & tria. | Terni.nae.na. | Tertius.a.um. | Ter. |
| Quattuor. | Quaterni.nae.na. | Quartus.ta.tum. | Quater. |
| Quinq;. | Quini.nae.na. | Quintus.ta.tum. | Quinquies. |
| Sex. | Seni.nae.na. | Sextus.ta.tum. | Sexies. |
| Septem. | Septeni.nae.na. | Septimus.a.um. | Septies. |
| Octo. | Octoni.nae.na. | Octauus.a.um. | Octies. |
| Nouem. | Noueni.nae.na. | Nonus nona nonum. | Nouies. |
| Decem. | Deni.nae.na. | Decimus decima decimũ. | Decies. |
| Vndecim. | Vndeni.nae.vndena. | Vndecimus.a.um. | Vndecies. |
| Duodecim. | Duodeni.nae.na. | Duodecimus.a.um. | Duodecies. |
| Tredecim. | Tredeni tredenae tredena. | Tredecimus.a.um. | Tredecies. |
| Quattuordecim. | Quattuordeni.nae.na. | Quartus decimus.a.um. | Quattuordecies. |
| Quindecim. | Quindeni.nae.na. | Quintus decimus. | Quindecies. |
| Sedecim. | Sedeni.nae.na. | Sextus decimus. | Sedecies. |
| Septindecim. | Septindeni.ae.a. | Septimus decimus. | Septindecies |
| Decem & octo. | Octoni & deni. | Octauus decimus. | Octies & decies. |
| Duodeuiginti. | Duodeuiceni. | Duodeuiceſimus. | Duodeuicies. |
| Decem & nouem. | Noueni & deni. | Nonus decimus. | Nouies & decies. |
| Vndeuiginti. | Vndeuiceni.nae.na. | Vndeuiceſimus | Vndeuicies. |
| Viginti. | Viceni.nae.na. | Viceſimus. | Vicies. |
| Viginti vnus,vel | Viceni ſinguli. | Viceſimus primus. | Vicies ſemel. |
| Vnus & viginti. | Singuli & viceni. | Primus & viceſimus. | Semel & vicies. |
| Viginti duo. | Viceni bini.nae.na. | Viceſimus ſecundus. | Vicies bis non dicitur. |
| Duo & viginti. | Bini & viceni. | Secundus & viceſimus. | Bis & vicies dicitur. |
| Viginti tres. | Viceni terni vel | Viceſimus tertius. | Vicies ter non dicitur |
| Tres & viginti. | Terni & viceni. | Tertius & viceſimus. | Ter & vicies dicitur |
| Viginti quattuor. | Viceni quaterni vel | Viceſimus quartus. | Vicies quater non dicitur. |
| Quattuor & viginti. | Quaterni & viceni. | Quartus & viceſimus. | Quater & vicies dicitur. |
| Viginti quinq;. | Viceni quini vel | Viceſimus quintus. | Vicies quinquies nõ dicitur. |
| Quinq; & viginti. | Quini & viceni. | Quintus & viceſimus. | Quinquies & vicies dicitur. |
| Viginti ſex. | Viceni ſeni vel | Viceſimus ſextus. | Vicies ſexies non dicitur. |
| Sex & viginti. | Seni & viceni. | Sextus & viceſimus. | Sexies & vicies dicitur. |
| Viginti ſeptem. | Viceni ſepteni vel | Viceſimus ſeptimus. | Vicies ſepties non dicitur. |
| Septem & viginti. | Septeni & viceni. | Septimus & viceſimus. | Septies & vicies dicitur. |
| Viginti octo. | Viceni octoni vel | Viceſimus octauus. | Vicies & octies non dicitur. |
| Octo & viginti. | Octoni & viceni vel | Octauus & viceſimus. | Octies & vicies dicitur. |
| Duo de triginta. | Duodetriceni. | Duodetriceſimus. | Duodetricies dicitur. |
| Viginti nouem. | Viceni noueni vel | Viceſimus nonus. | Vicies nouies non dicitur. |

# DE NOMINIBVS NVMERALIBVS.

| Numeralia. | Diuidua. | Ordinalia. | Aduerbia. |
|---|---|---|---|
| Nouem & viginti. | Vndetriceni. | Nonus & viceſimus | Nouies & vicies dicitur. |
| Vndetriginta | Triceni.næ na. | Vndetriceſimus. | Vndetricies dicitur |
| Triginta.&c.ſimiliter | Quadrageni.nę.na. | Triceſimus. | Tricies. |
| Quadraginta | Quinquageni.næ.na. | Quadrageſimus. | Quadragies. |
| Quinquaginta | Sexageni.nę. na. | Quinquageſimus. | Quinquagies. |
| Sexaginta. | Septuageni.næ.na. | Sexageſimus. | Sexagies. |
| Septuaginta | Octogeni. næ.na. | Septuageſimus. | Septuagies |
| Octoginta. | Nonageni.næ.na. | Octogeſimus. | Octogies. |
| Nonaginta. | Centeni.næ.na. | Nonageſimus. | Nonagies |
| Centum. | Centeni ſinguli. | Centeſimus.a.um. | Centies. |
| Centum vnus. | Singuli ſupra centenos. | Centeſimus primus | Centies & ſemel. |
| Vnus ſupra centū | Centeni bini. | Primus ſupra centeſimū. | Semel & centies |
| Centum duo. | Bini ſupra cētenos | Centeſimus ſecundus | Centies & bis. |
| Duo ſupra centū. | Centeni terni. | Secūdus ſupra cēteſimū. | Bis & centies |
| Centum tria. | Terni ſupra centenos. | Centeſimus tertius. | Centies & ter. |
| Tria ſupra centūm.&c. | Ducēteni vel duceni. | Tertius ſupra centeſimū. | Ter & centies. |
| Ducenti.tę.ta.vel | Bis centeni. | Ducenteſim⁹. vel | Ducenties vel |
| Bis centum. | Trecenteni vel treceni. | Bis centeſimus | Bis centies |
| Trecēti.tę.ta.vel | Tercenteni. | Trecenteſimus.vel | Trecenties vel |
| Tercentum. | Quadringēteni vel.geni. | Tercenteſimus. | Tercenties |
| Quadringenti.tę.ta.vel | Quatercenteni. | Quadringēteſimus vel | Quadringēties vel |
| Quater centum. | Quingenteni vel qngeni. | Quatercenteſimus. | Quatercenties. |
| Quingēti.tę.ta.vł | Quinquies centeni. | Quingenteſimus vel | Quingenties vel |
| Quinquies centū | Sexcenteni vel ſexceni. | Quinquies centeſimus. | Quinquies cēties. |
| Sexcenti.tę.ta. vel | Sexies centeni. | Sexcenteſimus vel | Sexcenties vel |
| Sexies centum. | Septingenteni vel .geni. | Sexies centeſimus. | Sexcies centies. |
| Septingēti.tę.ta.vł | Septies centeni. | Septingenteſimus vel | Septingenties vel |
| Septies centum. | Octingenteni vel.geni. | Septies centeſimus. | Septies centies. |
| Octingēti.tę.ta.vł | Octies centeni. | Octingenteſimus vel | Octingenties vel |
| Octies centum. | Nongenteni vel nongeni. | Octies centeſimus. | Octies centies. |
| Nongenti.tę.ta.vł | Nouies centeni. | Nongenteſimus vel | Nongenties vel. |
| Nouies centum. | Milleni.næ.na.vel | Nouies centeſimus. | Nouies centies. |
| Mille adiectiuū.vł | Singuli milleni. | Milleſimus. | Millies. |
| Vnum mille. | Singuli milleni. | Milleſimus. | Millies. |
| Duo mille.vel | Bini milleni.vel | Bis milleſimus. | Bis millies. |
| Duo milia. | Bis milleni. | Bis milleſimus. | Bis millies |
| Tria mille vel | Ter milleni.vel | Ter milleſimus. | Ter millies. |
| Tria milia.&c. | Terni milleni. | Ter milleſimus. | Ter millies. |
| Decem mille.vel | Deni milleni | Decies milleſimus. | Decies millies. |
| Decem milia. | Decies milleni. | Decies milleſimus. | Decies millies. |
| Viginti mille. vel | Viceni milleni. | Vicies milleſimus. | Vicies millies. |
| Viginti milia. | Vicies milleni. | Vicies milleſimus. | Vicies millies. |
| Triginta mille.vel | Triceni milleni. | Tricies milleſimus | Tricies millies. |
| Triginta milia. | Tricies milleni. | Tricies milleſimus. | Tricies millies. |
| Quadraginta mille. vel | Quadrageni milleni. | Quadragies milleſimus. | Quadragies millies. |
| Quadraginta milia. | Quadragies milleni. | Quadragies milleſimus. | Quadragies millies. |
| Quinquaginta mille.vel | Quinquageni milleni. | Quinquagies milleſimus | Quinquagies millies. |
| Quinquaginta milia. | Quinquagies milleni. | Quinquagies milleſimus. | Quinquagies millies. |
| Sexaginta mille.vel | Sexageni milleni. | Sexagies milleſimus. | Sexagies millies. |
| Sexaginta milia. | Sexagies milleni. | Sexagies milleſimus. | Sexagies millies. |
| Septuaginta mille. vel | Septuageni milleni. | Septuagies milleſimus. | Septuagies millies. |
| Septuaginta milia. | Septuagies milleni. | Septuagies milleſimus. | Septuagies millies. |
| Octoginta mille.vel | Octogeni milleni. | Octogies milleſimus. | Octogies millies. |
| Octoginta milia. | Octogies milleni. | Octogies milleſimus. | Octogies millies. |
| Nonaginta mille. vel | Nonageni milleni. | Nonagies milleſimus. | Nonagies millies. |
| Nonaginta milia. | Nonagies milleni. | Nonagies milleſimus. | Nonagies millies. |
| Centum mille vel. milia. | Centeni vel.ēs.milleni. | Centies milleſimus. | Centies millies. |

# DE PVNCTIS CLAVSVLARVM.

QVemadmodum in ſermonis ductu neceſſe eſt fieri quaſdam ſilentij diſtinctiones: tum vt auditor intelligat clauſularum diuerſitatem: tum etiam vt is qui loquitur captato ſpiritu maiori acrimonia pronunciet: idem quoq; faciamus oportet in ſcripto: vt per quædam ſigna confuſionem illam diſtinguamus, Eſtq; illud in primis animaduertendũ duas tantum eſſe notas: quibus eruditi omnem contextus ambiguitatem illam diſtingunt: dicente Hieronymo in prologo Eſaiæ: ſed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri: vt p colla ſcribantur & commata. Nam qui, quas appellant periodos, uirgulas, & parentheſes addiderunt: nullos habent autores: cum econtrario ſacræ ſcripturæ libri colo & commate cõtenti ſint, Eſt igitur comma: quod per duo puncta deſignatur: quoties orationis tractus eo peruenit, vbi oratio cũ verbo aut aliquo vim verbi obtinente finitur: ſed tamen aliam quandam orationem ſibi adiungi deſiderat, vt conuertente domino captiuitatem ſyon: vel cum conuerteret dominus captiuitatem ſyon. Comma autem dicit̃ a copto verbo Græco quod eſt incido. vnde latine poteſt appellari inciſio: quoniam ſuo loco inciditur oratio. Colum cuius nota punctus eſt: ponitur vbi clauſula finitur, atq; quieſcit: vt cum conuerteret dominus captiuitatem ſyon: facti ſumus ſicut conſolati. Sunt quædam loca in quibus neſcias an oratio quæ ſequitur: ex ſuperiori dependeat. vt Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis. hoc loco comma colum potuit eſſe. Colũ quoq; ponimus inter ſingulas partes orationis: quæ per articulum aut diſſolutum ſine coniunctione annectuntur, vt Grammaticus. Rhetor. Geometres. pictor. Aliptes. Non tamẽ diſſimulauerim oportunam eſſe notam interrogationis in fine clauſularum, quas interrogatiue aut interrogatione admiratiue proferimus. vt hic pietatis honos: ſic nos in ſceptra reponis? Prætermittere vero nullo modo poſſum: quod video Q uintiliano exactiſſimo harũ rerum iudici placuiſſe: vt quoties dictio eſſet ambigua, vel ſignificatione, vel declinatione, vel mutatione in aliam partem orationis: ambiguitas illa ſuper impoſito apice tolleretur. eſto exempli gratia óccidit ſi habet apicem in prima ſyllaba: ſignificat in ea eſſe accentum prædominantem: ſequentemq; eſſe breuem: proferriq; accẽtu graui: valetq; tunc óccido. i. pereo. quod ſi ſuper ſecundam ponatur apex: ſignificat ſyllabam illam eſſe longam, in eaq; proferri accentum prædominantem. vt occído, valetq; pro eo, quod interficio.

## DE ORDINE PARTIVM ORATIONIS.

CVM ESSEM COTIDIANO PROPE CONVICIO REQVISITUS, tum ab amicis: tum etiam ab alienoribus, vt ſcriberem aliquid de conſtructione quam ipſi appellant, ego vero ordinem potius partium orationis dixerim, non potui negocium recuſare, quod tantopere efflagitabatur. Oratio vero a Grammaticis non ea lege ordinatur qua iuniores putant, vt nominatiuꝰ ſemper p̃cedat & verbum ſequatur, &c. Sed ita ordinanda eſt, vt (quod eſt inuolutum) explicetur, ita vt ex diſpoſitiõe partium, ſenſus lectionis poſſit percipi, & an ex orationis ſerie aliqua dictio ſit ocioſa & ab oratione ſoluta. Non tamen fuiſſe illum ordinem apud antiquos, quem iſti nunc deſiderant. licet videre apud autores, qui plaerumq; deſcendunt ad ordinem lectionis, vt Donatus in Barbariſmo cum de Syncheſi, Hiperbaton ſpecie differeret, citans illud Vergilij in primo æneidos. tris Notus abreptas in ſaxa latentia torquet. Saxa vocant itali medijs quæ in fluctibus aras. Ordo (inquit) eſt. Tris naues abreptas notus torquet in ſaxa, quæ ſaxa in medijs fluctibus latentia, itali vocant aras. En tibi accuſatiuum præpoſitũ, non modo verbo ſed etiam verbi ſuppoſito, & in medijs fluctibus, hoc eſt, ablatiuum cum præpoſitione præpoſitum participio, & in hunc modum alia. Sed vt his morem geramus, huiuſ ordinem ſequi poterunt.

Igitur poſita ante oculos clauſula, principio verbum contemplabimur. deinde verbi ſuppoſitum, conſeq̃nter caſus, cum quibus verbum conſtruitur. Ordinamus vero ſic, Si fuerit vocatiuus, ab eo faciemus initium. Q uod ſi non fuerit, á nominatiuo incipiemus. Deinde verbum ſequitur, cui adiungitur aduerbium, nam aduerbium quod verbum determinat, aut participium, aut nomen, continuo poſt illas particulas poni debet, quemadmodum præpoſitio ante ſuum caſualem, & coniunctio ante illud, quod ſuperioribus adnectit. Q uod ſi duo verba aut plura fuerint in eadem clauſula, á principali verbo, hoc eſt, quod facit orationem quieſcere, incipiendum erit. vt liber quem emiſti, erat meus. verbum principale eſt erat. Tunc apponemus datiuum aut accuſatiuum, vt commodius erit, tandem caſum, qui præpoſitionibus adiungitur, ſiue effectiuum ponemus. Adiectiuum quoq; poſt ſubſtantiuum, & relatiuum poſt antecedentem, & genitiuum, poſt dictionem á qua regitur, ordinabimus. Præponuntur quoq; particulæ interrogatiuæ, vt quis. nuquid, & negatiuæ. vt nemo, & vocatiuæ, vt. o. heus, & exhortatiuæ & optatiuæ.

# RELECTIO DE D·E ACCENTV.

## AELII ANTONII NEBRISSENSIS GRAMMATICI.ET

Rhetoris relectio noua de accentu latino aut latinitate donato. quā habuit Salmanticæ, iij.Idus Iunias.Anno. M.D.XIII.

ET SI OMNES DISCIPLINAE QVAE ACTIONE aliqua ſiue contemplatione terminantur:maxima ex parte circa res difficiles;ambiguas;incertaſqꝫ verſentur:tamē propenſiori quodammodo id cotidie in re litteraria experimur. Atqꝫ vt omittamus illa;quæ ſunt nobis inſpirata diuinitus;quibus nihil certius eſſe poteſt:quid eſt;quod humana diligentia poſſit aſſequi:niſi hallucinans;& quaſi per noctis vmbras aliquid explorans?Iam illa;quæ primum certitudinis gradum obtinere dicitur metheſeos doctrina : tantis hodie tenebris inuoluta eſt:vt pauca illius veſtigia extent.Nam de phyſicis quota pars rerum eſt inuenta;quas natura in ſinu maieſtatis ſuæ repoſuit? Excutiamus nunc artes illas,quarum finis eſt actio.atqꝫ ciuilem imprimis; quæ intra ſe oīa illa complectitur. quibus humana ſocietas conſtat. Accipe;quid de illa philoſophorum maximus dicat.Iuſta(inquit)& honeſta de quibus ciuilis conſiderat; tantam varietatem & diſcrepātiam in ſe habent : vt lege dumtaxat ; & conſuetudine;non autem natura conſtare videantur. Medicina quoqꝫ ſiue ſit illa methodicá;ſiue clinica;ſiue empirica;nihil eſt incertius,cum pro loci,pro temporis,pro ætatis;pro medicamentorum ratione labet; atqꝫ ſubinde nouitatibus vita mutetur.Nolo nunc cōmemorare aliarū artium inconſtantiā;venio ad grammaticē;cui ratio dicendi coniuncta eſt;quæ cū ſit ex diuerſorū temporū autoribus;aut ex contemporaneis diſcrepantibus collecta.nihil ꝓpemodū certi ac definiti de ea tradi poteſt.Quare illud vnicum tante ambiguitatis remediū eſt nobis reliquū;vt optimi cuiuſqꝫ autoritati innitamur.Qui ſint autē optimi;aut qui aliis p̄ſtantes:alibi eſt a nobis copioſius diſputatum.Sed cū ſint alia cōplura,quę longa deſuetudine interciderunt;illud imprimis eſt;ꝙ in ꝓferendis verborū ſyllabis a plæriſqꝫ omnibus peccatur;tū in extenſionis quantitate;tū in acumine & grauitate. Nam cū inter alias ſyllabæ accidentias duæ potiſſimū ſint neceſſariæ;extenſionis quantitas;& ſublatio;atqꝫ depoſitio; nemo eſt hodie;qui ſyllabas ſua temporis duratione proferat:hoc eſt,breuē vno tempore;longam duobus;etiā ſi artis p̄cepta calleat;quę de hac ratione traduntur.Quid? quod neqꝫ ſatis cōpertum eſt a grāmaticis de quibuſdā longæ ne;an breues ſint. Nam quis hodie ſcit;qua tēporis duratione ꝓferatur inclytus:qua inſanus in prima ſyllaba? Quia ſi dicis;ꝙ breui;quia per naturam ſemper breuiatur;etiam ſi poſitione ſit longa;quo modo nunqꝫ in carmine reperitꝰ breuis;niſi cum vocalis ſequitur.vt inanis;iners? Aut ſi longa eſt natura ſequenti conſonante;quo modo Cicero de orato.ad Brutū dicit ꝙ inclytus breuiat & inſanus producit? Verba illius ſunt. Inclytus dicimus breui prima;inſanus producta;inſipiēs;inhumanus breui;infœlix longa.Itaqꝫ iam ſyllabarum quantitas ad nullos alios vſus eſt neceſſaria ; qꝫ ad examinanda carmina & accentus rationē.ad extenſionē contractionēqꝫ nihil prorſus;cū indifferenter longis pro breuibus,& breuibus pro longis vtamur.Sed cū in arte mea de accentu latino regulas proponerē; cur cū longe lateqꝫ paterent,in anguſtias quaſdā coarctauit? Aut qd mihi venit in mentē,vt cū Quintilianus libro primo inſtitutionū oratoriarū latini accentus regulas ſimpliciter & ſine vlla exceptione traderet,ego illas in arctū quendam locū augens artis difficultatem contraxerim? hoc eſt in nigrū candida vertere, in tenebras ſplendore conſpicua. Apud nos,inquit ille.accentus latini ratio breuiſſima eſt.Namqꝫ in omni voce acuta intra numerū trium ſyllabarum continetur,ſiue hæ ſint in verbo ſolæ,ſiue vltimæ;& in his aut proxima extremæ:aut a fine tertia. Trium porro de quibus loquimur media longa aut acuta erit,aut flexa, eodē loco breuis vtiqꝫ tertiā acuet.Eſt autē in omni voce vtiqꝫ acuta,ſed nunꝗ plus vna.neqꝫ vnꝗ vltima,ideoqꝫ in diſſyllabis prior acuta.Præterea nunꝗ in eadē flexa & acuta:quia eadē flexa ex acuta. vtiqꝫ neutra claudet vocē latinā.Ea vero,quæ ſunt ſyllabæ vnius:erunt acuta aut flexa:ne ſit aliqua vox ſine acut.. Quid apertius dici potuit:aut quid ſimplicius? Atqꝫ vt eandem p̄ceptionem nobis inculcaret:eidem ſæpe;ſed aliis verbis repetit.Eſt;inquit;in omni voce acuta ſyllaba,neqꝫ vnꝗ vltima,ideoqꝫ in diſſyllabis prior.Et ſubditqꝫ neqꝫ flexa,neqꝫ acuta claudet vocem latinam, quia ( vt dixit ) accentus acutus in penultima aut in antepenultima;circūflexus in vltima aut in proxima a fine ſemper collocari debet.Idē quoqꝫ autor libro eiuſdem operis duode»

cimo vbi oratorem officio inſtruit:moribuſq; informat,accentus(inquit)cum rigore quodã;ta-
men ſimilitudine ipſa minus ſuaues habem⁹:quod vltima ſyllaba,neq; acuta vnq̃ excitatur, nec
flexa circũducitur:ſed in grauẽ,vel in duas graues cadit ſemp. Vides,quẽadmodũ per abnegatio
nẽ vtrobiq; interponit decretum irritans;cum dicit neq; vnq̃ vltima:& vtiq; neutra claudit vo
cem latinã,ſed in grauem vel in duas graues cadit ſemper? Quã generalitatem nullis coarctat
limitibus;nulla exceptione cõtrahit;nullis præſcribit finibus. Quid igitur ſibi voluit, quod in
calce noſtrarũ introductionũ diximus;accentus latini regulas tot modis fallere? Ac primo quidẽ
diſtinctiõe;hoc eſt differẽtię cauſa.Secundo abſciſione.Tertio attractione.Quarto interrogatio
ne.Nã de ſynepia,hoc eſt de cõſequentia & de idiomate;poſtea diſſeremus. Ego tibi ô amice(vt
ingenue verũ fatear)quo tẽpore rudimẽta illa in vulgus ędidi;nõ putarã tãto cõſenſu oẽs Hiſpa
nos meos in ſententiã meã ituros. Itaq; nõ fuerã auſus immutare quicq̃ ex ijs vocuſationibus;
quæ illorum auribus iampridẽ inſiderant:cũ pręſertim eſſent autores,quibus poſſent errata ſua
defendere.Nã quis mihi crederet:ſi iã inde à principio dediſſem pręceptũ,quod incrementis ver
borum proferendũ eſſet Amauerímus amauerítis.Docuerímus docuerítis,& ſimiliter cadentia;
accẽtu in penultima circũflexo.Atqui iã nemo eſt,vel mediocriter doctus;qui ſic non proferat;
tantũ potuit efficere iuncta cum ratione autoritas,Quod ſpero etiã futurũ in ijs vocibus;de qui-
bus in p̃ſentiarum diſputaturi ſumus.Fallunt in quã regulę ſupiores;& primo quidẽ diſtinctiõe;
hoc eſt differẽtię cauſa.idq; quoſdã putaſſe debere fieri,Quintilianus refert.Cęterũ iã ſcio(inq̃t)
eruditos quoſdã & nõnullos etiã grãmaticos ſic docere,ac loqui:vt ꝓpter quædã vocum diſcri-
mina uerbum interim acuto ſono finiãt;vt in illis.Quę circum littora circúm piſcoſos ſcopulos,
ne ſi grauem poſuerint ſecundã;circus dici videatur;nõ circuitus.Quod nullo modo poſſe dici
Quintilianus ſtatim oſtẽdit dicẽs.Mihi videtur cõdicionem mutare;quod in his locis verba cõ
iungimus.Nã cum dico circũ littora;tanq̃ vnũ dico diſſimulata diſtintiõe,itaq; tanq̃ in vna voce
vna eſt acuta;qđ idem accidit in illo,Troiæ qui prim⁹ ab oris.Hęc Quintilianus,& ſubdit,ſepa-
rata vero hęc a p̃cepto noſtro nõ recedẽt;quod proinde eſt;ac ſi dicat.ꝓpoſitiones ſuo caſui præ-
poſitas cum illo coaleſcere;cõmunemq; accẽtum habere,quãdoquidem vna vox vtraq; particu
la cenſetur:ita tñ vt præpoſitionis ſyllabæ oẽs grauẽtur;& accẽtus accõmodetur dictioni;cui pię
poſitio illa deſeruit.Quod ſi præpoſitio ſeparetur;quod poteſt fieri,cum contra naturã ſuã poſt-
ponitur;vt cum Vergilius dixit;tranſtra per & remos,& alio in loco.Errabãt acti fatis maria oĩa
circum.aut per ſe præpoſitio ſine ſuo caſu ꝓfertur, vt cum dico, circum præpoſitio iungitur ac-
cuſatiuo;palã vero ablatiuo:tunc Quintilianus dicit;q̃ tales voces a pręcepto ſuo non recedẽt:
hoc eſt;q̃ ſequent̃ regulas accentus latini perinde; ac ſi eſſent per ſe dictiões.Quod vero Quin
tilianus ait;dictionem illã ſiue differentiæ cauſam in aduerbijs tãtum vindicaſſe quoſdam,id ſibi
nõ placere oſtẽdit;cũ regulas proponẽs nihil excipit.Sed neq; legi quẽq̃;cuius autoritas admitti
debeat:qui hoc ſcripſerit.Neq; audiui quẽquã virum doctum; qui huiuſmodi loquẽdi ratione
ſit vſus.Quod ſi quis mihi Priſcianũ obiecerit;qui nõnihil huic præceptioni obſtat:vt me aliq̃ñ
tantis quæſtionibus explicẽ:principio nõ admittã libellum;qui ſub illius noĩe inſcriptus de accẽ
tu vulgo circũfertur,idq; doctiſſimorum cõſenſu atq; cõpluribus argumentis facile cõprobatur,
Nam q̃ de aduerbijs libro quinto decimo atq; de alijs partibus orationis alijs in locis ſcripſit;nõ
ſunt multi facienda: cum habeam autores optimos, quorum teſtimonia poſſim illi opponere,
Seruius in illud ex æneidis Vergilianę libro,vi.ſſius ergo venimus.Ergô(inquit)cõiunctio fuit;
ſed per accentus mutationem in aduerbium tranſit;& eſt ſola particula;quæ habet in fine accẽ
tum circũflexum.Quod ſi ſola;igitur alias aduerbium loci & temporis nõn circumflectitur;id
qđ Priſcianus putat. Idem quoq; præcipit; cõpoſita ab inde tertiã a fine debere acui:vt deínde
éxinde.próinde.périnde:& a quando.vt aliquando,néquãdo,ſíquando.Quã pungendi ratio
nem Aldus Manutius ſequit̃.De quo quid nos ſentiam⁹ poſtea dicemus. Idẽ adhuc Priſcian⁹
aſſerit ab horſum cõpoſita,vt dextrorſum ſiniſtrorſum,déorſum;ſéorſũ,&[illegible]o hęc particula ver-
ſus cũ poſtpoſita cõponitur: vt Italiám verſus.Siciliám verſus;eandẽ que ꝓ tertiã á fine acuere;
non ob aliã rationem;niſi vt ſub vno accentu prolata demonſtrentur eſſe compoſita.Nõ tamen
in eadem períſtat ſententia:ſed affert adhuc aliám cauſam minus aptam; quam ſibi magis pla-
cere dicit;particulas videlicet illas horſum & verſum habere vim, quandã inclinandi ad ſe noĩa
ſupra poſita;quẽadmodũ & illa.q;.ne,ve.quas vocant inclinatiuas ex eadem ratione;de quibus
mox.Eandẽ cõpoſitionis cauſam eſſe dicũtur illa mutẽnt accentũ ex penultima in tertiã a fine

deínceps,de répente,de impróuiſo,& à ꝑpter cōpoſita,vt eápropter,quápropter,& à lōge.vt dé
longe,àlonge & a circum;vt circúmcirca,idcirco,& cōplura alia ad hunc modum. vt dúmtaxat,
ex áduerſum,quæ oīa & Quintilianus & doctorū vſus excludit. Aiunt p̄terea differētię cau-
ſa accentu acuto in vltima proferenda eſſe illa profectó, porró,immó, ne videantur coincidere
cum datiuis quorundam nominum. Cur non & aduerbia illa,quæ ipſa datiui terminatione ſimi
lia ſunt quibuſdā nominibus adiectiuis,vt falſó,certó,manifeſtó,conſultó,crebró,auſpicató,augu
rató,ſeduló,precarió,meritó,raró,modó,citó? Ad quod iſti reſpondent,id non debere fieri niſi in
illis tantum;vbi autores differentiam facere voluerunt. Sed qui tādem obſecro ſunt iſti autores?
vbi latent? vnde ſunt petendi? Nonne cōmodius multoq; ſimplicius eſt Quintiliani pręceptum;
qui nihil tale nos curare præcipit;ſed tantum vt accentus latini regulas teneamus? Quod ſi (vt
ille ait) cōſuetudo vicerit;vetus lex ſermōis abolebitur,totumq; hoc negociū, quod grāmaticen
appellamus,nomen eſt inane. Sit apud græcos accētus ratio difficilior,ſit apud nos q̃ breuiſſima;
habeant accentus magis varios;quia plures habent dialectos;hoc eſt loquendi genera;ſit nobis
vnum atq; ſimplex dicendi genus;ſint illis quātumcunq; volent accētus ſuaues, atq; ipſa varieta
te dulces,dum nobis relinquāt grauitatem atq; cōſtantiā;qui Muſas colimus ſeueriores. Maneat
igitur nobis in hac parte fixū indubitatumq; p̄ceptū;ſiue fiat cōpoſitio ex diuerſis particulis,ſiue
inuicem apponātur; ſemp obſeruādos eſſe tenores propoſitis de latino ſermone regulis;hoc eſt;
nunq; in fine acuendam aut circūflectendā eſſe ſyllabā;niſi in ijs;quę ſunt ſyllabæ vnius. Neq; di
cēdū cū imperita multitudine plané,ſané,vná,poné,fermé,ergó,aliás,vltima cuta aut circūflexa;
ſed ecōtrario priori acuta aut circunflexa,ſequenti vero deiecta. Quod ſi penultima per naturā
fuerit longa,in eadē accētum debere collocari. Neq; cum vulgo proferas prima acuta ádprime
ſiue ápprime;ſed media adpríme ſiue apprīme;quia eadem eſt lōga. Non enimuero ſiue átuero
antepenultima acuta;ſed penultima enimuéro atuéro. Quod ſi fuerit breuis, in tertiā à fine eſſe
trāſferēdum,ſi dictio ſit cōpoſita,vt in illis ádmodū , quēádmodum,propémodum, póſimodum,
póſtmodo,quodámmodo,huiúſmodi,iſtiúſmodi. Si vero cōpoſitiōe nō coaleſcāt;ſuo queq; accē
tu erunt ꝓferenda;vt ſi tribus particulis ſolutis dico quē ad modum. Idem quoq; dicēdum de illis
multómagis ſiue múlto mágis.quātómagis ſiue quāto magis.multóminus,ſiue múlto mín⁹,pau
lóminus ſiue páulo mín⁹.nihilómagis ſiue nihilo mágis:nihilóminus ſiue nihilo mín⁹. Alióqui ſi
cōponat̃,accētu in penultima;ſi vero nō cōponat̃:ſua queq; particula ſuū accētū habebit. Ex hac
ratione tenus prepoſitio(cū poſtponat̃ ſemper contra naturā prępoſitionis)ſi cōponitur,remittit
accētum ad ſyllabā præcedentem,vt háctenus;quátenus. Si vero non cōponitur:ſuum per ſe ac-
cētum retinebit.vt crurum ténus,capulo ténus,pube ténus. Illa tamen quæ corrupta in cōpoſi-
tionem veniunt;ſiue ita coeunt;vt nō poſſint ſeparari;ſi penultimā habent breuem;regulā accen
tus generalem ſequuntur;vt alíubi,ſícubi,ínſibi,ídentidē,índidem,íntereá,lóci,óbiter.& huiuſmo
di. Secundo.inq; accentus latini regula fallit in dictionibus abſciſſis,quia in eadem ſyllaba retinēt
accentum;in qua fuerat ante abſciſſionem:quēadmodum in noībus proprijs ſecundæ declina-
tionis in.ius.ſyllabas deſinētibus;quę.us.mutata in.e.apud antiquiſſimos formabāt vocādi caſum
vt hic Vergilius ô Vergilie.hic Ouidius ô Ouidie.hic Mercuri⁹ ô Mercurie antepenultima acu
ta;propterea quod penultima breuis eſt. Deinde.us.finali abſciſſa ſequens atq; proinde ſæculū
eruditius ꝓtulit ô Vergíli.ô Ouídi. Mercúri,accentu acuto in,eadē ſyllaba,hoc eſt in penultima
quāq; ſit breuis,qđ eſt contra latini ſermonis regulā. Quis hoc dicit? Priſcianus opinor in ſc̄do
de octo partibus orationis volumine:cū de vocatiuo ſingulari declinationis ſecūde agit. Atqui.P.
Nigidius Figulus apud Gelliū in libro noctiū atticarū duodecimo aliter ſentit, reijciēdum eſſe vi
delicet in tertiā à fine;quoniā penultima ſit breuis. Nigidij verba referente Gellio ex grāmatico
corum cōmentariorum libro quarto & viceſimo ſunt huiuſmodi. Voculatio(inquit)qui poterit
ſeruari,ſi nō ſcimus in noībus vt Valeri vtrum interrogādi an vocādi ſint caſus? Nā interrogādi
ſecunda ſyllaba ſup[e]riori tono eſt,quā prima;deinde nouiſſima deijcitur. At in caſu vocandi ſu-
periori tono eſt prim[a] deinde gradatim deſcendit,ſic quidē Nigidius ſcripſit. Sed ſi quis nūc(inq̄t)
Valeriū appellās in ca[ſu] vocādi (ſecūdum pręceptum Nigidij)acuerit primā;nō multum aberit
quin rideatur. Hęc Gell[iu]s. Voculationē appellat Nigidius,quē nos accētum. Caſum interrogā
di;quem nos genitiuū,quia per illū interrogamus,cuius eſt aliqua res. Caſum vocādi;quē nos vo
catiuū. Sed cur in vocatiuo Nigidius acuit tertiā a fine,& in genitiuo penultimā?illa nimirū ratio
eſt;qđ vocatiuus.i.ſimplici,genitiuus.ij.duplici ſcribitur,q̄ prolatæ coaleſcunt in ſynereſim.retinēt

tamen propemodũ vim ſuam. Sed dic mihi rogo te, vtri magis credendum eſſe cenſes, Priſciano
homini nouicio atq; omniũ reprehenſioni obnoxio, an Negidio olim iudicio viro eruditiſſimo?
Nemo eſt hodie vel mediocriter in re litteraria doctus, qui nõ in Priſciano aliqd deſideret, aliqd
detrahat, aliquid ſcriptũ negligẽtius exiſtet. Idq; iã vulgo perſuaſum eſt, vt illius autoritas nõ ad
mittatur, niſi in iis tm̃, quę aliorum teſtimonio cõprobatur, aut que aliorũ ſententię duntaxat nõ
aduerſent. At de Nigidio Figulo audi quid Gelli⁹ in libri vndeuiceſimi calce ſcribat. Aetas (inqt)
Marci Ciceronis & C. Cęſaris preſtãtes facundia viros paucos habuit; doctrinarum autẽ multi
formium variarumq; artium quibus humanitas erudita eſt, culmina habuit Marcũ Varronẽ &
Publium Nigidium, & q̃ ſequuntur. Sed obijciet mihi quiſpiã rurſus; cur igitur cõtra Nigidium
pręceptionẽ dediſti, quod abſciſſione accẽtus latini regula fallit? Nimirum, quia illud vulgo pro-
ponebatur; ſed quid ego de ea re ſentirẽ in comẽtationibus, in quibus cum eruditioribus loquor,
manifeſte oſtendi. Quãq; P. Nigidius (inquã) vir ſui ſæculi, præter vnum Ciceronem omnium
eruditiſſimus, putauerit in caſu vocandi huius nominis Valerius, primã accẽtu acuto eſſe proferẽ
dam. Quod, & ſi Gellius ſcribit nõ defuiſſe qui irriderent, ego tantũ Nigidio tribuo, vt cum eo li
bentius velim errare, q̃ cum omnibus neotericis litteratoribus verũ dicere. Scribit p̃terea Priſcia
nus libro quinto, q̃ nomina in, as, deſinẽtia (ſi ſunt latina & patria) debẽt in fine circunflecti, vt ar
pinâs, ſuffenâs, capenâs, affertq; eius rei cauſam, quia per ſyncopam proferũtur, antiquiſſimi enim
hic & hæc arpinatis & hoc arpinate ꝓferebant. Idẽ quoq; de ꝓnominibus illis noſtrâs & veſtrâs
vult intelligi. Quintilianus certe nihil tale p̃cepit, neq; (quod ego legerim) quiſquã hoc ſcripſit;
cuius modo autoritas ſit recipienda. Nã quod Probus grãmaticus in illud Vergil. ex tertio æñ.
humo fumat neptunia troia, ſcribit exponendũ eſſe fumat pro fumauit; atq; idcirco fumat vlti-
mã debere circunflectere; merito a Seruio in eodẽ loco exploditur, neq; vllo modo eſt admitten
dum. Sed neq; illa, quæ ſunt a dico dicis, duco ducis, & facio facis cõpoſita, quæ abijciunt, e, litterã
finalem in ſecunda perſona ſingularis p̃ſentis imperatiui modi, alio modo ſunt ꝓferẽda, quã ſecũ
dum reglas accẽtus latini. Sicut neq; aduerbia illa iſthuc, illhuc, iſthic, illhic, & ſimilia neq; obſtat,
q̃ ſunt abſciſſa ab eo, quod eſt iſthuce, illhuce. Iam dónec, ſiue ex eo quod eſt abſciſſum ab eo, qđ
donicum, ſiue ex regula de accentu latino tradita primã circunflectit. Tertio inquam accentus
latini regula fallit attractiõe, ſiue ex natura (vt aiũt) quarundã inclinatiõe particularũ, quas dicũt
habere vim attrahẽdi, ſiue inclinandi ad ſe vltimam ſyllabam dictionis præcedentis. Gręci tamẽ
aliter dicunt appellari apud ſe quaſdã particulas inclíticas, hoc eſt inclinatiuas, nõ quod ad ſe in-
clinent vltimas dictionũ præcedentium ſyllabas, ſed q̃ ad illas ſuos accentus remittant. Sed ſiue
hoc ſiue illud ſit, quod ad rationem prolationis attinet; nihil refert. Sed habent Græci huiuſmo-
di particulas inclinatiuas, quibus eſt conſuetum acuere vltimas dictionũ ſyllabas; idq; apud illos
habere neſcio quam ſuauitatem Quintilianus dicebat; Latini ſermonis conſuetudo huiuſmodi
accentus quaſi peregrinos penitus reformidat. Quis igitur præceptuum illud primus induxit?
aut vnde factum eſt; quod tam pertinaciter indoctorum animis inſederit; vt nihil ſit quod maio
ri contentione defendant? Quibus aſtipulantur non infimæ condicionis homines: ſed maximi
in re litteraria viri. Atq; in primis Aldus manutius, qui nunq̃ aliter pungit libros, quos per totũ
orbem terræ diſpergit. Sed quid ſi Quintilianus nihil tale præcipit? Quid ſi nemo eſt hodie;
qui virum doctum ita loquentẽ audierit? neq; (vt opinor) Aldus ipſe ſic vnq̃ eſt locutus. Igitur
Aldus quiſpiam dicet; aliud facit, aliud præcipit. Sic eſt profecto, plenaq; huiuſmodi erroribus eſt
vita. Sed in hoc peculiare quiddã accidit, vt contra falſum pręceptũ recte homines loquãtur eru
diti; alijs in rebus ediuerſo bene pręcipiant, & agant male. Sed eſto ſyllaba inclinatiuæ particulę
incumbens acuenda ſit; id quod eſt in noſtris pręceptionibus traditũ; num ita debet acui, vt iſti
faciunt? hoc eſt excitato ac vehementi quodam ſono? Cur igitur dediſti nobis præceptũ; quod
erat dediſcendum? Nimirum; quia illhic cum vulgo, hoc eſt cum pueris rudibus; cum præcepto
ribus parum eruditis; cum ſacrificulis & ædituis res agebatur. Quod genus hominum nihil pro
brat, niſi quod didicit; atq; plerumq; nouitatibus offenditur. Quos cum re[illegible] nõ poſſemus ado
riri; dolis fuerunt circunueniẽdi. Diximus nãq; huiuſmodi ſyllabas non [illegible]citato illo accẽtu eſſe
proferẽdas; quem latinus ſermo recuſat; ſed clementiori; & qualis eſt [illegible] quem ipſi moderatũ
appellabant. Idq; teſtati ſumus in cõmentationibus noſtris, in quibus nõ [illegible] diſcipulos, quã præ
ceptores artis litterariæ inſtituimus. Sed de his hactenus, nunc ad reliqua pergamus.

¶ Diximus accẽtus latini regulam quarto deficere interrogatione; quoniam vltimas clauſularũ

ſyllabas interrogando ſuſpendimus. Quod nimium eccleſiaſtici faciunt, cum pſalmos, ꝓphetias epiſtolas, euangelia; & doctorum expoſitiones populo audiente pronūciant; vel potius ſubobſcure cãtant; atq; vno ꝑpe ductu ſyllabas oēs efferūt (niſi quatenus diſtinctiōis gratia) quaſdã ſeſquitono; quaſdã diapente, hoc eſt tribus tonis cum dimidio, ſubmittunt. At cum eſt interrogãdum, quartam a fine deijciunt ſemitono, tertiam ſeſquitono; deinde penultimã tono; atq; vltimã rurſus attollunt ſeſquitono; vt ſit vltima ſyllaba par quintæ præcedenti. Quã monotoniã, id eſt eiuſdem toni, ſimilitudinem fugiendã eſſe in pronūciatione Quintilianus ꝓcipit. Neq; enim omnia ſubmiſſo; neq; omnia elato; neq; omnia medio quodam ſono: atq; ſub vno deniq; aſpectu ſunt proferēda: ſed faciendi ſunt quidã dictionum ſyllabarum q; flexus: prout verborū, aut ſentētiarū aut ad ſequentia tranſitus ratio exegerit. Aliter nãq; cæſum claudimus recitãdo Iuuenalis illud.

Semper ego auditor tantum: nunq; ne reponam,
Vexatus toties rauci theſeide Codri? Aliter illud eiuſdem.
Nonne libet medio ceras implere capaces Quadriuio?

¶ Illic namq; acuimus finem, at hic grauamus. Itaq; nulla de is certa regula tradi magis poteſt; quam de interiectionibus, quas omnes ſcribunt pro mentis noſtræ affectu, aut pro arbitrio eſſe proferēdas. Audiui ego nuper Bernadum gentilem Siculum ordinis prædicatorum fratrem; qui carmina ſua quædam mihi recitans accentu acuto omnes clauſulas non ſine decore ac venuſtate finiebat. Deficiunt prætera latini accentus regulæ idiomate, hoc eſt cum dictiones peregrinæ ſermoni latino miſcentur; de quo in calce introductionum latinarum diximus.

Hebræ voces plærumq; in fine acuuntur.
Non tamen & ſemper; quia ſæpe in fine grauantur.
Id quod Alexander (deceptus forte) putauit.
Si caſus græcos vſurpet ſermo latinus;
Accentu græco talis vox eſt referenda,
Græca ſit at ſi vox, ſed declinata latine;
Accentus noſter caſus moderabitur illos.

¶ Nam (quemadmodum in tertia repetitione diximus: de acentu latinarum dictionum) multa a multis prodita ſunt; at de Hebraicis & Grecis cum in ſermonē latinum non mutata litteratura tranſferuntur; quo eſſent accentu proferendæ, neminem adhuc certi quicq; prodidiſſe. Quo in loco, & ſi nōnihil de accentu græco attigimus (atq; illa eadem ex parte cōiecimus in quoddam opus; quod cum eiſdē introductionibus vulgo circumfertur) non tamen pigebit me nunc ea ipſa repetēs iterū iterūq; monere. Neq; n. fortaſſe ad rem tã inſuetã atq; proinde a pleriſq; ignoratam vna via perueniri poteſt. Sed antea q̃ ad grecarū dictionū accentus veniamus: reddēdum hoc in loco eſt, q̄d de ſynepia ſumus polliciti, nos eſſe dicturos, q̄d cum dictio hebraica ſiue greca finitur in ſyllaba acuta; ſequiturq; ante cæſum ſiue clauſulã aliqua verborum ſeries, diſſimulatur accentus ille acutus, & ꝓ illo ponitur grauis, vt quod in genealogia ſaluatoris noſtri legimus apd̄ Mat thæū. Liber generatiōis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraám. Abraàm aūt genuit Iſaac; in priori loco Abraám accentu acuto in fine profertur; quia cæſum finitur. In ſequenti grauis ponitur pro acuto, quia ſequit̄ genuit Iſaac. idē eſt dicēdum de clauſulis ſequētibus. Igitur hebraicis vocibus in aliud tēpus reiectis, de grecarū dictionū accētu; q̄ ſermoni latino intermiſceri cōſueuerūt; pauca impreſentiarū perſtringem⁹. He oēs cum apud illos in quinq; declinatiōes diſtribuūtur, a nobis in tres dumtaxat priores reducuntur. Nã per quartã & quintã nullum eſt grecum nomē; quod inflectatur; ſed neq; latinum, q̄d quidē ſit ꝓpriū. Noīa quoq; in quibus declinatio græca cū ſuo accētu ab autorib⁹ vſurpatur; maiori ex parte ꝓpria ſunt virorū, aut fœminarū, ſiue locorum. Quæ (quoniã in alterã linguã nō debēt trãſferri) nō ſine cauſa intepretes cū ſua literatura plerumq; reliquerunt. Id q̄d eſt a ſeptuaginta obſeruatum, qui ex hebreo in grecum ſermonē tranſferentes raro ex ꝓprijs noīb⁹ quicq; immutarunt. Poſteriores audacius ex Adã adám⁹: ex Abraã abraámus, ex Iacob iacób⁹: ex Ioſeph ioſephus: atq; ad hunc modum alia cōplura interpretātes. Pari quoq; modo latini ex greco noīa ꝓpria vertētes cū ſua litteratura pleriq; reliq̄runt; nōnulli illis declinationē ſuã cū reliquis accidētibus accōmoderūt. Hinc Quintilianus de grãmatica diſſerēs. Recētiores (inq̄t) inſtituerūt grecis noīb⁹ grecas potius declinatiōes dare, q̄d tamē ipſum nō ſemꝑ fieri poteſt. & ſubdit. Mihi autem placet latinam rationem ſequi, quouſq; patitur decor. Neq; eñ calypſonem dixerim vt iunonem, quãq; ſecutus antiquos. Ceſar vtitur hac ratione declinandi

ſed autoritatem (inquit) conſuetudo ſuperauit. Phocas præterea vbi de græca declinatione, errãt
(inquit) qui didónis aut mantónis dicunt genitiuum, & vocum aſperitas & veterum autoritas
eiuſmodi declinationem repudiauit. Quod ſi græcorum nominum græcam declinationem ad
mittimus, & accentus quoq; græcos cum illis recipiamus, neceſſe eſt, id quod omnes ad vnum
tam antiqui quam recentiores grãmatici confitentur. Nominum itaq; gręcorum, aut eorum quę
per græcam declinationem inflexa latino ſermoni miſcentur, nominatiui terminationes partim
ſunt mere græcæ, partim mere latinæ, partim græcis atq; latinis commune. Mere græcas voco
illas, quæ non admittunt caſus latinos, mere latinas, quæ non admittunt caſus græcos, cõmunes;
quæ ſub eadem græca terminatione poſſunt gręce ſimul & latine declinari. Poteſt tamen fieri; vt
in quibuſdam magis ſint in vſu caſus græci quam latini; atq; é diuerſo in quibuſdam magis latini
quã gręci. Mere gręcæ terminatiões ſunt illæ; quas grãmatici declinationi latinæ nõ interpoſue
runt. Hæ ſunt in, a, longã, quæ ad primã declinationẽ referuntur. vt nemea, as. In, e, longã quę ad
eandẽ primã. vt helene, es. In, o, longã, quæ ad tertiã. vt ſaphó ſaphóos. & per ſynęreſin ſaphûs. In
os, & in, on, breues, quæ ad ſecundã, vt ilios vel ilion iliu. Mere latinæ ſunt, quæ gręcos caſus non
admittunt, quemadmodum oẽs quæ ex terminatione gręca in latinã litteris immutatis ſunt trãſ-
latę, vt ab helene, es, hélena, æ. ab atrides, u, atrida, æ. Cõmunes ſunt aliæ oẽs quæ ſub eadem ter-
minatione græce & latine poſſunt declinari; niſi quod (vt paulo ante diximus) latini alijs caſibus
magis quã alijs vtuntur, puta in tertia declinatiõe accuſatiuis vtriuſq; numeri potius quã genitiuis, &
genitiuis quã datiuis. In ſcd̃a quoq; actõ & vocatiuo frequenti⁹ quã genitiuo & genitiuo quã datiuo.
Ablatiuus tamen, quo græci carent, ſemper erit latinus, ac proinde accentu ac declinatione lati-
na moderandus, pſertim ſi cũ latina terminatiõe coinciderit. Nã in mere græca declinatiõe ablati
uus datiuo potius aſſimilabitur. Sed antea quã de ſingulis dicã, explodẽda mihi eſt hoc in loco Aldi
Manutij ratio, qua ex Quintiliani precepto vtitur in accentibus per apices deſignandis. Nã in
terminationibus illis, quæ ſunt græcis atq; latinis cõmunes, ego nõ video, cur græcos potius quã
latinos ſequatur. Niſi fortaſſe; quia magis fauet græcæ quã latinæ lectioni, ſiue vt nos homines lati-
nos cõtẽnat, græcis ſe vocibus iactat. Quod ſi iam terminationes illæ ſunt latinitate donatæ,
atq; omnium conſenſu inter latinas receptæ numerantur, quæ tandem cacozelia eſt; alienis quã
patrijs vti malle? Igitur quemadmodum ego illi facile aſſentior in mere græca declinatione; ita in
cõmuni penitus diſſentior. Itaq; ob hanc cauſam inter accentus græci regulas propoſita eſt á no-
bis vigeſima his verbis. Nominatiuus atq; proinde vocatiuus ſingularis terminationẽ habens cõ
munẽ gręcis & latinis, tametſi accẽtu græco & latino proferri poteſt, mixtus tamẽ ſermoni latino
ſecundũ regulas accẽtus latini proferendus eſt. In ſermone vero græco accentus græci regulas ſe
quatur; oportet. Eſto exẽpli cauſa hoc nomen átreus, quod tã á gręcis quã a latinis per eus diphthõ
gon profertur, quã terminationẽ latini ſuã fecere, atq; accẽtu acuto in prima protulerunt. Atqui
Aldus mauult accẽtu acuto in vltima notare, quẽadmodũ & omnia alia nomina ſimiliter cadẽtia
puta pẽthéus, theſéus, prometheús. Alia regula eſt, quõ nomina maſculina, aut fœminina, aut duo
rum generũ cõmunia quintæ declinationis, quæ ad tertiã noſtrã referunt̃, mittũq; nominatiuum
& vocatiuum pluralis in, es, cõmunẽ gręcis atq; latinis, terminationẽ genitiui ſingularis vtriuſq;
linguæ rationẽ ſequuntur; illa modo differentia eſt; quod græci breuiant; latini vero producunt
terminationem illam, vt quoniam apud græcos nomina terminata in, as, recipientia, d, in geniti-
uo acuunt vltimam, penultima quoq; genitiui acuitur, atq; ex cõſequenti aliorum caſuum ex re-
gula inferius tradenda. Eſto exempli cauſa arcás. arcádos. arcádi. acáda. o arcás. In plurali quoq;
arcádes. Apud latinos tamen quia huiuſmodi nomina in obliquis breuiant penultimã, accentus
transfertur in tertiam á fine. vt árcas, árcadis. árcadi. árcadẽ. o árcas. Plurali nominatiuo & vocati-
uo árcades. Cum itaq; Vergil. in buc. dicit ambo florentes ætatibus, arcádes ambo, atq; ibidem,
arcádes inuidia rumpãtur, vt ilia codro; quia vtrobiq; es, breuiatur, cõſtat declinationem eſſe grę
cam & cõſequenter penultimã debere acui, tametſi penultima ſit breuis. Accuſatiui tamẽ pluralis
inter græcos & latinos manifeſta eſt differẽtia ex terminatione, cũ illi in, as, breuẽ, nos vero in, es
lõgã terminamus, quare illi arcádas penultima acuta; nós árcades anteper ultima pferemus; atq;
pari modo de reliquis huiuſmodi. Nunc ad ſingulas quinq; declinationũ gręcarũ & trium latina
rũ terminatiões accedam⁹, Sed qd ſibi velit Quint. cũ de accẽtu ſcribẽs, ait ſe iuuene doctiſſimos
quoſdã ſenes pferre ſolitos átreus & noia hmõi prima acuta; vt neceſſario ſcda eſſet grauis; mihi
nõ liqt. Nã ſi terminationẽ illã in, eus, diphthõgũ ex ſermone gręco in latinã declinationẽ admit-

tũ,recte proferebãt ſenes illi,ſi nõ admittit perperã. Atqui oẽs grãmatici illã admittũt, atq; inter ſcdę declinatiõis terminatiões cõnumerãt.Sed anteaq̃ ad ſingła deſcẽdã,repetẽdę ſũt adhuc ex eodẽ loco regulæ duæ. Prima,q̃ vltima dictionis ſyllaba exiſtẽte lõga non poteſt accẽtus in tertia à fine collocari,ſed in penultima,aut in vltima. Altera quod in eadẽ ſyllaba collocatur accẽtus in obliquis;in qua fuerat in recto. Quæ regula trib⁹ in locis deficit,primo ſi in recto accẽtus ſit in antepenultima,in obliquis vero vltima ſit lõga.tũc enim ex regula ſuperiori trãſfert̃ accentus in penultimã. vt apóſtolos,apoſtólu.apoſtólo,apóſtolõ,o apóſtole vel apóſtolos,in noĩatiuo,actõ & vocatiuo antepenultima acuitur in genitiuo & datiuo,quia alter diphthõgo,alter omega terminatur,in penultimã transfert̃. Deficit quoq; hęc regula in noĩbus,q̃ ad tertiã noſtrã declinationẽ referuntur; q̃ ppterea qđ creſcũt vna ſyllaba in obliquis,ſi accẽtus in recto eſt in antepenultima, neceſſe eſt in obliq̃s in ſequẽtẽ trãſferat̃:qm̃ accẽtus in quarta à fine collocari nõ põt,vt ænigma, habet in prima accẽtũ,ænigmatos in ſcđa. Tertio deficit hæc regula in dictionib⁹ monoſyllabis,q̃ ad tertiã declinationẽ noſtrã referuntur,quorũ gtũs in.os,acuit̃. transferturq; accẽtus a prima in vltimã.vt pán panós,cres cretós,actũs qui frequẽter vſurpatur,noĩatiui accẽtũ ſequitur,vt pána, créta.Primę igitur latinę declinatiõis vna dũtaxat eſt terminatio in.a.breui;recipit tñ & quattuor grecas in.a.lõgã,in.a.breuẽ.in.as.& in.es.lõgas,quib⁹ oẽs ſuos caſus cõicat,recipit(inq̃)ex prima declinatione gręca duas in.as.& in.es.vt æneas,anchiſes,quarũ gtũs exit in.æ.diphtõgõ, cui ſimilis eſt dtũs. Actũs in.am. Vtũs in.a,breuẽ.abltũs in.a. lõgã, Sũt qui hos caſus nõ à gręca terminatione in.as.aut in.es.ſed à terminatione latina in.a.breui deducãt, & illud qđ Hora.in.ij.ſer.ſcribit,ne quis humaſſe velit aiacẽ atrida vetas cur,& illđ Ouid.ex.iij.met. Te tñ o parui rector polydecta ſeriphi,illud p̃terea Senecę in agamẽnone. Aggrediar & te oreſta furabor libẽs.Illud quoq; Martia. Teréos aut cœnã crude thyeſta tuã.nõ ab eo qđ eſt atrides.polydectes.oreſtes.thyeſtes. ſed ab eo poti⁹ qđ atrida,polydecta.oreſta.thyeſta eſſe deducta,Sed cur has duas latini magis nõ recipiũt,q̃ alias,de quib⁹ paulopoſt dicturi ſumus,nõ video.Sed qđ ad rẽ attinet:pleriq; latinorũ fallunt̃,cũ audiũt gręcos putãtes qđ illorũ verba ita ſunt enũciãda,quẽadmodũ ab illis pferũtur. Nã cũ apđ eos vltima exiſtẽte lõga accẽtus nõ poſſit in tertia à fine collocari;ſed aut ĩ eadẽ vltima aut in penultima,ſiue illa ſit breuis ſiue illa ſit lõga,cũq; noĩa in.as.& in.es.deſinẽtia pducãt̃ in hac declinatiõe:neſſe eſt.vt penultima etiã,ſi breuis ſit,acuat̃. Quare illi ex ſua regła dicũt andréas,pythagóras.priamídes pãthoídes.Nos vo quia penultima eſt breuis, trãſlato accẽtu in tertiã à fine dicim⁹ ándreas,pythágoras,príamides,pãthóides.Itaq; apđ Hor.in.ij.ſer.q̃a ex declinatiõe gręca legimus pythagóran p.n.in fine penultimã accẽtu acuto pferem⁹. Qualia(inq̃t)vincũt pythagórã, anitiq; reũ,doctũq; plátona. Apud Verg.quoq; in.iij.ẽñ. Ex eadẽ ratione priamidẽ helenum graias regnare per vrbes,& apud.Hora.in.prĩo car.tartara pãthoidẽ iterũ orco. In vctõ quoq; apud eundẽ in.ij.ſer. O laertiáde quicq̃d dicã,aut erit,aut nõ. Pari quoq; ſunt in errore,q obliquos, nã de rectis nolo nũc digladiari,horũ noĩm Eſaiæ.Ieremíæ. Zachariæ.& ſimiliter deſinentiũ,pferunt in penultima accẽtu acuto;cũ ſint om̃ino caſus latini,habeãtq; penultimã breuẽ.Eadẽ pręterea ratio nr̃os in errorẽ induxit,vt noĩa gręca ſecũdę illorũ declinationis in.a.lõgã deſinẽtia penultimãq; breuiãtia,q̃ cum apud illos eadẽ penultimã ſiue vltimã acuãt;ipſi quoq; mutata etiã declinatione,quẽadmodũ illi pferũt;cũ deberẽt ex accẽtus latini regula tertiã à fine acuere.& p eo q̃ illi dicũt ſophía.philoſophía.theología.aſtrología.neméa penultima acuta.ipſi pferre deberẽt, ſóphia.philoſóphia.theológia.aſtrológia,némea.accẽtu in tertia à fine ex rõne declinatiõis latinę; q̃ vltimã ex lõga in.a.breuẽ cõmutauit. Quod ſi lõga vſpiã reperiat̃,intelligim⁹ declinationẽ eſſe grecã,atq; pinde accẽtu gręco pferẽdũ. Quẽadmodũ apud Papiniũ in.v.theba. & facile neméa latas euoluere vires, Quẽ locũ Priſcia.lib.vij.citãs neméa(inquit)quia ſeruauit.a.pductã accẽtũ in penultimã retinet acutũ.Nõ deerunt fortaſſe q̃ dicãt in Papinio legẽdum eſſe p neméa neméę; aut p cęſurã poni breuẽ,p lõga;vt accẽtu latino pferat̃ némea prima acuta.Sed nihilominꝰ regula vtriuſq; linguę in vigore ſua perſtat,Iã vero quis etiã ex doctiſſimis quibuſq; nõ peccat in pferẽdis noĩb⁹ in.e.lõgã deſinẽtibus:q̃ oĩa ex mere gręca declinatiõe infiectunt̃,in illis p̃ſertim q̃ habẽt penultimã breuẽ.Nã cũ deberẽt illã enũciare accẽtu gręco,ipſi latino pferũt;vt penélope p penelópe.callíope p callióp.helene p heléne.erigone pro erigóne.dánae p danáe.eurýdice pro eurydíce:& fere ad hunc modum noĩa ppria fœminarum p̃ter admodum pauca,vt agaue canache; acuẽtia vltimã.Noĩa quoq; regionum;vrbium & inſularũ,vt líbye p libýe.áſine p aſíne;íthace p ithãce,mélite pro melíte.& nomina poſſeſſiua in.ce.deſinẽtia;q̃ acuũt vltimam.vt grãmáтice pro

grāmaticē.dialectice pro dialecticē.muſice pro muſicē.ethice pro ethicē. A recto etiā in.a breui terminato;cuius penultima producitur:acuiturq; antepenultima:accentus vſurpatur/vt apud Papiniū lib.vij.theba. Namq; ferunt raptam patris æginā ab vndis.pro quo inerudití dicerent æginā penultima acuta ſiue circūflexa,quoniā eſt per naturā longa. Secūda declinatio litteras quinq; habet proprias terminationes in.er.ir.ur.um.us. Recipit quoq; vnā græcis atq; latinis cōmunem in.eus.diphthongon. Cuius nominatiuus(quēadmodum paulo ante diximus) in ſermone latino latinus potius q̄ græcus cenſeri debes,atq; idcirco proferendus eſt accentu latino;hoc eſt penultima acuta,cum apud illos acuat. Ex hac terminatione latini oēs caſus atq; proinde accentus græcos vſurpant.vt téreus;pro eo quod illi dicunt tereùs. In genitiuo teréos penultima acuta. Martialis.flet philomena nefas inceſti teréos & quæ. In datiuo terî per ſyneresim quoq; ſicut órphî. Verg.in buc. Orphî calliopea,lino formoſus apollo. Nā órpheo & téreo latini eſſent caſus. In accuſatiuo teréa & orphéa penultima acuta. Iuuenalis. Alcinóen bacchi thebas & teréa fauſti. Idem in eodem ópere. Orpheaq; in medio poſuit;ſiluaſq; ſequentes. Téreum namq; & órpheū caſus latini ſunt. Vocatiu⁹ fere ſemper vſurpatur à latinis;circūflectitq; vltimam: vt o tereû,o orpheû. Ouid.lib.vi.meta.vt voluere ambo.voluiſti tu quoq; tereû. Verg.iiij.geor. Illa quis & me(inq̄t) miſerā,& te perdidit orpheû.atq; ad hunc modū reliqua in.eus diphthongon deſinentia;quę ſunt ꝓpe innumera.vt tydeus.tydéos,tydéa.tydeû.peleus.peléos,peléa,peleû.theſeus,theſéos.theſéa.theſeû.achoreus.achoréos.achoréa.achoreû.pentheus.penthéos.penthéa.pentheû.prometheus prometheos.promethéa.prometheû. Recipit etiam duas in.os.& in.on.longas;quas illi per tertiā Atticorū declinationē inflectunt.vt andrógeos,andrógeo.geo.geon.o andrógeos.áthos.átho.átho.áthon.o áthos. Hæc declinatio cum ſuo accentu a latinis nonnunq̄ vſurpatur. Verg.ij.æn. Adrógeos offert nobis ſocia agmina credēs. Idem libro ſexto. In foribus lœtum andrógeo:tum pendere pœnas. nam andrógeo genitiuus eſt græcus Atticus. Iuuenalis. Creditur olim velificatūs áthos;& quicquid græcia mendax. Et Verg.primo.georg. Aut átho;aut rhodópen. Hanc quoq; declinationē interpes vſurpauit in epiſtola ad corinthios prima, Ego quidem ſum Pauli;ego autem ápollo;qui genitiuus eſt græcus ab eo quod eſt ápollos. Idem in eadem. De ápollo autem fratre notum vobis facio;qui ablatiuus datiuo Attico ſimilis eſt. Idem in epiſtola ad Titum. ápollo(inquit)ſolicite permitte,qui accuſatiuus quoq; Atticus eſt, habetq; accentum in tertia a fine:tametſi penultima ſit lōga;q̄d eſt declinationis Attice propriū. De altera terminatione in.on.longā;non ſuccurrit exēplū,q̄d vſurpetur a latinis. Recipit præterea & duas alteras terminationes in.os.& in.on.breues,quæ per quartā declinationē græcorū inflectuntur,vt ilios vel ilion.nā in vtraq; terminatione reperitur.& ab eo quod eſt ilion. Verg.iij.æn.dixit. Ceciditq; ſuperbum ilion;& omnis humo fumat neptunia troia. Ex hac terminatione maxime in.os.latini frequēter caſus rectos atq; ex obliquis accuſatiuos vſurpant cum ſuis accentibus;qui ſunt apud illos tam varij.vt a nobis de illis nihil certi tradi poſſit. Nam & penultima etiam per naturā longa exiſtente reijciunt accentum in tertiam a fine;quemadmodū in ijs,quæ ſequuntur. A'glauros.A'caſtos. Cáyſtros.Céphiſos.Cýmolos.Cypáriſſos.Córinthos.E'raſmos.E'piros.Erimanthos.E'uandros. Helleſpontos.Hermaphróditos.Hyácinthos.Hymenæos.Iácchos.Léarchos.Léucippos.Mæándros.Nárciſſos.O'lympos.Péloros.Párnaſſos.Príapos.Polýphemos.Rhadámāthos.Týrannos. A'bydos.Zácynthos. Quæ omnia rationis huius ignari accentu in penultima proferunt,ex eo decepti quod ſit longa. Nam quis apud Vergil.in.iij.æn.non legit. Iam medio apparet fluctu nemoroſa zacýnthos,penultima acuta pro zácynthos,eadem grauis apud Ouidiū quoq; in hero, & quos tulit alta zacýnthos,pro zácynthos,& Apud Martialē. Conſuluit nares an olerent æra corinthon,pro córinthon,apud Horatiū tamen quia declinatione latina vſus eſt,legimus,contingit adire corinthum penultima acuta. Ouidius in epiſtola Leandri. In ſpeculis omnis ábydos erat atq; rurſus ad Leandrū hero. Si quis abýdo venerit;aut quero ſi quis ábydon eat. ſed quia ablatiu⁹ mere latinus eſt;accētu latino eſt ꝓferendus abýdo, quēadmodū apud Verg.i.geor.& oſtriferi fauces tentantur abýdi. Nam quod Lucanus in.ij.dixit, ſeſtos [illegible] admouit abýdo;quāq; datiuus ille cōmunis eſt græcis & latinis;nihilominus tamen ex ijs q[illegible] dicta ſunt, accētu latino eſt proferendus. Atq; e diuerſo cōplura ſunt penultimā habentia b[illegible]uem eandēq; acutā,vt a phago quod eſt comedo,& a phoreo quod eſt phero,& a phone ſi[illegible] phonos quod eſt cędes cōpoſita;cuiuſmodi ſunt, Pamphágos.Sarcophágos.Lotophágos.Doryphóros.Nicephóros.Carpophóros.Nebrophónos.Leontophónos.Myophónos.& ad hunc modum alia innumera,quę

ſub regula non cadunt. Ex ſermonis præterea græci idiomate non pauciora ſunt acuentia vltimam, vt Iapetós. Oceanós. Sperchios. Silenós. Rhodanós. Apidanós, Aeacós, & de nominatiua exeũtia in. mos. vt Barbariſmós. Solœciſmós. Pleonaſmós. Iſthmós: & nomina poſſeſſiua deſinẽtia in. cos. vt grammaticós, dialecticós, rhetoricós. dicticós. hiſtoricós. & multa alia quæ numero comprehendere non eſt; quorum accentus cum terminatione in rectis & obliquis ab autoribus vſurpatur. ſed accuſatiui (vt paulo ante dixi) frequenter; alij caſus raro; vt apud comoſgraphos heſperúceras. ideſt promontorium heſperi. & héliutrápeza. i. ſolis menſa; & in plurali theonóchema. ideſt deorum currus.

TErtia declinatio terminationes habet aliquanto plures quam græcorum quinta, quæ ad tertiã noſtram referuntur: de quibus per ordinem nunc eſt diſſerendum. Igitur in. a. deſinentia quæ communis eſt græcorum & latinorum mittentia genitiuum in. atos. tertiam a fine acuunt in obliquis. vt dógma dógmatos. ænigma æn'imagtos. diádema diadématos. Latini ex hac terminatione genitiuum pluralem plærunq; vſurpant, qui propterea quod in. on. per. o. longum terminatur quemadmodum & omnes aliæ partes orationis, quæ per caſus declinãtur acutum in penultimam attrahit, vt epigrámma epigrámmatos. & in plurali epigrammáta epigrámmaton. Martial. in i. toto notus orbe Martialis argutis epigrammáton libellis. & nomẽ illud dei quod eſt ineffabile tetragrammáton cognominatur. Clæmens quoq; a noſtris frequenter in libris periſtromáton citatur.

¶In. i. latinum ſiue. y. græcum deſinentia, quæ plærunq; barbara ſunt atq; apud græcos declinabilia ſunt mittentia genitiuum in. ios. vel. itos, vel. yos. accentum habent in prima ſyllaba. vt cómmi commios. ſtímmi. mios. cíci cicios, alphi alphios, éri erios. tóphi. ios. áſty áſtyos. nápy nápyos. méli, itos, móly. mólyos. Cuius compoſita retrahunt accentum in tertiam a fine. vt hydrómeli, œnómeli. oxýmeli. Pollyſyllaba quoq; vt cinnábari. píperi. ſínapi, quod nos latinum facientes in ſinápis penultima circunflexa vertimus. Latini ex hac terminatione caſus tantum recto ſimiles vſurpant.

¶In. ω. mega. deſinentia quæ græcorum terminatio propria eſt generis fœminini, vltimam acuunt: mittuntq; genitiuum in. oos. aut in. us. per ſyneræſin contractam accentu circunflexo, vt didó didóos, vel didũs didói, vel didĩ contractam didóa, vel didó. o didó vel didĩ. & eodem modo. ſapphó ſapphóos vel ſaphũs. mantó mãtoos. vel mãtũs. clió clióos. vel cliũs. erató eratóos, vel eratũs. echó echóos. vel echũs, calypſó calypſóos. vel calypſũs. ſpió ſpióos. vel ſpiũs. ió ióos. vel iũs. inó inóos. vel inũs. lampedó lãpedóos, vł lampedũs. clothó clothóos. vel clothũs. Latini ex hac terminatione omnes fere caſus ſynerizatos cum ſuis accentibus vſurpant. Ouid. in. i. de arte. Nec mihi ſunt viſæ. cliũ. cliũſq; ſorores. Idem in heroi. An niſi legiſſes autoris nomina ſaphũs. Vergilius. vij. æneid. Fatidicæ mantũs: & tuſci filius amnis. Idem quoq; in. iiij. accuſatiuum vſurpauit. Et nomine didó ſæpe vocaturum. & in Priape. Atlantidemq; calypſó. Hæc de græcis nominibus in vocalibus terminatis, quæ ad tertiam declinationem latinam referri poſſunt. Nunc de ijs quæ deſinunt in conſonantes; non quidem omnes: ſed in tres tantum liquidas. n. r. s. & vnam duplicem. x. Nam in. l. & m. nullum græcum nomen terminatur; ſicut neq; in aliquam ex mutarum numero.

¶In. an. igitur plerũq; vltimã acuunt. vt titán titános. peán peános. Pelecán pelecános. pán panós. Cuius genitiuum Vergilius. vij. æneid. vſurpauit dicens. panós de more lycæi, accentu acuto in fine ex regula ſuperius tradita. Accuſatiuum quoq; in bucolicis. Mecum vna in ſiluis imitabere pána canendo. ex eadem regula accentu in prima.

¶In. en. per. ε. acuunt vltimam plærunq;. vt hymén hyménos, lichén lichénos. adén adénos. ſolén ſolénos. troezén troezénos. ſirén ſirénos. Nonnunquam penultimam acuunt. vt héllen héllenos.

¶In. in. per. i. iota, quæ alterã quoq; habent terminationem in. is. vltimam acuunt. vt delphín vel delphís delphínis. telchín vel telchís telchínis. ſalamín vel ſalamís ſalamínis. eleuſín vel eleuſís eleuſínis.

¶ In. yn. quoq; per ypſilon penultimam acuentia eandem rationem ſequuntur, vt phórcyn vel phórcis phórcinis. póltyn vel póltys póltinis.

¶In. on. per. ω. mega. quædam acuunt finalem. vt ſarpedón. gerión. amazón, antedón. calcedón. carchedón, quædam acuunt penultimam. vt pláton. zénon. théon. achéron. médõ. laocóon. demophóon. hippocóon. quæ tria atq; his ſimilia circunflectunt vltimam, atq; quæ vltimæ contrahuntur in vnam per ſynæreſim. vt laocõn, demophõn hippocõn. Ex quibus aliæ mittunt genitiuum in. ontos. vt achéron achérontos. médon médontos. laocóon laocóontos. demophóon demophóontos. hippocóon hippocóontos. Quædam in. onos. p. o. longum: vt pláton plátonos. zénon zénonos. babylon babylonos. théon théonos. dáphnon dáphnonos. platanon platánonos. Quædam in onos. per. o. breuem vt dǽmon dǽmonos. cánon cánonos. iáſon iáſonos. agamémnon agamémnonos.

¶ In. um. per. ου. diphthongon (quamq; apud græcos ſunt complura mittentia gtĩ. in. untos.) hæc terminatio nunq; a latinis vſurpatur.

¶In. ar. nunquam fere vſurpãtur a latinis: nam quod apud medicos frequenter vſurpatur hépar hépatos, latinis vox eſt incognita, pro eo quod eſt iecur iecoris.

¶In.er.per.η deſinentia vltimam acuunt:vt ſotér ſotéros.aér aéros.æthér æthéros.cratér cratéros.charactér charactéros.cremaſtér cremaſtéros.climatér climatéros.phyſetér phyſetéros,ſpinthér ſpinthéros.Iber vero íberos in recto penultimam acuit.in obliquis antepenultimam.

¶In.ir.per.i.iota,aut.yr.per ypſilon rara ſunt acuentia penultimam,vt gádir gádiros.mártyr mártyros.

¶In.or.per.ω.mega acuũt proximam a fine.vt néſtor néſtoros.héctor héctoros.rhétor rhétoros. polyméſtor: polyméſtoros.

¶In.as.maſculina penultimã acuunt.vt adámas adámantos.polydámas polydámantos.ábas ábantos. apéſas apéſantos.athámas athámantos.átlas átlantos.chálcas chálcantos..cýphas cýphantos,coríphas coríphantos.eléphas eléphantos.gígas,antos.pállas pállantos.períphas períphantos. phórbas phórbãtos, tháumas tháumãtos. thóas thóantos. Fœminina vero vltimã acuunt,aſſumuntq́ue in genitiuo. d.vt acrás acrádos. dýas dýados. triás triádos,ogdoás ogdoádos,heptás heptádos.pallás pallédos,lampás lampádos.quã rationem ſequitur vnũ ex maſculinis arcás arcádos.

¶In.es.per.η.maſculina penultimam acuunt plærumq́ ea quæ mittunt genitiuum in. etos, vt crátes cráteros. chrémes chrémetos. dáres dáretos, cúres cúretos. láches láchetos. lébes lébetos. magnés magnétos. tápes tápetos.tháles tháletos.Et nomina quædam latina,quæ in græcum ſermonem traducta amittunt.n.atq́ rurſus in obliquis reſumunt,vt clémes clémentos.créſces créſcentos,púdes púdentos.prúdes prúdentos.váles válentos.Penultimã quoq́ acuunt ea quæ mittũt genitiuum in.eos.vt compoſita a ſtenos,qualia ſunt.antiſthénes antiſthéneos.caliſthénes caliſthéneos,demoſthénes demoſthéneos.&a genos,vt antigénes.origénes. hermogénes, & a telos.vt ariſtotéles,praxitéles.pyrgotéles.Compoſita vero a cleos ſynærizata circunflectunt vltimam.vt agathoclês.periclês.ſophoclês.

¶In.is.per.i.iota.polyſyllaba fœminina non habentia duas terminationes quæ mittunt genitiuum in.idos.plærumq́ acuunt vltimã.vt cnemís cnemídos.crepís crepídos.& patronimyca fœminina ſiue habentia formã patronymicorum.vt priamís priamídos.æneís æneídos.thebaís thebaídos.pphetís pphetídos.poetís poetídos. calamís calamídos.eumenís eumenídos.ſalmacís ſalmacídos.biblís biblídos.Quædam tamen ex his acuũt penultimam,vt thémis thémidos.cýpris cýpridos.pháſis pháſidos.curétis curétidos.élis élidos.Quædã acuunt antepenultimam.vt ſíbaris.cháribdis.thámyris.ádonis,théognis,quorum maſculina mittũt genitiuum in,idos. vt páris páridos.théognis theógnidos.ádonis adónidos.

¶Aduertendum tamen quod mittentia genitiuum in.idos.per.os.purum,poſſunt mittere genitiuum in.ios.more ionico,vt páris páridos,vel pários,mémphis mémphidos.vel mémphios.

¶In.ois.mittentia genitiuum in.entos.penultimã acuunt:vt pyróis pyróentos.ſimóis ſimóentos.opóis opóẽtos.

¶In.ys.per ypſilon quædam circunflectũt vltimam.vt ichthŷs ichthŷos,quædam eandem grauant.vt botrỳs botrýos,quædam acuunt eandem.vt chlamýs chlamýdos,tethýs tethýos.erinnýs erinnýos.

¶In.os.per.ω.mega deſinentia tã habentia penultimam breuem quæ mittunt genitiuũ in.otos.vt philéros philérotos.rhinocéros rhinocérotos,quam habentia eandem longam,quæ exeunt in oos,vt héros heróos.mínos mínoos.proximam a fine acuunt. Accuſatiuus vtriuſq́ numeri vſurpatur a latinis.

¶In.us.quæ per.ου.diphthongon ſcribuntur,ſynærizata a nominibus terminatis,in.ois.ſolutas:mittuntq́ genitiuũ in.untos,circũflectũt vltimam.vt ſimóis ſimûs.ûntos,opóis opûs.ûntos,phycóis phycûs.ûntos.hydróis hydrûs.ûntos. ſipóis ſipûs.ûntos.amathóis.thûs.ûntos,ierkóis.icûs.ûntos.Rectus &accuſatiuus vſurpãtur a latinis.

¶In.ns.deſinentia penultimam acuunt:mittũtq́ genitiuum in.inthos.vt týrins týrinthos.hélmins hélminthos. Accuſatiuus vſurpatur a latinis.Papinius lib.iii.Suus excit in arma antiquam tyrintha deus.

¶In.ps.polyſyllaba tam ſimplicia quam compoſita proximam a fine acuũt:vt lélaps lélapos.æthíops æthíopos & quæ in genitiuo mutant.p.in.b.vt árabs árabos.chálybs chálybos. Sed aduertendum φ omnia hñt o.micrõ in recto,preterq́ hydrops & cõpoſita ab ops,quod eſt oculus,vt cýclops cýclopos.mýops.opos.mónops.opos. Nam ab ops quod eſt vox,regulam ſequuntur.vt mérops méropos. Latini ex hac terminatione accuſatiuos vtriuſq́ numeri vſurpant.

¶In.ax.quædam accẽtu accuto in penultima proferuntur:vt thórax thóracos.phæax phæacos.córax córacos, quædã circunflectunt penultimam,vt ſmîlax ſmîlacos,clîmax clîmacos.

¶In.ex.per.e.longam.acuunt penultimam,ſeruantq́ illud.e.in obliquis æque longum.vt mýrmex mýrmecos, nárthex,ecos.ſcólex ſcólecos. Habentia tamen.o. longum in penultima breuiant in obliquis illud.e, vt alópex alópecos.

¶In.yx.per ypſilon:partim acuunt penultimam,vt bómbyx bómbycos.bébryx bébrycos.ónyx ónycos.ſardónyx ſardónycos.chéyx chéygos.órtyx órtygos,partim circũflectũt eãdem.vt cêryx cêrycos.coccŷx coccŷgos. Latini ex hac terminatione accuſatiuos vtriuſq́ numeri vſurpant.

¶In.ox.per.ω.mega rara ſunt acuentia finalem.vt cyamotróx.ógos.a trógo quod eſt voro & cyamos faba.

¶In.x.habentia.g.ante.x,quam nos per.n.ex cauſa vni tantum mihi comperta per.n.proferimus & ſcribimus penultimam acuunt.mittuntq́ omnia genitiuum in.gos.vt phárynx phárygos.lárynx lárygos.lýnx lýngos.

FINIS.

## ANTONIVS AD LECTOREM DE LITTERIS GRAECIS.

Litterulas græcas fluxerunt vnde latinæ,
Si quis noſſe cupit, longa terenda via eſt,
Vt culmen teneas, ſubeundi mille labores,
Rara quidem res eſt; at precioſa tamen.
Maiores maiora petant: mihi parua ſecuto
Sufficiat pueris prima elementa dare.
Illa modo ſine queis nō cōſtat ſermo latin⁹.
Et quæ ſi ſpernas, mox habeare rudis.

## EIVSDEM ANTONII IN LITTERAS GRAECAS PRAEFATIO.

QVI LITTERALIAS INTRODVCTIONES ante hac latinis tradiderunt; immo vero qui longiores commentationes ex inſtituto grammaticen profeſſi ædiderunt; nullam fere partem attigere: in qua non aliquid ex græcis deſumpſerint; ita tamen ſcripſerunt, vt cum vtriuſq; linguæ gnaris & non cum pueris rudibus & in doctis loquerentur. Nam cum de litteris deq; dictionum orthographia diſputant; cum de accentu atq; ſyllabarum quantitate; cum de nominum etymologia & declinatione; cum de partium orationis conſtructione, totam rationem inchoatam relinquunt, atq; nos ad græcos autores mittūt. Græcæ vero litteræ qua via noſtris hominibus tradi poſſint; non eſt in promptu; propterea q; præceptorum non minor eſt penuria quam librorum; ſed quod magis obſtat eſt incredibilis hominum veternus; qui adeo ad hanc vnam rem obtorpuerunt; vt iam monſtro ſimile habeatur; ſi quem viderint græca legere; nedum loqui, aut intelligere. Ego vero cum in meis introductionibus multos locos ex græco pendentes inchoatos reliquiſſem: cōmunicata re prius cum his, a quibus, ſi quid vſquam eſt græcarum litterarum, apud nos emanauit, auſus ſum facere; quod alius harum rerum peritior facere debuiſſet; non quidem omnia quæ ſermo latinus ex græco fonte deſiderat; ſed illa tantū ſine quibus introductiones noſtræ conſtare non poſſunt. Et quia tunc temporis non contigit nobis græcarum litterarum typos omnes habere; & quod omnes quibus præcepta noſtra ſcribuntur, ignotæ ſunt; vſi ſumus magna ex parte latinis. Quæ tametſi autore Plinio ſatis commode poſſunt græcas omnes deſignare; non tamen ſemper id aſſequi poſſumus; cum ex diuerſis literis plærumq; eadem vox efficiatur, & ex eadem voce diuerſos ſenſus coniectare liceat; vt quod ι.υ.pſilon ει. & οι. diphthongi eundem ſonum nobis exhibent, & alia ad hunc modum. Imprimis itaq; litteras græcas & earum nomina græce & latine e regione deſcripta propoſuimus. & de illarum prolatione nonnihil adiecimus; tum de diphthongis & accentibus aliquid attigimus, de nominum deinde declinatione ſimul & accentu cuius rei gratia hunc laborem aſſumpſimus: vt pro captu noſtro hæc fuerint a nobis deguſtata. Qui vlteriora ... ſſe deſiderant, ad græcorum ſcholas illis eundum eſſe moneo; nā ego is ſum; qui neq; tardos op... erior; neq; præcedentibus inſto.

α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| α | β | γ | δ | ε | ζ | η | θ |
| ἄλφα | βῆτα | γάμμα | δέλτα | ἒψιλον | ζῆτα | ἦτα | θῆτα |
| alpha | beta | gamma | delta | epſilon | zeta | eta | theta |
| a | b | g | d | e breue | z | e longum | th |
| ι | κ | λ | μ | ν | ξ | ο | π |
| ἰῶτα | κάππα | λάμβδα | μῦ | νῦ | ξῦ | ὂμικρον | πῦ |
| iota | cappa | lambda | mi | ni | xi | o micron | pi |
| i | c | l | m | n | x | o breue | p |
| ρ | σ | τ | υ | φ | χ | ψ | ω |
| ῥῶ | σίγμα | ταῦ | ὖψιλον | φῖ | χῖ | ψῖ | ὦμέγα |
| ro | ſigma | tau | ypſilon | phi | chi | pſi | o mega |
| r | ſ | t | y grecum | ph | ch | ps | o longum |

Diphthongi propriæ.
αι. αυ. ει. ευ. οι. ου.
æ. au. ei. eu. œ. u.

Diphthongi Impropriæ.
ᾳ. ῃ. ῳ. υι. ηυ. ωυ.
a. e. o. yi. ey. oy.

## ¶ De litterarum prolatione.

Q Vattuor & viginti litteræ ſunt in vſu apud Græcos in hac ſerie.

α. Alpha, q̄ ab illis ꝓfertur eodē ſono quo nos illā ꝓferimus.

β. Beta, ꝓfertur ab illis quaſi per.u.conſonantem noſtram,&.i.vocalem Nos beta illam vocamus,quia,η.ſemper vertitur in.e.

γ. Gamma,eodē ſono ꝓfertur ab illis quo nos.g.nr̄m ꝓferimus,a. vel.o.vel.u.ſeq̄ntibus,& quo cum reliquis ꝓferri deberet.

δ. Delta,eadem voce ꝓfertur ab illis qua nos.d.enunciamus.

ε. Epſylon,eodem modo ꝓfertur ab illis quo nos.e.breuem.

ζ. Zeta,eodē ſono illi ꝓferunt quo nos.z.noſtrū ꝓferimus:ſed ab illis zita vocatur,a nobis zeta,quia. η. vertitur in.e.longum.

η. Eta,vt diximꝰ,ab illis ꝓfert ita quaſi ꝑ iota,nos quaſi ꝑ.e. longum.

θ. Theta,eadē voce illi proferunt qua nos.th.proferre deberemꝰ,ſed ab illis thita,a nobis theta dicitur.η. verſo in.e.longum.

ι. Iota,eodem ſono illi proferunt quo nos.i.noſtrum efferimus.

κ. Cappa,eodē ſono illi ꝓferūt quo nos.c.nr̄m.a.vel.o vel.u.ſeq̄ntibꝰ,& quo cū alijs ꝓferri deberet.

λ. Lambda,eodem ſono illi proferunt quo nos.l.noſtrum.

μ. Mi,eadem voce illi pronunciant qua nos.m.noſtrum.

ν. Ni,eadem voce illi proferunt qua nos.n.noſtrum.

ξ. Xi,eodē ſono ꝓfertur à græcis quo à latinis,ſed ab illis appellatur xi,ita vt incipiat à ſeipſa,& deſinat in.i. vocalem.à nobis litteris inuerſis.ix.vt incipiat ab.i.vocali,& deſinat in ſeipſam.

ο. Omicron,eodem modo profertur à græcis quo à nobis.o.breue.

π. Pi,eadem voce illi proferunt qua nos.p.noſtrum efferimus.

ρ. Ro,in principio dictionū.& in medio ſi geminetͬ ſempꝫ à grecis aſpiratͬ,atqꝫ eodē ſono ꝓfertur ab vtriſqꝫ.

σ. Sigma,eodē modo ꝓfertur à græcis quo à latinis,ſed vtriqꝫ perperā ꝓnunciant,qđ alibi demōſtrauimus.

τ. Tau,eodem modo ꝓfertur à græcis quo à latinis.t.exile.Sed à græcis appellatur,tau,quaſi deſinat in.u.cōſonantem,à latinis tau.quaſi deſinat in.u.vocalem.

υ. Ypſilon,eodē modo ꝓferri debet à græcis & latinis,ſed cuiuſmodi ille ſonus debeat eſſe,alibi diximus.

φ. Phi,eodē modo ꝓnunciatͬ à græcis quo à latinis ꝓferri deberet,nō quaſi nūc ꝓferimus,hoc eſt ꝑ.ſ.[illegible]

χ. Chi,eodem modo ꝓfertur à græcis.eta.vel epſilo,vel iota, vel ypſilō ſequentibus quo nos Hiſpani.x.[illegible] proferimus,alioqui non male pronunciant.

ψ. Pſi,eodē modo ꝓnūciatur à græcis quo latini ante ſuū anti ſigma ꝓferebāt:& [illegible].ps.lr̄as ꝓnunciant.

ω. Omega,eodem ſono illi ꝓferunt quo nos.o.longum proferimus.

¶ Aduertendum tn̄,qđ ſi poſt cappa,ſiue lambda,ſiue ni ſequatur iota aut ypſi[illegible] à græcis ꝓferri voce quadā inarticulata.cappa etiam,eta.vel ypſilō ſeq̄ntibus ſono quale nequeo monſtrare.[illegible] ſentio tn̄ lambda quaſi nos Hiſpani ll,duplex.ni.quaſi.nn.duplex pronunciamus.Sed an recte illo modo proferant ipſi viderint,nos

ſd non poſſe fieri aſſeueramus, propterea q̄d conſonantes. æque vires ſuas ad vocales ſequentes proferant, nominatimq; Quintilianus de cappa id dicat.

Aduertendum quoq; in ſcriptura græca quoties poſt gamma ſequitur alterũ gamma, vel cappa, vel, chi, vel. xi. loco gamma debere pnunciari. ni. lr̃am, aut ſi pferatur. ni. lr̃as illas loco. ni. debere ſcribi cuius rei cauſam attulimus in libello de vi, & poteſtate lr̃arum, cũ de. n. lr̃a ageretur.

Aduertendum præterea ſi poſt ni litteram ſequatur tau. loco tau debere proferri delta: ne fiat (vt illi dicunt) ſonus retorridus.

HArum quattuor & viginti lr̃arum duo ſunt genera. ſeptem vocales, alpha, epſilon, eta, iota, omicron, ypſilon, ω. mega, reliquæ oẽs ſunt cõſonantes. Vocales ruſus in partes diuidũtur: in duas ſemp breues: epſilõ. & omicron, in duas item ſemp longas. ω. & η. & in tres medias ſiue ancipites hoc eſt q̄ poſſunt eſſe breues & longæ. a. i. ypſilon. Conſonãtes ruſus in duo gñã diuiduntur: in octo ſemiuocales, zeta. xi. pſi. lambda. mi. ni. ro. ſigma. quarum tres priores duplices dñr. zeta. pro. ſd. xi. pro. cs. vel gs. pſi. pro. ps. quinq; poſteriores liquidæ. q̄ etiam immutabiles appellantur. lambda, mi. ni, ro. ſigma. Et in nouem mutas. beta, gamma. delta, cappa, pi, tau. theta, phi. chi. Quarum tres ſunt exiles, cappa. pi. tau, tres aſpiratę. chi. phi, theta, tres mediæ, gamma. beta. delta.

| | | | |
|---|---|---|---|
| π | τ | κ | exiles. |
| β | δ | γ | mediæ. |
| φ | θ | χ | aſpiratæ, |

ASpirationis notam antiquiores græci in ordine aliarum lr̃arum (perinde ac ſi eſſet lr̃a) poſuerũt, quemadmodũ apd' latinos nũc ponitur, deinde. η. lr̃æ figuram p lineam trãſuerſam mediã diuidentes in hũc modum ⊢⊣ dexterã illius partẽ exilitatis: ſiniſtrã vero aſpiratiõis notam eſſe voluerũt. Illam Palæmon vicentinus exilẽ, Grilus leuẽ nominauit: idem, q̄ aſpiratiõis nota erat, flatilẽ dixit. p priorẽ dictiões a vocalibus incipiẽtes q̄ debeant pferri exiliter, notauerũt: p poſteriorem, q̄ debeant aſpirari. Iuniores eãdem rõnem ſecuti. o. mediũ diuiſerũt in hũc modum ω, poſſunt autem vocales oẽs aſpirari & nõ aſpirari, pter ypſilon, q̄ ſemp in principio dictiõis aſpiratur. cauſam vero cur notã illam ex lr̃arum ſerie tollẽtes vocalibus impendere fecerint: hanc fuiſſe tradũt: ne ſpũs videlicet ille extra vocalẽ eſſe putaretur: atq; occaſionẽ daret putãdi eſſe lr̃am, q̄ ſeq̃ntem vocalem feriret: quẽadmodũ apd' Hebręos. he. lr̃a q̄ inter lr̃as numeratur: qd' flatus ille ſuus quodammodo ſonat. Sed cum ex cõſonantibus quattuor à græcis aſpirẽtur. cur theta. phi. chi. figuras accommodarint: rho vero ppriam figurã nõ dederint: hac fuiſſe cauſam putãdum eſt: q in tribus illis aſpiratio intra ipſas eſt, & cum ipſis erumpit. in rho vero potius extra eſt: & cum vocali ſequenti coaleſcit.

## ❡ De diphthongis.

DIphthongi pprię dictę apd' gręcos ſex ſunt, αι. q̄ apd' illos pfertur quo ſono nos enũciamus. æ. nr̃am diphthõgon: atq; ſemp in eãdem vertitur, vt αἰακος æacus.

αυ. Quæ apd' illos pferť tali voce, quali nos aue, ſi auferas, e. finalẽ hoc eſt p. u, cõſonãtẽ. Hęc diphthõgus apd' nos ſemp vertitur in. au. ita vt. u. ſonet, q̄ſi vocalis. vt αὐλη. aula.

ει. Quæ apud illos tali ſono pfertur, quali nos. i. lõgum pferimus, atq; apd' nos in. i. lõgũ plerũq; vertitur. vt βραβεῖον. brauiũ. aliq̃ñ in. e. lõgũ. vt πηνελόπεια. Penelopéa.

ευ. Quę apd' nos tali voce pferť, quali eua, ſi auferas, a, finalẽ, hoc eſt quaſi per. u conſonãtem, apd' nos ſemper vertitur in. eu, diphthongon, ita tamen, vt. u. ſonet quaſi vocalis. vt πενθεύς. Pentheus,

οι. Quæ apud illos tali voce pfertur, quali nos i, lõgum pferimus, apd' nos in, œ. diphthongon ſemp vertitur. vt οἰκόνομος, Oeconomus, vt φοῖνιξ. Phœnix.

ου. Quę apd' illos tali voce pfertur, quali nos, u. vocalẽ efferim⁹, atq; in eandẽ ſemp apd' nos vertitur. Cũq; apd' græcos. u. vocalis nõ habeatur, p hãc diphthõgon illã repſentãt, vt δοῦλος. dulos. Per hãc quoq; exhibẽt. u. cõſonantẽ nr̃am, ſed illã quaſi vocalẽ pferunt, vt σιλουανὸς. p Siluanus, vt οὐεσπασιανὸς. p Veſpaſianus.

Improprię diphthõgi ſex quoq; ſunt, q̄bus antiquiores græci vtebãtur ſeq̃ntibus vocales minuſculis lr̃is, quaſi ſignificare volentes qd' abſurdũ neſcio q̄d ſonabãt, quas deinde iuniores ſubſcripſerunt, vt & antiquitatem illis deſignarent, & qd' ſonus ille ſubobſcurus in deſuetudinem abijt.

ᾳ. Alpha ſubſcripto, i. paruo ſonat apd' illos, quaſi. a. longũ, atq; apd' nos in. a. longũ vertitur, vt aſma, aſmatos, athrax, athracos, thraſcias. u, & in datiuis primæ declinationis, vt Martha. theologia.

ῃ. Eta ſubſcripto iota paruo apd' illos ſonat, quaſi. i, longũ. Nos quoq; in. e, longũ vertimus, vt in datiuis primę & ſecundæ declinationis, vt Anchiſes, datiuo anchiſe. Calliope, dtẽ calliope.

ῳ. Mega ſubſcripto iota [illegible]uo apd' græcos ſonat, quaſi. ω. longũ, apd' nos plerumq; vertitur in, œ. diphthongon, vt tragωdia. trag[illegible]a, aliq̃ñ in. o. longũ, vt palinodia, palinodia.

υι. Pſylon adſcripto iota pa[illegible]o apd' illos ſonat ypſilon longũ, apd' nos ſemper vertitur in, yi, diphthongõn, vt harpyia, cœnomyia, orithy[illegible] & per. i, longũ quemadmodũ à græcis pfertur,

ηυ. Adſcripto ypſilon apd' illo[illegible] ſonat tali voce, quali apd' nos pfertur eui, ſi auferas. i, finalem, hoc eſt per. u. cõſonantem. vt πρηνθέω, apd' n[illegible]s transfertur in. eu. diphthongon.

ωυ. Mega adſcripto ypſilō ꝓfertur ab illis tali ſono/quali nos ꝓferimus oua, ſi auferas. a. finalē, hoc eſt quaſi ꝑ. u. conſonantem, qua diphthongo ſoli graeci Iones vtūtur/dicētes. ωυτόν. ꝓ. αὐτόν. apud nos in vno tantū nomine hebraico ſcribitur in ſacris lr̄is: hoc eſt Moyſes. vbi. y. nullū ſonū habere debet: ſed ꝓferendū eſt moſes: quemadmodū Iuuenalis. Strabo. Plinius. Iuſtinus. ꝓtulerūt, & ex noſtris graeci theologi ꝓpe omnes doctores. Ex latinis Iuuencus in quattuor euangelia. Arator in apoſtolica hiſtoria, aut ſi contendas. y. pſilon debere proferri, quaſi. u. proferendū eſt, vt in, au. &, eu, diximus.

## ¶ De Accentu.

ACcentus apd̄ graecos (quēadmodū & apd̄ latinos) tres ſunt. acutus. grauis, & circūflexus. Sed acutus & circūflexus dictiōis ſunt accētus: grauis vero ſyllabę tm̄, vnde ſyllabicus accentus dr̄. Eſt tn̄ qn̄ accentus grauis eſt dictiōis accētus: cū videlicet in cōſeqntia grauis ꝓ acuto ponitur: idq; in fine tm̄ dictiōis. Dico in cōſeqntia (hoc eſt cū orō feſtinat ad clauſulae exitū) alioqui nunq̄ grauis poneretur ꝓ acuto. Latini nō cōſueuerūt accētus apicibus notare, niſi tm̄ ex Quintiliani praecepto in dictiōibus ambiguis rōne accētus. At graeci paſſim illos in qualibet particula imponūt hoc modo. Acutū apice tenui ſurſum ducto (ita tn̄ vt paululū in dexterā manū declinet) in hūc modū. ´ Grauē apice tenui deorſum ducto: ita tn̄ vt in ſiniſtrā paululū declinet in hūc modū. ` Circūflexū ex vtroq; ductu componūt, vt partim aſcēdat partim deſcēdat in hūc modum. ^ Grauis itaq; cū ſit (vt diximꝰ) ſyllabae & nō dictiōis, accētus in qualibet ſyllaba collocari poteſt, p̄terq̄ in qua p̄dominans accētus collocatur: hoc eſt acutus vel circūflexus. Acutus vltimū, ſiue penultimū, ſiue tertiū a fine locū poſſidere poteſt. Circūflexus duas tm̄ obtinet ſedes, hoc eſt vltimam & penultimam.

Eſt animaduertendū p̄terea q̄ dictio hn̄s ſyllabā vltimā grauē a grecis dr̄ barytona. q̄ vero vltimā acuit oxytona, q̄ penultimā acuit paroxytona, q̄ antepenultimā ꝓparoxytona. Quę tn̄ vltimā circūflectit periſpomene appellat: properiſpomene q̄ penultimā. His prelibatis ꝓpono regulas accētibus graecis deſeruientes.

### Prima regula.

Accentus acutus poni poteſt in vltima ſyllaba, ſiue illa ſit breuis, vt calós, ſophós, agathós. ſiue ſit longa abſq; ſynaereſi vt pentecoſté. paraſceué. anatolé. nam ſi habet ſynaereſim, circumflectitur.

### Secunda regula

Accētus acutꝰ pōt in penultima ſyllaba poni: ſiue illa ſit breuis ſeqnte altera breui. vt lógos/pónos/ónos: ſiue ſit breuis ſeqnti lōga ꝑ naturā, vt lébes lébetos/tápes tápetos: ſiue ſit lōga ſeqnti altera lōga. vt aether/dáphne. dóne.

### Tertia regula.

Accentus acutus poteſt poni in antepenultima ſiue ſequātur duę breues. vt dáctylos/apóſtolos/ámpelos/ſiue ſequantur lōga & breuis. vt aegiália. polýdoros. Nam ſi breuis cū lōga: aut duae longę ſequantur accētus in penultimam transfertur. vt dicéos, in ntō antepenultimā acuit: in gtō dicéu penultimam.

### Quarta regula.

Circūflexus accētus collocari pōt in vltima ſyllaba: modo ſit natura lōga vel ex ſynaereſi. vt pētecoſtês in gtō: & pentecoſtê in dtō, nauſicâ ꝓ nauſicáa. Demophôn ꝓ Demophóon, ex regula inferius tradēda ſexto loco.

### Quinta regula.

Circumflexus accentus poni poteſt in penultima per naturam longa/modo vltima ſit breuis: vt mûſa/mêa. Sed aduertēdū ai. & oi. diphthōgos graecas (q̄ ad rōnem accentus attinet) ꝓ breuibus eſſe habendas. vt mûſae in plurali penultimam circūflectit, q̄q̄ vltima ſit longa diphthongo.

### Sexta regula.

Syllaba vltima per ſynaereſin contracta in qua debeat accentus circumflexus collocari, conſtare oportet ex acuta in penultima. & graui in vltima. vt qd̄ de nauſicáa & Demophóon paulo ante diximus. Aduertendum huiuſmodi ſynaereſin nonnunq̄ fieri ex duabus grauibus exiſtente accētu in antepenultima. vt chrýſeos chryſûs. argýreos argyrûs, chálceos chalkûs.

### Septima regula.

Vltima ſyllaba exiſtēte longa per naturā, accētus acutꝰ nō poteſt in antepenultimam collocari, ſed aut manet in eadē vltima: aut trāſfertur in penultimā. Quae regula ab oībus graecis (p̄terq̄ ab atticis) obſeruatur. Illi nāq; Menéleos & ſimilia, q̄ per tertiā declinatiōem graecam inflectūtur, accentu in antepenultima acuto proferūt: q̄q̄ vltima per ω. mega ſcribatur: atq; (vt paulo ā̄te dixi) ai. & oi. diphthongi in fine dictionis poſitę ꝓ breuibus habentur, quod ad rationem accentus attinet.

### Octaua regula.

Diphthōgꝰ in fine dictiōis hn̄s. y. pſilō in fine (ſi ſuſcipit tonū) circūflectūt. ſunt aūt hmōi diphthōgi tres, αυ. ευ. ου.

### Nona regula.

Monoſyllaba neutra circumflectunt. vt pŷr. pân. ſcôr.

### Decima regula.

Nominatiuus acūſ: & vocatiuus abſq; ſynaereſi (ſi in vltima ſuſcipiunt accentum) acuuntur, vt calós calón. calé calós. Quod ſi habent ſynaereſin, circūflectuntur, vt nauſicâ, nauſicân. o nauſi...

### Vndecima regula.

Genitiuus & dtīs in longas deſinētes (ſi ſuſcipiūt tonū) circūflectunt. vt ... ... ſophós. ſophû. ſophô.

Duodecima regula.

Gtūs in.os.diſſyllabū deſinens, acuit ſemp vltimā.vt bús.boós.zéus.diós.crés.cretós.cár.carós.gráus.graós.

Tredecima regula.

Gtūs nō deſinens in.os.diſſyllabū habet accentū in eadē ſyllaba,in qua rectus,vt agathós agathū,lógos lógu,léxis léxeos.Quod ſi rectus accentū habeat in antepenultima.& gtūs in longā terminetur,trāſfertur accētus in penultimā p regulā ſeptimā.vt díceos díceu Qđ ſi gtūs creuerit vna ſyllaba,qđ euenit in noib9 qntę declinatiōis,qa in.os.breuē terminaī,accent9 in ſeqntē ſyllabā transferi,vt maneat in ātepenultima.vt ænigma,ænigmatos.

Quartadecima regula.

Datiuus genitiui tonū habet & tempus,vt anchíſes anchíſu anchíſe.timé times timé.ceras ceantos ceanti.

Quintadecima regula.

Actūs in eadē ſyllaba tonū habet in q gtūs,pterq in noib9,quorū gtūs eſt duarū ſyllabarū in.os.deſinēs,quem dicim9 vltimā acuere,tūc eñ actūs penultimā acuit.vt bús bóos bóa.zeus diós día.crés cretós créta.

Sextadecima regula.

Actūs monoſyllabus in.n.terminat9 circūflectitur.vt cl̃is clidós cl̃in.mén menós mēn.hŷs hyós hŷn.

Septimadecima regula.

Vcūs in eodē loco accentū habet,in quo rect9.vt lógos o lóge vel lógos.timé o timé.Excipiūtur noia cōpoſita in.es.lōgū terminata,in qb9 vltima grauis eſt:aut ex ſyneresi circūflexa in his nāq retrocedit ton9 vna ſyllaba,vt Demoſthénes o Demóſthenes,hoc eſt de penultima in antepenultimā,itaq p.e.breuē in vcō ſcribitur.Et eodē modo antigénes o antígenes,ariſtotéles o ariſtóteles.De circūflexis ex ſynæreſi periclēs,ex eo qđ eſt perikleēs o períkles,hoc eſt de vltima in penultimā,Cōpoſita vero in.on,p.ω.mega,ſi vcūm termināt p.o.micron:accentū retrahunt vna ſyllaba,vt Agamémnon o Agámemnon,Apóllon o ápollon.

Octauadecima regula.

Ntūs pluralis ſimilem tonū atq in eadem ſyllaba habet ntō ſingulari.vt lógos lógi.Fœminina vero,quę veniūt a maſculinis,illorū rationem ſequūtur.Actūs & vcūs nominatiui pluralis tonū ſuſcipiunt.

Nonadecima regula.

Gtūs pluralis in.on.per.ω.mega terminatur.Collocaturq accent9 in penultima aut in vltima ſyllaba,nā in antepenultima nunq poteſt collocari;ppterea q vltima eſt lōga.In æquiſyllabis,ſi rectus acuit vltimā,& gtūs pluralis in vltima acutū habebit.vt timé timōn:ſi penultimā eodē modo in penultima.vt lógos lógon:ſi antepenultimam,accentus in penultimam transfertur.vt ǽnigma ænigmátos ænigmáton.

Viceſima regula.

Nominatiuus atq proinde vcūs ſingularis terminationem hūs communem græcis & latinis:tametſi accentu græco & latino proferri poteſt;mixtus tñ ſermoni latino ſcđm regulas accentus latini proferendus eſt.In ſermone vero græco,accentus græci regulas ſequatur,oportet.

Prima & viceſima regula.

Si accentus græci ratio nobis fuerit incognita,tuties eſſe minuſq errori obnoxiū,ſi p regulas latinas vocabula moderemur,q ſi artis auxilio deſtituti feramur pcipites in id,qđ ſe nobis ignorātibus obiecerit.

¶ De nominis declinatione.

Sermo latin9 (quēadmodū & aliorū nationū linguæ) nō vſq adeo purus eſt,vt nō aliqd ſibi aliunde adſciuerit.Cū vero magna illius pars ex ſermōe græco depēdeat,nō modo vocabulorū ſiluā ex eo detorſit,verūetiam quoſdā caſus mere græcos vſurpauit.Vnde Quintilian9,recētiores,inqt,inſtituerāt græcis noibus grecas declinatiōes potius dare,qđ tñ ipſum non ſemp fieri pōt:& ſubdit,mihi aūt placet latinā rōnem ſequi,quouſq patitur decor,Decoris aūt illius nos iudices eſſe nō poſſumus:neq aliūde nobis cōſtare pōt,q ex autorum vſu,Veluti ſi venerit in dubiū an decētius p declinatiōem latinā inflectātur dido didonis.caliſo caliſonis.io.ionis.vt antiqui declinabāt:an potius dido didus,caliſó caliſus.io ius.vt ſeculum eruditius,quale fuit ætate Quintiliani,qui libro primo ſcribit,Neq eñ caliſonē dixerim vt iunonē:quamq ſecutus antiquos.Cæſar vtitur hac rōne declinādi:ſed autoritatem,inqt,cōſuetudo ſuperauit.Phocas pterea vbi de declinatione græca his verbis ſcribit.Errant,qui didonis aut mātonis gtm̄ dicunt,& vocum aſperitas,& veterū autoritas eiuſmodi declinatiōem repudiant.Quod ſi græcorum nominum græcam declinationem admittimus,& accentus quoq græcos recipiamus,neceſſe eſt,quare de vtriuſq nobis hoc in loco agendum eſt.

Habent græci partem orōnis,qua latini carent:arthron illi,nos articulū vocamus,Eſt autē articulus pars orōnis q̄ ppoſita nomini demōſtrat cuius gñis eſt,Genera vero apđ illos qnq ſunt,Maſculinū,qđ deſignatur articulo.ὁ.vt.ὁ.agathós.Fœmininū qđ deſignatur articulo.ἡ.vt.ἡ.agathē.Neutrū,qđ deſignatur articulo.τό.vt.τό.agathón,Cōe duorum [illegible] articulo.ὁ.&.ἡ.vt.ὁ.&.ἡ anthropos.Epicœnū,hoc eſt promiſcuū.qđ ſub vna voce cōphēdit aīalia vtriuſq ſexus.vt.ὁ.&.ἡ.aetos & chelidōn.Articul9 maſculinorū in gtō eſt.τοῦ.in dtō.τῷ.in actō τόν.Articulus fœmin[illegible]orū in gtō.τῆς.in dtō.τῇ.in actō.τήν.Articulus neutrorū in gtō eſt.τοῦ.in datiuo.τῷ.in actō.τό.Vcūs artic[illegible] caret,cuius loco ponimus.ὦ.aduerbiū vocādi.Græci ablm̄ nō habēt.Dualis & pluralis numeri articulos id[illegible] nō poſuimus,propterea q latini dualem nō habēt,pluralem raro vſurpant,niſi quatenus articulo genitiui [illegible]luralis τῶν.aliquādo vtuntur.

Declinationes græcorum quinq; ſunt, quæ omnes ad tres latinas reducuntur: nam quartæ & quintæ nullū græcorum nomen reperitur. Quattuor priores declinationes ſunt nominum æquiſyllabicorum: quinta eſt creſcentium vna ſyllaba in genitiuo, illa iſoſyllabica, hæc vero periſoſyllabica appellantur.

Prima declinatio.

PRima græcorum nominū declinatio, quæ maſculinorum eſt, duas habet nominatiui terminatiões in.as.& in.es.per.η.q̄ omnia mittunt genitiuū in.u.vt eneás æneu, anchíſes anchíſu. Sed in.as.deſinētia faciunt dtm̄ in.a.in.es.vero deſinētia faciunt in.e.vtrobiq;.s.nōīatiui ablata.vt æn'eas æn'ea.anchíſes anch'iſa. Actīs ab vtraq; terminatiōe fit.s.nominatiui mutata in.n.vt æneas æn'ean.anchiſes āch'iſen. Vocatiu9 ab vtraq; terminatione fit ablata.s.nominatiui, vt æn'eas o æn'ea.anch'iſes o anch'iſe. Sed Attici ô æneas & ô anchiſes faciunt, quēadmodum in nominatiuo. In.es.vero gentilia in.a.faciunt vocatiuū.vt hic ſcythes ô ſcytha.hic cappádoces ô cappádoca.hic p'erſes ô p'erſa. Sed quādo eſt proprium nomen ô perſe facit. Compoſita quoq; à metreo quod eſt metior, & à poleo, quod eſt vendo. & à tribō qđ eſt exerceo in.a.faciunt vocatiuum, vt hic geom'etres ô geom'etra. hic bibliopóles.póla.hic pedotr'ibes ô pedotr'iba. Sed cum vocatiui vocalis lōga ſit (quēadmodū & nominatiui in.tes.deſinētia) in.a.breuē termināt vocatiuum: vt hic proph'etes ô propheta, hic poétes ô poeta. hic toxótes ô toxóta. hic l'eſtes ô l'eſta. Aliqua tamē notātur in.æ.vt æétes ô æéte. callip'etes ô callip'ete. ænar'etes ô ænar'ete, philother'ſites o philother'ſite.

In.as deſinētia, q̄ ad primā declinationē latinā referuntur, penultimā acuunt, ſiue illa ſit breuis ſiue lōga: vt andr'eas andr'eu. pythagóras pythagóru. æn'eas æn'eu. amýntas amýntu. Ex hac terminatione latini vſurpant accuſatiuum.in.an.vt æn'eas æn'eam.pythagóras.góram. Hora.ij.ſermo. Qualia vincunt pytagóram anitiq; reum doctumq; platona. Vctīs quoq; vſurpatur, q̄ñ in.a.lōgum deſinit: vt ô andr'ea, ô pythagóra. Quod ſi vctīs in.a.breuem terminatur: accentus latini regulam ſequitur.vt ándrea, pythágora.

In.es.per.η.quæ ad primam declinationem latinā referuntur, omnia fere acuunt penultimam, ſiue illa ſit breuis ſiue longa, vt anch'iſes, or'eſtes. priam'ides. pāthóides, atq; pinde omnia patronymica maſculina. Reperiuntur tamen nonnulla acuentia finalē.vt ſophiſt'es. tympaniſt'es. origeniſt'es. & ſimilia. Ex hac terminatione latini vſurpant accuſatiuum in.en.deſinentem.nam in.an.latinum eſt.vt priam'ides priam'idē, pāthoídes pāthoídē. Verg.iij.ænei. Priam'iden helenum graias regnare per vrbes. Hora.i.car. Tartara pāthoídē iterum orco. Vocatiuus quoq; vſurpatur cum in.e.longum deſinit.vt Hora.ij.ſermo. O laertiáde quicquid dicam, aut erit, aut non. Vergilius.iij.æn. Coniugio anchiſe veneris dignate ſuperbo.

Nominatiuo æn'eas æn'eu.æn'ea æn'ean, ô ænéa vel æn'eas.
Nominatiuo anch'iſes.anch'iſu.anchiſe.anch'iſen.ô anch'iſe vel anch'iſes.

Secunda declinatio.

SEcunda græcorum nominum declinatio fœmininorum tātum eſt q̄ in.a.vel in.η.hoc eſt.e.longum deſinentia in.es.cōmuniter faciunt gtm̄.vt múſa múſes, calliópe calliópes. Deſinentia vero in.a.longum vel in.da.vel in tha.vel in.ra.a.nominatiui.ſeruāt in obliquis.vt theolog'ia theolog'ias. l'eda l'edas. mártha márthas, heméra hem'eras. Datiuus fit a gtō ablata.s.vt múſes múſe, callióp es. ópe. theolog'ias theolog'ia. l'edas l'eda. márthas. tha. hem'eras hem'era. Actīs fit a ntō aſſumpta.n.vt múſa múſan, callióp e callióp en. theolog'ia theolog'ian. l'eda l'edan. mártha márthan. heméra.an. Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo.vt múſa ô múſa. callióp e ô callióp e.

In.a.deſinentia, quę ad primā declinationē latinā referuntur: quędā acuunt vltimā, vt agiá. amiá, anthraciá, antiphorá. quędam acuunt penultimā, vt omnia quę in.a.longā deſinunt.vt ſoph'ia. theolog'ia. eccle'ſia. comœd'ia. Quædam acuunt antepenultimā.vt régina, aréthuſa. ſíbylla, ſcol'opendra. Quædā circunflectunt vltimam quę patiūtur ſyneręſim.vt nauſicâ ab eo qđ eſt nauſicáa, argyrâ ab eo quod eſt argýreos, ſiderâ ab eo quod eſt ſydéreos. chryſâ ab eo quod eſt chrýſeos. Quædā circunflectunt penultimā, hoc eſt, quę deſinunt in.a.breue: habentq; penultimam natura longam, vt mûſa. glôſſa. mêa. althêa.

Ex hac terminatione latini rectum vſurpāt, quādo ſcilicet lōga reperitur: vt apud Papinium in.v.theba. Nec faſcilis Neméa latas euoluere vires. Quem locum. Priſcia.lib.vij. tractās neméa (inquit) quia ſeruauit.a.productā accētum in penultima retinet acutū, tametſi eadem breuis eſt. A recto quoq; in.a. breui vſurpatur accuſatiuus in.an.breuem quoq;: vt apud Papinium.vij.theba. Namq; ferunt raptā patrijs éginā ab vndis, quare accētu hoc eſt acuto in antepenultima proferendum: tametſi penultima ſit longa.

In.η.hoc eſt per.e.lōngum deſinentia, quæ ad primā declinationem latinā referri poſſunt, quędā acuunt vltimā: vt timę.es, paraſceuè, penthecoſtè. Quædā acuunt penultimā.vt dápne. priſáne [illegible]. ſed nomina propria fœminarum, vrbium, & inſularum penultimā prope ſemper acuunt.vt helénę [illegible] gone. calliópa ithácę. parthenópe, aſine. meſſe. Ex hac terminatione latini omnes caſus vſurpant, atq; pro[illegible] accentu græco illos proferre debent. Aduertēdum quoq; nomina poſſeſſiua in.cę.a nominibus maſculi[illegible] in.cos deſinētibus vltimā ſemper acuere: vt grāmaticę.es.ab eo quod grāmaticós. dialecticę.ces, ab eo q[illegible] eſt dialecticós.

Nominatiuo múſa.múſes.múſæ.muſan, ô múſa.
Nominatiuo callióp e.callióp es.callióp e.callióp en, ô callióp e.

Tertia declinatio.

TErtia declinatio græcorũ nominũ atticorum maſculinorum fœmininorũ & cõmuniũ in.os.per. ω. mege declinãtur, Et in.ων. neutrorum abiecta.s.vel.n.facit genitiuum.vt hic menéleos.menéleo.hęc hálos.hálo hic & hęc eugeos eugeo:hoc eugeõ eugeo.Dtũs ſimilis eſt gtõ. Actũs fit a ntõ.s.mutata in.n.ut menéleos menéleõ. hálos hálon.eugeos eugeon. Vctũs ſimilis eſt ntõ:vt hac menéleos ô menéleos. Sed (quẽadmodũ paulo ante diximꝰ) quãq̃ o.finalis ſit lõga:nihilominꝰ ex rõne atticorum accẽtus in ãtepenultimã transfert. Latini ex hac terminatiõe,quãq̃ raro,tñ oẽs casus vſurpãt.vt Verg.ij.ęñ.andrógeos in recto poſuit dicens. Andrógeos offert nobis ſocia agmina credẽs:vbi,os,lõgum eſt. Iuuenalis quoq̃ creditur olim velificatꝰ áthos,& qcq̃d grę cia mẽdax.gtõ quoq̃ Vergi.vſus eſt in.vj.æñ.In foribus lectum andrógeo.Paulus quoq̃ Hieroñ. interpte in eplã ad Corinthios.i.Ego qdẽ ſum Pauli,ego autẽ ápollo:q gtũs atticꝰ eſt:neq̃ eſt indeclinabile, vt qdã ſomniãt.Idẽ quoq̃ Hieroñ.ablm̃ poſuit.q drõ ſiſis eſt in eadẽ eplã dicens.De ápolo autẽ fratre notum vobis facio.Actm̃ quoq̃ ex declinatione græca vſurpauit in eplã ad Titum dicẽs.zenã legiſperitum & ápolo ſolicite præmitte.ſicut Verg.i.geor. Aut átho aut rhodópẽ atq̃ alta ceraunia telo.Nã q.o.natura lõgã breuiauit:factũ eſt ratione ſequentis vocalis.

Nominatiuo hic menéleos.menéleo.menéleo menéleon.ô menéleos.
Nominatiuo hæc hálos.hálo.hálo.hálon ô hálos.
Nominatiuo hic & hęc eugeos.eugeo.eugeo.eugeon.ô eugeos.
Nominatiuo hoc eugeon.eugeo.eugeo.eugeon.ô eugeon.

Q uarta declinatio.

QVarta græcorum noĩm declinatio,q̃ maſculinorum & fœmininorum & cõmunium duorum generũ eſt,in.os.p.o micrõ terminat̃.& neutrorum in.on.eiꝰ p omicrõ.Q uorum gtũs in.u.deſinit.os.ſiue.on. nominatiui mutata in.u.vt hic lógos lógu.hæc hodós hodũ.hoc xylon xylu. Datiuus fit.u.genitiui mutata in.ω.mega.vt lógu lógo.hodũ hodõ.xylu xylo.Accuſatiuus fit.s.noĩatiui mutata in.n.vt lógos lógõ. hodós hodón.xylos xylon.ex regula neutrorum.Vocatiuus fit.o..nominatiui mutato in.e.vt lógos lóge.hodós hodé.Scdm atticos vero vocatiuus ſiſis eſt ntõ.vt hic lógos o lóge vel lógos.hodós hodé vel hodós.

In.os.& in.on.deſinẽtia,q̃ ad ſcdam declinationẽ latinã referunt̃ qdã,acuunt vltimã,vt æacós.pleonaſmós.aſtiſmós.ſolœciſmós & omnia nomina poſſeſſiua deſinẽtia in.cos.vt grãmaticós.grãmaticé grãmaticón.logicós. rhethoricós.catholicós.Q uedã acuunt penultimã.vt árctos.lógos.ſóphos.Q uedã acuunt antepenultimã. vt cáminos.éphebos.éremos.épiros.cámelos.Q uædã circumflectunt penultimã,vt eũros.oĩſtros.acheĩlos.Ex hac terminatiõe latini freqñter tres caſus vſurpãt:ntm̃ actm̃ & vctm̃ Ouid.iij.metamor.æacon agnoſcit ſummum,pleriq̃ fatet. Idem in epĩs,Solueret in ſpeculis omnis ábydos erat.Idem.vtq̃ rogem de te & ſcribã ſi qs abýdo venerit:aut q̃ro ſi qs ábydon eat:ſed abýdo q̃a ablatiuus eſt accentum habet latinum hoc eſt in penultima ex declinatiõe latina abýdus abýdi.Ver.i.geor.põtus & oſtriferi fauces tentãtur abýdi.

Ntõ hic lógos lógu.lógo lógon.lóge.vel lógos.
Ntõ hæc ábidos ábydu.ábydo.ábydon.ô ábyde vel ábydos.
Ntõ hoc xýlon.xýlu.xýlo.xýlon ô xýlon.

Q uinta declinatio.

QVinta declinatio græcorum nominum maſculinorum & fœmininorum & neutrorum & cõmunium duorum q̃ ad tertiã declinationẽ latinã referunt̃:diuerſas habet terminatiões noĩatiui:de qbꝰ deinceps ſingulatim pſeq̃mur.Q uorum genitiuus exit generaľr in.os.vt æas æantos.Datiuꝰ fit a gtõ.os.mutata in.i. vt æantos æanti.Accuſatiuus fit.i.datiui mutata in.a.vt æanti æanta. Vctũs plærumq̃ ſiſis eſt ntõ.vt æas ô æas attice:cõiter o æan.Ntũs pluralis q freq̃nter a latinis vſurpat̃:fit a gtõ ſingulari.os.mutata in.es.vt æantos æantes.Neutra tñ ex regľa gñali in.a.deſinunt,os.genitiui mutata in.a.vt epigrámmatos epigrámmata.Gtũs pluralis fit a gtõ ſingulari.os.mutata in.ω.mega & .n.q̃re neceſſe eſt.vt in hĩtibus accentum in ãtepenultima mutet̃ in penultimã,vt æantos æánton.epigrámmatos epigrãmáton.Dtũs non vſurpatur a latinis. Actũs pluralis q(freq̃nter vſurpat̃ a latinis)fit ab actõ ſingulari addita.s.vt æanta æantas. Vctũs ſiſis eſt ntõ eiuſdẽ numeri.vt æantes o æantes.

De gtõ quintæ declinationis.

IN.a.deſinẽtia,q̃ nomina ad tertiã declinationẽ latinã referunt̃,breuiãt ſllã.a.tã in recto q̃ in obliq̃s:poſſuntq̃ hẽre accentum acutũ in penultima:ſiue illa ſit breuis ſiue lõga.vt dógma.dráma.Poſſunt & in ãtepenultima, penultima exiſtẽte lõga,vt períſema.anáđema.diádema.áthurna.apóphthegma.ænigma.Q uedã circũflectunt penultimã vt hẽma.ãſthma.ãſma.dógma.zõma.pẽgma.ſómma.bẽma.Q uæ oĩa faciũt gtũ aſſumpta.tos.vt dógma.[illegible]s.dráma.atos.Latini ex hac terminatiõe gtm̃ pluralẽ freq̃nter vſurpãt:ſed mutãt accentum in penultima,p[illegible]terea q vltima eſt longa,q.ſ.ſcribitur p.ω.mega.vt grámma grãmáton, epigrãmmáton.Martialis.Argum[illegible]pigrãmáton libellis.hinc illud ineffabile dei nomẽ qđ ab hæbræis q̃tuor lřis ſcribit̃, iod,he.vau,he.p quo ip[illegible]egunt Adonai.tetragrãmáton a græcis dr.Clemens quoq̃ a noſtris frequenter dicitur in libris perifromn[illegible]ton.

In.i.iota.vel in ypſylon on[illegible]tia ſunt græca ſed a græcis declinãtur:apđ latinos indeclinabilia ſunt.Diſſyllaba accentum hñt in prima.ac.[illegible]móli.dici.ſímmi,cómmi,méli.ſed ab eo cõpoſita in ãtepenultimã transferun

accentum.vt hydrómeli.onómeli.oxýmeli.Poliſyllaba vero antepenultimā acuunt.vt p'iperi.cinnábari.ſinapi.quãuis penultima ſit longa. vnde a latinis penultima circunflectitur in ſinâpis,& mittunt apud illos genitiuū in.os.purū.vt móly.yos.c'ici c'icios.ſt'immi.ios.cómmi.ios,méli.ios. Neutra vero a cōmunibus duorum generū in.is,terminatis antepenultimam acuunt:& ad modum cōmunium declinantur,vt hic & hęc Philópatris & hoc philópatri philopátridos.hic & hęc phygópolis & hoc phygopóli phygopóli phygopólidos.Latini ex hac terminatione caſus rectos ſimiles vſurpant,vt Ouid'.Móly vocant ſuperi nigra radice tenetur.

In.ω.mega deſinentia omnia ſunt generis foeminini.poſſuntq; reduci ad tertiam declinationem latinam,vt voluit Caeſar.habentq; accentum accutum in vltima:mittuntq; genitiuū in.oos.vt didó didóos.ſapphó.óos.dióo dióos.calypſó.óos.eratό eratóos.myrtó.óos.lampedó.óos.mantó mantóos,datiuum formant,os,mutata in.i.accuſatiuū.os,mutata in.a.vt didói didóa.ſapphói ſapphóa,diói dioá.calypſói calypſoá.Per ſynaereſim tamen mittunt genitiuum in.us,hoc eſt,oos.mutata in.us.in qua ſuſcipiunt accentum circunflexum.vt didó didûs.ſapphó ſapphûs.dió diûs.calypſó calypſûs.mantó.tûs. Latini ex hac terminatione nominatiuum vſurpãt & obliquos ſynaerizatos.vt Ouidius in priapeia Penelopes primam didûs ſi prima ſequatur. Idem in epiſtola ſapphûs.An niſi legiſſes autoris nomina ſaphûs. Idem in.i.de arte. Nec mihi ſunt viſae clio cliûſq; ſorores. Accuſatiuum quoq; vſurpauit.Verg.iiij.aeneid'.& nomini didó ſaepe vocaturum,& Horatius.aeolijs fidibus canentem ſapphó,& Ouidius in pria. Atlantidemq; calypſó.

In.an.plaerumq; ſunt maſculina acuentia finalem:aſſumuntq;.os.in genitiuo,retinentq; ſemper.a.longū.vt titán titânos.paeán paeânos.pelecán.cânos.acarnán acarnânos.pán panós.p deo paſtorū. Nā pán neutri generis p eo,quod eſt omne pantos per.t.facit.Cōpoſita vero penultimā acuunt. vt hermópan hermópanos.eupéan eupéanos.Latini ex hac terminatione genitiuum & accuſatiuū vtriuſq; numeri vſurpant.vt Verg.viij.aeñ. Panos de more lycaei.Idem in bucco.Mecū vna in ſiluis imitabere pána canēdo.Idē.vi.aeñ.Laetū paeána canētes.

In.en.per.η.quae in.e.longū vertitur maſculina reperiuntur & foeminina & cōmuia duorum generum,q̄ partim acuunt vltimam,vt ex maſculinis hymén.ſolén.lichén.adén.ſplén.zén.mén.& ex foemininis ſirén.troezén partim acuunt penultimā.v hic hélē.hic & haec cárēn.térē.quae omnia.os.aſſumpta faciunt genitiuum,ſed quaedam retinent in obliquis,e.longum.vt hic ſplén ſplenós.hic zén zenós.hic chén chenós.hic mén menós. hic damén daménos.hic Solén ſolénos.hic Lichén lichénos.hic Héllen héllenos.haec Syrén ſyrénos.hęc Troezén troezénos.Quaedam vertunt,e.longum in epſilon,vt hic Adén adénos.hic Auchén auchénos. hic Poemén poeménos.hic Limén.énos.hic Azén.énos.hic Pythmén pythménos.hic & hęc Arrén árrenos.hic & hęc Terén.enos.hęc Phrén.énos.hęc Glén nō declinatur.Latini ex hac terminatiōe acc̄os vtriuſq; numeri vſurpāt.

In.in.per.i.iota maſculina ſiue foeminina vltimam acuūt,habentq; plaerūq; alterā terminationem in.is. mittūtq; genitiuū in.inis.ſup nominatiui terminationē,os.aſſumpta,vt hic delphín vel delphis delphînos. telchín vel. telchís,telchînos.actín vel actís actînos,haec Salamín.înos.Eleuſín vel eleuſís.înos. Rhín rhinós. Latini ex hac terminatione accuſatiuum ſingularem,& nominatiuū & accuſatiuū & vocatiuū plurales frequenter vſurpant,vt Ouid'.ſenſit delphína melantho.Verg.in buccol.Orpheus in ſiluis inter delphínas arion.

In.yn.per ypſilon generis maſculinini ſiue foeminini penultimā acuunt,atq;.os.aſſumpta faciunt genitiuum penultima longa.vt hic phórcin vel phórcis.cinos,Móſyn.ſynos.Póltyn póltynos,haec Górtyn.tynos.

In.on.per.ω.mega,quę ad tertiam nois declinationē latinā referuntur,quaedā acuunt finalē,vt ſarpedón.geryón, amazón.antedón.carchedón.chacedón.Quaedā acuunt penultimam,vt zénon. pláton,théon.cróton.demophóon,laocóon.achéron.médon.Quaedā circūflectunt vltimā,quae ſcilicet ſunt contracta ex acuto & graui. vt demophôn p demophóō.poſidôn pro poſidóō.laô pro laóon.Quę ſi habēt in penultima ancipites,hoc eſt.a.i.ypſilon longas per.o.micrō in obliquis declinātur.vt hic Macháon.áonos.Icetáo.áonos.Aretáō.áonos. Opáon,opáonos. Apiſáō.áonos.Alcmáon.áonos,Lycáon.áonos,Elicáon.áonos. Prothóon.óonos. Amythaon. amytháonos,Oríō.íonos.Ixíō.íonos,Amphíō.íonos.Hyperíō.íonos.Pādíon.íonos.Echíō.íonos,Dolíon dolíonos,Dolopíō.íonos,Molíō.íonos.Nomíō.íonos.Iáſon.ſonos. Habentia vero eaſdē ancipites ante,ons correptas p.ω.mega declinātur,vt Amphitryō.tryonos.Pericíon.íonos,Pygmalíō.líonos.Eurytíō.tíonos, Deucalíon.líonos,Breuthalíō.íonos,Endymíon.íonos,Actoríō.íonos, Anthemíō.íonos, Hippotíō.íonos. Habentia vero epſilon ante.on.ω.mega ſeruant.vt Alcméon.éonos. Théō théonos. Eléon eléonos.Medéō medéonos.Siméon,onos.Sed habētia.ae.diphthongon ante,on.ω.mega ſeruant,vt aégron aegrónos.Mícon míconos. Actéon actéonos.quod etiam aliqū actaeonos per.o.micron facit. Exeūt quoq; nōnunq̄ in.ontos, vt Achéron achérontos.Laocóon laocóontos .Sed de his explicatius per varias terminationes agendum eſt.

Latini ex hac terminatione plaerumq; accuſatiuos vtriuſq; numeri vſurpant.vt Achéron achéronta.Verg.Atq; imis achéronta affatur auernis.Laocóon laocoónta.Idem.illi agmine certo laocóonta petunt,Demophóonta. Ouidius in epiſtol.Phylli face expectes demophoonta tuū.Pláton plátona.Horatius.Pythagóram antiq; reſi doctumq; plátona.Zénon zénona.Martialis.Democritos zénonas inexplicitos platonas.

In.bon.deſinentia.ω.mega ſeruant.vt Bubón.ônos.Atrabón.ônos.

In.con.ſiue.chon. deſinentia. ω.mega ſeruant,vt Glaúcon glaúconos.Lácon lácon[illegible].Glýchon glýchonos,Sed Cýcon cýconos.o.micron habet

In.don.deſinentia.ω. mega ſeruāt.vt Sidôn.ônos. Calydón calydónos.Aliquando tamen.o.micron habent,vt Sidón ſidónos. Anthedon antedónos.Aſpledón aſpledónos.Macedón macedónos.Carchedón carchedónos

Calcedón calcedónos.Chalidón chalidónos.Amydón.dónos.ſarpepón ſarpedónos,vel ſarpedón ſarpedónſtos,ab.odus,compoſita per.nt,declinantur,vt Chalcódon.ódontos.

In.gon.deſinentia.ω.mega ſeruant,vt Aégon aegónos. Agón agónos. Aliquando,o.micron habent.vt Trygón.trygónos.Leſtrigon leſtrigónos.

In.lon.deſinentia.ω.mega retinent.vt Dólon dólonos.Sólon ſólonos.

In.mon.deſinentia.ω.mega retinent.vt Símon ſimonos,Ámmon.onos.Tímon,onos. Aliquando.o.micron.vt Dǽmon,onos.Lacedǽmon.onos.Strýmon.onos,Aémon,onos.Andrǽmon andǽmonos.

In.non.deſinẽtia.ω.mega retinent.vt Dáphnon.onos.Platánon ánonos.& ſimilia.Zénon zénonos. Sínon.ſínonos.Ménon ménonos.Aliquando per.o.micron declinantur.vt Agamémnon.onos.Cánon.onos.

In.oon.deſinentia in.ontos.exeunt.vt Laocóon laocóontos.Democóon democóontos.

In.pon.deſinentia.ω.mega retinent.vt Lámpon lámponos.

In.phon.deſinentia.ω.mega retinent.vt Trýphon trýphonos,Typhôn typhônos,circumflexa per.nt,declinantur.vt plurimum,& ſeruant ſemper.ω.mega.vt Demophôn demophôntos,Xenophôn xenophôntos.Aglaophôn,ôntos.Cteſiphôn cteſiphôntos.Cherphôn.ôntos.

In.ron.deſinẽtia.ω.mega retinent.vt Cithêron,éronos,Chárõ.onos,Tríton,onos.Chírõ.onos. Pleurón,onos.

In.ſon.deſinentia.ω.mega retinent.vt Aéſon.éſonos. Thráſon thráſonos.Aliquãdo per.o.micrõ.declinãtur,vt Iáſon iáſonos,Oloéſon oloéſonos.

In ton.deſinentia.ω.mega ſeruant.vt Plúton.onos,Pláton.onos.Cáton.onos,Myton.onos,Cróton crótonos.

Nomina participalia per.nt.declinantur.vt Phaéton phaétontos. Cháton chátontos. Vcalégon vcalégõtos,Médõ.ontos,Créon.ontos,Alcimédõ.dõtos.Amphimédon.dõtos.Eurymédõ.dõtos. Autumédon,dõtos,Laomédon.dontos.Phlegéron phlegérontos.Pélagon pelágontos.

Quæ ſynæreſin nõ patiuntur.per.nt,quemadmodũ ſua ſynærizata declinãtur.vt Demophóon demophóontos.Democóon democóontos.Hippocóon hippocóontos. Aglaophóon aglaophóontos.

In.ar.habẽtia penultimam natura lõgam eandem circũflectunt. vt hêmar,hêpar,ſîthar.îdar. Monoſyllaba vero acuuntur. vt Cár carós. Pſár pſarós.Diſyllaba penultimã acuunt.vt Mácar.ónar.dámar.polyſyllaba ſũ ante penultimam.vt déleær óniar.áliphar,cárear.In.ar.itaq; maſculina & fœminina aſſumpta.os,faciũt genitiuum,ſi ſunt monoſyllaba producunt,a.vt cár carós.pár parós.pſár pſarós. Si ſupra ſyllabã,breuiãt illud.a.vt Mácar.aros ónar ónaros.Dámar.aros.neutra vero in.atos,faciunt genitiuũ.a. quoq; breui ſi ſint polyſyllaba.vt Délear deléatos.óniar oníatos. Áliphar aliphatos.Cárear.éatos.& diſyllabicorũ aliqua neutra longa penultimantia in.tos.quoq; faciunt genitiuũ,vt Hêmar hêmatos.îdar îdatos.Hêpar hêpatos.ſîthar.atos. Penultimantia vero in breui faciunt genitiuum in.ros.vt Hýpar hýparos.Thénar.aros.néctar néctaros.phréar vero quod ex hac ratione debuit facere phréaros & ſtéar ſtéar ſtéaros,phréatos & ſtéatos faciunt.

In.er.per.eta.quæ maſculina ſunt,quædam acuunt vltimam.vt monoſyllaba. Thér therós.Sér ſerós. Et ex diſyllabis quædam.vt ſotér.ethér.aér,quædam acuunt penultimam.vt íber. Monoſyllaba aſſumpta.os,faciunt genitiuũ & ſeruant.eta.lõgum in obliquis.vt Thér.théros,Phér phéros.Sér ſéros, Cér céros.Sed ſupra ſyllabam maſculina acutiſona ſi habent.t.ante.e.retinent.e.longum.in obliquis.vt Lutér lutêros. Sotér ſotéros.Oletér oletêros.Excipiuntur.Aſtér aſtéros.& Patér patéros,quæ vertunt.e.longum in breue.Quod ſi non habent.t.vertunt.eta.in.e.breue.vt Ethér ethéros. Aér aéros.Daér daéros. Anér anéros.Spinthér vero & eleuthér ſpinthéros & eleuthéros per.eta,lõgum faciunt.In.er.grauiſona (ſi penultimã habẽt longam) vertunt.e.longum in breue.vt Píer píeros.Phráter phráteros. Sed ſi penultimam habent breuem,ſeruant longum.vt Íber íberos,Erίer eríeros.Pánther.vero.n.p.ſimplicis ſeruat declinationem. Fœminina in.e.ſupra ſyllabã mutant.e.longũ in breuem.vt Matér matéros.Métér.eros.Demétér deméteros,Thygáther thygatheros.In.er.neutra,quæ rara ſunt appoſitione,os.faciunt genitiuum.vt Cér céros.ab eo quod eſt Céar céaros.

In.ir.per.ei.diphthongon appoſitione.os.faciunt genitium.vt Chír chirós.Phthír phthirós. Ír írós.Et ab eis compoſita Antichír antíchiros,Polýchir polýchiros.Hicaddẽ Mártyr mártyros.

In.or.deſinentia apud græcos oĩa ſcribuntur per.ω.mega præter hæc quattuor.ánor.cálor.kór.étor.habent autẽ in.or.finita acutum accentum in vltima,aut in penultima. Acutiſona poſitione. os,faciunt genitiuum,ſeruantq;.ω.mega.in obliquis.vt Phór phóros.Ichór ichóros.Etiam grauiſona habentia.I.ante.o.ſeruant.o.magnũ.vt Célor céloros.Pélor péloros.Sed ſi non habent.I.vertunt.o.longum in breuem. vt Néſtor néſtoros.Héctor héctoros.Méntor méntoros.Méſtor méſtoros.Mnéſtor mnéſtoros,cum proprium eſt viri nomen.ſed mnéſtor adiectiuum.o,magnum.retinet.

In.or.cõmunia habent.[illegible]micron in obliquis.vt hic & hæc Apátor apátoros. Amétor amétoros,Pandamétor pandamétoros.

In.or.neutra.ω.magnum [illegible]inent in obliquis.vt Héor.ioros,Técmor.oros. Heteroclita vero ſunt Scôr ſcáros & Hídor hídatos.Ex de[illegible]entibus in.r.latini frequenter accuſatiuos vtriuſq; numeri vſurpant.vt ab eo quod eſt car.Ouid.iii.metam[illegible] Lyciosq; propinquos cáras adit.& ab eo quod aether,Verg.in.i.geor.illa leuem fugiens raptim ſecat æthéra[illegible]ennis.idem,aéra per vacuum ferri.Ex nominibus terminatis in.or. propeſemper accuſatiuus vſurpatur,vt Héctor héctora.Néſtor néſtora,Rhétor rhétora.

In.as.q̃ ad tertiã declinationem latinã referũtur,ſi ſunt maſculina penultimã acuunt.mittuntq́ genitiuũ in.antos. vt A'bas ábantos. Acámas. antos. Acrágas,antos. Adámas,antos. A'eas áeãtos. A'libas. alíbãtos, A'ndrias,andríantos. A pésas.antos. A'ras,antos. Athámas.antos, A'tlas.antos, Bíbas.antos. Bábras.antos, Chálcas.ãtos. Cánas.antos, Cáras,antos, Charídas.antos. Chélas,antos. Cýphas,antos. Cýrbas.antos. Corípħas,coríphantos, Eléphas,antos, Gígas.antos, I'mas. ímanthos. Lycábas.antos. Mýdas.antos, O'das.antos, Pállas.antos, Pelécas.antos. Períphas periphántos. Phídas.antos, Pýlas.antos. Phórbas.antos. Polydámas.antos. Próphas próphantos. Sálgas ſálgantos. Teléntas.antos. T'euthras teuthrantos. Tháumas,mantos. Thóas thóantos. Tólmas.antos. Fœminina vero vltimam acuunt,aſſumuntq́ in genitiuo.d.vt Acrás acrádos. Lampás.ádos, Pallás.ádos. Phás.ádos. Monás.ádos. Diás.ádos. Trás.ádos. Hebdoás.ádos. Ogdoás.ádos. Decás.ádos.arcás vero vnum de maſculinis arcádos ſequitur fœmininorũ terminationẽ. Latini ex hac terminatiõe genitiuos vſurpãt.vt Lucanus in.ix. Pallados in medio cõfecit pectore gorgon. Datiuũ quoq́.vt Papinius in achilleide. Palladi littore celebrat ſcyros honorem,& accuſatiuũ.vt Martialis. Pallada prætereo,res agit illa tuas,& accuſatiuus ſemper ab autoribus vſurpatur.vt ab eo quod eſt apéſas,Papinius in.iij.theba. Nomine lernæi memorant apéſanta coloni. Et ab eo quod eſt chálcas. Verg.ij.ẽñ.Magno chálcanta tumultu pro trahit in medios. Reperiuntur quoq́ nonnulla,quæ mittunt genitiuum in.anos. Mélas mélanos. Tálas tálanos.

In.es.cum.η.hoc eſt per.e.longum maſculina,quæ ad tertiam declinationem latinam referuntur,plærũq́ acuunt penultimam,mittuntq́ genetiuum in.etos.& quæ per.eta.vt Cháres cháretos. Chrémes chrémetos. Cómes cómetos. Crátes.tetos. Cúres cúretos. Dáres dáretos. Epiáles.áletos. Gýes.etos. Glóes glóetos. ígnes ígnetos. láches láchetos. lébes lébetos. mágnes.etos. máſſes.etos. máſtles.etos. méges mégetos. méndes méndetos. mýces.etos. mýnes.etos. mórges.etos. néres néretos. pénes.etos. phráges phrágetos. pýdes pýdetos. pígres pígretos. pýles pýletos. plánes.etos. tríges trígetos. tápes tápetos. tháles.etos. Hæc aliquãdo mittunt genitiuũ.in.u.vt cháres cháru. cómes cómu. dáres dáru. gýes gýu. mýces mýcu. pýdes pýdu. pýles. lu. Monoſyllaba quoq́ acutiſona in.etos.faciunt gtĩñ.vt crés crétos. gnés gnetós. thés thetós.& acutiſona pluriũ ſyllabarũ. vt argés,étos. admés admetéos. homithnés homithnétos. Et nomina quædam latina,quæ in ſermonem græcum traducta amittunt.n.quam rurſus in genitiuo reſumunt.vt clémes cléméntos. créſces.entos. prúdes prúdentos pudes. pudentos. váles válentos. Cõpoſita a cleos,quod eſt gloria circũflectunt vltimã,mittuntq́ genitiuum in.eos. per epſilon.vt agathoclẽs agathocléos. periclẽs pericléos. ſophoclẽs ſophocléos. Latini ex hac terminatione ac accuſatiuum vtriuſq́ numeri vſurpant. Sillius.libro.iij. Illum ſidonio fulgentem ardore tápeta. Papinius.i. theba. altoſq́ inferre tápetas. Ouid'.in epiſtolis, Viginti fuluos operoſo ex ære lébetas. Auſonius. Fictilibus fama eſt cœnaſſe agatoclea regem,

In.es.diphthongon vnũ reperitur fœmininum. daés daetós,& vnum commune duorum páes,quod facit.paedós.

In.eus.diphthongon,quæ ad ſecundã declinationem referuntur.vltimã ſemper acuũt.mittuntq́ genitiuũ in.eos. vel.ei.& datiuũ in.ei.ſolutas,vel per ſyneræſin contractas.accuſatiuũ in.ea.vocatiuũ in.eu.s.nominatiui ablata. Latini ex hac terminatione omnes caſus vſurpant.vt penthéus penthéos,vel penthẽi penthéo vel penthẽ pẽthéa,o penthẽu. Martialis. Flet philomena nefas inceſti teréos & quæ. Vergilius in bucco. Aut vbi mutatos te réos narrauerit artus. Idem in eodem Orphẽi calliopéa lino formoſus apollo. Iuuenalis. Alcinoem bacchi thebas & teréa fauſti. Ouidius.vij.meta.vt voluere ambo,voluiſti tu quoq́ terẽu.ſed.eu.circunflectitur per regulam octauam,quod diphthongus finalis habens ypſilon in fine circunflectitur,ſi tonum accipit. Vergilius.iiij. georgicorum. Illa quis & me(inquit)miſeram & te perdidit orphẽu,

In.is.omnia reducuntur ad tertiã nominis declinationem litinã,quorũ quædã acuunt vltimã. vt crepís,cnemís, auletrís.& omnia fere patronymica,vt priamís,eneís,thebaís. Quædam acuunt penultimã.vt páris.créſis.cýphis,thémis.thétis.mémphis. Quedã acuũt antepenultimã.vt ſýbaris.thámiris.ádonis.théognis. cháribdis. Sed in.is.propria maſculina in.dos.faciũt genitiuum.vt ádonis adónidos.páris páridos.théognis theógnidos. Habẽtia quoq́ penultimã lõgam.vt eunís eunídos.gymnís gymnídos.larís.ídos. Et a polis (quod eſt ciuitas) compoſita maſculina ſola vel cõmunia vt agéſipolis ageſipólidos,eúpolis eupólidos.hic & hæc phygópolis.ólidos.ápolis apólidos. Et cõpoſita a mãtis,quod eſt vates,vt coſcinomántis,idos, promãtis promántidos. Et habentia ante.is.vnam conſonantem.vt crátis crátidos. Sed habentia duas immutabiles in.thos.faciũt,vt órnis órnithos.mérmis mérmithos. Monoſyllaba vero habentia.i.longum additione.o.in.os.faciunt genitiuum,vt cĩs cíos. lĩs líos. Appellatiua etiam & non denominatiua,quæ penultimã habent breuem per.os.purũ mittũt genitiuũ.vt échis échios.mántis mántis,óphis óphios. Et quædã propria.vt ágis ágios.ageſípolis ageſipólios,anácharſis anacharſíos. búſiris buſírios,gáozis gaózios. íphis íphios,ſéntis ſéntios,ſýbaris ſybários. thámyris thamýrios.zénis zénios. Quorum aliqua per. dos.plerumq́ inflectunt vt ágis ágidos,thámyris thamýridos,ageſípolis ageſipólidos.búſiris buſíridos.

In.is.poliſyllaba fœminina non habentia duas terminationes per.dos.faciunt genitiuum.ſiue ſint acutiſona. vt cnemís cnemídos.& priamís priamídos.& huiuſmodi patronymica fœminina.auletrís auletrídos.coronís coronídos. crepís crepídos.dorís dorídos, pagaſís pagaſídos. ſtrategís ſtrategídos. Siue circunflexe. vt bendĩs bendídos.molĩs molídos. Siue barytona,vt cýpris cýpridos.cítharis citháridos.deípotis deipótidos. éris éridos. mémphis mémphidos.ménis ménidos,pólitis polítidos,[illegible] [illegible]idos. Quæ autẽ ſequuns

tur per.os.purum declinantur.ácris ácrios.áſthlibis aſthlíbios, cárybdis carýbdios.xóis.ios.cíſſeris ciſſérios. dmóis dmóios.epíctéſis epictéſios.géris gérios.hýbris hýbrios.lacháſis lacháſios.némeſis neméſios.mégyris megýrios.panégyris panegýrios.ſárdis ſárdios.ſcépſis ſcépſios.epiſcépſis epiſcépſios.ióis ióios.thamíathis thamiátios, & breui penultimā tía.vt cónis cónios. ſpánis ſpánios,pólis pólios. Et ab eo compoſita fœminina ſolū. vt acrópolis acropólios. Aduertendum tamen ꝙ illa quæ communiter faciunt genitiuū in.dos,more ionico, per.os.purū declinari poſſunt.vt páris páridos,vel pários.ménis ménidos vel ménios. thétis thétidos vel.ios, mémphis mémphidos vel mémphios.Latini ex hac terminatione omnes caſus vſurpāt.genitiuum. vt Iuue. Curritur ad vocem iucundam & carmen amicæ thebaídos.datiuum.vt Catullus.Morte feror theſei qualem minóidi luctum.Sabinus in epiſtola demophoontis ad phillída,phillídi demophóon patria dimittit ab vrbe. quibus in locis quia.i.terminalis breuiatur:accentu græco in penultima ſunt proferenda.Accuſatiuum quoq; vt Auſonius,rex magis an regnum minóida ſollicitat grex.Verg.phillída mitte mihi meus eſt natalis iola, Papini.in calce thebaídos.neq; tu diuinam æneida tenta. Vocatiuum quoq; vt idem in eodem loco,O mihi biſſenos multum laborata per annos thebai.& Ouid.in epiſtolis.Prima mihi nutrix æolí dixit amas,Nominatiuus præterea accuſatiuus & vocatiuus pluralis vſurpantur cum in.es.vel in.as.breues terminantur.vt acheloídes vel acheloídas.cadmeídes.vel cadmeídas.belídes vel belídas.

In.eis,diphthongon per epſilon & iota,& .ois.per.oi.diphthongon quoq;,quæ ſunt polyſyllaba vnius generis ſiue trium in.entos.mittunt genitiuū,vt ſeleis ſeleentos.ſimóis ſimoéntos.pyróis pyróentos.opóis opóentos. charíeis charíentos.timéis.entos.phonéis phonéientos. Monoſyllaba vero maſculina per.eis.diphthongon per.enos.faciunt genitiuum.vt hés henós,ctís ctenós.dis denós. Et ab eo compoſita.vt medis medenós.vdís vdenós.Clís autem clidós facit.& anthéris anthéridos.Latini ex hac terminatione nominatiuum & accuſatiuum frequēter vſurpāt.Verg. primo æneidos.vbi tot ſimoís correpta ſub vndis,Idem in.v.hectoreos amnes xanthum ſimoentaq; teſtor. Ouidius.ij.metamorpho.interea volucres pyróis eous & ethon,Flaccus quinto argonauticon.& formidantem patrios pyróenta dolores.

In.ys.per.ypſilon quædā circumflectunt vltimā.vt ichthŷs.& ex monoſyllabis,mŷs.ſŷs.quædā grauant eādem. vt típhys.bótrys nécys.rhadámāthys,quę oīa maſculina ſunt:retinentq; in gtō ypſilon & faciunt in.os.purū. vt ichthŷs ichthýos.mŷs mýos.ſŷs ſýos.típhys típhyos.bótrys bótryos.nécys nécyos rhadámāthys rhadámanthyos. Acutiſona,quæ per tria genera declinantur vertunt in obliquis ypſilō in epſilon.vt oxýs oxéos. thachýs tachéos,brachýs brachéos.ocýs océos,pachýs pachéos,Horum neutra in ypſilon deſinētia maſculinorum ſeruant declinationem.Compoſita a ſimplicibus in.ys.eodem modo inflectuntur ſicut ſua ſimplicia.vt callichthys callíchthyos.quoniam ichthŷs ichthýos facit.tríbrachys tribrácheos,quoniam brachýs brachéos. Sed ſi aliter componantur in.dos.faciunt genitiuum.vt épelys epélidos.néelys neélydos.

In.ys.fœminina grauiſona per.os.mittūt genitiuum.vt pítys pítyos.chélys chélyos.génys gényos,Excipiūtur cómys cómythos.& cónys cónythos.Acutiſona.vero.per.dos. declinantur.vt chlamýs chlamýdos.pelamýs pelamýdos.crocís crocýdos.Oxytona præterea ſiue circūflexa habentia ſolum in nominatiuo.y. longum: & in obliquis breue.per.yos.purum declinantur.vt erinnýs erinnýos.tethýs tethýos.ophrýs.ýos.drýs drýos. aglýs tamen aglýtos facit.Latini ex hac terminatione genitiuum vſurpant.vt Lucanus in primo.tethýos. vnda vage lunaribus æſtuat horis.& Verg.accuſatiuum in bucolicis.quæ tentare tethýn ratibus.

In.os.per.ω.mega monoſyllaba acutiſona ſiue habētia.d.t.th.per.os.purum faciunt genitiuū.vt dmós dmoós. trós troós.thós thoós.Quæ vero non habent in.tos.vt crós crotós.phós photos. polyſyllaba etiam oxytona,vt aptós aptótos,agnós agnótos.hidrós hidrótos. Et breui penultimantia.vt monóceros monocerótos, rhinóceros rhinocerótos.gélos gélotos.éros érotos.Quæ longa penultima.per.o.purum declinantur.vt héros héroos,mínos mínoos.Excipitur élos élotos.per.eta quoniam élos erat per epſilō. Attici vero héro.míno,élo,dicunt.s.nominatiui remoto.

In.os.duo ſunt natura circūflexa mittentia genitiuū in.tos.phôs photós,& ôs ótos.Martia. ab eo quod eſt rhinóceros.accuſatiuum vſurpauit in diſtichis.geſtauit modo fronte me iuuencus.verū rhinocerōta me putabis,

In.us.quæ per.oy.diphthongon a græcis ſcribuntur circunflectentem vltimam.per.untos.mittunt genitiuū.vt placûs placûntos,ſimûs ſimûntos.opûs opûntos.ceraſûs ceraſûntos.autheműs autheműntos.phycûs phycûntos.hydrûs hydrûntos.hiericûs hiericûntos.trapezûs trapezûntos,quæ omnia per ſyneræſim contracta ſunt ab.ois.in.us.opóis opûs.ceraſóis ceraſûs, Acutiſona in.os.purū mittunt genitiuum.vt bûs boós.nûs.noós. chrûs chroós.chûs choós.Excipitur pus cum ſuis compoſitis,quæ mittunt genitiuum in.odos.vt pûs podós. chytrápus chytrípodos.dípus dípodos,trípus trípodos.œdipus œdipodos.q̄ & œdipu facit attice, declinantur etiā apud po[illegible] œdipódes œdipódu.per primam declinationē.Excipitur quoq; odûs odóntos cū ſuis cōpoſitis,quæ omnia [illegible]eunt in.ontos.ſicut & ſuū ſimplex.vt argíodus argiódontos.cynódus cynódontos. caulíodus caulíódonto[illegible] [L]atini ex hac terminatione.tum rectos,tum obliquos vſurpare ſolent. Vergilius.x. æneid.eſt amathûs eſt c[illegible] mihi paphos.Ouid.x.metamorpho.at ſi forte roges fœcundam amathûnta metallis,Idem primo de po[illegible]o.cede puer facta patroclus opûnta reliquit.Lucanus libro.xi.meditura phrydûnta ruinas.Curtius region[illegible]n (inquit) eā vſq; ad trapezûnta defendere.Lucanus in.vij.& ſubdita ſipûs monti bus.Hinc ſipûntos in gtō.[illegible]ûnta in accuſatiuo.tvñ poſtea ſipôntus ſue ſipóntos ea ciuitas in apulia dicta eſt.

In.ns.vel.rs.vel.ls.grauiſona ſunt,& per duas cõſonantes in obliquis declinãtur.vt týrins týrinthos,hélmins hélminthos.mácars mácartos.per.t.exile.nã habentia.a.ante duas illas conſonantes in.tos.mittunt genitiuũ.non habẽtia.a.in.thos.p.th.Itaq; ex hac ratione háls háltos debuit facere. Sed vt ſeruaret daſean nominatiui halós fecit.Omnis enim vocalis præcedẽs liquidã ſi poſt eam ſequatur.d.vel.t.vel.th.tenuatur. & quia obliqui ſimiles nominatiuo ſpũs habẽt:abiectum eſt.t.&facit halós.Papinius in.iiij.the. ab eo quod eſt týrins actm̃ vſurpauit dicens:ſuus exit in arma antiquã týrintha deus.

In.ps.finita per.p.in obliquis declinãtur.ſiue ſint monoſyllaba ſiue polyſyllaba.cõpoſita,ſiue ſimplicia. ſed polyſyllaba penultimã acuũt,monoſyllaba quoq; acuũtur.vt óps opós.thóps thopós,cýclops cýclopos. lælaps lælapos.eurýops.opos.Excipiũtur hæc q̃ loco.p.ſuſcipiũt.b.in genitiuo ꝓpter harũ litterarũ affinitatẽ.vnde & a latinis per.b.quoq; in genitiuo cõſueuerunt ſcribi. líps. libós. níps nibós. pháps phabós.phléps phlebós. áraps árabos,chálybs chálibos.chérnips chérnibos.tháryps thárybos.Et tria p.ph.cínyps cínyphos.cathélips cathéliphos.ſcíraps ſcíraphos.ſed aduertẽdũ eſt,qđ in.ops.polyſyllaba per.o.micrõ ſcribũtur.vt æthíops æthíopos,mérops méropos.cécrops,opos.ænops ænopos.pélops pélopos.præterq̃; hýdrops hydrópos. cýclops cýclopos. mólops, lopos, cónops.opos.nyctálops,álopos. ſcólops ſcólopos, mýops.opos. cánops cánopos. Et quæcunq; deducuntur ab óps opós.quod eſt oculus.vt helícops helícopos.ſicut econtrario q̃ ab óps opós. quod eſt vox,o.micron habent.vt mérops méropos.Latini ex hac terminatione accuſatiuos vtriuſq; numeri cum nominatiuo plurali frequenter vſurpant. Hora.i.ſer.paſtorem ſaltaret vti cyclopa rogabat.Vergil.iij. æñ.infandi cýclopes & altis montibus errant.Idem.xi.ætneos vidit cýclopas vlyſſes.

In.ax.quædã accẽtu acuto in penultima proferuntur.vt thórax.phéax.ánax.phýlax.córax.quædã circũflectũt penultimã.vt aũlax.clĩmax.hýlax.cýax.ſýax.q̃ in obliquis.c.habẽt.vt thórax thóracos.phæax. æcos.q̃ aliq̃n.t.cũ.c.accipiũt.vt ánax,ánacos.vel ánactos.aſtýanax.ánacos.vel aſtýánactos.hippônax.ónacos.vel hippónactos. aũlax.acos.clĩmax.ĩmacos.Quę vero a verbis in.zo.deſinẽtib9 deriuãtur.g.accipiũt in obliq̃s.vt ab arpázo, qđ eſt rapio.hárpax hárpagos.& acrazo.qđ eſt voco.cécrax cécragos.a ſphazo qđ eſt iugulo,apóſphax apóſphagos.ſtr.ítrax átragos.lálax lálagos.ſed diſyllaba maſculina natura lõga penultimãtia habẽt.a.ꝓductũ,vt thórax thóracos.phéax.acos.óeax óeacos,ílas ílacos.plítax.acos.Excipiũtur hýlax hýlacos.& cýas cýacos. poſitiõe vero lõga penultimãtia corripiũt.hárpax.agos.cécrax.agos.Neax aũt & phenax & cordax.a.ꝓducũt. ſed cabax indifferentẽ habet.Super byſyllaba breui exiſtẽte penultima,a.producũt.vt hĩerax.eácos.œcophýlax. ýlacos aſphálax vero aſphálacos corripit.latini ex hac terminatiõe frequẽter actũs vtriuſq; numeri cũ ntõ plurali vſurpant.Iu.viridemq; thóraca iubebit afferri minimaſq; nuces.&Mar.accipe belligerę crudum thóraca mineruę. Verg.vij.æñ.umbonũ crates alij thóracas ahenos.Idẽ in.iij.puerũ aſtýanacta trahebat ad ſoceros.

In.ex.per.e.lõgũ acuũt penultimã,ſeruãtq; illud.e.lõgũ in obliquis.vt mýrmex.ecos.nárthex nárthecos. ſcólex, ſcólecos,pélex.ecos.tálex.ecos.béx quoq; bécos.hýſplex vero & ab eo compoſitum antýſplex,hýſplegos & antýſplegos faciunt.Habentia vero.ω,mega,in penultima vertunt,e.longum in breue vt alópex alópecos.

In.ix.partim acuunt penultimã.vt pérdix.cílix.tétrix, partim circũflectũt,vt choénix.phoénix.ſuſcipiuntq;.c. in gtõ plerũq;.vt pérdix pérdicos.cílix.icos. choenix,icos,phoénix.icos, Tettrix vero tétrigos,& máſtix máſtigos.per.g.facit,& ónyx ónichos.per.ch.Cõmunia autẽ q̃ a fœmininis fiunt:ſimpliciũ ſeruant declinationẽ, vt hic & hęc callíthrix callíthricos.quia thríx thrichós fecit. homóſtix homoſtíchos.quia ſtíx ſtichós fecit.

In.lix.vero finita,i.correptũ habẽt vbiq;.vt cílix cílicos,hélix hélicos.homélix homélicos.Latini ex hac terminatione vſurpant accuſatiuos cũ nominatiuo plurali.vt cílix cílicas cílica.cílices,phoénix phoénica,nices,nicas.

In.yx.per ypſilon partim acuũt penultimã.vt bómbix.bébryx.ónyx.ſardónyx.cóccyx.óryx,partim circũflectunt eadem.vt céryx.doédyx.Maſculina vero ſimplicia natura lõga penultimantia,c. habẽt in obliquis.vt céryx dericos.doédyx,dicos.étryx,étrycos.thrãnyx.ánicos.Etiam poſitione lõga penultimãtia,quę habent in vltima ſyllaba.b.vel.g.vel.d.vel.pt.vt.bómbyx.bycos.Et penultimãtia in.e.vt éryx érycos.Et habẽtia in penultima.a.ſiue,g.vt ádryx ádrycos.Nam habentia.g.per.g.declinãtur.vt phárygx phárygos,lárygx.ygos. quæ nos p.n.enunciamus phárynx & lárynx. Superbiſyllaba quoq; penultimãtia in,a.g.habẽt.vt tarbáryx tarbárigos.Et penultimãtia in.o,nõ illato,n.vel.g.vt cóccyx cóccygos.mórtyx.tygos.órtyx órtygos,qđ & órtycos fecit apud Philomenẽ. Item quæ a pheugo & zeugo cõponũtur,vt próphyx próphygos.homózyx homózygos.Sed habentia.n.ch.habent in obliquis.vt ónyx ónychos,ſtónyx ſtónychos.

In.yx.fœminina multiſyllaba per.g.declinãtur,niſi alia ratio ꝓhibeat.vt ántyx ántygos.põpiólyx.óligos,ptéryx ptérygos.Sed monoſyllaba acutiſſona plærumq;.g.habent.vt ſtýx ſtýgos.nýx tamen nycós & nýctos facit.& ámpyx ámpycos.Sciẽdũ autẽ q̃ in.yx,ſimplicia habẽtia lõga natura vel poſitione in nõatiuo ſolo.y. natura corripiũt,in alijs autẽ caſibus producunt natura.Cõpoſita aũt & penultimãtia breui vbiq; corripiũt.

In.ox.per.ω.mega rara ſunt,eaq; fere monoſyllaba acutiſona.habẽtq; in obliquis. … ; phóx.ocós.bóx.cós. Excipitur.róx.qđ p.g.facit rogós.& cyamotróx.ógos,quia a trogos.qđ eſt voro … ponitur.g.in obliq̃s accipit.

In.x.habentia.g.ante.x.quã nos,vt paulo ante diximus,quaſi.n.ꝓferimus per.g.… obliquis declinãtur, phárygx ſiue phárynx pháringos.lárigx ſiue lárinx láryngos, ménigx ſiue méninx … ingos. ſpýgx ſiue ſphýnx ſphýngos,ſalpygx ſiue ſálpynx ſálpyngos,lýgx vel lýnx lýngos.lýnx vero … fera lyncos facit. Habentia tamen aliã conſonantem ante.x.per.c.declinantur,vt ólx olcós.lárx lárcos.

FINIS.

# DE LITTERARVM PROLATIONE.

## IN PROLATIONE QVARVMDAM LITTERARVM ERRARE Græcos & Latinos facile poteſt demonſtrari ex diffinitionibus & principiis, quę ab omnibus grãmaticis tam Græcis quã Latinis, tam antiquis, quam iunioribus admittuntur.

Definitio Prima.

LITTERA EST MINIMA PARS VOCIS, HOC EST indiuidua, quæ ſcribi poteſt. Hæc diffinitio ab omnibus in cõmune tam Græcis, quam Latinis recepta eſt. Quod ſi vera eſt illa Priſciani differentia, quã in primo de octo partibus orationis volumine ponit, ꝙ littera eſt figura quæ ſcribitur, elementum vero qđ pronunciatur; manifeſtum eſt hoc in loco non definiri litteram, ſed elementũ. Sed quia hæc differentia non obſeruatur ab autoribus, ſed nec ab ipſo quidem Priſciano eſt obſeruata, accipiamus interim alterum pro altero. Eſt igitur in litteræ diffinitione poſitũ in loco generis pars vocis minima, vel potius vox: vt ſit minima differentia idẽ valẽs, quod indiuidua, vt in verbo dñs. do. eſt minima pars vocis, ſed quia poteſt adhuc diuidi in, d. & o. vt cõſtituatur litterę ſpecies, ſubiũgit loco differẽtię indiuidua, quia neq; d. neq; o. amplius diuidi poſſunt, ſaltem in partes diuerſorum generũ. Alioqui. o. longa diuiſibilis eſt in duo tempora, atq; ſecundũ illos, qui hanc partẽ ſcrupuloſius inquirũt, in duo tẽpora cum dimidio, atq; etiã in tria. Quia vero ſunt quædã voces, quæ proferri quidem poſſunt, non tamen ſcribi, quia non ſunt articulatæ: idcirco adiungit litteræ differentiam vltimam, quæ conſtituit ſpeciẽ dicens, quæ ſcribi poteſt. Nam quæ non poſſunt, inarticulatæ ſunt: cuiuſmodi ſunt interiectiones, puta ridẽtis, vt ha, ha. dolentis, vt ah. imperantis ſilentium; vt. ſt, quæ licet ſcribi conſueuerunt, nõ ſunt tamen ſcriptiles: vnde & in definitione interiectionis adiungitur, qđ ſignificat mentis affectũ voce incondita, hoc eſt cõfuſa & indeterminata.

Secunda definitio.

VOcalis eſt vocis elemẽtum, quod per ſe & ſine alterius litterę permixtione ꝓferri poteſt. vt, a, e, i. Hæc nãq; differentia eſt inter vocales & conſonantes, ꝙ vocales pure & per ſe poſſunt enũciari: cõſonantes vero nõ poſſunt, niſi cũ vocalibus proferantur, vnde & illæ vocales dictę, hæ vero cõſonãtes appellatæ, & vocales quidẽ poſſunt per ſe enũciari, quia epigiottide, hoc eſt lingula prominẽte, nihil obſtat quominus vox libere per laryngẽ erũpat, ſed cõfuſa prius donec ex oris figura ad certã ſpeciẽ redigatur. Sed quia oris figurę innumerę ſunt, & vocaliũ certe numerus indeterminatus erit.

Tertia definitio.

COnſonans eſt elementum, quod niſi vocali incumbat, per ſe enunciari non poteſt, atq;, vt paulo ante diximus, ex eo ſibi nomen inditum eſt. Ex quo fit, vt ſine vocali ſyllaba conſtare nõ poſſit, modo ſit articulata: Nã ꝙ Verrius Longus tradit inuenire ſyllabã ſine vocali, qđ probat Comicorũ autoritate, apud quos. ſt. vox imperantis ſilentium legitur, dicendum ꝙ. ſt. interiectio proculdubio eſt, quæ voce incondita proferri debet.

Quarta definitio.

MVta conſonans eſt, quæ in tali oris parte formatur, vt intercluſa voce ſine vocali nullo modo poſſit enũciari. vnde & muta noĩatur. Nã quod grãmatici dicunt, ideo mutas appellari, quia incipiunt a ſeipſis & deſinunt in vocalem: inepta ſane ratio. cum ſtatim occurrat. f. littera, quę incipiat a vocali, & deſinat in ſeipſam, & nihilominus inter mutas numeretur.

Quinta definitio.

SEmiuocalis eſt conſonãs, q̃ in tali parte oris effingitur, in qua etſi non plene, vt vocalis, quiddã tamẽ ſubobſcurũ ſonat, vnde & ſemiuocalis appellatur, & quẽadmodũ de mutis dicebatur, inepta a grãmaticis affertur cauſa, cur ſemiuocales dicantur, hoc eſt, quod incipiant a vocali & deſinant in ſeipſas. Eſto, ad internoſcendas vtraſq; apud latinos ſignũ illud nominibus litterarum ſit accõmodatũ, Hebręi tñ & Gręci nihil tale obſeruarũt.

Sexta definitio.

DIphtongus eſt cõglutinatio duarum vocaliũ in eadẽ ſyllaba ſuã vim retinentium. Hæc definitio tam græcorum q̃ latinorũ eſt. Suam vim grãmatiſtę interpretantur ſyllabæ extẽſionẽ, ſed iſti nõ intelligunt ꝙ vis litteræ nihil aliud eſt quam ipſa pronunciatio. Ex quo fit, vt in diphthõgo vtraq; vocalis proferri debeat.

QVæ Græci vocãt axiomata. Varro tũ ꝓfata. tum effata tũ, ꝓloquia. Cicero tũ pronũciata, tum dialecticæ, hoc eſt diſputationis fundamẽta. Iuniores tũ propoſitiões primas & immediatas, tũ verbũ ex verbo axiomata (vt diximus interpretari) dignitates appellant. Hæ quia demonſtrabiles ſunt, atq; in communi hominum ſenſu concipiuntur, quaſi principia in omni diſputatione ſupponenda ſunt, vt ſi quis ea non admiſerit, bardus inſenſatuſq; habeatur, neq; dignus cum quo de vlla re diſceptari debeat, Sit igitur

Axioma primum.

Eodem modo litteras ſcriptiles deſignare voces: quo voces ipſæ conceptus ſignificant. Sit igitur primũ diſputationis noſtræ fundamẽtũ, in quo plerıq; omnes facile conſentiunt, litteras ea potiſſimũ de cauſa fuiſſe excogitatas: vt per illas quaſi pro quædã ſignat: tum abſentes viui, tum poſteros morituri certiores facere poſſimus iis de rebus, quæ ad priuatam publicam ve vtilitatem pertinerent. Nam quẽadmodum Ariſtoteles tradit, eo modo litteras verba humanis vocib informata deſignant: quo verba ipſa res mente cõceptas, quæ per ea ſignificãtur, Quod ſi non quattuor hæc eo ordine ſibi inuicem conſentirent, dico res, conceptus, voces, litteras, interiẽt vtiq; commercia, & publica fides: q hominum ſocietas continetur, interirent omnes artes & ſcientię, quæ vitam humanã cultiorem reddũt, interi t deniq; hic ipſe ſacrarum litterarum ſplendor, quibus ad Chriſtianã religionem

inſtituimur & docemur. Hęc omnia eo pertinent, vt oſtendamus illos ingentem erroribus feneſtram pateſacere: quicunq; putant ortographiæ rationem non ſeueriſſime in verborum ſcriptione ſeruandã: aut voces alias poſſe litterarũ figuris accõmodare, ꝗ̃ quæ cũ primũ fuerunt inuẽtę, per illas repreſentari cœperunt, cũ omnis diſputãdi ſubtilitas in verba, ſyllabas, litteraſq; quaſi in quędã elemẽta reſoluãtur. Neq; enĩ minus erraueris. ſi aliud legis ꝗ̃ ſcriptũ eſt, quã ſi aliud loquaris ꝗ̃ concepiſti, quod eſt mẽdacij. & aliud concepiſti ꝗ̃ ſe res habet, qđ eſt ignorãtiæ

### Axioma ſecundum.

❡ Ita ſcribẽdum eſſe vt loquimur, & loquendũ vt ſcribimus. hoc principium ex ſuperiori pẽdet, niſi ꝙ deſiderat magis explicari, propterea ꝙ ex certis quibuſdam cauſis nonnunꝗ̃ aliud ſcribimus & aliud enũciamus. Quod ſi hoc admittimus, vt aliud ſcribatur & aliud enuncietur: fruſtra litterae ſunt inuentæ, cum ad hoc tantũ litterarũ figuræ ſint excogitatæ. vt creditas voces quaſi depoſitum quoddam fideliſſime cuſtodiant, & cum opus fuerit, nulla ex parte decoctum reddant. Atqui dicet quiſpiam, videmus apud Hebręos iod & vau plærumq; ocioſas, & nomen illud ineffabile tetragrammáton quattuor litteris ſcriptum, hoc eſt. iod. he. vau. he. in adonái voces diuerſas proferri. Videmus quoq; apud Graecos ſcribi gamma littera ſequentibus gãma, vel chi, vel cappa, vel xi: & proferri ni: vt aggelus pro angelus, Agchiſes pro Anchiſes, agcora pro ancora, phalagx pro phalanx. Et rurſus poſt. ni, litteram ſequenti. tau. pro tau proferri delta: vt ſyndereſis pro ſyntereſis. & in diphthongis vocales alteras ſupprimi & alteras pronunciari: aut vtraſq; in tertiam extraneam proferri, idq; non modo apud græcos, ſed etiã apud latinos. apud quos etiam teſte Seruio grãmatico in primo georgicorum. Caius Cneius. Amurca ſcribuntur per. c. litteram & pronũciantur per. g. Gaius Gneius Amurga. Sed cur hoc fiat, ſuis in locis reddemus, partim excuſando id fieri quadam ratione, partim accuſando ꝙ ſit ab ignorantia profectum.

### Axioma tertium.

❡ Litteras non ex diuerſitate figurarum, ſed ex diuerſitate vocum diſtingui. Hoc axioma tametſi per ſe notum eſt: ſic tamen deduci poteſt. Quod ſi Aleph hebraicum & Alipha punicum & Alpha græcum &. A. latinum quattuor diuerſis figuris repreſentantur, vnã tamen eandemq; vocem reddunt, hæ duæ poſteriores per ſe, & illæ duæ priores cum ſuis apicibus. Qui præterea ex arte nuper a magiſtro quodam Martino homine per ꝗ̃ ingenioſo excogitata litterarum figuras pro cuiuſq; arbitrio conſtitutas legunt: non multum curant quo litterarum ductu verba deſignentur, apud quos mille characteres (dum modo idem efficiant) pro vno habentur. In alphabeto quoq; latino. c. k. q. quod attinet ad figuram, diuerſæ litterę ſunt: quoniam vero eadem eſt illarum vox, vnũ tantum eſſe elementum omnes fatentur. Econtrario quoq; quia. i. &. v. binas habent poteſtates: ꝙ tum quaſi vocales: tum quaſi conſonantes enunciantur, nemo eſt, qui neget illas duplici officio fungi: vt quanꝗ̃ figuræ ſunt duæ: quattuor tamen elementa in numero litterarum ſunt computanda.

### Axioma quartum.

❡ Cõſonantes ęqualiter vim ſuã in vocales ſequẽtes perferre, hoc axioma facile quoq; per inductionẽ probatur. nã. b. littera eandem vocẽ exhibet cum. a. quã cum reliquis vocalibus: idq; non ſolum in ſermone latino: ſed in gręco, hebraico, punico. Nã qđ aliqui ex latinis & græcis alio modo proferunt. c. &. g. ſequẽtibus. a. vel. o. vel. u. quã ſequentibus. e. vel. i. facile confutari poſſunt, per ea q̃ dicta ſunt in ſuperiori axiomate, ꝙ q̃libet illarũ duplicẽ haberet vim, atq; ex cõſequẽti nõ vna ſed duæ litteræ eſſent: id quod de. i, &. u. dicebamus. Quintilianus p̃terea diſputans cõtra illos qui dicebãt. K græcum ſcribi debere ſequenti. a. vocali, alias vero. c. latinum: fruſtra dicit id fieri, cum. c. latinum in locũ cappa græci ſucceſſerit. &. c. littera ſit, q̃ ex æquo vim ſuã ad vocales ſequẽtes perferat.

### Axioma quintum.

❡ Ex nouem mutis, quas græci habent, quæq; ad tria genera reducuntur: tearum ſcilicet, quæ inter labra formãtur. vt. p. b. ph. & earum q̃ inter dentes ad mota lingua. vt. t. d. th. & earum quæ ad epiglottida. vt. c. g. ch. primas eſſe exiles. vltimas aſpiratas, medias vero participare naturam extremarum, quæ tamen ſunt eiuſdem generis nõ differre voce, ſed aſpiratione ſola.

### Axioma ſextum.

❡ Litterarum (ſiue illæ ſint vocales, ſiue conſonãtes) nõ eſſe certum numerum: ſed determinari ex cuiuſq; idiomatis rationẽ. Ex quo fit, vt non ſit idem litterarum numerus apud omnes natiões, quia quælibet lingua habet proprias voces. Nam quid prohibet, cum duarum vocalium diſtantia ſit in quantitate continua: inter. a. &. u. innumeras eſſe vocales tam & ſi non omnes ſenſu percipiantur, quemadmodum & in diapaſon conſonantia octo vocum diſcrimina ſentiuntur. cum tamen intra diaſtema illud infinitas eſſe voces intelligamus, quandoquidem omne continuũ ſine vllo termino ſecari poteſt. Eadem quoq; ratio eſt conſonantium, quæ ex diuerſa oris figura poſſunt complurĩbus modis variari. Sed de his paulo poſt copioſius diſputabitur.

### ❡ Errores græcorum.

Quod ſic proferunt. b. ſicut nos latini. u. conſonantem, cum differant genere: vt bita pro vita vallista pro balliſta.

Quod alio modo proferunt. y. ſequentibus. e. pſilon. v. ii. pſilon [illegible] tam ſequentibus. a. o. u. vt ganymedes, geryones.

Quod proferunt. ʒ. quaſi ſit littera ſimplex, cum ſit compoſi[illegible] ex. ſd. per quas debet enunciari, vt ʒethus pro ſdetus.

Quod proferunt. η. eodem ſono, quo iota, cum nihil differat ab. e. pſilon niſi [illegible] pore ſolo. vt lida pro leda.

# ERRORES GRAECORVM ET LATINORVM.

Quod alio modo profertur.κ.ſequẽtibus.α.ε.η.υ.quã ſequẽtibus.ι.ο.ω.vt carpos.copos.ceras,cer.dmos.cyclops.
Quod alio modo proferunt.λ.ſequentibus.ε.ι.υ.& diphthongis,quæ quaſi per iota pronunciantur,quam ſequẽtibus alijs vocalibus.
Quod alio modo proferunt.ν.ſequentibus.ε.ι.υ.& diphthongis:quæ quaſi per iota pronunciantur,quã ſequentibus alijs vocalibus.
Quod non recte proferunt.γυ.quaſi vnam litteram voce in articulata cum vtraq; ſuis vocibus enũciari debeat.
Quod non bene proferunt.σ.quaſi per ſibilium,cum habeat vocem hebraici.ש.aut anſeris ſtrepentis.
Quod non recte proferunt.τ.quoties ſequitur poſt.ν.quaſi.per.d.litteram.vt ſynderesis pro ſynteresis.
Quod male proferunt.υ.pſilon quaſi iota.cum ſint litteræ diuerſorum generũ.vt lira per iota,ꝓ lyra per ypſilõ.
Quod male proferunt.χ.ſequentibus.ε.η.ι.υ.voce in articulata,quã ſequẽtibus alijs vocibus.vt charites. cherſos.
Quod perperã enunciant diphthongos per vnam vocalem,cum vtraq; quanquam raptim proferri debeat.
Quod non recte proferunt.υ.pſilon quaſi.u.conſonantem cum in diphthongis ſubijcitur,α.vel.ε.
Quod per.ο.micrõ &.υ.pſilõ nõ poteſt deſignari.u.vocalis nrã,ſed voces q̃ per illas duas lrãs raptim enũciãtur.
Quod per litteras ſuas nõ poſſunt repreſentare voces,quæ ſunt latinorum propriæ.vt.f.et.i.&.u. cum pro conſonantibus accipiuntur.

¶Errores Latinorum.

QVod aliter ꝓferunt.c.&.g.e.vel.i.vel.y.ſequẽtibus,quaſi ſequãtur aliæ vocales.vt pica.æ.fuga.æ.
Quod nõ recte ꝓferũt.gn.voce quadã inarticulata, in quo errore grecos quoq; verſari diximus.
Quod male proferunt.t.quaſi.c.quoties poſt.t.ſequitur.i.& poſt.i.alia vocalis,vt prudẽtia per.c.pro prudentia per.t.
Quod non recte proferunt.z.quaſi littera ſimplex,cum ſit cõpoſita ex.ſd.melius tñ quã greci g.ſ.
Quod ita proferunt.phi.græcũ quaſi.f.cum ſit,vt diximus,hæc latinorum propria,illa vero græcorum.
Quod non recte proferunt.ch.&.th.aſpiratas quaſi.c.&.t.exiles,vt corus pro chorus,talamus pro thalamus.

¶FABIANVS ARTEM PATRIS ALLOquitur,atq; illa reſpondet alternatim.

O Soror ars,quoniã noſtris ſuccedere tectis
Non dedignata es,quærere pauca libet.
Quid genitor cõdat,iã pridẽ hoc ſcire laboro.
Nã nil deſidia turpius eſſe putat.
A.Mãdat opus chartis ſemper memorabile linguas,
Quod canat,vt melius iam ſibi fama parat.
Ocyus vt volitet:celeres nunc excutit alas,
Rem tantam vt mundi ſpargat in omne latus.
F.Grata refers,o ſi lucis toleraret in auras,
Exire,inq; hominum ſcripta venire manus.
Vt tamen ipſa vales limen digreſſa paternum,
Nunquid barbaries exagitata fugit?
A.Per loca per varias peragraui nomine gentes,
Sed ſolum indoctis lis mihi tota ſonat.
Hi mea ſunt,qui acuunt contra præcepta tumultus,
Et miſera obtundunt ambitione caput.
Nata mihi audieris quod ſit contentio nugis,
Arcadicos bipedes bella mouere ſcies.
Nam cum ſe indocto ſtudeant iactare popello,
In me ranciduluſ promitur ore ſonus.
Sub moueas ſi de lana certare caprina,
His fient Hermæ marmora muta dei.
F.Quid phœbea cohors?A.laudat.miratur,amatq;,
Dictitat & grata voce perenne ſophos.
Iudicio quorum Diomedis pagina,Phocæ.
Donati auilo eſt ante fere [illegible] modo,
Muſa negat nomen,reticentq; [illegible]umina cuius,
Iamq; neotericum cætera tu[illegible] ſilet.
At quicunq; meas vires effingere [illegible]tat:
Impar ingenij rumpere ſe potct
Albius & repetunt,Crates Antoni[illegible] ſilet
Non latiæ linguæ commoda tanta parat.
Orbilius cedit.Cato.Iulius.atq; Palæmon.
Vlli mi palmam victus & vltro dabit:
Deniq; ab his nimium dicor copioſa,breuiſq;:
Atq; freti medias puppe ſecare vias.
F.Quid caprimulgus agit?qui cantabatur Iberis.
Nuper,cui nomen facta debere bona.
Qui mammurra loquax?audax taxare beatæ
Diuitias Romæ:cui ſatis aſſis erat.
Quid rides?calcem quæſitis ponere perge.
A.Rideo:ſic lepido nomine vtrumq; notas.
Ambo habitant cæca tenebroſas nocte cauernas.
Quod ſua tam citius nænia pulſa perit.
Sola ego,quod teneor,ſequitur mea regna diſertus:
Et qui pieridum tangere ſacra cupit.
Non patitur bubo feralis lampada phœbi:
Noctua ſic lucem nec veniente die.
F.Quid facit interea liuor fœlicibus obſtans
Inſidijs,nunquid libera cepis iter?
A.Hæc manet.hæc peſtis regnat,ſemperq; vigebit,
Occiduas dum ſol natus adiuit aquas.
Nemo tuos mores neſcit iam Zoile,cuius
In bene facta quidem lingua venena vomit.
Nonne ſinus lacero poſt tergum dentibus atris.
Cernis,vt ipſa feram?ſed neq; obeſſe poteſt.
Tu germane tamen iuueni dum tempora reſtant,
Multa rogo diſcas,vbere multa meo.
Vt ſi quando ſuam rabiem me abſente relaxet:
Tunc pro me poſſis dicere quæ docui.
Iamq; vale,hinc ab eo nomen diſſura parentis,
[illegible]
Nam veterem poſtq̃ me dudum iuſſit habitare
Candorem anctior non reditura lares.

# ÆL. ANTONII NEBRISSENSIS DE LITTERIS HEBRAICIS CVM QVIBVSDAM ANNOTATIONIBVS IN SCRIPTVRAM SACRAM.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ç | çaddic | צ צַדִּיק | a | aleph | א אָלֶף |
| ç | çadic | ץ צַדִּיק | b | beth | ב בֵּית |
| q | quoph | ק קוֹף | g | gimal | ג גִּימֶל |
| r | res | ר רֵישׁ | d | daleth | ד דָּלֶת |
| ſ | ſin | ש שִׁין | h | he | ה הֵא |
| th | tau | ת תָּיו | u | vau | ו וָיו |
| | | | z | zain | ז זַיִן |
| a | patha | ַ פַּתַח | hh | cheth | ח חֵית |
| a | cames | ָ קָמֶץ | t | teth | ט טֵית |
| e | çere | ֵ צֵרֵי | i | iod | י יוֹד |
| e | ſegol | ֶ סֶגוֹל | c | caph | כ כַּף |
| e | ſeba | ְ שְׁבָא | ch | chaph | ך כַּף |
| i | hiric | ִ חִירֶק | l | lamed | ל לָמֶד |
| o | holem | חוֹלֶם | m | mem mem | מם מֵם |
| u | ſurec | ֻ שֻׁרֶק | n | nun nun | נן נוּן |
| u | ſurec | וּ שׁוּרֶק | s | samach | ס סָמֶךְ |
| pathah hateph | | ֲ פַּתַח חָטֵף | h | hain | ע עַיִן |
| cames hateph | | ֳ קָמֶץ חָטֵף | p | pe | פ פֵּא |
| ſegol chateph | | ֱ סֶגוֹל חָטֵף | ph | phe | ף פֵא |

HAE duæ atq; viginti litterarum figuræ omnes præter primã deſignant nobis litteras conſonãtes. Nã aleph nõ tam vocalis eſt, quã figura deſeruiẽs apicibus per quos hebræi vocaliũ ſuarũ varietates diſtinguũt, vnde neq; inter litteras numerari debet, quãdo neq; vocẽ per ſe vllã demonſtrat. Harum igitur vnius & viginti cõſonantiũ quattuordecim ſunt mutæ, quia in tali parte oris finguntur, quæ niſi iuuẽtur a vocali: nullum ſonum exhibẽt. Tres (inquã) quæ formãtur inter labra. pe. beth. phe. Tres inter dentes admota lingua. teth. daleth. tau. Tres ad epiglottida ſiue clauem caph. gimal. chaph. Tres intra pariſthmia ſiue tõſillas. he. heth. hain. Hæ quattuor triplicitates ita ſe habent, quod ſi litteræ mediæ prioribus cõparentur, ſint aſpiratæ, ſi poſterioribus, exiles. vt ſi beth cõparetur ad. pe. ſit aſpiratior. ſi ad phe ſit exilis. Eodem modo ſi daleth cõparetur ad teth, eſt aſpirata, ſi ad tau exilis. Item ſi gimal cõparetur ad chaph. eſt aſpirata, ſi ad caph ſubtilis. Eodem modo ſi. heth cõparetur ad he, eſt aſpirata. ſi ad hain, exilis, Eſt adhuc alia ſcrupuloſior differ entia in qualibet iſtarum litterarum triplicitate, atq; etiam in ſemiuocalibus, de quibus mox dicturi ſumus, q. quæ habent dagues ſunt adhuc ſeipſis exiliores, & quæ habent raphe, aſpiratiores, vt pe quã diximus exilem. ſi accipiat dagues eſt adhuc exilior, & ſi raphe, aſpiratior. Et quod beth adhuc cum ſit media inter. pe. & phe. poteſt accipere dagues & raphe, vt ſit ſeipſa exilior & aſpiratior. & ita multiplicantur innumeræ intenſiones vocum in litteris. ſed hoc iam nõ attinet ad nos ſcire, qui vix vmbram quandã huius linguæ attigimus, illud tantum admonuiſſe fuerit ſatis, quod punctũ in vẽtre litteræ, qđ appellant dagues, facit illã exiliorẽ. & virgula iacens in parte ſuperiori facit illã aſpiratiorem. Sunt præterea duæ mutæ græcis incognitæ, hebræis & latinis familiares iod & vau, & q̃ proculdubio cõſonantes cum ſint, mutis annumerari debent, cũ ita enuncientur, vt ſine vocali nulla ratione proferri poſſint. Reliquæ conſonantes, hoc eſt. men. lamed. num. res. ſin. çadic. çamach. zain. quæ ex. ſd. cõpoſita eſt. ſemiuocales ſunt appellatæ. Quæ ideo ſemiuocales appellãtur, quod aliquomodo vocem per ſeipſas reddant, quãq̃ de. mem. littera ſit dubium mutis ne, an ſemiuocalibus cõnumerari debeat, propterea quod quicquid illud eſt, quod ſonat. non per os, ſed per nares erumpit, quam ob cauſam & Plinius inter mutas illam cõputat, Eſt & illud animaduerſione dignũ, quod ego primus omniũ admirãtibus hebræis oſtẽdi. cur hæc littera apud illos duplicem habeat figuram, adapertilem alteram qua vtuntur in principio atq; in medio dictionum, alterã clauſam, quã in fine. Nam facile in hac littera experimur id, quod omnes grãmatici teſtantur, habere ſcilicet in principio & in medio ſonum plenum, in fine vero ſurdum neſcio quid & proxime ad mugitum bouis accedentem. Sed de quattuor reliquis, quæ apud hebræos geminantur, cur duplices ſint figuræ, nõ aliã puto fuiſſe cauſam, q̃ cõmoditas apicis in principio & in medio ſupponendi, atq; ideo extenſiones illæ quibus vtuntur in fine dictionum, in principio & in medio in ſiniſtram obliquantur. Eſt & illud ſin litteræ proprium, quod cũ in cornu ſiniſtro pũctum habet, proxime accedit ad ſonũ ſamach, cũ vero in dextro cornu, ſui generis ſonum repræſentat.

¶ De he littera.

EX his vnius & viginti cõſonantibus tres ſunt, quas appellant pectorales, quibus nullũ apud græcos & latinos reſpondet elementũ. Quare interpretes illas aut cũ ſuis apicibus expunxerunt, aut illis expũctis apices tantũ retinuere, aut in finitimas tranſtulerunt, vt heq̃ apud hebreos in numero litterarũ cõputatur, quoniam & vocales ſequẽtes frangit, & ſonũ ſicut & cõſonãtes aliæ reddit, quod aſpirationi græcæ & latinæ nõ cõtingit. Igitur he littera aliquando diſpũgitur in pricipio dictionũ, vt in Abel filio Adã ex Eua vxore, & Adurã filio Iectã, de quo Gẽ. ca. x. & Agar ancilla Abraã, ex qua genuit Iſmael, & alelui, quod interpretatur laudate deum, id quod in titulis multorum pſalmorum legimus, & Ammadatha patre Amã, de quo multa in lib. Eſter. & in eodem libro, quod Eſter cognominata eſt edeſa per he in principio, Et Eman filius Lothã, de quo Gẽ. ca. xxxvi. Eman per. n. in fine filius Zare & filij Iudæ, de quo. i. Paral. ca. ij. In medio præterea dictionis aliquando diſpungitur retentento apice, vt in Aaron fratre Moyſis, & in Ioſue, qui hebraice appellatur Iehoſua diſpũcto ſeba ex prima ſyllaba, & he littera ex ſecunda, & duabus ſyllabis poſterioribus in vnam cõpactis. Græci vero ex iehoſua nomen Ieſu conflarunt. i. cõſonante in vocalem verſa, & he cum apice holem expuncta, & ex duabus litteris poſterioribus per ſyneresim contractis in vnam Ieſu accentu circumflexo fecerunt. Nam. ſ. nominis eſt extenſio, vt græce declinari poſſit ad porportionem huius nõis pãthus panthu & ſimilium. In fine dictionũ plerũq; he reperitur ocioſa, aut parum intendens vocem. Nam ſi habet punctum in medio ventre, vox multum intenditur. quod tamen nunquã euenit niſi pronomini fœminino tertiæ perſonæ, atq; tunc appellatur non dagues, ſed mapic, quod interpretatur excitans, quia he littera, quæ conſueuit eſſe ocioſa in fine, viuificat. vt ſi dicas daberath, hoc eſt verbũ eius, & bethſah domus eius, ita vt eius ſit generis fœminini.

¶ De heth littera.

HEth littera, quã Hieronymus duplicem aſpirationem vocat, vna eſt ex quinq;, quibus nullũ apud græcos & Latinos elemẽtum reſpondet. Quare interpretes illã plerumq; diſpunxerunt cũ ſuo apice, aliqñ ipſam ſolã retento apice, aliquando verterunt in ſimplicem aſpirationem. aliquãdo in, chi, græcum, hoc eſt. ch, aſpiratum. Diſpunxerunt (inquã) in hoc nomine Arã, quæ eſt ciuitas Meſopotamiæ, vt Ge. ca. xi. legimus, qđ Thare pater Abraã venit vſq; Aram, & habitauit ibi, & quod ſequitur. facti ſunt dies Thare ducẽtorũ quinq; annorũ, & mortuus eſt in Arã, vbi Arã per heth litterarã in principio ſcribitur. græci tamen in peculiarem illam ſuam. chi. litterã verterunt ſcribentes charam. quã litteraturã latini ex græco interpretantes obſeruarunt, vt in apoſtolica hiſto. cap. vij. Prius (inquit) quã moraretur in Charam, & in Tobia, cui liber ad nos ex chaldaico ſermone per græcũ venit cap. xi. cũq; reuerteretur (inquit) peruenerũt ad Charã. Ioſephus præterea, qui & ipſe græco ſermone ſcripſit in [illegible] antiquitatum volumine. Thares (inquit) dum odio habuiſſet charam ciuitatem Meſopotamiæ, migrauit. Euſebius quoq; [illegible] orthographia locorum ſacræ ſcripturæ interprete Hieronymo. Charam (inquit) ciuitas eſt Meſopotamiæ trans Edeſſam, [illegible] vſq; hodie Charra dicitur, vbi Romanus cæſus eſt exercitus, de qua Lucanus aſſyrias latio maculauit ſanguine Charra. [illegible] hæc quoq; Nachor vrbs etiam appellatur, Gẽ, ca. xxiiij. profectus (inquit) perrexit in Meſopotamiã in vrbem Nachor, q[illegible] locum Nicolaus a Lyra perperam interpretatur dicẽs, quod quia ciuitas illa ſita eſt

*inter duo flumina, ideo appellata eſt Aram fluuiorum: quæ ab hebræis d'r Aram naraim, a græcis Meſopotamia. Eſt namq; Aram fluuiorum, Aſſyria inter duo flumina: hoc eſt Tygrim & Euphratē: ſcribitur namq; in principio per Aleph exilē & in fine p.m. litteram. Aram itaq; interpretatur Syria in communi, Charam vero foramina, Hierony. autore in illū Ezeci. cap. xxvij. vbi legitur Aram & Chēne negociatores tui. Diſpūgitur quoq; in principio dictionum. vt in Abacuc pphetā: in Anna matre Samuelis: in Eua omniū matre: in Euila regiōe oriētali: in Enoch filio Seth: in Emor Eueo patre Sichem: in Eſrō filio Rubē: & alijs compluribꝰ: & in medio quoq; dictionum exteritur heth littera: vt in Gion fluuio, q eſt Nilus: & in Iſaac filio Abraā: & in Bethleem ciuitate Dauid, vbi natꝰ eſt Chriſtus: & in Raab meretrice, de qua in Euāgelio. p qua apd' græcos legim9 Rachab. nam græci (vt diximꝰ) plerumq; hāc litteram verterūt in aſpirationem. vnde Hiero. in illū Geñ. capi. ix. erāt filij Noe, q egreſſi ſunt de arca Sem, Cham Iaphet. freqnter (inquit) ſeptuaginta interpretes nō valētes heth litteram (q̄ duplicem aſpirationem habet) vertere. ch. litteram græcā addiderūt, vt docerēt nos iſtiuſmodi vocabula aſpirari debere. vnde & in præſenti loco Chā tranſtulerūt, p eo qđ eſt han. a quo vſq; hodie ægyptia lingua han d'r. Aliqñ vertitur in aſpirationem ſimplicem vel potiꝰ noſtram. vt in Hāniel filio Ephot de tribu Manaſſe: de quo in lib. Nume. ca. xxxiiij. & in Hares mōte in tribu Dan: de quo Iudicum ca. j. & in Hamarā filio Diſan: de quo. j. Paralipo. ca. j. p quo in Geñ. cap. xxxvj. legitur Amdā ſiue Abdā: ſed corrupte vtrobiq; ex cauſis diuerſis. Et in Hebrō filio Caath filij Leui: a quo eſt familia Hebronitarū in lib. Numerorū. Et in Hebrō ciuitate Iuda, qua nihil eſt illuſtrius in ſacris litteris: q̄ varijs modis ſcribi ſolet. Nam expuncta aſpiratiōe ſcribitur Ebrō, & Hebrō cum aſpiratiōe ſimplici, & chebron præſertim apd̄ græcos quorū peculiaris eſt chi littera. In fine quoq; dictionum heth littera ſubiecto patha vertitur in. e. accētu reiecto in penultimam ſyllabam. vt Noah in Noe ſub quo diluuium fuit vniuerſale. Tharah pater Abraā, qđ verſum eſt in thare. Iarah filꝰ Iectā in iare. Corah nomen celebre multorum in core. Salah filius Arphacſad in ſale. Balah filius Beniamin in bale. Iephtha filius vnus ex numero Iudicum in Iſrael in Iephthe. Siloah locus in Euā. Ioā. p ſiloe. Peſah hebræorum atq; pinde feſtum Chriſtianis celebre, qđ Hiero. interpretatus eſt phaſe in teſtamento veteri, & in nouo vertitur in paſcha: & alia complura in hunc modum ab interpretibꝰ ex hebræo in græcum & latinum ſermonem interpretata.*

¶ De Hain littera.

*QVod de heth littera (quam dixim9 eſſe vnam ex illis qnq; quib9 apd' græcos & latinos nullum elementum rñdet) idem nūc de hain dicim9. Quare interpretes tam græci q̄ latini aliqñ penit9 illam extriuerūt: & qdem freqnter: vt in abarim mōte vbi mortuꝰ eſt Moſes. Deutero. ca. xxxij. Amalec quoq; per hain ſtrictam in principio legitur: qui filius fuit Eliphaz. vnde ſunt cognominati Amalecitæ. Geñ. ca. xix. & Ammon filius Loth ex minore filia: a quo ſunt dicti ammonitæ. Geñ. ca. xix. & Abdō ciuitas ſeparata leuitis, de qua in Ioſue ca. xxi. & Acarō ciuitas Paleſtinæ q̄ cecidit in ſortem tribus Iuda, de qua Ioſue ca. xv. atq; in eodem loco eiuſdemq; ſortis Eder. Vertitur quoq; in aſpirationem ſimplicem: vt in nomine Hebal, qui fuit filꝰ Iectā. Geñ. ca. x. & j. Parali. & in eiuſdem nominis mōte: de quo Ioſue, ca. viij. per hain quoq; ſcribitur in principio Henam villā: de qua in lib. Nume. c. xxxiiij. et Henadda loc9 in tribu Iſachar: de quo Ioſue. ca. xix. & Helam filius Sem filij Noe & regio ab eodem cognominata, de quibus Geñ. ca. x. & inde dicti Helamitæ: & Heber filius Sale: de quo in eodem. ca. x. & Her filius Iudæ ex filia Chananei Sue vxore ſua, Geñ. xxxviij. & Heri filius Gad. Geñ. ca. xlvi. & Heram filius Sutala filij Ephraim. Nume. ca. xxvi. & Hadriel qui duxit vxorem Merob filiam Saul. j. Re. ca. xxviij. hain præterea vertitur in. g. litteram finitimam: vt in verbo Gomorra, quæ fuit vna ex quinq; vrbibus Pentalopeos iudicio domini ſubmerſa. Geñ. ca. xix. & Gaza ciuitas Eucorum quæ cecidit in ſortem Iuda. Ioſue ca. xv. & Gader ciuitas, cuius regem occidit Ioſue in eodem volumine, ca. xij. & Gothoniel, qui poſt Ioſue fuit iudex in Iſrael Iudi. cap. iij. & Gai ciuitas amorreorum ppe Bethel cuiꝰ regem occidit quoq; Ioſue: de quo in eodem Ioſue lib. ca. vij. & viij. & qđ de heth littera in. cap. ſupiori diximus, id nūc de hain dicimꝰ in fine dictionum ſubiecto patha plerumq; verti in. e. accētu in penultimam ſyllabam reiecto: vt in Iehoſuath, ſiue quod interpretes ex Hebræo tranſtulerunt tum in Ioſue, tum in Ieſus, & Beerſabath quod interpretatur puteus ſeptē, ſiue iuramenti quando ſcribitur per ſin litteram & in Beerſabah quod interpretatur puteus ſaturitatis qñ ſcribitur p ſama litteram, de quibꝰ legitur in Geñ. cap. xxij. & cap. xxvi. & Bethſabah quod interpretatur filia ſeptem ſiue iuramenti: quo nomine fuit vxor Vriæ primum & poſtea Dauid regis: qđ interpretes verterunt in Bethſabee: & Suah vxoris Iuda Cananitidis, ex qua genuit tres filios. Geñ. ca. xxxviij. & Balah fili9 Beniamin: de quo Geñ. ca. xxvi. quod interpres vertit in Bale, & Arbah quod interpretatur quatuor, & Cariatharbah ciuitas eadem quæ Ebron ſiue Mamre, ſic dicta, quod quatuor in eo loco fuerunt ſepulti; interpres vertit in Cariatharbe & Oſeah propheta vnus ex duodecim minoribus, pro quo interpres vertit Oſee, & Gelboah mons & locus vbi Saul ſuperantibus Philiſteis cecidit, primo Regum. cap. xxviij. in Gelboe verterunt.*

¶ De ſama, ſadic, & ſin Hebraicis litteris.

*S. Littera ex ſemiuocalibus vltima teſte Martiano & quibuſdam autoribus inter litteras nō eſt cōnumerata. Et pfecto. M. Meſſala qui pprium volumē huic litteræ dedicauit, ſibilum quēdam potiꝰ q̄ vocem humanam reddere illam ſcripſit. Sed cum apd' latinos hæc littera ſigma græco rñdeat: in eādem vnam tres hebraicæ, hoc eſt ſama, ſadic, ſin cōfunduntur. Quem vero ſonum apd' græcos & latinos habere debeat: nō eſt dictu facile. Ego certe (quātum a [illegible] poſſum cōiectura & rationibꝰ) in illius plātiōe vtroſq; aberrare puto, græcos dico & latinos noſtri ſeculi: nam [illegible] mihi cōſtant cōcertatio eſt. Etenim quis audeat priſcos illos dicere vel in minimis fuiſſe lapſos: quos penes arbitri[illegible] eſt & norma loquendi. Sed cum hoc negocium voce cōſiſtat: quæ ex negligētia vel potius ignoratiōe iuniorum [illegible] [illegible] litteris redditur: affero [illegible] quæ me in eam opinionem adduxerūt. Diuus Hiero. quo autore (in ijs quæ ad rem litt[illegible] [illegible] pertinēt) nullꝰ eſt grauior: ſed neq; certior: in opuſculo in quo dictiōes hebraicas latine interpretatꝰ eſt: tum de verbis [illegible] litteram incipientibꝰ agens: tum de*

ce ſic ſcribit. Apd̄ hebræos tres ſunt litteræ: vna quæ dr̄ ſama & ſimpliciter legitur: quaſi p.s. noſtram ſcribatur litteram. Altera ſin: in qua ſtridor quidam non noſtri ſermonis inſtrepit. Tertia ſadic: quam noſtræ aures penitus reformidant. Cum itaq; tres illæ litteræ ab interpretibus primum græcis in ſigma: deinde a latinis in.s.noſtrum cõfuſim verſæ ſint: cumq; ſadic & ſin litterarum ſon⁹, vt Hiero. tradit, vtriq; ſermõi (hoc eſt græco & latino) ſit incognit⁹: efficitur vt ſigma græcum & .s. noſtrum ſama hebraico rñdeat: illumq; apd̄ græcos & latinos ſonum reddat: qui nõ eſt abſimilis ei: quem noſtri ſeculi inſcitia dat.c.litteræ.e.vel.i.ſequẽtib⁹: quemadmodum dictum eſt: cum de.c.littera agebatur. Idem autor præterea in libris hebraicarum quæſtionum expones illd̄ ex Geñ.ca.xxvi. vocata eſt ciuitas Beerſabe: hoc eſt pute⁹ ſaturitatis: licet (inquit) ſupra ex verbo iuramenti ſiue ex ſeptemnario numero (qđ Sabe dr̄) aſſuerem⁹ Beerſabe appellatam: tamen nunc ex eo quod aqua eſt inuẽta ad nomẽ ciuitatis (quæ ita vocabatur) alludens, declinauit paululum litteram: & p ſtridulo hebræorum ſin a quo ſabe incipitur: græcum ſigma.i.hebraicum ſama poſuit. Hucuſq; Hiero. Ex cui⁹ verbis vtrobiq; ſatis cõſtat ſigma græcum & .s. latinum talem ſonum exhibere, qualem ſama hebraicum apd̄ illos reddit: nõ eum quem tempeſtatis noſtræ homines græci & latini (hoc eſt ſin hebraici) pferũt. Quod ſi ad hæc Hiero. verba dixerit quiſpiam, latinos recte ſuũ.s. & græcos ſuum ſigma, hebræos pperam ſuum ſama pferre, poſſem ego rñdere hãc litem iã nõ eſſe meam: ſed inter græcos & latinos ex altera parte: & hebræos ex altera debere diſceptari. nec minoris eſſe gloriæ alterutros erroris cõuincere. Sed haberent hebræi rationes alias: quib⁹ cauſam ſuam facerẽt pbabiliorem: atq; illam in primis, q omnes qui de orthographia græce & latine vnq̃ ſcripſere.z.litteram duplicem eſſe tradũt: atq; ex.ſd.litteris cõſtare. nũc vero ex ſono quẽ.z. littera reddit apud hebræos, græcos, pœnos. atq; in dictionib⁹ quoq; peregrinis apd̄ latinos, nemo eſt qui nõ intelligat, quem ſonum debeat ſigma græco & s.latino accommodare, quippe qui nõ alia re diſtet a.z.littera: niſi qđ.s.ſimplex eſt & .z.in.ſd. delabatur. Eſt & alia ratio q̃q̃ a librariorũ errore pfecta.s.litteram ex parte.z.ſonum habere, qđ apd̄ hebræos ſcriba legis ille nominatiſſim⁹ ezras p zain ſcribatur: litteræ eiuſdem loco.ſd. ſubſtituerũt ſcribẽtes eſdras: pinde ac ſi.ſd.tãtundem polleãt: quãtum.z. Atq; e diuerſo p eo qđ apd̄ hebræos legitur aſdod, quæ eſt nobiliſſima ciuitas Paleſtinæ, in græco atq; in latino ſermone transfertur in azotum. Quod ſi ezras & azotus p.z. & eſdras & aſdod p.ſd. eãdem vocem reddũt: manifeſtum eſt ſi alteram partẽ compoſitiõis, hoc eſt.d. abſtuleris: quem ſonum.ſ.litteræ relinques. Sed an licuerit librarijs ſiue interpretibus id facere: cum de.x. littera diſputabitur, oſtẽdemus. Illud quoq; non mediocrem extorquẽdæ veritati coniecturam facit: qđ omnes grammatici fatẽtur, interiectionem.ſt.aut (ſi quemadmodum apud Terẽ. legitur) ſi qua ſilẽtium impatur: a ſono vocis eſſe fictã. Sex. quoq; feſtus Pompeius, ſileo (inquit) tacere ſignificat ficto verbo ab.ſ.littera, quæ nota ſilẽtij eſt. Cũq; interiectionum voces propemodum naturales ſint: quippe quæ neq; locorum diſtãtia, neq; temporum diuturnitate mutãtur, cõſequẽs eſt, vt interiectio.ſt. & verbum ſileo apud antiquos illos, quorum imitatores nos eſſe profitemur: eodem modo profertur, quo nunc Hiſpane ſilẽtium imperamus, profertur: hoc eſt: quaſi per.ci.litteras. ſed vt ſupra demõſtratum eſt: male ſcriberetur. Eſt etiam ratio quædam non inepta: ex eo ſumpta: qđ ex hebræis viri doctiſſimi quiddam factitarunt: qui ex græco & latino ſermone in ſuum vertentes opa quædam in nominibus proprijs hominum ſiue locorum, quæ non licet mutare: ſemp.ſ.litteram verterunt in ſeſmathon in ſin aut in ſadic. vt Antiochos, Alexandros, Pompeios, Cæſar, quæ nos per.s. illi per ſama ſcribunt ac proferunt. nos vero perperam, ſi per ſin hebraicum proferamus, cum inter has litteras tanta ſit diſtantia, quanta poteſt eſſe inter quaſlibet duas alias. Nam ſin priori lingua ad palatum applicata effingitur: ſama vero ad ſupernorum dentium radices lingua illiſa ſonum reddit, quod de.s.littera Terentianus & Martianus capella in Philologiæ nuptijs ſcribit. Fuit tẽpus quo et ego putabam hanc litteram tali ſono debere proferri, quali nunc imperitum vulgus enunciat: & quas in illius prolatiõe delicias fieri prohibet Quintili. coniectabam illorum eſſe, quos vulgo Hiſpani cecoſos vocant: nunc vero his rationibus quas ſupra attulimus conuicti, aſſeueramus illos recte, nos perperam hodie hanc litteram pronunciare: vt qui ſolebant a nobis derideri, poſſint nos viciſſim iure ſuo eludere. Sed nos illos hac vna in re ſuperamus, quod vtramq; vocem poſſumus efferre, illi vero inemendabilis oris prauitate non poſſunt, illis ſimiles, qui erant ex tribu Ephraim, & occupantibus Galaaditis vada Iordanis, cum ſe vellent ad ſuos recipere, interrogati dic ſiboleth. hoc eſt per ſama, reſpondebant ſiboleth per ſin. De aliarum litterarum conuerſione in alias, vt quod ponantur aſpiratæ pro exilibus & econtrario, & quod aliæ pro alijs diuerſorum generum ſimilitudine figurarum decepti interpretes poſuerunt: alibi copioſius diſſeretur, nunc ad hebraicarum vocalium diſputationem accedamus.

¶ De vocalibus hebraicis, quæ per apices deſignantur. Cap.i.

PRincipio fallũt hebræi cũ (vel Hiero. autore) putant ſe duas tantum & viginti litteras habere. propterea quod a totidem figuris atq; elemẽtis Iere. quattuor lamẽtationum ſuarum ſingulos verſiculos inchoauit. Quidam præterea pſal. cum prouerbi. Salo. clauſula eodem litterarum numero contexti ſunt. Nam ſi ad litterarum figuras reſpicis, præter nouem apices & duas aſpirationis & exilitatis notas, ſeptem & viginti ſunt, quoniam ex illis quinq; duplicantur. Chaph, Caph, Mem, Mem. Num, Num, Pe, Phe, Sadich, Sadic. Si ad voces te conuertas conſpicuum eſt tot eſſe vocum differẽtias, quot ſunt figurarum diuerſitates. Alioquĩ ſi duæ figuræ eandem vocem deſignarẽt, altera eſſet ocioſa, aut vtraq; pro eadem computaretur, per axioma tertium. Quod vero apices atq; aſpirationis & exilitatis notæ & ſcripto & pronunciato litteris annumerari debeant, ex litteræ diffinitione ſatis conſtat. Nam ſi apex patha mihi vocem illam deſignat, quæ a græcis per ſuum alpha, & a latinis per.a. litter[illegible] denotari conſueuit, ex eodem tertio axiomate non minus patha erit littera[illegible] alpha græcum & a latinum, cum preſert[illegible] definitio litteræ patha apici cõueniat, qđ videlicet eſt minima pars vocis, hoc eſt indiuidua, & q̃ ſcribi põt, atq; idẽ derelic[illegible] [illegible]teib⁹ dicẽdũ, qui cũ ſint nouẽ, nõ ſolũ figuris, verumetiam vocibus inter ſe diſtantes figuræ ſint apud illos vocales nouẽ. Nam [illegible]eph q ſe non ẽ vocalis, niſi animetur ab vno ex nouẽ apicibus, neq; vau neq; iod, niſi admoneas apices p quos.u. & i. vo[illegible]les deſignantur. Quod vero apices inuicẽ diſtinguãtur, hunc in modum ab illorum doctiſſimis deducitur.

¶ Patha, quæ deſignatur per virgulā iacentem hoc modo — ſiue aleph litteræ ſiue alicui ex conſonantibus ſubijciatur demōſtrat mihi .a. vocalem, quę recte & ſimpliciter profertur. vnde protenta virgula figuratur, interpretatur adapertio. propterea quod adapertili rectoq; ore pronunciatur.

¶ Cames, deſignatur per eandem virgulam protentā ſubiecto puncto in hunc modū ╤ proferturq; contractioribus labris declinando paululum ab .a. in .o. vt fiat ex vtraq; vocali ſonus quidā medius, ita tamen vt in eas reſolui non poſſit, tunc enim non littera, ſed dipthongus, hoc eſt duarum vocalium coagmentatio eſſet. Interpretatur autem cames pugnus ſiue clauſura, ex eo quod ore (vt diximus) contractiori effingitur.

¶ Sere, deſignatur per duo puncta iacentia hoc modo .. proferturq; recte & ſimpliciter .e. vocalis. Interpretatur autem coadunatio: ex eo quod vox illa in rectum protenditur.

¶ Segol, deſignatur per tria puncta in orbem circūducta in hunc modum ∴ & profertur ſono quodam medio inter .e. & .a. vel potius declinando paululum ab .e. in .a. interpretaturq; circulus, quod tam vox quam figura circumagitur.

¶ Seba, deſignatur per duo puncta ſibi inuicem incidentia in hunc modum : Eſtq; illius duplex vſus alter cum inter duas vocales interponuntur duæ conſonantes, ſub quarū priori ponitur ſeba: ad deſignandū, q̄ illa cōſonās enunciatur cū vocali precedēte: alter cum ſimpliciter ſubijcitur litteræ hoc modo: & profertur ſono .e. vocalis tenui, interpretaturq; volutio.

¶ Hiric, deſignatur per vnum dumtaxat punctum hoc modo ✕ proferturq; ſono ſimplicis .i. vocalis, neq; obliquatur quēadmodum diximus de .a. & .e. interpretaturq; conſumptor.

¶ Holem, deſignatur per vnum punctum alteri litteræ ſuper impoſitum, cum ſuperiores ſex apices alijs litteris ſubijciātur: & profertur recte & ſimpliciter .o. vocalis. Interpretaturq; robuſtum & forte: quoniam ſic enunciatur.

¶ Surec, deſignatur per punctum in ventre vau litteræ appoſitum hoc modo ו proferturq; ſimplici voce .u. vocalis. interpretaturq; vacuum, ex eo quod vau littera ibi ocioſa eſt.

¶ Cibum, deſignatur per tria puncta ſcalariter ſibi inuicem deſcendendo ſuccedentia, hoc modo ⋱ proferturq; medio quodam ſono inter .u. vocalem & .i. vel potius ab .u. vocali in .i. litteram declinante. Interpretaturq; cōiunctio, quod videlicet duarum litterarū voces cōiungat. Ex quibus infertur vocales apud hebræos eſſe nouem, quæ deſignantur per nouem ſupra memoratos apices: quandoquidem litteræ atq; vocalis definitiones cuiq; illarum conueniunt. Neq; aſſentior Ioanni phorcenſi neq; alijs (ſi qui ſunt, qui eius ſententiæ ſub ſcribunt) putātes vau. he. iod. hain. heth. vocalibus debere annumerari. aleph præterea (quemadmodū diximus) non tam vocalis, quam mortua quædam figura eſt, apicibus tamē deſeruiens: ſicut iod & vau: quando conſonantium officio non funguntur.

¶ Quod he. heth. hain. vocales non ſunt.

SEd quia ſuſpicor non defuturos, qui huic aſſertioni meæ nolint aſſentiri: cōtendātq; mecum ſex litteras ſuperiores omnino eſſe vocales: libet mihi hoc in loco paululum a propoſitio digredi: vt oſtendamus rationes, quæ nos in eam ſentētiam adduxerunt. Principio conſiderādum nobis eſt, quæ ſit differentia inter vocales & conſonantes: quæ manifeſtiſſime colligitur ex vtrarumq; definitione iam inde ab initio nobis propoſita: perſpiciēdumq; profundiori quodam ſenſu vtra ex illis difinitionibus ſex litteris (de quibus agitur) magis cōueniat. Quod ſi vocalis eſt, quæ per ſe & pura ſine alterius litteræ permixtione poteſt enunciari: videamus an tres illæ ex pulmonibus per gargareō ſpiritu ad fauces alliſo per ſe ſine alterius litteræ adminiculo proferantur: vt ſint vocales. Non he quam Hiero. ſimplicem aſpirationem vocat: & quæ noſtræ quā ſimillima eſt: certe ex ſermone hebraico in eam ſemper vertitur, aut diſpungitur omnino. Illa modo differentia inter eas eſſe videtur, quod apud hebreos vocē deſignat, apud latinos ſpūs tātū eſt nota. vtrumq; tamē ſi proferas, niſi aliquā ex vocalibus ferias: nullo id modo poſſis efficere: vt per ſe & pura enuncietur. Non heth, quā idē Hiero. duplicē aſpirationē appellat, & a græcis & latinis tum in chi, hoc eſt .ch. aſpiratū, tum in ſimplicē aſpirationē vertitur, quæ (vt paulo ante diximꝰ) tametſi non eſt littera, magis tamen ad vim cōſonantis quā vocalis accedit. Non hain, quæ compreſſis faucibus expreſſa per ſe nihil ſonat, ſed cum vocali per apicē deſignata tātum erumpit: ſemperq; apud interpretes, aut propter illius vaſtitatem exteritur, aut in .g. conſonantem, aut in .h. quaſi cōſonātem permutatur. Quod ſi interpretes has tres in conſonantes verterunt, igitur & ipſæ cōſonantes ſunt. cū litteræ alicuius linguæ non debeant verti, niſi in litteras ſui generis, aut in ſibi cognatas affines, aut penitus diſpungi. Quid quod illud peculiare cōſonantibus eſt, vt ſibi apices ſubijciantur, qui vocales deſignant, aut vocales ſequātur, quæ per apices cōſonātibus ſubiectos, aut per aleph. iod. vau. litteras ocioſas & tātū apicibus deſeruiētes notantur. Quod vtrumq; tribus illis (de quibus agitur) litteris accidit, quoniā aut apices ſubiectos habēt, aut apices cum ſibi deſeruiētibus figuris ſubſequuntur. Eſt & alia palmaris ratio, cui nemo refragari poſſit, ſumpta ex cōſonantiū ordine apud hebræos obſeruato: de quo paulopoſt multis diſputabimus. Is aūt eſt, q̄ ſi duæ cōſonātes in medio dictionis ponūtur inter duas quaſcūq; vocales, q̄ per apices deſignātur, prior ex illis pertinet ad priorē vocalē, poſterior vero ad poſteriorē. Vnde ab hebreis cōſonāti priori ſubijcitur apex ſeba, per quē ſignificatur illā debere ſuſpēdi, atq; cū vocali præcedēti ſonare. Atqui videmus frequenter cōſonātem aliquā ſubiecto apice ſeba præcedentē: ſubſequi has tres de quibus agimus, ſunt igitur cōſonantes, aut des mihi, neceſſe eſt, verbum, in quo vocalis conſonantem ſequatur, in qua apex ſeba ſit ſubiectus. Cum & diuerſa regula ſit inter orthographos recepta, ſi in dictione ſimplici reperitur conſonans duabus in[illegible]iecta vocalibus, debere illam non priori, ſed poſteriori iungi. Quod vero de he. heth. & hain. litteris paulo ante diximꝰ plerumq; ſubſequi conſonantes, quæ apicē ſeba ſubiectum habeant, reliquū eſt, vt exēplis comprobemus. De he in .i. Par[illegible] volumine cap. xxvij. Quintus (inquit) mēſe quinto priceps ſanhuth. ſic enim apud hebræos ſcribitur, hoc eſt per ſin pa[illegible] ſequētibus nun cū ſeba, deinde per he vau cū ſurec, & in fine tau cū raphe. apud nos, vt in alijs cōpluribꝰ verbis, ſeba mutatus [illegible] in .a. & .u. & in .a. [illegible] ſimul. De heth iſhac filius Abraam. ſcribitur namq; apud hebræos per iod ſequēti ſadic cum [illegible] he, deinde per heth ſubiecto patha & in fine coph. ſed nos ſeba (vt in multis) verſo in .a. & diſiuncta heth litte[illegible] (vt [illegible] aliubi diximus) ex iſhac fecimus

# DE LITTERIS.

Recimus Iſaac. De hain ſimhō celebre nomen in ſacris litteris ſcribitur enim per ſin ſubiecto hiric ſequenti mē cum ſeba, deinde ꝑ ain ſiue hain ſequenti vau cum holem & in fine num. Græci tamen & latini apicem ſeba mutarunt in.e. & ain extrita dixerunt Simeon. vt in vno ex duodecim filijs Iacob: & iuſtus ille vir de quo in Euange. Lu. cap. ij. qui reſponſum acceperat a domino non viſurum ſe mortem: vocatꝰ eſt quoq; Simeon. Sed plerumq; non vertitur ſeba in.e. ſed ſupprimitur: ſed frequētius in teſtamēto nouo: vt Simō cognomēto Petrꝰ, Simō frater dñi, Simon pater Iudæ Iſcharioth, Simon Cyrenæus crucis chriſti baiulus, Simō Coriarius: & Simō niger, de quibus Lucas in Apoſtolica hiſtoria: & ne amplius in re per quam manifeſta immoremur: pergamus ad reliqua.

## ¶ De nouem hebraicis vocalibus.

Vocalium non eſſe certum ac definitum numerum in axiomate qnto dictum eſt. In lingua vero hebraica ex diuerſitate apicum colligi numerum illarum: vt ſint omnino nouem dictum eſt, cum de apicibꝰ agebat: vbi etiam diximꝰ aleph nō eſſe vocalem: quæ certam habeat vocem, ſed apicibꝰ diſtingui in vnam aliquam ex illis nouem: quam quidem cōfuſaneam mixturam neceſſarium fuit per certam quædam ſigna determinari. Apices vero ipſos initio apud hebræos nō fuiſſe, ex monumētis hebraicarum litterarum, quas vidimꝰ in marmoribꝰ atq; numiſmatis incuſſas, deprehēdi poteſt: id qđ etiam in ſuo pentatheucho (qđ in abditis cuſtodiūt) pertinaciſſime ad hāc vſq; ætatem hebræi retinēt: putātes opinor vel ex eo ſuæ religionis antiquitatem oſtēdere. Adieciſſe deinde apices primus omnium dr̄ Ezras ille ſcriba legis nominatiſſimꝰ. Hiero. in ꝓlogo Galeato non apices appoſuiſſe: ſed quaſdam litterarum figuras excogitaſſe tradit. Sed quicūq; tādem is fuerit huꝰ inuenti autor: rem commodiſſimam ac omnino hebreis atq; ꝑinde hebraicæ linguæ ſtudioſis neceſſariam attulit: cum alioqui quaſi per notas & compēdia legēdum ſcribēdumq; eſſet: res quidem lubrica & multis erroribꝰ obnoxia: ſi ſtāte eadem ſcriptura ſenſus diuerſi ac cōtrarij plerumq; poſſent intelligi. Aleph igitur (quemadmodum iterum atq; iterum diximꝰ) ꝑ ſeipſam nunq̄ exhibet ſonum, quem ipſo nomine ꝓfitetur: ſed cum poteſtate vim omnium habeat vocalium ꝑ appoſitos apices, cōgeries illa diſcernitur. Tale aliqđ & in lingua punica vidimus, quæ Hebraicæ, & ꝑinde Arameæ, atq; ægyptiæ finitima eſt, non modo in litterarum vocibꝰ: verumetiam in ordine litteras diſponēdi. Omnes enim hæ quatuor linguæ punicam dico, Hebraicam, Arameam, ſiue Chaldaicam, & ægyptiam a dextra ſiniſtram verſus ꝓcedētes (hoc eſt ꝑuerſe, vt Herodotꝰ & Mela tradunt) litteris vtūtur. Cumq; Hiero. Auguſt. Remi. autoribꝰ inſtrumētum vetꝰ ex Hebraico, Arameo, ægyptio, Arabicoq; ſermone cōſtet: hæ quattuor linguæ in vnam ꝓpe cōfunduntur. Habet (inq̄) lingua punica, ſiue illa ſit ægyptia, primam ſui alphabeti litteram Alipha (ſic enim appellāt) eodem ꝓpe ſono quo hebræi ſuum Aleph: neq; hn̄t aliam vocalem, præter illam, quam tamen adiectis apicibꝰ, ꝓtuclas, ſiue haracas: vt diximꝰ. i. motrices illi vocāt: omnes quinq; latinas deſignāt: quemadmodum & de Aleph hebraico diximꝰ. Quod ſi quiſpiam dixerit, duas præterea reliquas eſſe apđ hebræos, Iod & Vau: is ꝑfecto non intelligit, quas apđ illos habeāt vires. Sunt enim ꝑ ſe cōſonātes, atq; cōſonātium officio funguntur, cum & vocales frangāt prępoſitæ: & appoſitæ vocalibꝰ incubāt: & in illa oris parte formētur: vbi ſine vocalibꝰ enūciari nō poſſint. Quod ſi vſpiam reperiūtur cōſonātium vim nō habere: nec vocales quidem ſunt: ſed figuræ apicibꝰ tātum deſeruiētes: quare nūc ab hebreis naha. i. ocioſæ ac ſupuacuæ dr̄: neq; alios hn̄t vſus, q̄ quos in logiſtice, ſiue arte cōputatoria, quæ vocatur ſifra: quæ per ſe ſola nihil valet: præſtat tamē vt aliæ numerorum notæ mutēt ordinem: atq; ꝑinde alium atq; alium numerum deſignēt.

## ¶ De ſeba hebraico apice.

Est apud hebræos apex ſeba, qui ſubdi conſonantibus conſueuit in varios vſus: inter quos vnus eſt, vt ſubiectus litteræ finiat ſyllabam precedētem. Nam cum ſit illđ hebraicæ linguæ ꝓprium: vt nunq̄ duæ conſonātes frangant vocalem ſequentem, aut finiant ſyllabam precedētem. quoties veniūt in medio dictionis: prior pertinet ad ſyllabam precedentem: poſterior vero ad ſeqntem. Quod, vt deſignarēt librarij, conſueuerūt priori conſonanti ſubijcere hunc apicem: qui ſuſpēderet ſyllabam: atq; præcedenti vocali adiungeret. Quemadmodum in hac particula abrā. b. litteræ ſubijcitur ſeba, deſignatq; illam debere iungi.a. vocali precedēti. Apud græcos tamen & latinos ex ratione ordinis conſonātium. b. illud ꝑtineret ad ſyllabam ſequentem: niſi eſſet compoſitum ex ab: qđ interpretatur pater: & ram excelſus. Nam ſi compoſitum nō eſt, vtraq; littera ad vocalem ſequētem ꝑtineret: vt in abra: qđ interpretatur ancilla, quæ ꝓculdubio vox græca eſt: qua frequēter vtitur interpres in libro Iudith. Septuaginta vero primum, atq; deinceps qui ſequuti ſunt interpretes græci & latini in nominibus hebraicis quæ non potuerūt: ſed neq; debuerūt vertere: qualia ſunt virorum & fœminarum, atq; locorum ꝓpria nomina, plerūq; trāſtulerunt ſilentium illud ſiue interciſionem, quæ fiebat per ſeba in vocalem: quæ adnexa conſonāti faceret ſyllabam: aliqui ſequuti hebræos, apicem illum diſſimulauere: vt in hoc nomine Abeſalon in. ij. Regum. volumine frequēter legimus Abſalonem triſyllabum. In. iij. vero Regum lib. cap. xv. Abeſalon quadriſyllabum: ſiue ſit idem qui ſuperior, ſiue alius quiſpiam: non facit ad remcum vtrobiq; in hebræo eadem ſit ſcriptio. Igitur interpretes aliqn̄ verterunt ſeba in.a. vocalem: vt ꝓ eo quod in. iij Regū. capi. v. legitur Acron ſubiecto ſeba ſcđæ litteræ, interpretati ſunt Accaron: quæ fuit ciuitas Paleſtinæ inter Azotum & Iamnā reſpiciēs ad orientem. Pro eo qđ Iudicum cap. i. legitur Achzib, quæ fuit ciuitas in tribu Aſer, verterūt Achazib, vtrobiq; ſeba mutato in.a. In lib. tamē Ioſue cap. xix. Achziba nihil ex hebræo mutātes reliquerūt. Pro eo qđ Gen̄. cap. xiiij. in hebræo legimꝰ Aſſontemar, hoc eſt ciuitas palmarum, in qua habitabāt Amorrei iuxta eremum, Aſaſontamar interpretati ſunt. Pro eo qđ Gen̄. cap. x. atq; iterum cap. xiiij. in hebræo legitur Adma, quæ fuit vna de quinq; vrbibus Sodomorum euerſis: verterunt Adama. Pro eo qđ Gen̄. cap. x. atq; iterum. i. Paralipo. i. Hebræi hn̄t Arci, quē fuit filius Chan, & cōdidit Arces oppidum ad radices Libani mōtis: noſtri verterunt in Aracteum: vnde fuit Chuſi amicus Dauid regis: & poſtea transfuga Abſalon regum poſitor: vnde aracites dictus: de quo in. ij. Reg. cap. xvij. Pro eo qđ Gen̄. cap. xxxvi. atq; iterū. i. Paralipo. i. habetur apud hebræos Bilhā: apud nos legitur Balaan: qui fuit filius Eſer horrei. Pro eo qđ in lib. Num. cap. xxij. atq; iterum Ioſue. cap. xiij. illi hn̄t Bilā, qui fuit filius Beor, nos habemus Balaam per. m. in fine. Pro eo qđ Gen̄. cap. x. atq; iterum Amos cap. vi. illi

hũt Chalne,quæ fuit ciuitas regni Nerod,vbi turris ædificata eſt:nos habemus chalane:quibꝰ in locis omnibꝰ atq; in alijs cõ pluribus ſeba verſus eſt in.a.vocalem.Aliñ ſeba(& quidem frequẽtius)vertitur in.e.vt ꝓ eo qđ in Exo.& in li.Nume.& in Paralipo.apud hebreos legitur Elazar:Eleazar conuerterunt.Et ꝓ eo quod eſt in lib.Reg.Abſalon,quemadmodum ſupra diximus,tum Abſalon tum Abeſalon interpretati ſunt. Et pro eo quod in libro Iudic.cap.xij. apud hebræos legitur Abſan Bethlemites:qui fuit iudex in Iſrael:nos habemꝰ Abeſan.Et ꝓ eo qđ Geñ.xxvj.illi habent Baſmath:quæ fuit vxor Saul:& iij.Reg.cap.iiij.iterum Baſmath,vtrobiq; nos habemꝰ Baſemath.Et ꝓ eo qđ in pleriſq; ſacræ ſcripturæ locis illis hũt Iezchiau:quæ fuit rex in Iuda:nos vbiq; habemꝰ Ezecias.Et pro eo quod nos habemus,aut habere debuimꝰ Ezeciel,illi hũt Iezcel.Et pro eo quod vulgo legimꝰ Hieremias propheta,atq; alter Hieremias pater Iechoniæ de quo Iere.cap.xxxv.atq; alijs in locis apud hebræos ſemper legitur Iermiau.Et pro eo quod illi dicũt Ribca pro vxore Iſaac,nos dicimus Rebeca. Et pro eo quod hebræi dicunt Simon pro filio Iacob ex Lia,nos dicimus Simeon in teſtamẽto nouo:tum Simõ,tum Simeon legimus:nam & Simon Petrus,& Simon leproſus,& Simon Cyreneus,& Simon frater domini,& Simon Iudas Iſcariotes dicimus,& Simeon ille:qui apud Lu.puerum Ieſum in vlnas accepit,& de eo eſt vaticinatus.Et ne in ſingulis demoremur bina tantum exempla proferemus de tribus vocalibus.i.&.u.&.o.quæ ſuperſunt,in quas ſeba verti conſueuit:vt pro eo quod Exo.cap.vi.legitur in hebræo Elſaphã,nos habemꝰ Eliſaphã.Et ꝓ eo qđ Geñ.cap.x.atq; alijs in locis illi hũt Ninue ꝑ.u.cõſonãtem:nos habemꝰ Niniue.Et ꝓ eo qđ Geñ.cap.xxxvi.hebræi hũt Achbor,apđ nos legitur Achobor.Et ꝓ eo qđ Ioſue cap.xv.& Iudi.j.hebræi habent Othniel:nos habemus Othoniel.

¶ D.pro.r.& r.pro.d.

EST præterea apud hebræos inter Daleth & Res tanta litterarum ſimilitudo,vt non diſtinguantur,niſi in ipſo cubiti flexu tenui admodum diſcrimine. Vnde nemini mirum videri debet:quod interpretes decepti alteram pro altera acceperunt.Vt pro eo quod in.ij.Reg.volumine cap.viij.legitur frequenter Adadezer:qui fuit filius Roob rex Soba:in codicibꝰ hebræis habetur Adarezer.Neutrum damno cum illud teſtimonium auxilij,hoc pulchritudinis auxilium interpretetur:fieriq; poſſit:vt error ſit in codicibus hebræis & in noſtris recta ſcriptio.Lego tñ apud Euſebium illius interpretem Hiero.quod Masbath fuit ciuitas hoſtilis regis Adarezer:Adarezer(inquã)per.r.litteram quartam:ex quo manifeſtum eſt in libris latinis potius errorem eſſe q̃ in hebræis aut græcis.Hic præterea ortus eſt error,vt eadem putetur eſſe Deblatha:quæ Reblatha ſiue Reblá,Hiero.in illud Iezecielis cap.vi.& faciam(inquit)terram eorum deſolatam & deſtitutam a deſerto Deblata in omnibus habitationibus eorum,a deſerto(inquit)Deblathe,quæ eſt in terra Emath:quæ hodie vocatur Epiphania Syriæ. In.iij.tamen Nume.volumine cap.xxxiiij.de ſephama(inquit)deſcendent termini in Reblatha contra fontem Daphnẽ. In.iiij.præterea Reg.iiij.lib.cap.xxiij.vnxit(inquit)Iochã Pharao,Nechao in Reblatha:q̃ eſt in terra Emath,atq; iterum ca.xxv.eiuſdẽ.iiij.li.quos(inq̃)tollens Nabuzardã princeps militum,duxit ad regem Babylonis in Reblatha.Iere.quoq; cap.xxxix.comprehenderunt(inquit)ſedeciam,& captum adduxerunt ad Nabuchodonoſor regem Babylonis in Reblatha,quæ eſt in terra Emath. Eſt autem Sephama eadem quæ Apamia,Emath quæ Epiphania,Reblatha ſiue Deblatha,quæ Antiochia ad Daphnẽ tres vrbes Syriæ illuſtres atq; finitimæ.& ſubdit idem Hiero.multi putant eundem eſſe locum Reblatha de quo in Iere.ſcriptum eſt & Deblatha:de qua in Iezeciele:& propter nimiam(inquit)ſimilitudinem Daleth:& Res hebraicarum litterarum,quæ paruo apice diſtingũtur vel Deblatha,vel Reblatha appellari.Pro eo quoq; quod in.ij.Reg.lib.cap.xxiij.legitur Semma de Arodi,& Elicha de Arodi vtrobiq; in hebræo legitur Arori per.r.litteram in quarta.Pro eo præterea qđ in lib.Ioſue cap.xix.legimus Ied aba,quæ fuit ciuitas in ſorte Zabulon,in hebræo habetur Ieraba per.r.in tertio loco.Pro eo etiam quod in Iezeciele cap.xxvij.legimus Syrus negociator tuus:in hebræo pro Syrus poſitum eſt Aram:quo in loco Hiero.ſeptuaginta(inquit)interpretati ſunt homines pro Aram per.r.litteram legentes Adam per.d.quod interpretatur homo ſiue homines.Pro eo quod in eodem propheta cap.xlvij.in hebræo habetur Tamodu,quod interpretatur metiemini,ab eo qđ eſt Metior.iris.ipſi Tamoru per.r.legentes Pheniconos.i.Palmeti verterunt. Hiero.præterea in illud eiuſdem prophetæ cap.xxvij.filij Dedã negociatores tui,pro Dedã(inquit)neſcio quid volentes ſeptuaginta filios Rhodiorum interpretati ſunt:niſi forte primæ litteræ ſimilitudine decepti pro Dedã legerunt Redã per.r.litteram q. in Rhodios transtulerunt.Pro eo etiam qđ in.ij.Reg.volumine legitur:Tulit itaq; rex duos filios Reſpha filiæ Abia quos peperit Saul,Armoin & Miphiboſeth:in hebræo Admoni per.d.litteram in ſecundo loco legitur.Pro eo quod in hebræo Geñ.xiiij.legitur Thedal,ſiue Thidal:in græco habetur Thargal.Pro eo etiam quod in li.Ioſue cap.xxij.& xxiij.In libris latinis legitur Aſeroth,in hebræis habetur Aſedoth per.d.litteram:quod interpretatur effuſiones ſiue decliuia.Illud ad hæc in ambiguo relinquitur,quod in Pſal.cix.legitur apud hebræos Hadre,ſiue Harere.nam ex altero Hiero.tranſtulit ex hebraica veritate in montibus ſanctis:ex altero Lucianus & alij in ſplendoribus ſanctorum:hebræi tamen contendunt aſtipulante etiam ſcriptura Chaldaica,Hadre potius eſſe legendum:hoc eſt per.d.litteram. Sunt & alia complura eiuſdem generis,quæ ſe paſſim legentibus offerent.

¶ B.pro.u.conſonante.

B.Litteram mediam eſſe inter.p.&.ph.in ſuperioribus dictum eſt:atq; demonſtratum:. . . alia re ab illis differt,quam quod eſt exilior quam.ph.& aſpiratior quã.p.omnes tamen circa huius litteræ vo. . . m nonnihil peccant. Ac primum hebræi:qui Beth appoſito Raphe,tali ſono proferunt:quale nos.u.conſonanti accommo. . .ntus,Nam ſi Beth cum Dagues,hoc eſt puncto illo medio ſcribatur:tunc ipſi fatentur compreſſis labris debere forma. . . ſi vero cum Raphe,hoc eſt aſpirationis nota:tunc quaſi æolicum Digama eſſe proferendum:quaſi velim dicere.b.laxum. . . .u.conſonantem,preſſum vero ad exilis vocem proxime accedere.Hic ortus eſt error ille frequens in codicibus latinis,vt . . . littera.p.u.conſonante.atq; iterum ipſo pro.b.u.conſonans reperiatur ſcripta:& quemadmodum ſcriptũ eſt pro . . . Geñ.cap.xiiij.Codor,Laomor,& alij reges,percuſſerunt enim in Sabe Cariathaim.i.in planicie.& paulo p. . . in valle(inq̃)Sabe:eſt vallis regis,vtrobiq; ſabe p.b.

ſcribitur, cum per.u.conſonantē ſcribi atq; proinde proferri deberet: quandoquidem apud hebræos per vau cōſonantem ſcribitur. In lib.quoq; Eſter ſibā per.b.legitur pro ſiuā per.u.cōſonantem, eſtq; menſis tertius in anno hebræorū. In.ij.quoq; reg. volumine ca.xx.ſiba per.b.pro ſiua per.u.ſcribitur. Præterea geñ.ca.xxxv.zabā filius aſer pro zauam legitur, In.j.etiam Paral.lib.ca.iij.bethſabe legitur pro bethſue, hoc eſt.b.pro.u.vocali. Subeſtq; mihi hoc in loco admiratio quædā. vnde ſit tāta huius nominis in ſcriptura diuerſitas, vt quod vulgo legitur berſabeæ ꝑ Dauid regis vxore illa, quæ quōdā fuerat Vriæ: & in vetuſtiſſimis codicibus atq; proinde in græcis bethſabe: apud hebræos ſemper ſcribitur per.b. litteram in tertia ſyllaba, in vno tantum ſupra memorato loco.b.mutata in.u.vocalem legamus bethſue. vt iā apud latinos nō miremur, quod.b. cōſonans aliquādo mutetur in.u.vocalē. vt aufero, aufugio, q ex ab præpoſitione cōponi manifeſtū eſt, ſed hæc alias. In errore pari videntur eſſe græci, qui eodē mō beta ꝓferunt, quo hebræi ſuū beth cū raphe. Quos vtroſq; ab errare, ex iiſq; ſupradictæ ſunt, facile apparet: atq; in hunc modum adhuc poteſt deduci. Tres litteræ eiuſdem generis effinguntur inter labra nō alia re inter ſe diſtantes, quā exilitate & aſpiratione.p.b.ph.duæ quoq; ſuperiori dentium ſerie labro inferiori appreſſa.nō alio quippe differētes, quā q autore Quint.f.littera inter dentiū diſcrimina efflatur.u.vero cōſonās ſpiritu ad oris inanitatē reducto profertur. Ex quo efficitur, vt alia ſit vox.b.litteræ, quā.u.cōſonantis, atq; ex tertio axiomate ſub diuerſis generibus poſitæ, multoq; magis a ſe inuicem diſtantes quā.b.a.p.&.ph.litteris & .f.ab.u.cōſonanti. Igitur nullo modo poſſunt altera pro altera poni, non magis quā.b.pro.c.aut.c.pro.d. Atq; ex eodem tertio axiomate ſi.b.littera.u. cōſonantis ſono proferri poſſet, eſſet eadem littera numero cū illa, atq; paſſim altera pro altera ſcribi ac proferri poſſet, quod nemo vnq̄ dixit: neq; dicturus eſt, niſi confeſſa atq; omniū conſenſu recepta negare velit, ex quo infertur, q latini multo melius.b. litteram proferūt, quā græci ſuū beta, aut hebræi ſuū beth cum raphe, quandoquidē nō alio diſtenta.p.littera, niſi breui admodū labrorum laxitate. Eſt & illa aduerſus hebræos ratio peculiaris, q conuincit eos aberrare, qđ raphe, q nota eſt aſpirationis, nunq̄ mutat genus litteræ cui imponitur, neq; aliud quicquā efficit, quā quod paulum laxat id, quod erat preſſum. Atqui vt ipſi nunc proferunt: nō modo mutant ſpeciem, ſed etiam genus, quandoquidem beth & vau ſub diuerſis generibus reponūtur.

¶ Dictiones hebraicæ in teſtamento nouo.

REpriūtur in ſacris litteris (in euāgelio maxime) particulæ quædā, quas interpretes incertis de cauſis non auſi ſunt ex hebræo in græcum, aut latinū ſermonem interpretari. Origenes propter vernaculum cuiuſq; linguæ idioma nō potuiſſe verti putat, neq; ita apud alios ſonare, vt apud ſuos dicta ſunt: & multo melius fuiſſe non interpretata ponere, quam vim eorum interpretatione tenuare. Cui aſtipulatur Auguſt.in.ij.de doctrina chriſtiana lib. Hiero. in epiſt.quadā ad Marcellam, quoniam (inquit) prima eccleſia ex iudæis fuerat congregata, poſtea quam euangelij dilatatus eſt ſermo, non potuerunt quædā ſemel ſuſcepta mutari: cuiuſmodi ſunt Aleluia. Amen. Oſanna. & ſimilia.

חקל דמא Aceldema, quod interpretatur ager ſanguinis ex euang. Mat. cap.xxvij. vocatus eſt (inquit) ager ille aceldema, hoc eſt ager ſanguinis vſq; in hodiernū diem. Scribiturq; acal per heth, quā extrinimus ſubiecto patha. deinde per coph ſubiecto patha, quē vertim9 in.a. & in fine lamet. Dema vero ſcribitur per deleth ſeba, deinde per men cames, & in fine aleph, vtrobiq; accētu in fine, & eſt vtraq; particula ex chaldæo ſermone deducta. nā hebraice ſere adā diceretur.

הללויה Alleluia, quod interpretatur laudate deū ſiue dñm. nā pro eo, qđ in pſalmo nos habemus laudate dñm quoniā bonus eſt pſalmus, apđ hebræos legitur alleluia. Scribitur itaq; allelu. hoc eſt laudate. per he diſpunctā ſubiecto patha, deinde ꝑ lamed ſubiecto ſeba. quē vertimus in.e. quoniā ſequitur alterū lamed: deinde ꝑ lamed, & in fine vau cū ſurec, & ibidē accētu acuto: deīde ia, quod interpretatur deus, & eſt vnū ex decē Dei noībus. Scribitur ꝑ iod ſubiecto cames, & in fine he cum mapic, vt intendat vocem, quod diximus, nunquam fere niſi cum pro nomine fœminino euenire, & ia dictio eſt monoſyllaba, quia iod conſonans eſt.

אמן Amen, quod ſeptuaginta interpretes verterunt in geneto, hoc eſt fiat: & ita in fine librorum quinq;, in quos pſalteriū diuiditur, tranſtulerunt amen, amen, in fiat fiat. Aquila amen vertit in pepiſtomenos, hoc eſt fideliter verbum deductum ex fide. Scribitur per aleph cames: deinde per mem ſere, & in fine nun, accentu acuto in eadem.

כיפא Cephas. quo nomine Petrus apoſtolus cognominatus eſt Ioan.cap.primo. tu es Simon filius Ioannis. tu vocaberis cephas, quod interpretatur petrus. Hiero.in epiſtola ad Galatas, non (inquit) aliud ſignificat Petrus, aliud cephas, ſed quod, quam nos latine & græce petrā, hanc hebræi & ſyri propter linguæ vicinitatem cephā appellant. Sed hebræi magis ſyriſcū, q hebraicū eſſet dicūt. Scribitur ꝑ caph ſere: deīde ꝑ.pe. ſubiecto cames, & in fine aleph: & in eadē accētu acuto.

אלי אלי למה עזבתני Eli eli lama azabatani, quod interpretatur de9 meus deus meus, quare dereliquiſti me, & ſunt verba ſaluatoris noſtri in cruce poſiti ſumpta ex pſal. xxi. eli ſcribitur per aleph ſere, deinde per lamed biric, & in fine iod accētu ibidem, & eodē modo ſcribitur alterū eli. Lama ſcribitur ꝑ lameth ſubiecto cames, deinde per men ſubiecto cames & in fine he, azabatani ſcribitur per hain extribā cū ſuo patha ſiue reiecto patha & hain diſpuncto, deinde per zain ſubiecto patha ſequenti beth cum ſeba, qui plerumq; vertitur in.a. quia ſequitur tau, deinde per tau exile ſubiecto cames. deinde per num ſubiecto birc & in fine iod, accentu in penultima.

יפתח Ephetā, quod euange[illegible] interpretatur aperire, ait enim Marcus ca.vii. quod Ieſus ſuſpiciens in cœlum ingemuit. & ait ſurdo & muto [illegible]heta, quod eſt aperire. Scribitur per iod ſubiecto biric ſequenti phe aſpirato cum ſeba. quā hoc in loco (vt in pleriſq;) vertimu[illegible]in.e. deinde per tau exile ſubiecto patha & in fine he, eſt autem ipſa futurum indicatiui modi non imperatiui: vt alij p[illegible]nt. nam ſi imperatiui modi eſſet [illegible] potius [illegible] accentu in fine.

גיא הנם Gehennon, vnde Salu[illegible] noſter declinat gehennam, interpretatur vallis hēnon ſiue filiorum hēnon, cecidit autē in ſortē de tribu Benia[illegible]inde duo in lib. Ioſuæ & lib. Reg. & Paralip. Scribitur per gimal ſubiecto ſere ſequēti iod: & in fine aleph, deinde per he ſubiectu [illegible] inde per num cum dagues, quod vertimus in duplex.n. impoſito holā.

*in ſine mem. Hiero. in illud Matt. cap. x. qui põteſt animã & corpus perdere in gehẽnã, nomẽ (inquit) gehẽnæ in veteribus libris nõ inuenitur: ſed primũ a ſaluatore noſtro ponitur. Quæramus ergo, quæ ſit ſermonis huius occaſio. Idolum baal fuiſſe iuxta Ieruſalem ad radicem montis ſion in quibus ſiloa fuit, non ſemel legimus. In tantum autem dementiam populus Iſrael venerat: vt deſerta templi vicinia, ibi hoſtias immolaret: & rigorem religionis delitiæ vincerẽt: filioſq; ſuos dæmonijs ibidem incẽderent & initiarent. Comminatur deus ſe locum illum impleturum cadaueribus mortuorum: vt nequaq̃ vocetur tophet baal, ſed vocetur polyandron. i. tumulus mortuorum. Hinc ſaluator noſter gehennã appellat locum, in quem ſcelerati pœnas ſunt daturi.*

גֵּיא שְׁמָנִי *Geſemani loc⁹ vbi ſaluator noſter ante paſſionẽ orauit: de quo Hiero. in illud Matth. ca. xxvij. venit Ieſus in villã q̃ dicitur geſemani. Geſemani (inq̃t) interpretatˀ vallis pĩguiſſima. Scribitur p gimal ſere ſequẽti iod, et ĩ fine aleph: deinde per ſin ſubiecto ſeba: deinde per mem ſubiecto patha: deinde per num ſubiecto hiric & in fine iod. accentu acuto in eadẽ.*

גֻּלְגָּלְתָּא *Golgotha (inquit) Euſebius locus eſt Caluariæ, vt nonnulli putant Adam. in quo ſaluator noſter crucifixus eſt ad ſeptentrionalem partem montis Sion, de quo Matth. xxvij. interpretaturq; caluaria. Scribitur per gimal ſequentẽ vau cum ſurec, quã vertimus in. o, ſequenti lamed cum ſeba: deinde per gimal ſequenti vau cum holem & lamed cũ ſeba: deinde per tau exile ſubiecto cames, & in fine aleph. accentu in eadem.*

מָרַן אֲתָא *Maranatha, qua voce apoſtol⁹ Paulus vtitur prima ad Corinthios epiſtola capite vltimo, interpretaturq; domin⁹ noſter venit. Scribitur per mem ſubiecto patha. deinde per res ſubiecto cames, ſequentibus aleph cum num & ſeba: deinde per tau exile, & fine ne aleph: atq; accentu in eadem.*

הוֹשַׁעְנָא *Oſaana, ſiue oſiana qua voce vtuntur euangeliſtæ, & eccleſia vniuerſalis in re diuina, interpretatur ſalua obſecro. Na enim ſiue ana vt in epiſtola ad Damaſcum papam Hiero. ſcribit: interiectio eſt obſecrantis: ſicut vah inſultantis, & hei dolentis. Scribitur per he quam extriuimus ſequenti vau cum holem, deinde per ſin ſubiecto patha & in fine hain, na ſcribitur per num ſubiecto cames: & in fine aleph.*

רֵיקָה *Raca, qua voce vtitur Saluator Matth. ca. v. qui dixerit (inquit) fratri ſuo Raca. vbi Hiero. ait hoc verbum hebræũ eſt quod interpretatur cenos, ideſt inanis aut vacuus, quem nos poſſumus vulgata iniuria abſq; cerebro nuncupare. Scribitur per res ſubiecto ſere ſequenti iod, quod nos vertimus in. e. deinde per coph ſubiecto cames, & in fine he, accentu in eadem.*

רַבִּי *Rabbi, quam vocem ſæpe in Euangelio legimus. vt Matth. cap. xxiij. vocari ab hominibus rabbi, vbi Hieronymus. rabbi (inquit) quod latino ſermone magiſter dicitur ſiue mi maior. Scribitur per res ſubiecto ſeba, quam vertimus in. a. deinde per beth cum dagues, quam vertimus in. b. duplicem ſubiecto hiric: & in fine iod. accentu in eadem.*

רִבּוֹנִי *Rabboni, q̃ vox ex lingua chaldæa interpretatur maior domine mi, & qua vtitur Marc. cap. x. cæcus dixit Ieſu rabboni vt videam. Scribitur per res ſubiectio hiric quem vertimus in. a. deinde per beth preſſum quod vertimus in duplex. b. impoſito holem cum vau, deinde per num ſubiecto hiric: & in fine iod. accentu ibidem.*

טַלְיְתָא קוּמִי *Talita cumi, quibus vocibus vſus eſt Saluator cum ſuſcitaret filiam Archiſynagogi, & euangeliſta interpretatur puella ſurge. Scribitur talita per thet exile ſubiecto cames: deine per lamed ſubiecto hiric: ſequenti iod, deinde per tau exile ſubiecto cames, & in fine aleph, & eſt verbum aramaeum: cumi ſcribitur per coph ſequenti vau cum ſurec. deinde per mem ſubiecto hiric, & in fine iod. accentu in priori ſyllaba.*

טַבִיתָא קוּמִי *Tabita nomen mulieris, quam ſuſcitauit Petrus apoſtolus. Scribitur eiſdem litteris, quibus talita præterquã quod. b. ponitur pro. l.*

QVO TEMPORE INTRODVCTIONES GRAMMTICAS IN SERMONEM *latinum ſcribebamus, nihil magis præ oculis habuimus, quã vt eſſent quã ſimpliciſſimæ, ne tenerã ætatẽ illorũ quos inſtituere ꝓpoſitũ erat, difficultate multiplici obrueremus. id q̃ fecerũt alij qui ante nos ſcripſerunt miſcentes græca & barbara latinis: & quæ nõdũ explorata erãt, pro cognitis præponẽtes. Quare nos & græca, quorum eſt vſus apud latinos: & hebræa quorũ cauſa religionis habẽda fuit ratio, in aliũ locum reiecimus. Cum itaq; in calce illius operis vbi de accentu agebamus, diximus accẽtus latini regulas deficere idiomate. i. linguæ cuiuſq; ꝓprietate intulimus, q̃d ab omnibus artis grãmaticæ ſcriptoribus aut fuerat neglectũ, aut de ambigua re preceptũ confuſe traditum. Vt quod Alexander a Villa dei ſcriptum reliquit.*

*Omnia barbara vox non declinata latine,*
*Accentum ſuper extremam ſeruabit acutum.*
*Nos vero diſtincte magis.*
*Hebrææ voces plerumq; in fine acuuntur.*
*Non tamen & ſemper, quia ſæpe in fine grauantur.*
*Id quod Alexander (deceptus forte) putauit.*

*¶ Sed reſtabat adhuc explicare, q̃ erant illæ dictiones, quæ haberẽt accẽtũ in vltima, q̃ in penultima, & q̃ in tertia a fine. De quo in relectione quadam mea: quã de peregrinarũ dictionũ accentus Salmãticæ quondam recitauimus, multa ſunt a nobis diſputata, quæ tametſi ex impreſſione in multa exempla propagata in vulgus prodijt, quia tamen ĩã fere nuſq̃ inuenitur, libuit illa eadem hoc in loco repetere. Dictiones igitur hebrææ quarũ in ſacris litteris eſt vſus, aut nomina ꝓ[illegible] ſunt locorũ, aut perſonarũ. Nã quæ ſunt aliarũ rerũ, quia in græcũ, aut latinũ ſermonẽ iã ſunt conuerſæ, nõ pertinẽt ad [illegible] cõſiderationẽ: niſi quatenus pauca quedã, q̃ ꝓpter incertas cauſas nõ ſunt ab interpretibus trãſlata. vt alla. amẽ. oſana. N[illegible] igitur locorũ ſiue ꝑſonarũ, hec eſt hoim ſiue deorũ: et nõ declinãtur: & perſtãt in græco & latino ſermone cũ ſuo accẽtu, [illegible] eſt accẽtu acuto in vltima ſyllaba, preter illa q̃ noiatim excepim⁹, hãtia accẽtũ in penultima ſiue tertia a fine. Quod ſi declin[illegible]tur declinatiõe græca, accẽtu græco: ſi latina accẽtu latino ſunt ꝓferenda: vt Abia ſi nõ declinatur, accentũ habet in vltima: ſi dec[illegible]natur græce, accentũ habet in penultima, quia vltima eſt lõga: ſi latine, accẽtũ habebit in tertia a fine: quia penult[illegible] [illegible] breuis: ſed de his alias plura diximus.*

¶ De incipientibus ab. A. littera.

Aſbai pater Eliphelcth de quo.ij. Reg.xxiij.accē.in pe.
Abdemelech in hebræo abedmelec.Iere.xxxviij.accentu in penultima.
Abednago qui litteris inuerſis dicitur abdenago.Danie.primo accentu in ante penultima.
Abel filius Adam ex Eua vxore.accentu in prima.
Abel quod interpretatur luctus in vltima habet accentum.vt
Abelcerammin ideſt luctus vinearum de quo Iudicum.xi.
Abel beth Maacha ideſt luctus domus maacha:in libris Reg.
Abel maim ideſt luctus aquarum de quo.ij.Paralipome.xvi.
Abel meula ideſt luctus meula ſiue meola.Iudicū.xi.& alias.
Abelſathim locus in deſerto de quo Numero.xxxiij.
Abela locus de quo in.ij.Regum libro.cap.xx.accen.in penul.
Abenboen.i.lapis boen de quo in lib.Ioſue ca.xviij. accē.in pe.
Abenezer.i.lapis adiutorij de quo.i.Reg.iiij.accen.in penulti.
Aber cineus Iabel vir de quo Iudicum cap.iiij.accen.in prima.
Abeſſlom qui Abſalom filius Dauid vtrobiq;.accen.in antepeñ.
Abiail nomen celebre virorum & fœminarum.accentu in pe.
Abialbō arbathites vir fortis ſub Dauid.ij.re.xxiij.ac.in añpe.
Abiaſaph filius Core.& alter filius Elcana.accē.in antepenul.
Abiazer nomen celebre multorum virorum.accen.in penulti.
Abigail vxor Nabal & poſtea Dauid regis.accen.in penulti.
Abimael filius Iectam de quo Geñ.x.accentu in penultima.
Abimelech rex Gerara & alter filius Gedeonis iudex.ac.in pe.
Abinadab nomen celebre multorū virorū.accen.in antepenulti.
Abinoem pater Barach iudicis de quo Iudicū.iiij.accen.in peñ.
Abiſai filius Saruiæ frater Iacob de quo lib.ij.Reg.accē.in pe.
Abiſue filius Phinees de quo.i.Paralipo.vi.accentu in penulti.
Acheldemach qđ interpretatur ager ſanguinis.accē.in antepe.
Achimaas fili⁹ Sodoc ſacerdotis in lib.reg.et Para.accē.in pe.
Achimelech filius Abiathar ſacerdotis.ij.Reg.viij.accē.in peñ.
Achinoem vxor Dauid ex qua genuit Amnon.accen.in peñ.
Achitophel gilonites de quo in Libris Reg.& Para.ac.in pe.
Achirami q ſunt ex genere Achirā filij Beniamin.accē.in añpe.
Achiſamech pater Ooliab.de quo in Exo.xxxi.accē.in antepe.
Açupha nathineus de quo in Ezra & Neemia.accen in penul.
Adadezer ſiue adarezer rex Soba de quo.ij.reg.viij.accē.in pe.
Adina vir de quo in libro Ezra & Neemia.accentu in penul.
Aditaim ciuitas q̄ cecidit in ſortē Iuda.Ioſue.xv.accen.in peñ.
Admatha vir priceps ſub Aſuero rege de quo Eſter.i.accē.in pe.
Adonai vnum de decem nominibus dei.accentu in penultima.
Adonibezec rex fuit Bezec ciuitatis de quo.i.Iudi.accen.in pe.
Adonicā de cuius filijs legim⁹ in Ezra & Neemia.ac.in añpe.
Adonirā filius Abda q̄ſtor Salomonis.iij.reg.iiij.accē.in añpe.
Adoniſedec rex Sedec de quo in libro Ioſue cap.x.accē.in peñ.
Adramelech idolū Aſſyriorū.in lib.Reg.et in Eſa.accen.in pe.
Aendor ſiue endor.i.fons dor in tribu Manaſſe.accen.in pria.
Abiezer filius Ammiſadai de tribu Dan Nume.i.accen.in pe-
Ahiſamech idē qui Achiſamech de quo ſupra.accē.in antepeñ.
Ain littera hebræorum propria.accentu ſuper littera.A.
Ain ciuitas in tribu Iuda.& altera in tribu Simeō.accē.in pri.
Alamath filius Bechor & ciuitas in tribu Beñamin.accē.in pe.
Aleph prima littera alphabeti apud hebræos.accētu.in prima.
Amadatha vir pater amā ſub Aſuero rege in lib.Eſter.ac.in pe.
Amain ciuitas in tribu iuda de qua Ioſue.xv.accentu in penul.
Amaſai nomen celebre virorū apud hebræos accentu in penul.
Amatheus filius Canaan Geñ.x.Paralipo.i.accentu in penulti.
Amelec idem quod Amalech atq; accentu in vltima.

Ammadathi pater amā principis ſub Aſuero in Eſter.ac.in pe.
Amminadab virorū apud hebræos nomē celebre.accē.in añpe.
Ammiſaddai pater Abiezer de tribu Dan.Nume.i.accē.in pe.
Ammizadab vir de quo in.i.Para.ca.xxvij.accē.in antepenul.
Amſai pro quo nos habemus abiſai.i.Parali.xij.accē.in penul.
Anamelech idolū Aſſyriorū de quo libro Reg.iiij.accē.in pe.
Anani nomen celebre virorum apud hebræos.accentu in penul.
Aphaim filius Nadab de quo.i.Paralipo.ij.accentu in penulti.
Apharaim ciuitas fortis Iſaſchar Ioſue.xix.accen.in penul.
Apheca ciuitas in tribu ſortis Ruben.accentu in penultima.
Aphia vir a quo ducit originem Saul rex.i.Reg.ix.accē.in pe.
Arach ciuitas pricipium regni Nemrod.Geñ.x.accē.in prima.
Aramathaim ſophim de qua in principio Reg.accen.in penul.
Arta ſiue are de cuius filijs in Ezra & in Neemia.accē.in pe.
Ared filius Beniamin de quo in Geñ.ca.xlvi.accen.in prima.
Areth villa Dauid de qua in.i.Reg.cap.xxij.accentu in pria.
Areuna Iebuſæus de quo.ij.Regum.xxiiij.accen.in ſecunda.
Aridatha vnus de duodecim filijs Amā in lib.Eſter.accen.in pe.
Aroſeth ciuitas ſiſaræ pricipis iabis de qua Iudicū.iiij.ac.in pe.
Aſaſontamar ciuitas de q̄ Geñ.xiiij.et alijs in locis.acē.ī añpe.
Aſerſual ciuitas in tribu Iuda de qua Ioſue.xv.accē.in antepe.
Aſebaim ſiue ſebaim de quo Ezra.ij.accē.in penulti.vtrobiq;.
Aſion gaber vna māſio hebræorū Nume.xxxiij.accen.in peñ.
Aſſontamar eadem eſt que Aſaſontamar.accentu.in antepeñ.
Aſtarte dea Sidoniorum de qua.iij.Regum.xi.accen.in penul.
Atai filius Roboā ex Maacha de quo.ij.Para.xi.accentu in pe.
Aterſatha vir de quo in Ezra & in Neemia.accentu in penul.
Athalai vir de quo in libro Ezra cap.x.accentu in penultima.
Athanai filius Zara de quo.i.Paralipo.vi.accen.in penultima.
Auothiair que Baſan de qua in Deutero.accen.in antepenul.
Azabtani ſiue Azabatani quod eſt dereliquiſtī me.accē.in pe.
Azai ſiue azi vir de quo in Ezra & Neemia.accen.in penul.
Azer filius Ieſue de quo in Neemia ca.iij.accentu in prima.
Azera ciuitas in ſorte tribus Iuda de qua Ioſue.xv.accē.in pe.
Azmauth vnus de triginta fortiſſimis ſub Dauid.accen.in pe.

¶ De incipientibus a.B.littera.

Baal quod interpretatur idolum ſemper habet in prima accen.
Baali quod interpretatur vir meus Oſeæ cap.ij.accen.in vlti.
Bale filius Beor ſiue ſit filius Beniamin.accentu in prima.
Barabbas.latro inſignis ex Euangelio.accentu in penulti.
Baſemath vxor Eſau ſiue altera Salomonis filia.accen.in añpe.
Botra ciuitas de qua Iudi.ix.ſiue vir de tribu Ruben.accē.ī pe.
Beerſabe locus celebris quia terminus Paleſtinæ.accē.in penul.
Benaminadab præfect⁹ Salomōis in nephador.accē.in antepe.
Benail vir princeps ſub Ioſaphath rege.ij.Para.xvij.accē.ī pe.
Bendecer præfectus annonæ ſub Salomone rege.accen.in peñ.
Beneiacā manſio filiorū Iſrael Numeri.xxxiij.accē.in antepe.
Bengaber præfectus ſub Salomone rege.iij.Reg.iiij.accē.in pe.
Beſai vir de quo in Ezra & Neemia fit mentio.accen.in peñ.
Bethacerem qđ interpretatur domus vineæ Ieremia.vi.accen.in antepenultima.
Bethauen locus celebris ad orientalē plagā bethel.accen.in pe.
Bethbarai ſiue Bethbara locus Iudicum.vij.accen.in penul.
Bethgader locus eſt de quo.i.Paralipo.accentu in penultima.
Bethlehem ciuitas Dauid in tribu Iuda.accentu in penultima.
Bethſemes ciuitas in tribu Beniamin & in Nephtali.accē.in pe.
Bethſabe vxor Vriæ.et poſtea Dauid regis nō Berſabe.acē.in pe.
Bethtapbua ciuitas in tribu Iuda de qua Ioſue.xv.accē.in peñ.
Bezec ciuitas in qua regnauit Adonibezec iudicū.i.accē.in pe.

Booz iudex idem q̃ ſit Abſam de quo in lib. Ruth. accẽ. in pri.
Boen de quo Ioſuæ. xv. ad lapidem boen. accentu in prima.
Boſor ciuitas de qua Deuterono. iiij. & Ioſuæ. xx. accẽ. in pri.

¶ De incipientibus a C littera.

Cale ciuitas quã ædificauit Aſſur de qua Gẽñ. x. accen. in pri.
Canaam filius Cham & regio euſdẽ nõis Gẽñ. x accẽ. in pri.
Carnaim vnde Aſtaroth carnaim cognominata. accen. in pri.
Caſed Nachor ex Melcha filius de quo Gẽñ. xxij. accen. in pri.
Caſleu menſis hebræorũ nonus de quo in Neemia. accẽ. in pri.
Cedmas vnus de filijs Iſmaelis de quo Gẽñ. xxv. accen. in pri.
Cedes nomen ciuitatis celebre in ſacris litteris. accen. in prima.
Celatha vna ex mãſiõibus filiorũ Iſrael Num. xxxiij. accẽ. in pe.
Celiai vnus de filijs Leuitarũ de quo ĩ Ezra et Neem. accẽ. ĩ pe.
Celubu vir de quo in libro Ezra cap. x. accentu in penultima.
Cenereth mare qđ eſt ſtagnũ tiberiadis Ioſue. xix. accẽ. in pe.
Ceren qđ interpretatur cornu, crebro legitur. accẽtu in prima
Chale ab Euſebio per ch. ſcribitur quæ ſupra cale. accen. in pri.
Corazaim ciuitas Galilææ de qua in Euãgelio. accẽtu in penul.
Cibſaim ciuitas de qua Ioſue. xxi. Iebſam mẽdoſe. accen. in peñ.
Cicaton quod in Iona ꝓpheta Hierony. interpretatur hederã. accentu in prima.
Codor laomor rex Elamitarũ de quo Gẽñ. xiiij. accen. in penul.
Coeleth liber Salomonis q̃ dicitur Eccleſiaſtes. accentu in peñ.
Core nomen celebre multorũ apud hebræos. accentu in prima.
Cores rex ab hebræis dicitur qui ſit nobis cyrus. accen. in pri.
Cuta ciuitas. vnde cuthenĩ. iiij. Regum. xvij. accẽtu in prima.

¶ De incipientibus a D littera.

Dabaſeth ciuitas in tribu Zabulõ de qua Ioſue. xix. accẽ. in pe.
Daberath ciuitas quoq; in tribu Zabulõ Ioſue. xix. accẽ. in pe.
Dabira ciuitas in tribu Dan de qua Ioſue. xij. accen. in penul.
Debreiamin. ideſt. Paralipomenon liber. accen. in penul.
Danaba ſiue denaba vbi regnauit Balac filius Beor. accẽ. in pe.
Dariaues ab hebræis dicitur qui ſit Darius rex. accen. in penul.
Debelaim cognominatus eſt pater gomer. Oſeæ. i. accẽ. in penul.
Deblathaim de qua Numeri. xxiiij. accentu in penultima.
Dodaim ciuitas de qua Eſaias in viſione arabiæ. accen. in añpe.
Dothaina ab hebræis dicitur, apud nos Dotain. accen. in ſcdã.
Dudaiaheltes vir de quo. i. Paralipome. xxvij. accen. in penul.

¶ De incipientibus ab E littera.

Ebrona caſtra filiorũ Iſrael ĩ deſerto Nume. xxxiij. accẽ. in pe.
Echer ciuitas quæ cecidit in ſortẽ tribus Simeonis. accẽ. in peñ.
Eden nomen celebre virorũ & pro voluptate. accen. in prima.
Eder ciuitas ſortis & Iuda & pro rege vtrobiq;. accen. in pri.
Edrai vbi interfectus eſt Og. & ciuitas ſortis Neptali. accẽ. ĩ pe.
Elai vnus ex maioribus in genealogia Iudith. accen. in penul.
Eleb vnus de triginta fortiſſimis viris ſub Dauid. accẽ. in pri.
Elec filius Galaad de quo in Numeris cap. xxvi. accentu in pri.
Eleph ciuitas in ſorte Neptali de qua Ioſue. xix. accen. in pri.
Eles phalonites de quo in. i. Paralipome. xxvij. accentu in pri.
Eliezer nomen celebre multorum hebræorũ. accen. in antepeñ.
Elimelech vir de quo in principio libri Ruth. accentu in penul.
Elioenai nomen celebre multorũ apud hebræos. accentu in pe.
Elioreph ſcriba filius Siſa de quo. iij. Regum. iiij. accentu in pe.
Elipheleth filius Dauid & aliorum plurirũ nomen. accen. in pe.
Eliſa filius Iauan: & regio ab illo dicta Gẽñ. x. accen. in penul.
Eliſama nomen celebre multorũ hebræorum. accen. in antepe.
Eliſaphan filius Oziel et alter filius Pharnach. accẽ. in antepe.
Eliſaphat filius Zechri centurio ſub Ioiada. accen. in antepeñ.
Eliſua filius Dauid regis de quo libro. ij. Reg. v. accen. in peñ.
Emmanuel qđ eſt nobiſcũ deus de quo Eſaie. vij. accẽ. in añpe.
Endor de quo Ioſue. xv. & Pſal. lxxxij. locus eſt. accen. in pri.
Engadi ciuitas Palæſtinæ ab occaſu Iordanis. accen. in antepe.
Engalim locus de quo in Iezeciele. cap. xlvij. accen. in antepe.
Enganim ciuitas in tribu Iſachar & Iuda. accen. in antepeñ.
Enſemes qđ interpretatur fons ſolis Ioſue. xviij. accen. in peñ.
Epher nomen celebre multorum hebræorum. accentu in prima.
Epheta quod interpretatur aperire Marci. vij. accentu in fine.
Ephraim filius Ioſeph: & mons: & ciuitas. accẽtu in littera. a.
Ephrata regio Bethleem vbi Chriſtus natus eſt. accẽ. in penultĩ.
Eſem ciuitas in tribu Iuda de qua Ioſue. xv. accen. in prima.
Eſer filius Seir horrei de quo Gẽñ. xxxvi. et. i. Para. i. accẽ. in pri.
Eſpatha filius Aman de quo multa in libro Eſter. accen. in penul.
Eſrai vnus de triginta fortiſſimis ſub Dauid rege. accen. in pe.
Ethai ſiue etai nomen celebre apud hebræos. accentu. in penul.
Ethbaal pater Iezabel vxoris Achab de quo. iij. Re. accẽ. in pe.
Ethanim menſis ſeptimus apud hebræos. iij. Reg. accẽ. in añpe.
Ether ciuitas in ſorte tribus Iudã de qua Ioſue. accen. in prima.
Eua prima hominũ parens euam hebraice. in accẽtu in prima.
Ezel lapis de quo loco. i. Reg. xx. & alias ſepe. accen. in priã.
Ezer qđ interpretatur adiutoriũ et filius Phanuel. accẽ. in pri.

¶ De incipientibus a G littera.

Gaal filius Obed de quo in libro Iudicũ cap. ix. accẽ. in prima.
Gaas mons in tribu Ephraim vbi ſepultus eſt Ioſue. accẽ. in pri.
Gabaa ſiue gabee in tribu ſortis Beniamin. accentu in prima.
Gabbai vir de quo legimus in Neemia cap. xi. accẽ. in penulti.
Gabee eadem eſt quæ gabaa ſed gabee Eſa. x. accentu. in antepe.
Gaber filius Suri de quo libro. iij. Regũ & . iiij. accẽtu in priã.
Gadderothaim ciuitas in ſorte tribus Iuda. Ioſue. xv. accẽ. in pe.
Gai eadem eſt quæ Hai ciuitas iuxta Bethel. accen. in prima.
Galalai vir eſt de quo in Neemia cap. xij. accentu in penulti.
Gareb vir fortis ſub Dauid & locus ꝓpe Ieruſalẽ. accen. in pri.
Gaſiogaber caſtra filiorũ Iſrael quæ aſiongaber. accẽ. in peñ.
Gazer ſiue gezer ciuitas in ſorte Ephraim. accentu in prima.
Geba vir a quo dicta regio in Neemia ca. xij. accen. in prima.
Gelboe montes & vicus vbi cecidit Saul rex. accentu in penulti.
Gerara ciuitas & regio trans Iordanem. acentu in penultima.
Gerſon filius Manaſſe & aliorũ cõplurĩũ. accentu in prima.
Gethaim q̃ ab hebræis dicitur Gethaima ciuitas eſt. accen. in pe.
Gether filius Aram de quo in Gẽñ. & Paralip. accẽ. in prima.
Gimal littera tertia in alphabeto hebræorum. accẽtu in prima.
Goata locus eſt de quo in Ieremia ꝓpheta. xxxi. accẽ. in penul.
Gomer filius Iapheth & filia Debalaim in Oſee. accen. in pri.
Gomor mẽſura quædã in ſacris litteris frequens. accẽ. in priã.
Gómora q̃ a noſtris dr̃ Gomorra ꝑ duplex. r. accen. in antepe.
Goſen regio Aegypti quã habitauit Iacob cũ filijs. accẽ. in priã.
Gurbaal locus eſt de quo. ij. Paralipo. cap. xxvi. accen. in penul.

¶ De incipientibus ab aſpiratione.

Hai ciuitas iuxta Bethel, quã diximus vocari Gai. accen. in pri.
Hain littera hebræorũ quæ Ain quoq; dicitur. accen. in prima.
Hares mons in tribu Dan de quo in libro Iudicũ. i. accẽ. in pri.
Heber filius Sala & aliorũ cõplurĩũ hebræorũ. accen. in priã.
Helem vir de quo in Zacharia propheta ca. vi. accen. in prima.
Helema locus de quo in. ij. Regũ ca. x. accentu in penultima.
Heles nomen propriũ viri apud hebræos. accentu in prima.
Heleph ſiue eleph, vt ſupra diximus ĩ tribu Nephtali. accẽ. ĩ pri.
Hemmanuel ſiue emmanuel, vt ſupra diximus. accẽ. in antepe.
Hereth vnus ex vrbibus Paleſtinæ de quibus Ioſue. xij. accẽ. in pri.
Hered filius Iuda a quo eſt familia hereditariũ. accẽ. in prima.

¶ De incipientibus ab. I. littera.

Iaar filius Reaia in libro .i. Paralipome. ca. iij. accen. in penul.
Iaath filius Lobni de quo in .i. Paralipo. vi. accentu in prima.
Ianai vir de quo in .i. Paralipomenon cap. v. accen. in penulti.
Iaphia filius Dauid & ciuitas in tribu Zabulon. accen. in peñ.
Iaphie rex Iachis de quo in libro Ioſue cap. x. accen. in penulti.
Iaſa ciuitas in tribu Ruben ſeparata Leuitis. accen. in prima.
Iechuriel filius Ezra de quo in .i. Paralip. iiij. accen. in antepe.
Iemai filius Thola filij Iſcar de quo .i. Parali. vij. accen. in peñ.
Ierimai ſiue iermai vir de quo in libro Ezra. x. accen. in peñ.
Ierobaal qui Gedeon iudex de quo Iudicū. vi. accen. in penul.
Ieſce q̄ poſtea cognominata Sara vxor Abraā. accen. in prima.
Iethbata caſtra filiorū Iſrael in ſolitudie Nume. xxxiij. acc. ī pe.
Iethrai filius Zara de quo in .i. Paralipome. vi. accen. in penul.
Iezabel vxor Achab regis de quo in .iiij. libro Reg. accē. in pe.
Ioacim nomen celebre virorū apud hebræos. accen. in antepe.
Ioiada pater Banaiæ & aliorum nomen. accentu in prima.
Iotarib vir de quo legitur in libro Neemie cap. xi. accē. in pria.
Ionadab filius Rechab & alter filius Sema vterq; accē. in pria.
Ionathan nomen celebre complurium hebræorū. accētu in pri.
Iorai vir de quo in .i. Paralipome. v. accentu in penultima.
Ioſaba filia Ioram regis de qua libro Regum. iiij. capite. xij. accentu in penultima.
Ioſabeth filia Iorā regis eadem quæ ſuperior. accētu in prima.
Ioſaphath rex filius Aſa & aliorum plurium. accētu in prima.
Ioſedec pater Ieſu ſacerdotis de quo in Aggæo ꝓpheta. accentu in penultima.
Ioſue filius Num q a græcis appellatur Ieſus naue. accē. in pe.
Iozabad nomen celebre complurium hebræorū. accen. in prima.
Iozachar filius Semathi de quo lib. iiij. Reg. xij. accē. in prima.
Iſſai ſiue iſai q a græcis dicitur Ieſſe pater Dauid. accen. in pe.
Iſboſeth filius Saul regis de quo libro. ij. Regū. ij. accen. in pe.
Iſuaia vir de quo in .i. Paralipome. iiij. accentu in ſecunda.
Itacaſim ciuitas in tribu Zabulon de qua Ioſue. xix. accentu in antepenultima.
Ithai vnus de triginta fortiſſimis ſub Dauid rege. accē. in pe.
Ithamar filius Aaron ex Eliſabæ vxore. accentu in prima.

¶ De incipientibus ab. L. littera.

Laad filius Iaaā de quo .i. Paralipome. cap. i. accen. in prima.
Lais pater Phalthi de quo in .i. Regum. xxv. accētu in prima.
Laiſa ciuitas quæ poſtea cognominata eſt Dan. accē. in prima.
Lama q̄d interpretat᷑ cur. vt in lama azabtani. accen. in pri.
Lamech filius Mathuſala de quo in Geñ. iiij. accen. in prima.
Lamed littera in alphabeto apud hebræos. accentu in prima.
Laſa ſiue leſa vna de quinq; ciuitatibus Sodomorū. accē. in pri.
Lechi q̄d interpre. maxilla locus de quo Iudicū. xv. accē. in pri.
Leſem ciuitas quā cœperūt filij Dan de qua Ioſue. xix. accē. i. ſ.
Lodabar vnde fuit machir de quo in .ij. Reg. accentu. in prima.
Luza ciuitas quā poſtea Iacob vocauit Bethel. accen. in prima.

¶ De incipientibus ab. M. littera

Maadai pro quo Ezras cap. x. legitur Maadi. accen. in penul.
Maadi pro quo nos legimus Ezra Maadai. accen. in vlti.
Maceda locus vbi Ioſue cæcid quinq; principes. accen. in pe.
Machabai quā nos vertimus in e... accentu in penulti.
Macharai vnus de triginta forti...is ſub Dauid. accen. in pe.
Madaba ſiue medeba ciuitas Arabi de qua Numeri. xxi. accentu in prima.
Madai vnus de ſeptem filijs Iapheth de quo Geñ. accentu in pe.
Maharai vnus de trigīta fortiſſimis ſub Dauid rege accē. ī pe.
Malalai vir de quo legitur in Neemia cap. xij. accen. in penul.
Malech ſiue melech quod eſt rex cum compoſitis. accen. in pri.
Manaim quod interpretatur caſtra Geñ. xxxij. accen. in peñ.
Maneeth filius Sobal horrei de quo Geñ. xxxvj. accē. in penul.
Manue pater Samſon iudicis Iſrael. Iudi. xiij. accentu in peñ.
Maonathi filius Othoniel de quo primo Paralipo. iiij. accentu in antepenultima.
Maozin quod interpretatur fortiū Daniel. xi. accen. in antepe.
Marai idem quod ſupra diximus Maharai. accen. in penulti.
Mardochai q Mardocheus & nomē viri Ezra. ij. accen. in peñ.
Marez dux Aſueri regis de quo in lib. Eſter. i. accen. in prima.
Maſerai vir de quo in .i. Paralipome. lib. cap. ij. accentu. in pe.
Matanai vir de quo in Neemia cap. xij. accentu in penultima.
Mathuſala filius Enoch de quo Geñ. v. & Lucæ. iij. accen. in pe.
Mechnedabai vir de quo in libro Ezre. x. accentu in penulti.
Medaba vrbs Arabiæ, quam ſupra diximus Madaba. accentu in antepenultima.
Meezabel vxor Balanan regis in Edon Geñ. xxxvi. accē. ī pe.
Melciſedec rex Salem de quo Geñ. xiiij. & ſæpe alias. accē. i pe.
Melciſua filius Saul de quo .i. Regum. xiiij. accentu. in penulti.
Melech filia Iſmaelis vxor Eſau de qua Geñ. xxvij. accē. i pri.
Mephaath ciuitas Beniamin & Ruben & alias. accē. in peñ.
Mered de quo .i. Para. iiij. filiꝰ fuit Ezra nō ſcribæ. accē. in pri.
Meſezabel pater Barachiæ de quo Neemiæ cap. iij. accen. in pe.
Meſraim filius Cham a quo Egyptus cognominata. accē. ī pe.
Mezaab pater Meetabel vxoris Balanā Geñ. xxxvi. accē. in pe.
Miphiboſeph filius Ionatha & alter Saulis regis. accen. in pe.
Miſael nomen celebre multorū apud hebræos. accentu in pri.
Molecheth q̄d interpretatur regina .i. Paral. vij. accentu in peñ.
Moloch idolū moabitarū de quo in Leui. et. iij. Reg. accē. in pri.
Moraſthi ciuitas: vnde Micheas propheta Moraſthites. accentu in antepenultima.
Moria mōs viſiōis de quo Geñ. xxij. & .ij. Parali. iij. accē. in pri.
Moſera eadem q̄ moſeroth māſio filiorū Iſrael. accen. in prima.
Moſoch filꝰ Iapheth de quo ī Geñ. x. et Iezechiel. xxv. accē. ī pri.

¶ De incipientibus ab. N. littera.

Naaā vir de quo .i. Paralipome. cap. xxxi. accentu in prima.
Naarai berothites de trigēnta fortiſſimis ſub Dauid. ac. in pri.
Naas nomen vrbis primo Paralipomenon & multorum virorum. accentu in prima.
Naach filius Sapham & alter filius Rahuel. accentu in prima.
Naim oppidū de quo in Euāgelio Lucæ. ca. xij. accētu in penul.
Napheth ciuitas in tribu Manaſſe de qua Exodi. vi. accē. in pri.
Nabai vir de quo in Neemia cap. x. accentu in penultima.
Neceb quæ Adamnim in tribu Neptali ciuitas. accen. in pri.
Nepheg filius Dauid de quo .ij. Regum. v. & primo Paralipomenon. iij. accentu in prima.
Neheſcol q̄d interpreta. torrēs botri Nume. xiij. accē. in antepe.
Nephtoa locus de quo in libro Ioſue ca. xv. et ca. xviij. accē. in pri.
Nethan melech eunuchus de quo .iiij. Reg. ca. xxiij. accē. in pe.
Nethophati de quo .i. Para. ij. et Ieremia ca. xl. accē. in antepeñ.
Niniue ciuitas Aſſyriorū et altera ciuit[illegible] Arabiæ. accē. in antepe.
Nobe ciuitas ſacerdotū de qua Nume. xxxij. & .i. Reg. ac. ī pri.
Noe filius Lamech ſub quo diluuiū vniuerſale fuit. accē. in pri.
Noge filius Dauid regis de quo .i. Paralipo. ca. iij. accen. in pri.

¶ De incipientibus a. O. littera.

Oad filius Simeon filij Iacob de quo Geñ. xlvi. accen. in prima.
Obededō vir de quo multa .ij. Reg. vi. & in Para. accē. ī ātepe.
Oldai vir de quo in Zacharia ꝓpheta. et .ij. Para. accentu in pe.

Ophel locus de quo in Neemia, & .ij. Para.xxxiij.accẽ. in pri.
Opher ciuitas quã cepit Ioſue rege illius occiſo.accẽ.ĩ prima.
Oronaim ciuitas Moabitarum, de qua Eſaias & Ieremias. accentu in penultima.
Oſanna qđ interpretatur ſaluifica Mathei xxi.accẽ.in pri.
Oſee propheta & nomen aliorũ cõplurium.accentu in penultĩ.
Ozai vir de quo in.ij. Paralipome.cap.xxxiij.accen.in penul.

¶ De incipientibus a.P.littera.

Phacee rex fili⁹ Romeliæ de quo.iiij. Reg.et ĩ Eſaia.ac.ĩ ãtpe.
Phaleg filius Heber de quo in Gẽ. & Parali.accẽ.in prima.
Phaleth philius Ionathan filij Iada de quo.j.Para.ij.acc.ĩ pri.
Pherai vnus de triginta fortiſſimis ſub Dauid rege.accẽ.ĩ pe.
Phares Iudæ filius & alter fili⁹ Machir.Machab.j.accẽ.in pri.
Phaſe,qđ interpretatur trãſitus de quo in Exodo. accẽ.in pri.
Phaſea de cui⁹ filijs in Ezra, & in Neemia legitur.accẽ.in pe.
Pharſandatha vn⁹de duodecim filijs Aman.Eſter.ix.accẽ.ĩ pe.
Phelthai ꝓ quo in hebræo legitur phelthi.Neemiæ.xij.accẽ.ĩ pe.
Phermeſta vn⁹ de duodecim filijs Amã. Eſter.ix.accẽ.in penl.
Pheſe ſiue phaſta vir de quo in.j. Parali.iiij. accẽtu in prima.
Phetnoab cuius filij redierunt cũ Zorobabel.accen.in prima.
Phiairoth mãſio filiorũ Iſrael de qua ĩ Exodo. accẽ.in antepe.
Phinees filius Eleazar & alter fili⁹ Heli ſacerdotis.accẽ.ĩ pri.
Phoratha vn⁹ de duodecim filijs Amã. Eſter.ix.accen.in penl.
Phutiel ſocer Eleazar filij Aarõ de quo Exodi. vj.accẽ.in pri.
Phutiphar ſiue putiphar eunuchus Pharaonis & ſocer Moſis.accentu inprima.

¶ De incipientibus ab.R.littera.

Raab meretrix de qua multa in lib.Ioſuæ ca.ij.accen.in pria.
Raam filius Sama de quo in.j. Paralipome.ij.accẽtu in prima.
Raddi filius Iſai frater Dauid regis.j. Parali.ij.accẽ.in penul.
Ramathaim eadem quæ ſupra Aramathaim. accen.in penul.
Rebe vnus de quinq; pricipibus de qb⁹.Nu.xxxj.accẽ.in pri.
Rebec dux de quo in libro Ioſuæ cap.xiij.accentu in prima.
Recem nomẽ ꝓpriũ virorũ & ciuitatis Bẽiamin.accẽ.in pria.
Reſeph ciuitas Syriæ de qua libro.iiij.Reg.ca.xix.accẽ.in pri.
Ribai pater Etai de fortiſſimis ſub Dauid rege.accen.in penl.
Rogomelech de quo in Zacharia ꝓpheta ca.vij.accen.in pen.

¶ De incipientibus ab.S.littera.

Saanaim ciuitas ĩ tribu Nephtali ꝗ qua Ioſuæ.xix.accẽ.in pe.
Saaraim ciuitas in tribu Iuda & altera in tribu Simeon.accẽtu in penultima
Sabathai de quo in libro Neemiæ ca.xi. accentu in penultima.
Sabe ſiue ſeptẽ,ſiue iuramentũ,ſiue ſaturitas. accẽtu in prima.
Sabee ciuitas in tribu Simeonis de qua Ioſuæ.xix.accẽ.in pri.
Saber filius Simeon & alter filius Caleb.accentu in prima.
Saddai vnum de decem nominibus dei. accentu in penultima.
Sadi ſiue ſade vna ex litteris alphabeti hebræorũ.accẽ. in prĩ.
Salai ſiue ſalachi pater Azuba de quo.ij. Reg.xxij.accen.in pe.
Sale filius Arphachſad.Gẽ.x. & Lucæ.j.accentu in prima.
Saled filius Nadab de quo primo Paralipo.ij.accẽtu in prima.
Saleph filius Iectã de quo Gẽ.x. & in Paralip.accẽtu in pria.
Saliſa.ſecundum hebræos eadem eſt,quæ Segor.accẽ. in penul.
Samaraim ciuitas in tribu Beniamin de qua Ioſue.xviij.accẽtu in penultima.
Sames ſiue Semes quod interpretatur ſol.accentu in prima.
Sãmai filius Onã de quo primo Para.ij.et aliorũ.accen.in pe.
Sammua filius Dauid & alter de quo Neemiæ.xj.accen.in pe.
Samſai vir de quo in Ezra cap.iiij.accentu in penultima.
Sara ꝗ pri⁹ dicebatur ſarai vxor Abraã & alia.accẽtu in pri.
Sara locus de quo in Neemia cap.xj.accentu in vltima.
Sarai vxor Abraam quæ poſtea dicta eſt Sara accen.in penulti.
Saraſar idolũ de quo in libro Zachariæ ꝓphetæ.vij.accẽ.in pe.
Sarathaſacar ideſt anguſtiæ matutinæ Ioſuæ.xiij.accẽ.in penl.
Sared filius Zabulon de quo Geneſis.xlvj.accentu in prima.
Saredatha locus in regione Iordanis.ij. Para.iiij.accẽtu in pe.
Sarepta ciuitas Sidoniorũ de qua.iij. Reg.xvij.accẽtu in pen.
Sareth filius Aphia idemq; pater Bechor.accentu in prima.
Sarona locus eſt de quo in primo Paralip.xxvij.accẽ. in pen.
Saruia mater Ioab eadẽq; ſoror Dauid.ꝓ.u.vocalẽ.accẽ.in fine
Seba filius Iectan de quo Gẽ.cap.x.accentu in prima.
Sabaim ſiue Aſcbaim de quo in libro Ezra.ij.accentu in pen.
Sebe vir de quo in primo Paralip.cap.v.accentu in prima.
Sebthai vir de quo in libro Neemiæ ca.iiij.accentu in penul.
Sebboleth ſiue ſiboleth qđ eſt ſpica.Iudicũ. xij. accẽ. in penul.
Secel,qđ interpretatur ſiclus genus põderis.accẽtu in prima.
Secrona locus eſt de quo libro Ioſuæ cap.xv.accentu in penul.
Sedada locus de quo Numerorum.xxxiiij. & Iezeciel. xxxvij. accentu in penultima.
Sedec quo nõie dicta eſt Ieruſalẽ iuxta hebræos,accẽ.in prima.
Segor eadẽ ꝗ Bale vna de ciuitatibus Sodomorũ.accẽ.in pria.
Seira ſiue ſeirath ciuitas Iudicũ.iij. & .iiij.Reg.viij.accẽ.in pe.
Seler vnus de triginta fortiſſimis ſub Dauid rege. accẽ.in pri.
Sellai vir de quo in libro Neemiæ ca.ij.accentu in penultima.
Selmai vir de quo in Neemia. ca.vij.an ſemlai.accen. in penul.
Seloph pater Anon de quo in libro Neemiæ. ca.iij.accẽ.in pri.
Semeber rex Seboim de quo Gẽ.cap.xiiij.accẽtu in penulti.
Semer ſiue ſomer pater Iozabad ꝗ quo.iiij. Reg.xij.accẽ.ĩ pri.
Semes qđ interpretatur ſol.idem qđ ſames,accentu in prima.
Semlai idẽ qđ ſelmai litteris inuerſis vtrobiq;.accẽtu in penultia
Semua filius Zachur de tribu Ruben.Nume.xiij.accen.in pe.
Senaſar filius Ieconiæ de quo.j. Paralip. cap.iij.accen.in pen.
Sephama terminus Iudeæ ꝗ poſtea dicta Apama.accẽ.in.pe.
Sephatha vallis eſt de quo.ij. Paralip.xiiij. accentu in penulti.
Sepharuaim ꝑ.u.cõſonatẽ loc⁹ ĩ Eſaia.vij.et.iiij.Reg.accẽ.ĩ pe.
Sepher pater Ziza de quo in.j. Parali.ca.iiij. accen.in prima.
Seror proauus Saul regis de quo.j.Regum.ix.accẽ.in prima.
Sereſer vir princeps ſub Nabuchodonoſor Ieremiæ.xxxix.accentu in penultima.
Seſai filius Enac de quo Ioſuæ.xv.accentu in penultima.
Sethrai ſaronites de quo.j. Paralipo.ca.xxvij.accẽtu in penul.
Siaa de cuius filijs in libro Ezra cap.ij. accentu in penultima.
Sibboleth ſiue vt diximus ſebboleth hoc eſt ſpica.accen.in pen.
Sichima ſichimorũ ꝓ eo qđ eſt ſichem ciuitas nota.accẽ.in pe.
Siloe locus de quo in Euãgelio et Eſaia & Neemia.accẽ.in pe.
Sinai in ſolitudine manſio filiorum Iſrael.accẽtu in penul.
Siraſirim qđ interpretatur cantica cãticorũ.accẽtu in penul.
Siſai vnus de filijs Ezræ & alij eiuſdẽ nominis. accẽtu in pe.
Siſara dux Iabin Iudicũ.iiij.et aliꝰ,de quo Ezra.ij.accẽ.ĩ ãtpe.
Soar filius Simeon de quo Gẽ.xlvi.accentu in prima.
Sobai de cuius filijs ſcribitur in libro Ezra.ij.accen.in penul.
Sobna ſcriba ſub Ezechia rege.iiij. Regũ et Eſaia. accẽ.ĩ pri.
Sobochai de vſathi vir de quo .ij.Reg.cap.xxi.accentu in pe.
Soleth qđ eſt ſimile de quo ꝓpe in ſcriptura, accẽtu in prima.
Somron ciuitas ꝗ de inter ꝓpheticis & Samaria, accen.in pri.
Sophai filius Elcana de quo in.j. Parali.cap.vj.accen.in penul.
Sopheret vir de cuius filijs in Ezra cap.ij. accentu in penult.
Sophtim quod interpretatur Iudicum liber, accẽtu in prima.
Sothai vir de cuius filijs in libro Ezra cap.ij. accẽtu in penul.

# VOCABVLARIVM INTRODVCTIONVM.

Sue Abrahã ex Cethura filius de quo Gen̄.cap.xxv.accẽtu in pe.
Suriel filius Abiail.princeps Mollitarũ Nume.iij.accen.in pri.
Suriſaddai pater Salumiel de tribu Simeon Numer. primo. accentu in penultima.
Sutala filius Ephraim de quo in Numeris ca.xxvj. accẽ.in pe.

¶ De incipientibus a.T.littera.

Taas filiꝰ Nacor ex Roma de quo Gen̄.xxij.accẽtu in prima.
Taath filius Aſir de quo primo Paralip.vj. accentu in prima.
Tanameth pater Saraia de quo.iiij.Regũ cap.xxv.accẽ.in pe.
Tatanai vir princeps de quo in libro.j.Ezra ca.v.accẽ.in pe.
Tammata ciuitas q̃ alio noĩe Thamna Iudicũ.iiij.accẽ. in pe.
Tolmai rex Geſur & vnꝰ ex filijs ambud.ij.Reg.xiij.accẽ.ĩ pe.
Togorma vnꝰ.de filijs Gomer de quo Gen̄.ca.x.accẽ.in antepe.

¶ De incipientibus ab.V.littera.

Vrias nomẽ celebre multorũ apud hebræos.accẽtu in antepe.
Vaizatha vnus de duodecim filijs Aman in lib.Eſter.accẽ.ĩ pe.
Vcoca ciuitas in tribu Neptali de qua Ioſue.xix. accẽ.in pen̄.
Vthai de filijs Beguia cuius in libro Ezra ca.viij.accẽtu in pe.

¶ De incipientibus a.Z.littera.

Zibbai vir de quo in libro Ezra.cap.x.accentu in penultima.
Zacai pater Baruch de quo in libro Neemiæ ca.iij. accẽ.in pe.
Zain littera nomẽ in alphabeto hebræorum.accentu in prima.
Zanoa ciuitas in tribu Iuda de qua Ioſuæ. xv.accen.in penul.
Zara nomen celebre multorum hebræorum.accentu in prima.
Zarai vir de quo in prĩo Parali.cap.xxvij.accentu in penulti.
Zared torrens de quo Deutero.ij.Nume.xxj.accẽtu in prima.
Zares vxor Aman de qua multa in libro Eſter.accentu in pri.
Zebeth de quo in Pſalmo.lxxxvij.in hebræos zeba.accẽ.ĩ pri.
Zephrona terminꝰ Iudææ ad ſeptẽtrionẽ Nu.xxxiiij.accẽ.ĩ pe.
Zoeleth nomen lapidis de quo.iij.Regum.j.accentu in penulti.

FINIS.

## ¶ DICTIONES GRAECAE

*& latinæ, quæ per artem ſparguntur in ordinẽ alphabetarium redactæ.*

Abacus.i.el aparador o tabla para contar.
Abas.antos. nomen proprium apud poetas.
Abax.acos.idem eſt quod abacus.i.
Abel filius Adam ex Eua.
Abdera.æ.por vna ciudad de Thracia.
Abderitanus.a.um.coſa de aquella ciudad.
Abies.etis.por el aluagze arbol peregrina.
Abies.etos.interpretatur non miſſus vel iniectus.
Abidos.di.vna ciudad de Aſia cerca del Helleſponto.
Abrotonum.ni.por yerua lombriguera.
Academia.æ.vn lugar cerca de Athenas.
Academus.i.vir fuit vnus ex heroibus.
Acamas.antos.interpretatur irrequietus.
Acanthus.ti.interpretatur carduus.
Acanthis.idos.por el ſirguerito aue.
Acarnan.anis.por hombre de Epiro.
Acaſtos Peliæ regis Argiuorum filius.
Acidalia.æ.por la dioſa Venus.
Accino.is.por cantar a otra coſa.
Accipiter.tris.por el gauilan o açor o halcon.
Aceo.ces.vel aceſco.cis.por azedarſe.
Acer acris.por fuerte o ingenioſo o agro.
Acer.eris.por el azre arbol.
Acetum aceti.por el vinagre.
Acharis.interpretatur ſine gratia.
Achates.tæ.nomen proprium viri, y piedra.
Achemenes.is.por vn rey delos Parthos.
Acheron.ontos.vn rio del infierno.
Acinus acini.por el grano del razimo.
Acis.is.nomen proprium viri y rio de Sicilia.
Aconitum.ti.por el reſalgar.
Acras.ados.por el peruetano.
Acragas.antos.vna ciudad de Sicilia.
Acris.idos.por langoſta o renueu.
Acropolis.eos.por la fortaleza dela ciudad.
Acteon.onos.vn varon fue de Thebas.
Acuo.is.acui.por aguzar.
Acumen.inis.por la agudeza.
Acus.ci.por el aguja paladar pece.
Acus.us.por el aguja de hierro.
Acus.eris.por granças de trigo.
Adam.por nueſtro primero padre.
Adamas.antis.por el diamente.
Adamantinus.a.um.por coſa de diamente.
Adeps.ipis.por la groſſura no ſeuo.
Adhibeo.bes.por añadir a otra coſa.
Aden adenis.por la landrezilla.
Adigo adigis adegi.por empuxar.
Adyta.orum.por el ſagrario del templo.
Adimo.is.ademi.por quitar.
Adipiſcor adipiſceris.por alcançar.
Admes.admetos.interpretatur indomitus.
Adonis adonidos.amaſius Veneris.
Ador adoris.por farro o eſcandia.
Adorea.æ.por la gloria o paz.
Aduena.næ. por eſtrangero o eſtrangera.
Aeas.antos vir fuit & fluuius.
Aeacus aeaci iouis ex Aegina filius.
Aedes.por la caſa o morada.
Aedilis.is.por el fiel o alarife.
Aegeon.onis.vnus ex gigantibus.
Aegeon.onos.nomen proprium paſtoris.
Aegina.næ.inſula & fœmina.
Aegrotus ægrota ægrotũ.por coſa enferma.
Aemon.onis.vir a quo dicta eſt æmonia.
Aenaretes ænaretæ.vir ſimulator.
Aenigma.atos.interpretatur ſcirpus.
Aeneis.idos.opus Vergilij.
Aequor.oris.por la llanura dela mar o del campo.
Aereſis.interpretatur electio.
Aerugo.ginis.por el moho de cobre.
Aes.eris.por cobre metal o moneda.
Aeſon.onis.por el padre de Iaſon.
Aeſopus.pi.por vn philoſopho antiguo.
Aeſtas.atis.por eſtio parte del año.
Aeſtuo.as.por auer calor.
Aether.eris.por el cielo o ayre.
Aethiops.opis.por el varon de Guinea.
Aethiopiſſa æthiopiſſæ.por muger de Guinea.
Aetolia.æ.vna region cerca de Albania.
Afer afra afrum.por coſa de Africa.
Agalma.atis.interpretatur ſtatua.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

Agea ageæ.por la illa dela naue.
Agaſo agaſonis.por el harriero o recuero.
Agathos.interpretatur bonus.
Agathocles rex fuit Sicilie.
Age.agedum.agite.aduerbia para exhortar.
Ageſipolis.nomen proprium viri apud grecos.
Agis.Lacedemoniorum rex.
Agya.æ.interpretatur via.
Agito agitas agitaui.por aguijar o excitar.
Aglaophon.pictor nobilis eſt.
Aglauros.vna ex filiabus Cecropis.
Aglis aglithos.interpretatur ſpica ſpicæ.
Agnoſco agnoſcis agnoui.por reconoſcer.
Agonalia agonaliorum.fieſtas eran delos Romanos.
Agrippa agrippe.por el que nace de pies.
Ah.interiectio eſt dolentis.
Aiax.acis.nombre proprio delos griegos.
Alacer alacri alacre.por coſa alegre.
Alaricus alarici.por vn principe delos Godos.
Alcman alcmanos.poeta fuit græcus.
Alcmeon.onos.Amphiarai filius.
Alcymedon.vir apud Vergilium.
Albunea albuneæ.vn boſque cerca de Roma.
Alea aleæ.por qualquiera juego de fortuna.
Ales alitis.por aue o coſa que buele.
Algeo alges.vel algeſco.por enfriarſe.
Algus algi.vel algor algoris.por el frio.
Alecto.us.por vna delas tres furias.
Alia aliæ.por vn rio dela Italia.
Alibas alibantos.vir apud Homerum.
Aliſe.arum.por vna ciudad de Italia.
Alipes alipedis.por lo que tine alas enlos pies.
Aliphar aliphatos.interpretatur vnguentum.
Allicio allicis alexi.por atraer por halagos.
Allido allidis.por herir vna coſa con otra.
Allobrox.gis.Pueblos ſon de Francia.
Alopex alopecos.interpretatur vulpes.
Althea altheæ.por maluauiſco yerua et Meleagri mater.
Alueus alueí.por el vientre mas baxo.
Amaracus amaraci.por amoradux yerua.
Amaracinus.a.um.por coſa deſta yerua.
Amaſis amaſis.por vn rey de Egypto.
Amatus.untis.vna iſla del arzapielago.
Amazon amazonos.interpretatur ſine mamma.
Ambiorix ambiorigis.por vn principe de Francia.
Ambroſius.ſij.por vn ſancto deſte nombre.
Ambroſia ambroſiæ.por el artemiſia yerua.
Amens amentis.por loco ſin ſeſo.
Amentum.ti.por aquiento de dardo.
Amethyſtus amethyſti.por amethyſto piedra precioſa.
Amethyſtinus.a.um.por coſa deſta piedra.
Ameter.oros.interpretatur carens matre.
Amia amias.genus eſt piſciculi.
Amicus amici.por vn varon deſte nombre.
Amidon.onis.vna ciudad de Macedonia.
Amygdalus.li.por el almendro arbol.
Amygdalinus.a.um.por coſa de almendras.
Amicio.cis.amicui.por cobrir o veſtir.
Aminadab nomen viri apud hebræos.

Aminæum.i.vinum ex Campania.
Amita.tæ.por hermana del padre.
Ammon.onos.cognomen eſt iouis.
Amithaon.onos.cretei filius Melampi pater.
Anis.is.vn rio que ſiempre corre.
Amomum.i.por vnguento oloroſo.
Amonita amonitæ.populus Paleſtinæ.
Amonitis.idis fœmina ex illo.
Ampelos.li.interpretatur vitis.
Amphiſa.æ.por vna ciudad de Phocis.
Amphitryon.onos.Alcei filius Alcmenæ vir.
Amphimedon.onos.penelopes procus.
Amphion.onos.filius iouis ex Antiope.
Amphriſus.i.por vn rio de Theſſalia.
Amplustre.is.por los ornamentos dela naue.
Amulius.ij.vn rey delos Albanos.
Anabis.is.fluuius eſt Siciliæ.
Anaglyphum.i.por lo ſinzelado.
Analectica.orum.interpretatur relicta.
Analectum.i.por el relieue del manjar.
Analogia.æ.interpretatur proportio.
Anapis.is.por vn rio de Sicilia.
Anas.æ.por Guadiana rio.
Anas.atis.por el anade aue.
Anacharſis.ſapiens vnus ex ſeptem.
Anadema.atos.idem quod diadema.
Anatole.es.interpretatur oriens.
Anax anactos.interpretatur rex.
Anaxagoras.æ.por vn philoſopho notable.
Anceps.tis.por coſa dudoſa.
Anchiſes.æ.por vn Troyano padre de Eneas.
Andrias.antes.interpretatur ſtatua viri.
Androgeos.geu.minois ex paſiphae filius.
Andromeda.dæ.muger fue de Perſeo.
Ango.gis.anxi.por congoxar o anguſtiar.
Anhelo.las.laui.por acezar.
Anio.enis.por vn rio de Italia.
Anomalon.interpretatur irregulare.
Antes.ium.por los liños delas vides.
Anthedon.onos.oppidum eſt Boeotiæ.
Antennæ.arum.por las antenas delas naue.
Anteris.idos.interpretatur obluctatio.
Anthracia.as.interpretatur pruna.
Antropos.interpretatur homo.
Anthrores.ris.por vn varon enel Vergilio.
Antidotum.ti.por remedio contra ponçoña.
Antichir.iros.interpretatur pollex.
Antiæ.arum.por el copete delos cabellos.
Antigenes.is.nombre proprio de vn varon.
Antigonos.nomen celebre multorum.
Antilochus.filius Neſtoris.
Antiochus.i.Rey fue de Syria.
Antipho.onis.nomen proprium viri.
Antiphona antiphone vox reciproca.
Antipophora.ras.interpretatur reſponſio.
Antiquarius.ij.por amador de antiguedad.
Antiſtes.itis.por el perlado o periada.
Antiſtita.æ.por la muger perlada.
Antiſthenes.is.vn philoſopho notable.

Antyx.gos.interpretatur curuatura rotæ.
Anubis.idis.por vn dios delos Egyptios.
Anus.us.por la vieja.
Anxur.vris.por vna ciudad de Italia.
Aor.oros.interpretatur enſis.
Apage apageſis.interiectio ſilendi.
Apes apis.por abeja.
Apes.edis.por arrexaque o vencejo aue.
Apator.oros.interpretatur carens patre.
Apeſas.antos.mons eſt Nemeæ.
Aphona.næ.interpretatur ſine voce.
Apidanus.ni.por vn rio de Teſſalia.
Apirinum.ni.por la granada çafari.
Apis.is.por el dios de Egypto.
Apiſaon.onos.vir apud Homerum.
Apluſtre.is.por los ornamentos dela naue.
Apœninus.i.vn monte de Italia.
Apocope.interpretatur abciſio.
Appollo.inis.por el dios Apollo.
Apophthegma.atos.interpretatur dicterium.
Aponus.i.por vn lugar cerca de Padua.
Apoſtolos.u.interpretatur miſſus.
Apoſtrophe.interpretatur conuerſio
Appello.as.auí.por llamar.
Appello.is.appuli.por arrimar.
Apricus.a.um.por coſa abrigada.
Apto.tas.por ataular y apareijar.
Aptos.otos.interpretatur non cadens.
Apulia.æ.vna region de Italia.
Apulus.a.um.por coſa de Apulia.
Apoſphax.interpretatur iugulator.
Aqualiculus.i.por el bajo del vientre.
Aqualis.is.por jarro de agua.
Aquilex.egis.por pozero que buſca pozos.
Aquor.aris.por yr por agua.
Arabs arabis.por varon de Arabia.
Arabiſſa.æ.por muger de Arabia.
Arados.di.inſula adiacens Phœniciæ.
Arar araris.por vn rio de Francia.
Arbutus.ti.por madroño arbol.
Aratus.ti.por vn poeta griego.
Arcas.adis.por varon de Arcadia
Arceo.ces.por apartar y arredrar de ſi.
Aceſſo.is.por llamar.
Arctos.u.interpretatur Vrſa animal.
Archigenes.is.nombre proprio de vn medico.
Archilocus.i.vn poeta Lyrico griego.
Architas.æ.por vn philoſopho Pytagorico.
Areo ares.vel areſco.por ſecarſe.
Aretalogus.gi.por fingidor de nouellas
Arethuſa.æ.por vna nympha y fuente de Sicilia.
Arges.getos.interpretatur candidus.
Argia.æ.vna hija del rey Adraſtro.
Argi.orum.vna ciudad de Grecia.
Argos.gi.por aquella meſma ciudad.
Argireos.u.interpretatur argenteus.
Argiodus.di.habens dentes argenteos.
Argo.gus.por la primera naue de Iaſon.
Argiuus.a.um.por coſa de aquella naue.
Argutus.a.um.por coſa aguda y ſotil.
Argutulus.a.um.diminutiuum ab argutus.
Argutiæ.arũ.por las agudezas y aſtucias.
Aricia.æ.vna ciudad de Italia.
Aariſta ariſtæ.por la raſpa dela eſpiga.
Ariſtobolus.li.nomen celebre multorum.
Ariſtophanes.nis.vn poeta griego.
Armenia armeniæ.vna region de Aſia mayor.
Armiger.ri.por el paje delas armas.
Arpinas.atis.por coſa de Arpino ciudad.
Arrabon.onos.interpretatur pignus.
Arſen ſiue arren.interpretatur maſculus.
Arthron.u.interpretatur articulus.
Artifex.icis.por hazedor de arte.
Artus artuum.por los miembros del cuerpo.
Aruſpex.cis.adeuino por ſacrificios.
Auiragus.auiragi.vn rey de Inglaterra.
Aruiſium.ſij.vn cabo dela iſla Chio.
Arx.arcis.por fortaleza o alcaçar.
As aſſis.por la libra o heredad entera.
Aſciſco.cis.por llamar y traer de lexos.
Aſclepius.pij.vn medico celebre.
Aſepus aſepi.vn rio de Troya
Aſia aſiæ.por la aſia mayor o menor.
Aſius.a.um.por coſa deſtas dos aſias.
Aſis.idis.por hembra de alli.
Aſylum.li.por lugar priuilegiado como ygleſia.
Aſilus.li.por moſcarda o tauano.
Aſilas.æ.nombre es de varon enel Vergilio.
Aſine aſines.vna ciudad de Achaye.
Aſma.atos.interpretatur canticum.
Aſopus aſopi.por vn rio de Boeotia.
Aſpalax.acos.interpretatur talpa.
Aſpar.varõ fue hijo de Anibal.
Aſparagus.gi.aſparago eſpina conoſcida.
Aſpis.idis.vna ſerpiente propria de Africa.
Aſpledon.onos.Phocidis regionis ciuitas.
Aſſecla.æ.por el q̃ acompaña a otro.
Aſſero.ris.eui.por plantar cerca de otra coſa.
Aſſero.is.erui.por affirmar o delibrar.
Aſſideo.des.por aſſentarſe cerca de otro.
Aſſilio.is.lui.por ſaltar hazia otra coſa.
Aſſiſto.is.por eſtar cerca de alguna coſa.
Aſſulto.as.por reſurtir hazia otra coſa.
Aſter aſteros.interpretatur ſtella
Aſthma.atos.interpretatur anhelitus.
Aſtyanax.actos.Hectoris filius.
Aſtyſmos.u.interpretatur vrbanitas.
Aſtur.uris.por hombre de Aſturias.
Aſturica.æ.por muger aſturiana o de Aſtorga.
Atabulus.li.vn viento de Apulia.
Ater.tra.trum.por coſa negra.
Athamas.antos.Phryxi & Helles pater.
Atheroma.atis.vna eſpecie de vicero.
Athyrma.atos.interpretatur ludus.
Atina.æ.vna ciudad de Italia.
Atys.yos.vn moço que amo Cibeles.
Atlas.antos.vnus ex gigantibus.
Attagen.enis.por el francolin aue.

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINAN

Attagena.næ.por la miſma aue.
Attella.æ.vna ciudad de Campania.
Attingo. gis. attigi.por alcançar.
Atomus eſt ſine inciſione.
Atrax.acos.ciuitas Theſſalie.
Atrox.ocis.por coſa cruel.
Auceps.upis. por caçador de aues.
Auchen.enes. interpretatur ceruix
Audax.acis. por coſa oſada ſin prudencia.
Audeo audes, por oſar.
Auernus.ni.vn lago de Italia o infierno.
Auius.a. um.por coſa ſin camino.
Aufilena.næ.nomen ꝓprium fœmine.
Augur.guris.el adeuino por aguero.
Augeo.ges.por acrecentar.
Aulax.acos.interpretatur ſulcus.
Aule.les.interpretatur aula.atrium.caula.
Auletris.idos.tibicina.
Auriga.gæ. por el regidor del carro.
Aurigo.ginis. por la itericia do lencia.
Auritus.ta.tum. por coſa de grandes orejas.
Auſonius.a.um. por coſa de Italia.
Auſonius.nij. nombre ꝓprio de vn poeta latino.
Auſterus.ra.rum. por coſa aſpera.
Autographum.i. la ſcriptura de ꝓpria mano.
Automedon.Diorei filius armiger Achillis.
Autumo. as.por dezir.rarum.
Axis. is.por el exe del carro dela carreta.

BAal.nomen dæmonis eſt.
Bachar.aris.por el aſſarabacar
Bacchanalia.orum.fieſtas erã de Bacco.
Bætis.tis.por el rio Guadalquiuir.
Benacus.ci.por vn lago de Lombardia.
Balanus,interpretatur glans.
Balena.næ.por la vallena.
Baltheus.ei.por vanda o cinta.
Bamura.ræ.nomen ꝓprium viri.
Barathrũ.i.por vaſo ſin hondõ o infierno.
Barbitos.ti.por cierto inſtrumẽto muſico
Baris.idis.por cierta eſpecie de naue.
Barium.rij.por Barleta ciudad de Italia.
Baſium.ſij.por beſo de enamorado.
Batauium.uij.vna isla del Rio Reno.
Batauus.a.um.por coſa de allí.
Bagogus nombre ꝓprio de vn varon.
Barytonon.interpretatur grauis accentꝰ.
Bebrix.icos.nomen celebre apud poetas.
Bema.atos.interpretatur gradus.
Bendis.idos.dea quæ ex Thracia venit.
Benignus.a.um.por coſa liberal.
Belides Danai filiæ fuerunt a bello auo.
Bellona.næ.por la dioſa dela guerra.
Berillus.i.por el beril piedra conoſcida.
Beritus.ti.vna ciudad de Phœnicia.
Beſſis.por ocho partes de doze.
Beta, la ſegunda letra delos griegos.
Bex bechos.interpretatur tuſſis.
Biceps.itis.por coſa de dos cabeças.
Bicolor.oris.por coſa de dos colores.
Bicorpor.por coſa de dos cuerpos.
Bifrons.ontis.por coſa de dos frentes.
Bigæ.arum.por el carro de dos cauallos
Bijugus.ga.gum.por yũta de cauallos.
Bilis.is.por la colera.
Bini.næ.na.por cada vno dos.
Bipes.edis.por coſa de dos pies.
Byrrhias.riæ.nomen ꝓprium ſerui.
Biſon.ontis.vn animal es no conoſcido.
Byſſinus.a.um.por coſa de biſſo ſpecie de lino.
Bituri.orum.por los Burgoñones pueblos.
Bithinia.æ.vna region de Aſia.
Bizeres,pueblos ſon ſeptentrionales.
Blãduſia.æ.regio eſt Sabinorum.
Bogud.udis.vn Rey de Africa.
Bola.læ.vna ciudad antigua de Italia.
Bloetus.ti.por bongo que naſce enel arbol.
Bombyx.ycis.por el guſano dela ſeda.
Bombycinus.a.um.dor coſa de ſeda.
Boſtar.aris.vn varon de Africa.
Botrus.i.botrio.onis.por el razimo.
Brache.arum.por las bragas marineras.
Brachys.eos.interpretatur breuis.
Bradys.eos.interpretatur tardus.
Brabion.ii.quod certãtibus ꝓponit.
Bragada.dæ.vn Rio de Africa.
Bryax.acis.por vn entallador o platero.
Britãnia.æ.por Inglatera isla.
Briton.onis.por breton de Bretaña.
Bromius.ij.vno delos nombres de Baco.
Bubon.onis.interpretat̃ inguen.
Bubo.onis.por el bubo,aue.
Bubalus.li.por bufalo animal.
Bubaſtus.ſti.vna ciudad de Egypto.
Bucolica.orum.por obra de Vergilio.
Buris.is.por la cama del arado.
Burdo,onis.por el Burdegano.
Bus boos.bos.maſculus aut fœmina.
Buſiris.idos.tyrãnus ægyptiorum.
Butyrum.ri.caſeus ex lacte bouis.

CAbax.acos. interpretat̃ vafer aſtutus.
Cacabo.bas.por cãtar la perdiz.
Cacaturio.is.por auer gana de aquello.
Cacula.læ.por el rapaz del eſcudero.
Cacus.ci.vn hijo de Vulcano que mato Hercules.
Cadauer.eris. por el cuerpo muerto.
Caduceus.ei.por la vara del embaxador.
Caducus.ca.cum.por coſa cadiza.
Cædo.dis.cecidi.por herir o matar.
Celebs.ibis.por el ſoltero o ſoltera no caſados.
Caicus.ci.vn Rio de Miſia o Frigia.
Caiſtros Aſiæ ꝓprie dicta fluuius
Calabria.æ.vna Region de Italia.
Calendæ.arum.por el primero dia del mes.
Calydon.onos.ciuitas eſt Etolie.
Caligo.ginis. por la eſcuridad.
Caligo.gas.por eſcurecerſe.
Calypſo.us.nympha.Atlãtis filia.
Calix.icis.vn vaſo para beuer.

ALEXANDER

Calyx.ycis.por el eryzo dela caſtaña obeliata.
Caliſtenes.is.vn diſcipulo de Ariſtoteles.
Callis.is.por camino hondo y eſtrecho.
Callithrix.icos.interpretatur pulcher capillus.
Callycithys.yos.pulcher piſcis.
Callipetes.te.nomen proprium viri.
Calo.onis.por leñador del real.
Calos.lu.interpretatur bonus.
Caluo.is.ui.por engañar.
Calx.cis.por el calcañar del pie.
Calx.cis.por la cal para edificar.
Cambyſes.is.vn Rey y rio delos Perſas.
Caminos.u.interpretatur fornax.
Camiros.ri.ciuitas eſt in inſula Rhodo.
Camurus.a.um.por coſa retuerta.
Cannabis.is.por el cañamo.
Cancelli.orum.por las rexas del apartamiento.
Candeo.des.por emblanqueſcerſe.
Cani.orum.por las canas dela cabeça.
Canis.is.por perro, o eſtrella, o azar enlos naipes.
Canicula.le.por perra pequeña, o eſtrella.
Canon.onis.interpretatur regula.
Canop9.pi.Damiata ciudad de Egypto.
Canuſium.ſij.vna ciudad de Apulia.
C peſſo.is.por tomar para gouernar.
C pitolium.lij.por capitolio monte de Roma.
C piſtrum.i.por el cabeſtro.
C ppadox.docis.por hombre de Capadocia.
C prile.is.por el apriſco de cabras o chibitil.
Car.caros.vir ex caria regione.
Carbaſus.i.vna eſpecie de lino muy blanco.
Carbaſinus.a.um.por coſa deſte lino.
Carceres.por cuerda que iguala los cauallos.
Carcheſium.ij.por la copa o gauia dela naue.
Carchedor.onos.Carthago ciuitas.
Cardo.dinis.por el quicio dela puerta.
Carex.icis.por el carrizo yerua conocida.
Caria.riæ.vna region de Aſia.
Car.ar.atos interpretatur caput.
Carica.ce.por el higo paſſado.
Caries.ei.por carcoma.
Carpo.pis.carpſi.por coger rompiendo.
Carpophorus.ri.nõbre de vn varon.
Carpos.interpretatur fructus.
Caſſes.iũ.por la red para prender algo.
Caſſis.idis.por el armadura dela cabeça
Caſſinum.ni.por vna ciudad de Italia.
Caſſinas.atis.por coſa de aquella ciudad
Caſſus.a.um.participium a careo.res.
Caſtrum.i.por la villa cercada.
Caſtra.orum.por el real dela hueſte.
Catelips.ipos.interpretatur ſcala.
Catadromus.i.por la corredera.
Catillus.i.por el poblador de Tibur.
Catina.næ.por Cataña ciudad de Sicilia
Catamitus.ti.Idem eſt qui Ganymedes.
Catholicus.ca.cum.interpretatur vniuerſale.
Caueo.es.por huir o proueer.
Cauillor.aris.por vſar de malicias.

Cauliodus.habens dentes exertos.
Caulis.lis.por la verça o tallo de yerua.
Caupo.onis.por el tauernero o ventero.
Caupona.næ.por la tauerna o vêtera.
Cecrax.agos.interpretatur vocator.
Cecrops.opis.el primero rey de Athenas.
Cedo.dis.ceſſi.por dar la ventaja o mejoria.
Cedo pro dic ſecunda perſona imperatiui.
Celor.oris.interpretatur vox.
Celeber.bris.bre.por coſa famoſa.
Celer.ris.re.por coſa ligera.
Celox.ocis.vna eſpecie de naue.
Celtiber.ri.el q̃ mora cerca del Ebro.
Cenſeo.es.por juzgar, o penſar, o cõtar.
Centaurus.ri.nombre proprio de naue.
Centuſſis.por cien aſſes o moneda.
Centurio.onis.por el capitan de ciento.
Cepa cepæ.por la cebolla de comer.
Centurupe.pes.vna ciudad de Cicilia.
Cephiſus.ſi.vn rio cerca de Parnaſo.
Cer ceros.interpretatur peſtis.
Cer ceris.interpretatur cor.
Ceraſus.ſi.por el cerezo arbol.
Ceraſus.untis.vna ciudad de Capadocia.
Cerberus.ri.por el can portero del Infierno.
Cercira.ræ.por vn genero de naue.
Cercyra.ræ.nombre fue de Corintho.
Cercopithecus.i.por gato paus.
Cerdo.onis.por oficial mecanico.
Ceres cereris.por la dioſa delas mieſſes.
Cerimoniæ.arum.por las cerimonias.
Cerinthe.es.herba ex qua apes decerpunt mel.
Cerrinus.na.num.por coſa de meſto arbol.
Ceryx.icos.interpretatur preco.
Cerno.nis.creui.por mirar con los ojos.
Ceruical.alis.por la cabecera o cabeçal.
Ceruſa.ſe.por aluayalde o blanquibol.
Ceſena.ne.vna ciudad de Lombardia.
Ceſenas.atis.por coſa deſta ciudad.
Ceſpes.itis.por el ceſped tierra cõ raizes
Cete indeclinabile.por peſcado grande.
Cethegus.gi.vn varon Romano.
Cethiſus.ſi.vn rio cerca del monte Parnaſo.
Cetus.ti.por qualquiera pece grande.
Ceu aduerbium.por aſſi como.
Chalcos.interpretatur æreus.
Chalcoodon.omiazbñs dentes æreos.
Chalybs.ibis.pueblos ſon de Ponto.
Chalybiſſa.æ.por coſa hembra de alli.
Chaos.i.por la confuſion delas coſas.
Character.eris.por la eſculptura.
Charies.entos.interpretatur gratioſus.
Charybdis.is.vn cierto peligro del mar.
Charites.um.por las tres gracias.
Charon.ontos.portitor inferorum.
Chela.le.por el braço del eſcorpion.
Chelidon.onos.interpretatur hirundo.
Chelis.idos.interpretatur cithara.
Chen.enos.interpretatur anſer.

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINAND

Chernyps.bos.interpretatur ſebrum.
Cherophoon.ontos.diſcipulus Socratis.
Cherſos,interpretatur terra.
Chimerinos,interpretatur hyemalis.
Chir chiros,interpretatur manus.
Chiragra.æ.por la gota dela mano.
Chiron.onos,centaurus Saturni filius.
Chironomon.ontis.por el trinchante.
Chironomos.i.el que dança por perſonaje.
Chirurgus.gi.por el cirugiano.
Chitrapus.odis.por olla de tres pies.
Chlamys.ydis.por veſtidura militar.
Chnus.oos.interpretatur lanugo.
Choenix,interpretatur ſemodius.
Chordax.genus eſt choreæ.
Chorus.ri.por ayuntamiento de yguales.
Chratis.idis.vn rio de Apulia.
Chremaſter.eris.neruꝰ teſticulorum.
Chremes.etis.nōbre proprio devaron en Terētio.
Chryſendetum.ti por plato o vaſo de oro.
Chryſeos.interpretatur aureus.
Chryſeus genus cometæ cui color eſt aureum.
Chryſoſtomus.interpretatur os aureum.
Chriſtophorus,interpretatur ferens Chriſtum.
Chronis.is.nombre proprio de varon.
Chronica.orum.por la hyſtoria delos tiempos.
Chros.otos.interpretatur corpus.
Cyamos.u.faba legumen.
Cyamotrox,interpretatur fabiuorus.
Cyane.es.vna fuente de Sicilia.
Cyane.es.vnas rocas de Boſphoro.
Cyathus.ti.por medida de ſorbo.
Cibaria.orum.por el mantenimiento.
Cibele.es.por la madre delos dioſes.
Cicada cicadæ.por la cigarra.
Cicer.eris.por el garuanço.
Cici.interpretatur galaæ.
Cicon.onos.populus eſt Thraciæ.
Cicuta.tæ.por ciguta yerua conoſcida.
Cyclops.opos.monſtrum vnius oculi.
Cidon.onis.por vna ciudad de Creta.
Cio cis,vel cieo.es.exi.por mouer o incitar.
Cylidrus.i.por vna cierta ſerpiente.
Cylindrus.i.por columna rolliza.
Cilix.icis.vn varon de Cilicia en Aſia.
Ciliſſa.æ.por coſa hembra de alli.
Cilium.lii.por la cuenca del ojo.
Cymbaliſta.ſtæ.por el que tañe campana.
Cymbaliſtria.æ.por la que tañe campana.
Cymolus.li.vna iſla del Arzapielago.
Ciminus.i.por vn monte & lago de Italia.
Cinnabaris.ios.interpretatur minium.
Cinedus.di.por el puto que padece.
Ciniphs.ipis.fluuius eſt in Cirenaica.
Cynipes.pis.por vn rio de Ponto.
Cynicus.ci.interpretatur caninus.
Cynira.ræ.por vn rey que fue de Chipre.
Cynodos.ontis.interpretatur dens caninus.
Cynomyia.interpretatur muſca canina.
Ciphas.antos.oppidum Peloponneſi.
Cyperus.ri.por la juncia oloroſa.
Cypariſſos viri & ciuitatis eſt nomen.
Cypirus.ri.por aquello meſmo.
Cypris.idis.dicitur venus pulchritudo.
Cyprus.i.por Chipre iſla.
Cytarus.ri.vn monte de Aſia menor.
Circinus.ni.por el compas.
Circiter.por vn poco mas o menos.
Cirnus.ni.por Corcega iſla.
Cis,interpretatur vermis.
Cis præpoſitio.por aquende.
Ciſſeris.interpretatur pumex
Cithara.ræ.por harpa inſtrumento muſico.
Citharistes.por el que tañe harpa.
Cithariſtria.æ.por la que tañe.
Citheron.mons eſt Boeotiæ.
Cithera.orum.por vna ciudad de Chipre.
Citherus.i.vn monte de Paphlagonia.
Cytiſus.i.por cierta flor y yerua.
Citra præpoſitio.por aquende.
Clades.dis.por mortandad a hierro.
Clam præpoſitio.por eſcondidamente.
Clanculum aduerbium.por aſcondidillas.
Clandeſtinus.na.um.por coſa a eſcondidas.
Claſſis.is.por flota de naues.
Clatrus.i.por la rexa de apartamiento.
Claua clauæ.por la porra.
Cleobulus.li.vno delos ſiete ſabios.
Clepo.pis.clepſi.por hurtar.
Clerus.i.eſfermedad es enla colmena.
Clibanus.ni.por el horno.
Climater.eris.por grado que corta la vida.
Climax.interpretatur ſcala.
Climene.nes.vna hija de Oceano y Thetis.
Clio.us.vna ex nouem muſis.
Clis.idos.interpretatur clauis.
Clyſter.eris.por el criſtel ayuda.
Clitella.æ.por el albarda.
Clitorius.rij.vna fuente de Arcadia.
Cliton.onis.vn nombre de varon.
Clitumnus.por vn rio de italia.
Cloaca.cæ.por el albañar.
Clodius.dij.por lo miſmo que Clodio.
Cloreus.ei.auis eſt viridis interpretata.
Clotho.us.vna delas tres parcas.
Clunis.is.por la nalga.
Cnemis.idos.interpretatur ocrea.
Coccinus.a.um.por coſa de grana.
Coccyx.gos.interpretatur cuculus.
Cochleare.ris.por la cuchara.
Cocitus.ti.por vn rio del infierno.
Cocles.itis.por el tuerto de vn ojo.
Coctonum.ni.por vna eſpecie de higos.
Codicilli.orum.por el codicillo de teſtamento.
Cœnatio.onis.por la ſala baxa.
Cœnaturio.ris.por auer gana de cenar.
Coenomyia.interpretatur communicatio.
Coelites.tum.por los moradores del cielo.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

Cœpio.pis.verbo antiguo por començar.
Coerceo.ces.coercui.por refrenar.
Cognoſco.cis.por conocer.
Cohibeo.bes.por refrenar.
Collido.dis.por herir vno con otro.
Colliphiũ.ij.por pã cozido ſo la ceniza.
Collirium.rij.por vnguento para los ojos.
Colocaſia.æ.por la culcaſia yerua.
Colon.interpretatur membrum.
Colum.li.por el coladero.
Colus.li.vel colus.us.por la rueca.
Columen.inis.por el altura.
Columella.æ.vn nombre de varon.
Comedo.onis. por comilon o gloton.
Comes.itis.por conde o el que acompaña a otro.
Comeſſor.aris.por ſer combidado.
Cominus aduerbiũ.por amãteniẽte.
Comys.ithos.interpretatur faſcis.
Commi.interpretatur gummi.
Cõminiſcor.eris.por fingir o penſar.
Como.is.compſi.por afeitar
Compar.por coſa igual con otra.
Compedio.dis.diui.por impedir o embaraçar.
Compes.edis. por la priſion de pies.
Compendium.dij.por el atajo.
Compeſco.cis.por refrenar o retener.
Comperio.ris.comperi.por hallar.
Compello.is.por conſtreñir.
Compello as.por llamar.
Compingo.gis.por ayuntar o cõponer
Complodo.dis.por desfauorecer.
Compos.otis.por poderoſo de alguna coſa.
Concerpo.pis. por coger rompiendo.
Concido.dis.por caer.
Concido.dis.por herir o matar.
Concupiſco.cis.por cobdiciar.
Concutio.tis.por ſacudir vno cõ otro
Conchyle.is.por la cõcha del carmeſi.
Concors.dis.por coſa concorde.
Conculco.cas.por hollar o acocear.
Condyloma.atis.vna eſpecie de almorranas.
Conis.ios.interpretatur puluis
Cone.nes.por vna isla del Danubio.
Conor.aris.por esforçarſe.
Cõfercio.cis.por recalcar vno cõ otro
Cõfiteor.eris.por cõfeſſar por fuerça
Confringo.gis.egi.por quebrar.
Cõfuto.tas.por deſtruir los argumẽtos.
Congredior.eris.por andar o encõtrar cõ otro.
Coniux.gis.por marido y muger.
Cõniueo.es.por inclinar la cabeça o los ojos.
Conquiniſco.cis.por aquello meſmo.
Connubium.bij.por el caſamiento.
Conquiro.ris.conquiſiui.por buſcar.
Conops.opis.por el moſquito.
Conopeum.i.por el pauellon para moſquitos.
Conſciſcere mortem.por matarſe.
Conſero.ris.eui.por plantar en vno.
Conſero.ris.rui.por trauar en vno.
Conſors.tis.por compañero ygual.
Conticeo.ces.por callar en vno.
Contrecto.as.por tratar entre manos.
Contumax.acis.por el porfiado
Contumelia.æ.por la injuria.
Conuicium.cij.por denueſto riñendo.
Conus.i.por el algalla del cipres.
Cooperio.ris.rui.por cubrir.
Copa.pæ.vn nõbre de muger cũl vergilio
Cophos.interpretatur ſurdus.da.dum.
Copiæ.arum.por la hueſte dela gente.
Copia.æ.por la abundancia o facultad.
Copo.onis.por el tauernero.
Copona.æ.por la tauernera o venterã.
Copos.interpretatur labor.
Copula.læ.por ayuntamiento o trailla.
Coquo.is.xi.por cozer.
Coralium.lij.por coral.
Cora.ræ.vna ciudad antigua de Italia.
Corax.acos.interpretatur coruus.
Corbis.por la goſa para las mieſſes.
Corcira.ræ.por vna isla del mar Ionio.
Cordax.acos.interpretat̃ laſciua ſaltatio.
Corinthos.ciuitas celebris.
Coryphas.oppidũ Aeolidis.
Corys.ytos.interpretatur galea.
Coronis.idos.interp̃tat̃ extremitas
Corytꝰ.ti.por el goldre pã frechas.
Cornicẽ.inis.por el varon trõpeta.
Cornicina.næ.por la muger trõpeta
Cornus.ni.por cerezo ſilueſtre.
Cornu.por cuerno o trompeta.
Corus.ri.por viento gallego.
Cos cotis.por la piedra aguzadera.
Coſcinomãtis.vates cribro diuinans.
Coſæ.arum.vna ciudad antigua de Italia
Coſyra.ræ.vna isla de Sicilia.
Coxendix.cis.por donde juega el anca.
Cras.aduerbium.por mañana otro dia.
Crabro.onis.por el tauarro genero de abiſpa.
Crapula.læ.por el embriaguez.
Crater.eris.por la copa.
Crater.eris.por la cueca dela pila.
Crater.eris.n.p.Philoſophi.
Crates.is.por el çarzo.
Craticula.por las parrillas pa aſſar.
Cratis.idis.por vn Rio de Achaia.
Creber.a.um. por coſa eſpeſſa
Crebenus.i.por vn Rio.
Credo.is.por creer o cõfiar o preſtar
Crementum.ti. por acrecentamiẽto.
Cremaſter.el neruio delos teſticulos
Cremon.onos.vicus ꝓpe corinthũ.
Creon.ontos.mons Lesbi eſt.
Crepis.idos interpretatur ſolea.
Crepis.idos.interpretatur fundamentum.
Crepo.as.por ſonar quebrando algo.
Crepundia.orum.por los diges del niño.
Creſces.entos.n.p.apud latinos.

Creſa.æ.nombre de hembras fue.
Cres.etis.Rey o varon de Creta isla.
Criminor.aris.por acuſar o ſer acuſado.
Cryſtallinus.a.um.por coſa de cryſtal.
Crocalus. i.por vn Rey de Sardinia.
Crocis genus herbæ.
Crocinus.a.um.por coſa de Açafrã.
Crocodillus.i.por la cocodriz del nilo.
Croto.onis.ciuitas Italiæ in ſinu taretino.
Crotopus.i.n.p.de varon.
Cruſtumium.ij.vn Rio de Italia.
Ctis.ctinos,interpretatur pecten.
Cteſiphon.ontos.n.p. viri & fluminis.
Cubile.is.por cubil de fiera.
Cuias.atis.por de que tierra.
Cuculus.i.por cuclillo aue.
Cuculo.as.por cãtar el cuclillo.
Cucullus.i.la capilla o cogulla de frayle.
Cucuma.æ.cierto vaſo de barro o arma.
Cucumis.eris.el pepino,melon o cogõbro.
Cucurbita.æ.por la calabaça o ventoſa.
Cucurrio.is.por cãtar el gallo
Cudo.is.por herir como en iunque.
Crudo.onis.por caxquete de cuero.
Cunæ.arum.por la cuna delos niños
Cunabula.orũ.por la criãça dellos.
Cuneus.i.cuña o batalla o aſſiento.
Cunicul9.i.el conejo o madriguera.
Cures.etis.pueblos ſon de Creta.
Cures.ium.ciudad delos Sabinos.
Curulis.e.coſa de carro o corrida.
Currus.us.por el carro.
Curius.ij.nombre de varon Romano
Curio.onis.nõbre de varõ Romano.
Cupido.inis.la cobdicia o dios de amor
Cupio.is.por codiciar.
Cuſtos.dis.guardador o guardadora
Cuſtodia.æ.la guarda o guardadora.
Cuſpis.idis.por la punta.
Cuticula.æ.por la pellejuela cuero.

Dactylos.u. interpretatur digitus.
Dactylotheca.æ.por caxa de anillos.
Daces.æ.pueblos ſon Septentrionales.
Dacus.i.por aquellos meſmos.
Dæmon.onos.d'r fortuna, ſapiens.deus.
Dæs.tos.interpretatur fax.
Damar.aros.interpretatur vxor.
Dametas.n.p.de vn paſtor.
Dama.æ.la gama,eſpecie de cieruos.
Damon.enos.vnus fuit ex heroibus.
Damno.as.por condenar o obligar.
Danae fuit Acriſij filia.
Danubius.ij.vn Rio de Vngria.
Daphne.es.nemus Antiochie.
Daphne.es.Accento in vltima.n.puella.
Daphnon.onis.por el lauredal.
Daphnis.idis.nombre de vn paſtor.
Daps dapis.el mãjar coſtoſo.
Dardanus.i.hijo de Iupiter y Electra.
Dares.etis.n.de vn varon en Vergilio.
Daſipus.odis. por la liebre.
Dauid.idis.por el profeta y Rey.
Debilis.e.por coſa debil y flaca
Decas.adis.numerus eſt denarius.
Decapus.odis.la medida de diez pies.
Decorus.a.um.por coſa gracioſa.
Decus.oris.por la honra.
Dedecor.oris.por la deſonra.
Decerpo.is.por coger rompiendo.
Dedoceo.es.deſenſeñar lo enſeñado.
Decunx.cis.por diez partes de doze
Defetiſcor.eris.por cãſar o desfallecer.
Decuſſis.is.por diez aſſes.
Defraudo.as.engañar o amenguar.
Defrutum.i.vino cozido ala meytad.
Degener.eris.lo q̃ no reſpõde a ſu genero
Deglubo.is.por quitar el hollejo.
Dego.is.degi.por biuir.
Dehiſco.is.por henderſe.
Deiero.as.aui.por iurar mucho.
Deinceps aduerbium.por deſpues.
Delear.atos.illecebra,eſca ad decipiendũ.
Delecto.as.aui.por deleitar.
Deleo.es.eui.por quitar o raer.
Delibutus.a.um.coſa vngida de olores.
Delicium.ij.deliciæ.arum.por el deleyte.
Delitco.es.tui.por eſconderſe.
Delphin vel delphis.inis.el delphin
Delirus.a.um.por coſa deſuariada.
Delubrum.i.por el templo.
Demeter.ros.interpretatur ceres.
Dementia.æ.por la locura
Demipho.onis.n.p.de varon
Demo.is.dempſi.por quitar.
Democoon.ontos.Priami filius noth9.
Demophoon.ontos.Theſei filius.
Demoſthenes.is. orador fue griego.
Democritus.i.philoſopho griego.
Demum aduerbiũ.por finalmente.
Denarius.ij.moneda que vale diez aſſes.
Deni.æ.a.de diez en diez o cada vno diez.
Denſeo.es.por eſpeſſar.
Denſo.as.por aquello meſmo
Depeciſcor.eris. hazer turpe pacto.
Deperco.is.por perdonar.
Depleo.es. por baziar o menguar.
Deſero.is.rui.por deſamparar.
Deſes.idis.el perezoſo,a ſedendo nimium.
Deſideo.es.deſedi.por emperezar.
Deſilio.is.lui.por ſaltar abaxo.
Deſpondeo.es.por prometer.
Deſpotis.idos.interpretatur domina
Deſtino.as. por deliberar o cõprar.
Detero.is.detriui.por gaſtar por vſo.
Deterior.oris.por coſa menos buena.
Deunx.cis.por onze onças.
Decẽdis.idis.por diez partes de doze.

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINAN

Dexter.a.um.por coſa dieſtra.
Diadema.atos.por la diadema corona.
Diapaſon conſonãtia dupla.
Diateſſaron, conſonantie ſexquinarie.
Dias.adis.por la dualidad.
Dicax.acis.por dezidor y parlero.
Diceos.interpretatur iuſtus.
Dico.as.por dedicar o conſagrar.
Dicio.onis.por el ſeñorio
Dictamum.i.por el dictamo yerua.
Dicticos.interpretatur demonſtratiuus.
Dicto.as.por dezir lo que otro eſcriue.
Dictito.as.por dezir amenudo.
Didymus.i.interpretatur geminus.
Didyme.es.por vna isla cerca de Sicilia.
Didus.us.la que poblo a Carthago.
Diffiteor.eris.no confeſſar o negar.
Difercio.is.recalcar por diuerſas partes.
Digredior.eris.por ſe partir de otro.
Diluo.is.por desleir o deslauar.
Dindymus.i.vn monte de Frigia.
Dimico.as.por pelear
Dimidium.por la mitad delo entero.
Diptoton.i.coſa de dos caſos.
Dipus.odos.interp̃tat̃ bipes.
Diogenes.vn philoſopho griego.
Diœceſis.por la dioceſis o iuridicion.
Dione.es.Venus ſiue illius mater.
Dioniſia.orum.fieſtas erã de Baccho.
Dionyſius.ij.n.p.de vn varon.
Diores.is.vn varon enel Vergilio.
Dioryx.chis.el foſſado o caua.
Diræ.arum.por las furias del cielo.
Dirimo.is.por apartar.
Diruo.is.ui.por derribar edificio.
Diſcludo.is.por echar a defuera
Diſcors.dis.por coſa diſcorde.
Diſcumbo.is.por aſſentarſe ala meſa.
Diſcutio.is.ſacudir por diuerſas partes.
Diſertus.a.um.por coſa eloquente.
Diſpar.aris.por coſa deſigual.
Diſpergo.is.por eſparzir en partes.
Diſpartior.iris.por partir en partes.
Diſpeſco.is.por apartar del paſto.
Diſpliceo.es.por deſagradar.
Diſplodo.is.por desfauoreſcer.
Diſpungo.is.por caſſar la cuenta o raer.
Diſquiro.is.buſcar por partes diuerſas.
Diſſero.is.ui.por declarar con palabras.
Diſſipo.as.por diſſipar y deſtruir.
Diſſulto.as.reſurtir por partes diuerſas.
Dius.a.ũ.coſa diuina o digna de Iupiter.
Diuturnus.a.um.por coſa de mucho tiẽpo.
Dmos.interpretatur ſeruus.
Dmois.idos.interpretatur ſerua.
Documentum.i.por la enſeñança.
Dodrãs.antis. nueue partes de doze.
Doedix.icos.interpretatur cochleare.
Dogma.atis.por decreto o ley.

Dolium.ij.por tinaja o cuba.
Dolium.n.p.viri apud Strabonem.
Dolobella.æ.n.p.de varones Romanos.
Dolon.onis.por arma ofenſiua ſecreta.
Dolon.onis.varon fue Troyano.
Dolopion.onis.Hypſeronis pater.
Doma.atos.domus ſiue tectũ interpretat̃.
Doris.idis.helladis ſiue achaiæ regio.
Doris.idis.por vna dioſa dela mar.
Doricus.a.um.por coſa de grecia.
Doryphor9.i.interpretatur ferens haſtã.
Doron.interpretatur donum.
Dos.otis.por la dote dela muger.
Doſis.interpretatur datio.
Dotos.interpretatur datus.a.um.
Draco.onis.por el dragon o ſierpe.
Dracena.æ.por la dragona o ſierpe.
Drama.atis.rei repreſentatio.
Dryas.adis.la dioſa delos arboles.
Dryude.pueblos y filoſofos en Tracia.
Dryx.yos.interpretatur quercus.
Drepanum.i.Trapana ciudad de Sicilia.
Dropax.acis.por el atãquia pa pelar.
Duco.as.aui.por guiar o capitanear.
Dulos.u.interpretatur ſeruus.
Dumus.i.por maleza de matas.
Durius.ij.por Duero Rio de Eſpaña.
Dux.cis.por la guia o capitan.

EArinus.interpretatur vernus.a.ũ.
Ebenus.i.por abenuz arbol.
Ebenum.i.por la madera del.
Ebur.oris.por el marfil del Elephãte.
Ebuſus.i.iuiça isla contra Valencia.
Ecce aduerbium.por demõſtrar.
Echion.onos.vir thebanus.
Echis.ios.por la biuora.
Eccum aduerbium.pa demõſtrar.
Echo.us.el ſon que reſurte dela boz.
Edo.is.edidi.publicar y ſacar a luz.
Edonis.idis.fœmina fuit ex Thracia.
Educo.as.aui.criar con criãça.
Educo.is.por ſacar fuera o arriba
Edulis.e.por coſa de comer.
Eleemoſyna.æ.eſt miſericordia.
Electrũ.i.Ambar,o oro de.xviij.quilates.
Elegia eſt carmen flebile.
Elephas animal eſt.& mons æthiopie.
Eleon.u.interpretatur oleum.
Eleuſis vel eleuſin ciudad cerca de athenas
Eleuter.interpretatur liberator.
Elis.dis.regio eſt Peloponneſi.
Eliſa.æ.la meſma es que Reyna Dido.
Eliſium.ij.lugar delos bienauenturados.
Eliſſus.ij.vn Rio de Atica region.
Elor.oros.interpretatur lacratio.
Elorus.i.vn rio de Sicilia.
Elos.eos.interpretatur palus.
Emaneo.es.por quedar ſe en lugar.
Emathia.æ.region de Theſſalia.

Emblema.atis.por el eſmalte.
Emineo.es.ui.por eſtar encima.
Eminus aduerbium, por lexos
Emo.is.por comprar,
Emolumentum.i.por la ganancia
Empturio.is.por auer gana de cõprar.
En aduerbium demonſtrãdi,he,
Endymion.onos,Amaſius lunæ,
Enyo.us,hermana fue de Mars.
Enipeus.i.por vn Rio de Theſſalia.
Enthymema.atis.argumento oratorio.
Epelis.idos.interpretatur aduena,
Ephebus,i,por el que comiença a barbar.
Epiales.is. febris lentæ genus,
Epicenos.n.interpretatur promiſcuus.
Epirus.i.por Albania Region de grecia.
Epicteſis,interpretatur acquiſitio.
Epiſcepſis.ios.interpretatur fictio,
Epodos.n.interpretatur incãtatio
Epos eſt carmen heroicum.
Epops.opis.auis eſt quæ vpupa latinæ.
Epulum.i.por ſala o combite publico.
Epulæ.arum.por los manjares.
Eques.itis.por el Cauallero.
Equiculus.i.pueblos fueron de Italia.
Eraſmos,fluuius Peloponneſi,
Erato,vna ex nouem muſis.
Erebus.i.por el infierno,
Eremus.i.por yermo o deſierto
Erenum.i.vna ciudad ãtigua de Italia,
Eretum.i.oppidum eſt Italiæ.
Ereuthalon.onos. vir apud Homerum,
Erga præpoſitio,por cerca en voluntad.
Ergo,aſſi que concluyendo por cauſa.
Eridanus.i.fluuius Italiæ qui d'r padus.
Erier.ros.interpretatur accommodatus.
Erigo.is.exi.por enheſtar.
Erigone.es.icari filia in cœlo poſita.
Erimãthos.Arcadiæ mons & fluuium,
Erinnys.furia inferorum,
Eriphile.es.muger fue de Amphiarao.
Eris.idos.interpretatur diſcordia.
Erix.icis.vn varon y monte de Sicilia.
Eruca.æ.oruga yerua conocida.
Erodius.ij.aue es incierta.
Eros.tis.n.p.de vn varon y amor
Eſſedum.i.por el carro para cargar.
Eſca.æ.por el manjar o comida.
Eſurio.is.por auer gana de comer
Ethica.orum.libros de filoſofia moral.
Ethre.es.n.p.fœminæ celebre,
Etor.oris.interpretatur cor,
Euãdrus.i.Rex Arcadiæ.
Euẽtus.us.por la ſalida delo que acõtece.
Euge aduerbiũ vel interiectio,para loar.
Eugeos,interpretatur fertilis.
Eunuchus.i.por caſtrado,
Eupean ab eu & pean compoſitum.
Euphroſine.es.vna delas tres gracias.

Eupolis.idis.poeta comicus græcus.
Eurimedon, fluuius pamphiliæ.
Euryops.n.p.viri celebre,
Euripides.is.poeta fue griego.
Euripus.i.vn mar cerca de negro ponte.
Eurytion.n.p.in Vergilio
Euriops.opis.Rey fue dela Morea.
Euros,ventus ab ortu ſpirans.
Exanguis.is.coſa ſin ſangre.
Excretus.a.um.coſa crecida.
Excello.is.por ſobrepujar.
Excubiæ.arum.por las eſcuchas,
Excludo.is.por echar a fuera.
Exculco.as.por hollar o cocear.
Exculpo.is.por eſculpir.
Excutio.is.excuſſi,por ſacudir.
Execror.aris.por abominar o maldezir.
Exequiæ.arum.por las exequias.
Exerceo,es.por exercitar o trabajar
Exigo.is.por demãdar por fuerça.
Eximo.is.emi.por ſacar a fuera.
Exilis.e.por coſa feble o delgada.
Exodus.i.interpretatur exitus.
Exoletus.a.ũ.coſa q̃ dexa de crecer.
Experior.iris.por experimentar.
Expergiſcor.eris.por deſpertar.
Expes,por coſa ſin eſperança.
Explodo.is.por patear en disfauor,
Exta.orum.las aſſaduras del animal.
Exul,ulis.hombre o muger deſterrados
Exuuiæ.arum.por los deſpojos.

Fabilis.e.a faris vel fare quod eſt loquor.eris.
Facundus.a.um.coſa elegante.
Facetiæ.arum,por los donayres.
Faceſſo.is.por hazer moleſtia o enojo.
Facetus.a.um.por coſa donoſa.
Faex.fecis.por la hez o borra.
Fagus.i.por la haya arbol.
Faginus.a.um.por coſa de haya.
Falernum.i.vino de Campania.
Far farris,por el farro ſimiente
Farcio.is.farſi.por recalcar.
Farcimen.inis.morcilla o longaniza.
Fas indeclinabile,por lo licito en religion
Faſcis.is.por el haz o emboltorio.
Faſtigium.ij.por la cumbre o altura.
Faſti,orum.vel faſtuũ,por el Kalendario.
Fateor. eris.por confeſſar por voluntad.
Fatiſco.is.por henderſe.
Fatigo.as.por acoſſar.
Faueo.es.faui.por fauorecer.
Fax,cis.por la hacha para quemar.
Femen.inis.por el muslo por de dentro.
Femur.oris.por el muslo.
Ferals.e por coſa de fiera.
Fere,ferme,aduerbia, por quaſi.
Feriæ.arum.por las fieſtas de guardar.
Feronia.æ.por vna fuente de Italia.
Fibula.æ.por la heuilla.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

Fidelia.æ.por la olla.
Fidenæ.arum.por vna ciudad de Italia.
Fidus.a.um.por coſa fiel.
Figo.is.fixi.por hincar.
Figulus.i.por el ollero.
Filix.icis.por el helecho.
Fimus.i.por el eſtiercol.
Fingo.is.finxi.por fingir.
Fiſcina.æ.por la encella.
Flabrum.i.por el moſcadero o viento.
Flabellum.i.por el moſcadero.
Flabilis.e.por coſa que ſopla.
Flagitium.ij.por el peccado digno de caſtigo.
Flamen.inis.por el ſacerdote.
Flamina.æ.por la ſacerdotiſſa.
Flauus.a.um.por coſa ruuia.
Flecto.is.xi.por doblegar o inclinar.
Fleo.es.por llorar.
Fligo.as.a quo eſt profligo.as.
Fligo.is.a quo eſt profligo.is.
Fluo.is.xi.por correr lo liquido.
Fluxus.a.um.por coſa floxa y cayda.
Focale.is.por la beca.
Fodio.is.fodi.por cauar.
Fœdus.eris.por la confederacion.
Follis.is.por la bolſa o fuelle.
Fomes.itis.por las aſtillas dela madera.
Fori.orum.por la tilla dela naue.
Formido.as.por auer miedo.
Formido.inis.por el miedo.
Fornix.icis.por el arco o boueda.
Forpex.icis.por las tenazas.
Forſan.forſitã forte.fortaſſis.por por auẽtura
Fors forte.por la fortuna.
Fortunæ.arum.por las riquezas.
Fragor.aris.a quo ſuffragor, & reffragor.
Fremo.is.por bramar.
Fretum.i.por el eſtrecho del mar.
Frigeo.es.frixi.por ſe reſ friar.
Frigo.is.xi.por freyr como en ſarten.
Friguilla.æ.aue a mi no conocida.
Friguillo.as.por cantar ciertas aues.
Fritinio.is.por chillar la cigarra.
Frico.as fricui.por fregar.
Frit.por el grano menudo del trigo.
Frons.dis.por la hoja del arbol.
Frons.tis.por la frente.
Fraudo.as.por defraudar o menguar.
Frumentor.aris.por yr por trigo o ceuada.
Fruor frueris.por gozar de alguna coſa.
Fruſino.onis.por vn lugar de Italia.
Frutex.icis.por mata menor que arbol.
Frux.gis.por la fruta dela tierra.
Fulcio.is.por ſuſtentar.
Fulix.icis.por el aue cerceta.
Fulgeo.es.por reſplandecer.
Fulgur.uris.por el relampago.
Fullo.onis.por el que laua los trapos.
Fullona.æ.por la que laua los trapos.
Funis.is.por la cuerda para atar.
Funus.eris.por el mortuorio.
Furio.is.inſaniui.por enloquecer.
Fuſtis.is.por vara para hoſtigar.
Furfures.um.por la caſpa dela cabeça.
Fuſcina.æ.por el arrexaque de tres puntas.
GAdes.ium.por la iſla de Caliz.
Gadir.is.por vna ciudad deſta iſla.
Galbanũ.por el gabano medicina conocida
Galeſus.i.vn.rio de tarento en Italia.
Galerus.i.por el ſombrero.
Ganeo.onis.por el que come por tabernas.
Gargarus.i.por vn monte de Apulia.
Gargarus.i.por vn monte de Frigia.
Garrio.is.por gorgear las aues.
Garrulo.as.por gorgear amenudo.
Gauſape.is.por veſtidura velloſa.
Gauſapinus.a.um.por coſa aſſi como vello.
Gauiſus.a.um.participium a gaudeo es.
Gel[illegible].por vn rio y ciudad de Sicilia.
Ge[illegible].otos.interpretatur riſus.
Gelu indeclinabile por el yelo.
Genæ.arum.por las maxillas o parpados.
Gener.i.por el yerno marido dela hija.
Genys.yos.interpretatur barba.
Geometres.æ.interpretatur terræ menſor.
Geryones.is.por vn rey antiguo de Eſpaña.
Gerys.ios.interpretatur vox.
Getes.æ.pueblos ſon de thracia.
Getulia.æ.por vna region de Africa.
Gibber.eri.por el corcobado o corcobada.
Gigas.antis.interpretatur terræ filius.
Giges is.por vn rio y paſtor de Lidia.
Gingiuæ.arum.por las enzias.
Gynis.idos.interpretatur fœminæ vir.
Git indeclinabile.por el axenuz.
Glans.dis.por la bellota o fruta ſilueſtre.
Glarea.æ.por el caſcajo y arena.
Glaucomatis.por la enfermedad delos ojos.
Gleba.æ.por el terron de tierra.
Glen.enos.interpretatur pupilla.
Glico.onis.nomen viri celebre.
Glis.iris.por el liron animal conocido.
Gliſco.is.por crecer o engordar.
Globus.i.por la redondez o ouillo o pelota.
Glomero.as.por redondear o deuanar.
Gloſſa.æ.interpretatur lingua.
Gluten.inis.por el engrudo.
Gnauus.a.um.por coſa induſtrioſa.
Gnidos.vna iſla del arçepielago.
Gobius.ij.vel gobio.onis.por el gobepico.
Gonia.interpretatur angulus.
Gortyn.os.interpretatur Cortyna.
Graccito.as.por graznar el anſar.
Gradiuus.i.por el dios delas guerras.
Gradior.eris.por andar o paſſear.
Gramma.interpretatur litera.
Graus.interpretatur vetula.
Græciſſo.as.por remedar a griegos.

Grates.ium.por las gracias.
Grex.gis.por la piara o manada de ganados.
Grypus.i.por el grypho.
Gripus.i.por la nariz corua o aguileña.
Gummi.por la goma.
HAbilis.e.por coſa habile o ligera.
Hemaatos,interpretatur ſanguis.
Halex.ecis.por el alache pece.
Halec.ecis.por la ſalſa que del ſe haze.
Haleſus.i.por vn rio de Sicilia
Hallo.as.aui.por euaporar o vaziar.
Halios.o.interpretatur area.
Hals halos.interpretatur ſal ſiue mare.
Halmiris.idos.interpretatur ſalſulgo.
Halter.eris.por alcadera para ſaltar.
Hamilcar.aris.capitan delos Carthaginenſes.
Hannibal.alis.hijo fue de Hamilcar.
Hamus.i.por el anzuelo para peſcar.
Hara.æ.por la pocilga delos puercos.
Harpago.onis.interpretatur rapax.
Harpyia.æ.por aquella aue de rapina.
Haurio.is.por ſacar o recebir o herir.
Heautontimorumenos,idest ſe crucians.
Hebdoas.ados.interpretatur ſeptimana.
Hebe.es.por la dioſa dela mocedad.
Hebes.etis.por coſa bota y no aguda.
Hebeſus.i.ciuitas eſt Lybiæ.
Hedra.æ.interpretatur ſedes ſedis.
Helenus.i.ꝓpheta fue hijo de Priamo
Helena.æ.por la muger de Menelao.
Helicops.opos.i.nigros habens oculos.
Helios.u.interpretatur ſol.
Helyx.icis.por vna ſpecie de yedra.
Helyx.cos.interpretatur coetaneus.
Hellen.enos.interpretatur græcus.
Hellen.nis.filius fuit Deucalionis.
Helleſpontus.i.fretum celebre.
Helmins.inthos.vermis lumbricus.
Helorus.i.fluuius Siciliæ.
Hemera.as.interpretatur dies.
Hemiciclus.i.por el ſemicirculo.
Hemina.æ.por media medida.
Hemus.i.por vn monte de Thracia.
Hepar.tos.interpretatur iecur.
Hermagoras.æ.por vn orador y philoſopho.
Hermophroditus,hijo fue de Venus y Mercurio.
Hermopan.compoſitum ex herme & pan
Hermogenes.vn celebre philoſopho.
Heros.ois.por el medio dia.
Heroinade.hija fue de algun heroe.
Herodes.is.por vn rey delos iudios.
Herus.i.por el ſeñor delos ſieruos.
Hyacinthus.i.por vna flor y piedra.
Hyacinthinus.a.um.por coſa deſta color.
Hyacinthinus.a.um.por coſa de color de violeta
Hyaſpis.idis.vna piedra precioſa.
Hybris.idos.ex duobus animalibus genitus
Hydaſpes.is.por vn rio de Media.
Hydrops.opis.por la hidropeſia.
Hydromeli.por el aloxa.
Hydrus.untis.otranto ciudad de Italia.
Hierax.cos.interpretatur acipiter
Hierichus.untis.la ciudad de Iericho
Hiera.æ.vna yſla cerca de Sicilia.
Hylax.nomen ꝓprium canis.
Hyle.es.interpretatur materia.
Hymen.enis.el dios delas bodas.
Hymen.enis.la red en que nace el niño
Hilaris.e.por coſa alegre.
Himera.æ.por vn rio de Sicilia.
Hypanis.is.vn rio de Tartaria.
Hypar.interpretatur re vera.
Hyperion.onis.vnus ex Titanibus.
Hippomanes.ſudor dela ingle de yegua.
Hipponax.atis.por vn poeta griego.
Hyppotion.onos.vir apud Homerum.
Hir indeclinabile.por la palma dela mano.
Hyrie.es.por vna ciudad de Boeocia.
Hircoſus.a.um.por lo que hiede a cabron.
Hirudo.inis.por la ſanguiſuela.
His.enos.interpretatur vnus vna vnum.
Hys hyos.interpretatur ſus ſuis.
Hyſſopus.i.por el hiſopo yerua.
Hiſtrix.cis.por el puerco eſpin.
Hiſtrio.onis.por el repreſentador de fabulas.
Holus.eris.por lo ortaliza.
Homerus.i.por vn poeta griego.
Homoſtyx homoſtygos.interpretatur eiſdem.
Hornotius.a.um.coſa del meſmo año.
Hoſpes.tis.por el hueſped o hueſpeda.
Hulcus.eris.por la llaga con materia.
Humus humi.por la tierra.
IAcio.is.ieci.por alançar.
Iacob.hijo de Rebeca y Iſaac.
Iacobus.i.nombre ꝓprio de varon.
Iacchos.idem qui bacchus.
Iader.eris.por vn rio de Eſclauonia.
Ianthinus.a.um.por coſa violada en color.
Iapetus.i.por vno delos gigantes.
Iapis.igis.viento ꝓprio de Apulia.
Iazyx.igis.pueblos ſon ſeptentrionales.
Iber.i.por hombre de eſpaña.
Iberus.i.Ebro rio de Eſpaña.
Ibis ibis.aue propria en Egypto.
Icarus.i.nombre de varones fue.
Icetaon.onis.Laomedontis filius.
Ichor.oros.interpretatur ſanies & cruor.
Ichthys.yos.interpretatur piſcis.
Ico.is.ici.por herir.
Icon.onis.figura o imagen.
Idar.atos.eſca vel cibus.
Idolum.i.idolo.imagen o eſtatua.
Idolothitum.i.ſacrificio a los idolos.
Idume.es.region en Iudea y Arabia.
Idus iduum.cierta cuenta delos meſes.
Iecur.oris.por el higado.
Iynx.torcecuello aue conocida.
Ignoſco.is.por perdonar o no conocer.

Ilaira.æ.hija fue de Leucipo.
Ilerda.æ.Lerida ciudad de Eſpaña.
Ilia ilium,por las tripas delgadas.
Ilico aduerbium,por luego ala hora.
Ilios,aut ilium,por la ciudad de Troia.
Ilijus.i.por vn rio cerca de Athenas.
Ilos.otos.interpretatur ſeruus.
Illecebræ.arum.los halagos.
Illex.icis,por el añagaza.
Illiberritanus.a.um.por coſa de Granada ciudad.
Illicio.is.por atraer con halagos.
Illido.is.por herir vna coſa con otra.
Imas imantos,interpretatur ſcutica.
Imbrex imbricis.por la teja.
Imbuo.is.embeuer en otra coſa.
Ingruo.is.por hazer impetu.
Immaneo.es.por quedar en algun lugar.
Immineo.es.por eſtar encima de otra coſa.
Impedio.is.por embaraçar.
Impertior.iris.por dar parte.
Impetix.igis.por el empeine.
Impete.ablatiuus ab impetu.
Impingo.is.por empuxar.
Impos.otis.por coſa no poderoſa.
Impubes.is.el que aun no tiene barbas.
Inater.interpretatur ianitrix.
Inculco.as.por recalcar vna coſa con otra.
Incubo.as.acoſtarſe ſobre algo.
Incunabula.orum.la criança de niñez.
Incus.udis.por la yunque.
Incuſo.as.por quexarſe de alguno.
Indecor.oris.coſa fea o ſin honor.
Indiges.etis.el ſancto canonizado.
Indoles.is.ſeñal de virtud enlos niños.
Induciæ.arum.las treguas.
Ineptior.iris.hazer bouerias.
Inferi.orum.los dioſes del infierno.
Inferiæ.arum.las offrendas delos muertos.
Infero.ers.intuli.por traer adentro.
Inficias eo.negar lo hecho.
Infigo.is.imprimir apretando.
Infringo.is.por quebrar.
Inguen.inis.por la ingle.
Inoleo.es.vel inoleſco.por crecer.
Inops.opis.pobre o menguado.
Innuba.æ.muger no caſada.
Inquies.etis.coſa ſin holgança.
Inquino.as.por enſuziar.
Inſculpo.is.por eſculpir.
Inſideo.es.aſſentarſe en algo.
Inſidiæ.arum.por aſſechanças.
Inſtar.aris.por ſemejança.
Inſtigo.as.aui.por inſtigar.
Inſulto.as.ſaltar para mal hazer.
Inter prepoſitio.por entre.
Intercus.utis.coſa entre cuero y carne.
Intercipio.is.por entreſacar.
Internodium.ij.por cañuto.
Interpres interpretis.el faraute o trujaman.

Intra prepoſitio.por entre.
Intybus.i.la chicoria o endibia.
Innula.æ.la enula campana.
Innus.i.por el dios Pan.
Iocus.i.burla de palabras.
Ionium.mar entre Grecia & Italia.
Ioſephus.i.vn caudillo delos Iudios.
Iopas.æ.cantor en el Vergilio.
Iphytus.i.vn varon enel Vergilio.
Ir.iros.interpretatur procella.
Irrumo.as.eſt mentulam ori inſerere.
Iſagoga.æ.interpretatur introductio.
Iſara.æ.vn rio de Francia.
Iſaurus.i.vn rio de Italia.
Iſaurus.i.vna ciudad de Cicilia.
Iſidorus.i.nombre es de varon.
Iſmarus.i.vn monte Thracia.
Iſte iſta iſtud.por eſſe ſecunda perſona.
Ithyreus.i.interpretatur directiuus.
Iubar.aris.interpretatur claritas.
Iubilus.i.por grita de alegria.
Iugum.i.el yugo o junta de bueyes.
Iugum.i.enxullo o vanco de galea.
Iuga.orum.la cumbre del monte.
Iugerum.i.por vna huebra de tierra.
Iupiter.iouis.aquel dios delos gentiles.
Iuratus.a.um.coſa juramentada.
Iuſtitium.ij.las vacaciones del juyzio.
Iuſta.orum.las exequias delos muertos.
Iuuo.iuuas.por ayudar.
Iuxta prepoſitio.por cerca.
Ixion.onis.Ixion qui torquetur apud inferos.

LAbes.is.por la corrupcion.
Labicum.i.vn lugar cerca de Roma.
Labo.as.aui.caer derrocando.
Labor.eris.caer deſlizandoſe.
Laburnum.i.por vna ſpecie de robre.
Lacedæmon.onis.vir ex Lacedæmone.
Lacer.a.um.coſa deſpedaçada.
Laceſſo.is.deſafiar o prouocar.
Laches.etis.vn varon en Terencio.
Lacon.onis.varon de Lacedemonia.
Lacena.æ.muger de Lacedemonia.
Lacteſ.ium.por entreſijo.
Lacto.as.aui.por amamantar.
Ladon.onis.vn rio de Theſſalia.
Lædo.is.leſi.por liſiar o dañar.
Lælaps.apis.interpretatur procella.
Lælaps.apis.vn can enel Ouidio.
Leſtrigones.pueblos fueron en Italia.
Læuis.e.coſa liſa ſin pelos.
Lagenum.i.por la laſaña o hoxuela.
Lagus.i.el padre de Ptolomeo.
Lagopus.odis.animal que tiene pies de liebre.
Lalage.es.nombre celebre de muger.
Lalax.agos.interpretatur loquax.
Lamentor.aris.por llorar gritando.
Lamina.æ.la lama de metal.
Lampas.ados.interpretatur fax facis.

ALEXANDER

Lampedo.us.nomen celebre fœminarum.
Lampon.onis.nomen viri celebre.
Laniſta.æ.por eſgremidor.
Laocoon.ontis.varon fue Troiano.
Larius.ij.vn lago fue de Italia.
Lariſſa.æ.vna ciudad de Theſſalia.
Larix.icis.ſpecie de pino arbol.
Larynx.gis.pro gutture.
Laſſer laſſeris.por el aſſar.
Latebræ.arum.por eſcondedijos.
Latex.icis.el vino o agua.
Laterna.æ.por la lanterna.
Latona.æ.la madre de Apollo y Diana.
Latrina.æ.por priuada.
Latrix.idos.interpretatur ancilla.
Lauinium.ij.vna ciudad antigua de Italia.
Lauinia.æ.vna hija del rey Latino.
Learchos.i.Athamantis filius.
Lebes lebetis.el calderon decobre.
Lecythus.i.por el azeytera.
Lectica.æ.las andas de biuos.
Lectito.as.por leer a menudo.
Lego.as.aui.por mandar o embiar.
Lego.is.legi.por leer coger o hurtar.
Lelex.gis.pueblos fueron de Theſſalia.
Lemures.um.las fantaſmas dela noche.
Lens lendis.por la liendre.
Lens lentis.por la lenteja.
Leontophonos.leonem necans.
Lepos.oris.la gracia enel hablar.
Lepus.oris.la liebre.
Leſbos leſbi vna iſla de nueſtro mar.
Leſtes.æ.interpretatur latro.
Lethes.æ.vn rio del infierno.
Leucaſpis.nomen celebre apud Vergilium.
Leuus.a.um.por coſa ſinieſtra.
Leucipos.virorum nomen.
Leuir leuiri.por el cuñado.
Leuis.por coſa limana.
Leuites.æ.vel leuita.æ.vir ex tribu Leui.
Leuitis.idis.fœmina ex eadem tribu.
Libanus.i.vn monte de Iudea.
Libertus.i.por el libre de eſclauo hecho.
Liberta.æ.la libre de eſclauo hecha.
Liberi.orum.el hijo o hijos o nietos.
Libethrum.i.oppidum.
Libye.es.quæ latine dicitur Aphrica.
Libys.is.por varon de Africa.
Libs libos.interpretatur ventus Aphricus.
Libyſſa.æ.vna muger de Africa.
Libido.inis.la luxuria o antojo.
Libo.as.aui.por guſtar ſacrificando.
Libum.i.la offrenda que ſacrificamos.
Libripens.dis.el que peſa la moneda.
Licabas.nomen pprium viri apud Ouidiũ.
Lycaon rex Arcadiæ.
Licas.æ.el que lleuo a Hercules la camiſa.
Lichen.enis.el vſagre o empeine.
Licitor.aris.poner en precio o en almoneda.

Licinus.i.vn varon Romano.
Licitor.aris.poner precio en almoneda.
Liceo.es.por ſer vendido en almoneda.
Licium.ij.por el lizo dela tela.
Lyen.enis.por el baço.
Lyenteria.el fluxo del vientre.
Liger.eris.nõbre de varõ enel Vergilio
Ligo.onis.el açada o açadon.
Ligo.as.aui.por atar.
Lignor.aris.yr por leña.
Ligur liguris.varõ o muger de Genoua
Ligurio.is.comer delicadamente.
Lilea.æ.vna ciudad de Bœocia.
Lilybæum.i.vn cabo de Sicilia.
Limax limacis.el caracol o limaza.
Limen limenos.interpretatur portus.
Limes limitis.por la linde o ſenda.
Limus.i.por el limo dela tierra.
Lindos.ciudad de Rhodas yſla.
Linguo.is.por lamer con lengua.
Linquo.is.por dexar.
Lino linis.por vntar.
Linum.i.por el lino yerua y materia.
Linus.i.poeta antiguo hijo de Apollo.
Linther.thris.la barca pequeña.
Lynx.gos.interpretatur ſingultus.
Lynx.cis.vn animal no conocido.
Liqueo.es.liqueſco.cis.por derretirſe.
Liquo.as.aui.por colar.
Liquor.oris.lo que ſe derrite.
Liquidus.a.um.por coſa clara y liquida.
Lira.æ.por la tierra entre dos ſulcos.
Lyra.æ.por vn inſtrumento muſico.
Lyricen.inis.el que lo tañe.
Lyricina.æ.por la que lo tañe.
Lirneſus.i.vna ciudad de Frigia.
Lis litis.por la contienda.
Lyricen.inis.por el trompetero varon.
Lyricina.æ.la muger trompeta.
Literæ.arum.la carta menſagera.
Litura.æ.por el borron o raedura.
Lixa.æ.por el aguador del real.
Loculi.orum.la bolſa o bolſico.
Locuples.etis.por el rico o rica.
Lodix.icis.por la manta.
Lœtum.i.por la muerte.
Logos logu.interpretatur ſermo.
Lorica.æ.por la malla o cota.
Lophos.u.criſta ſiue collis.
Lorum.i.la cuerda o coyunda.
Lothos.i.arbol proprio de Africa.
Lubricus.a.ũ.por coſa que ſe deſliza
Lucellum.i.por la ganancia pequeña
Luceo.es.por reſplandecer.
Lucumo.onis.pueblos fueron de Thuſcia.
Luceres.um.vna de tres partes delos Romanos.
Ludo.is.por jugar o burlar.
Lugeo luges.por traer luto.
Lumbricus lumbrici.por la lombriz.

Luo.is.por laſtar o pagar pena. Lues.is. por mortandad.
Lupercalia.orum.fieſtas eran del dios Pan.
Luſitania.æ.por Portugal.
Luſtrum.i.ſpacio de quatro años.
Luſtra.orum.por la puteria o breña.
Luter.eris.vaſo para nos lauar.
Lutum luti.por el lodo o cieno.
Luxuria luxuriæ.la luxuria o demaſia.

MAcar macaros.interpretatur beatus.
Macars macartos.interpretatur item beatus.
Macedo macedonis.vn varon de Macedonia.
Macer.a.um.por coſa magra.
Macero maceras.por curtir o remojar.
Macetes tum.por los Macedones.
Macte in vocatiuo.por ô acrecentado.
Macti in vocatiuo.por ô acrecentados.
Machina.æ el ingeño o edificio.
Maa.as.quæ a Latinis maia.
Meandros fluuius eſt Lydiæ.
Meon.onis.vir a quo dicta Meonia.
Magalia magalium.las majadas delos paſtores.
Magiros.interpretatur coquus coqui.
Magnes magnetis.por piedra iman.
Magnes.etis.por vn varon de Magneſia.
Magnetis.is.hembra de alli.
Magneſia magneſiæ.por aquello meſmo.
Magneſia.æ.vna region de Theſſalia.
Menalus.i.vn monte de Arcadia.
Maiores maiorum.por nueſtros antiguos.
Mala malæ.la maxilla dela cara.
Malus mali.por el mançano.
Malum.i.por la mançana.
Mamercus.i.prenombre es de Romanos.
Mamertinus mamertini populi ſunt Siciliæ.
Mamma.æ.por la teta dela muger.
Mamilla mamillæ.por teta pequeña.
Mamura.æ.nombre de vn Romano.
Mamurius.ij.por vn herrero.
Mandibula mandibulæ.por la quixada.
Mando.as.aui.por embiar o encomendar.
Mando is.mandi.por comer o maxcar.
Mandragora.æ.la mandragora yerua.
Maneo.es.manſi.por quedar o eſperar.
Manes ium.las animas del infierno.
Mango.onis.el que vende eſclauos.
Mantile.is.pañezuelo de manos.
Mantis.ios.vates diuinus.
Manto.us.Tyreſiæ filia.
Manubiæ.arum.dinero del botin.
Mapalia.ium.por majadas de paſtores.
Marcipor.oris.el eſclauo de marco.
Margarita.æ.aljofar o perla.
Margo.inis.la margen o ribera.
Marica.æ.nemus eſt Italiæ & nomen nymphæ.
Marpeſus.i.vn monte de Paros iſla.
Martyr.yris.interpre.teſtis. Mars.tis.el dios dela guerra.
Mas maris.el macho de cada ſpecie.
Maſes.etos vir de quo Homerus.
Maſſilia maſſiliæ.vna ciudad de Prouencia.
Maſſylus maſſyli.pueblos ſon de Africa.

Maſtice.es.por el almaziga. Maſtix.ichis.aquella meſma.
Maſtyx.gis.interpretatur flagellum.
Maſtigia.æ.interpretatur verbero.
Matheſis.eos.interpretatur doctrina.
Mauors.tis.por el dios Mars.
Mauritania.æ.la Africa occidental.
Mecon.onis.interpretatur papauer.
Medea.æ.aquella gran hechizera.
Medeon.onis.oppidum eſt Boeotiæ.
Medeor.ris.por melezinar.
Mediolanum.i.por Milan ciudad de Lombardia.
Medis.enos.interpretatur nullus.
Medon.onis.vnus ex procis Penelopes.
Meges megetos.vir apud Homerum.
Megeris.interpretatur congregatio.
Meio.is.minxi.por mear.
Melan.anos.interpretatur nigrum.
Melas.anos.interpretatur niger. Melas.æ.vn rio de Lydia
Melampus.odis.varon fue adeuino.
Melanthium melanthij.por axenuz.
Melilotus meliloti.corona de rey yerua.
Melite melites.inſula prope Siciliam.
Melos.eos.interpretatur cantus ſeu membrum.
Memor memoris.coſa que ſe acuerda.
Memphis.is.ciuitas Aegypti.
Men menos.interpretatur menſis.
Menalipus.i.nomen viri celebre.
Menander.i.vn poeta comico griego.
Menapi.orum.pueblos ſon de Francia.
Menas.adis.la ſacerdotiſſa de Baccho.
Menelaus.i.rex Laconum Helenæ coniux.
Menis.idos.interp.ira. Mendicus.a.um.coſa pediguena.
Menix menigis.la pia madre del meollo.
Menogenes.nombre de varon. Menon.onis.auroræ filius.
Mens mentis.por el anima.
Mentor.oris.celator nobilis.
Meracus meraca meracum.coſa pura.
Merces mercedis.la ſoldada o jornal.
Meretricula meretriculæ.puta pequeña.
Merges.itis.por manojo. Mergo.gis.por anegar enel agua
Mermis.intos.interpretatur funiculus.
Meridies meridiei.por el medio dia.
Meriones.is.por vn griego.
Merops.opis.el abejaruco aue. Merops.opis.no.pro.viri.
Meſſana.æ.Meçina ciudad de Sicilia.
Meſapus.i.vn varon enel Vergilio.
Meſochorus.i.el principe del choro.
Meſtor meſtoros filius Priami.
Metallum metalli.por el minero.
Metamorphoſis metamorphoſeos.tranſmutatio.
Metaphyſica.orum.vn libro de Ariſtoteles.
Metaphora metaphoræ.interpretatur tranſlatio.
Metaurus.ſiue metaurum.por vn rio de Italia.
Meter.etros.interpretatur mater.
Metior.iris.por medir.
Methodus.i.interpretatur doctrina.
Meto metis.por ſegar o cortar.
Metopon.interpretatur frons frontis.
Metreta.æ.por medida para medir.
Mica micæ.por miga o migaja.

Mico.as.cui.por reſplandecer.
Myceos.i.interpretatur fungus.
Michol muger fue de Dauid.
Micone.es.por vna yſla del arzapielago.
Micturio.is.por auer gana de mear.
Mydas.æ.rex Phrygie.
Mygdon.onos.vir celebris apud Homerum.
Miles.itis.por varon o muger armada.
Mileſius.a.um.por coſa de Mileto.ciudad.
Milo.onis.nombre ꝓprio de varon.
Milium.ij.por mijo legumbre.
Mimas.antis.por vn monte de Aſia menor.
Mina minæ.por vna cierta moneda.
Minæ.arum.por las amenazas.
Minerua.æ.por la dioſa Palas.
Mines.etos.filius Eueni apud Homerum.
Myniæ.arum.pueblos ſon de Theſſalia.
Minio.onis.por vn rio de Italia.
Miniſcor.eris.aquo reminiſcor.
Minius.ij.por vn rio de Galizia.
Minium.ij.por el bermellon.
Minos.ois.por vn rey de Creta.
Minores.orum.por los nietos deſcendientes.
Myops.opos.interpretatur tabanus.
Myrica.æ.por xara o iniesta.
Mirmex.ecos.interpretatur formica.
Myron.interpretatur vnguentum.
Myron.onis.por vn platero o entallador.
Myrrhinus.a.um.por coſa de myrrha.
Mys myos.interpretatur mus.
Myſterium.ij.por el myſterio ſecreto.
Mytilus.i.por vn genero de concha.
Myton mytonos.nomen proprium viri.
Mitra.æ.por la coſia o coifa.
Mna mnæ.idem eſt quod mina.æ.
Mnemoſyne.es.mater eſt Muſarum.
Moabites vel moabita.aliquis ex terra Moab.
Moabitis.idis.por vna muger de aquella tierra.
Moles.is.por muela o edificio.
Molimen.inis.por el aparato del edificio.
Moly molyos.herba centum capita.
Molion.onos.vir apud Homerum.
Molior.iris.por apareſar.
Molops.opos.interpretatur vibex.
Mœnia.ium.por los muros dela ciudad.
Monoptota.por coſa de vn caſo.
Monas monadis.por vnidad.
Monychus.i.por vno delos Centauros.
Monile.is.por el collar de oro.
Monoceros.otis.por el vnicornio.
Monops.opos.interpretatur vnoculus.
Monumentũ.i.por memoria de algo o ſepulcro.
Moretum.i.por el almodrote.
Morges.etos.vir & rex Italie.
Morio.onis.por el bouo.
Morini.pueblos ſon de Brujas.
Morus.i.por moral arbol.
Morum.i.por la fruta del.
Moſa.æ.fluuius eſt Gallie Aquitanice.
Mos moris.por la coſtumbre.
Moſes.is.propheta y capitan delos Iudios.
Mulceo.es.mulſi.por halagar.
Mulciber.bris.por el dios Vulcano.
Mulgeo.es.mulſi.por ordeñar.
Mulcto.as.aui.por peñar en dinero.
Mulio.onis.por azemilero o mulatero.
Multicium.ij.por veſtidura delicada.
Municeps.pis.por morador dela villa.
Municipium.ij.por villa con juridicion.
Munimen.inis.por guarnecimiento.
Munus.eris.por el don.
Muria.æ.por ſalmuera o ſalmorejo.
Mus muris.por el raton.
Muſa.æ.por la muſa o inquiſidora.
Muſcus.i.por el almizque.
Muſcus.i.por moho de arbol.
Muſtacium.ij.por pan amaſſado con moſto.
Mutina.æ.por vna ciudad de Italia.
Mutilus.a.um.por coſa mocha.
NAbis.is.por la girafa aial peregrino.
Nabilis.e.por coſa que ſe puede nadar.
Nanciſcor.eris.por alcançar o ganar.
Napus.i.por nabo luengo.
Nar.ris.por vn rio de Vmbria en Italia.
Narciſſus.i.puer & flos.
Nares.ium.por las narizes.
Naricia.æ.vna iſla enel mar Ionio.
Naſica.æ.nombre proprio de vn Romano.
Naſo.onis.por hombre narigudo.
Naſus.i.por la nariz.
Narthex.cos.interpretatur ferula.
Natalis.is.por el dia del naſcimiento.
Natales.ium.por el eſtado en que naſcemos.
Natu.por el naſcimiento.
Natrix.cis.por cierta ſerpiente.
Naufragus.a.ũ.por el q̃ ſe le quebro la naue.
Nauſica filia Alcinoi.
Nebris.idis.por pelleja de gama.
Nebrophonos.interpretatu hinnulos necans.
Necys.yos.interpretatur mortuus.
Neco.as.aui.por matar.
Nectar.aris.por lo que beuen los dioſes.
Necto.is.xui.por enlazar.
Neelys.ydos.nuper aduenien.
Nefas indeclinabile.por lo illicito.
Nefandus.a.um.por coſa no licita.
Nefarius.a.um.por lo meſmo.
Nefrens.dis.por cochino de menos de año.
Negligo.is.exi.por menoſpreciar.
Nemee.regio eſt Elidis.
Nemeſis.Dea indignationis.
Neniæ.arum.por las endechas.
Neo.nes.por hilar.
Nepa.æ.por ſcorpion o alacran.
Nepos.otis.por el nieto.
Neptis.is.por la nieta.
Neoterici.por los autores modernos.
Neptunalia.orum.las fieſtas de Neptuno.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINAN

Nequam indeclinabile, por coſa luxurioſa.
Nequaquam. en ninguna manera.
Nequeo. is. por no poder.
Nequicia. æ. por luxuria o malicia.
Nequis, por ninguno.
Ne aduerbium eſt negandi.
Nereus. ei. por el dios dela mar.
Nerio. enis. por la muger del dios Marte,
Neris. idos. nomen ꝓprium apud Papinium.
Neritus. i. por vn monte dela iſla Itaca.
Neſtor. oris. por vn varon Griego.
Neſtorides, por vn hijo o nieto de Neſtor.
Nex necis, por la muerte.
Nexo. as. aui. enlaxar o trauar.
Nexo. is. ui, por aquello meſmo.
Nice. es. interpretatur victoria.
Niceterium. ij. por inſignias del vencimiento.
Nyctalops. opos. interpretatur luſcioſus.
Nicticorax. acis. por la lechuza aue.
Nyctimene, moça fue de Leſbo iſla.
Nimirum aduerbium, por ciertamente.
Niniue. es. por la ciudad de Niniue.
Niobe. es. por vna hija de Tantalo.
Ninus. i. por vn rey delos Aſſirios.
Nireus. i. por vn niño muy hermoſo.
Niſærus. i. por vna iſla enla ribera de Caria.
Niſus. i. por el alcotan o eſmerjon.
Niteo. es. por reſplandecer.
Nitor. eris. por eſtriuar o esforçarſe.
Nix. niuis. por la nieue.
Noctiuagus. a. um. por coſa que ande de noche.
Noctu aduerbium, por de noche.
Nola nolæ. por vna ciudad de Italia.
Nolo, non vis. por no querer.
Nomas. adis. pueblo es de Africa.
Nomion. onos. vir apud Homerum.
Nonæ. arum. por ciertos dias del mes.
Nonagies aduerbium, nouenta vezes.
Nongenties aduerbium, nouenta vezes.
Nongies, por aquello meſmo.
Noricon. i. por vna region cerca de Dalmacia.
Noſtras. atis. por coſa de nueſtro vando.
Nota. æ. por la ſeñal o letra eſcripta.
Noto. as. aui. por ſeñalar.
Notus. i. por el viento de medio dia.
Notus. a. um. por coſa conoſcida.
Nothus. i. por el baſtardo no legitimo.
Nouacula. æ. por la nauaja.
Noueni. æ. a. por de nueue en nueue.
Nouicius. a. um. por coſa nueua en arte.
Nouies aduerbium, por nueue vezes.
Nubes nubis, por la nube.
Nubo. is. por caſarſe la muger.
Nugæ. arum. por los deſuarios.
Numa. æ. por el ſegundo rey delos Romanos.
Numanus. i. por vn varon en el Vergilio.
Numantia. æ. por vna ciudad de Eſpaña.
Numen. inis. por dios o poder diuino.
Numiſma. atis. por el mesmo o moneda.
Numicius. ij. por vn rio de Italia.
Nundinæ. arum. por ferias de nueue dias.
Nunquid aduerbium, por auentura.
Nuo. is. por guiñar o hazer del ojo.
Nuper aduerbium, por poco ha.
Nuptiæ. arum. por las bodas.
Nus noos, interpretatur mens.
Nutrio. is. por criar.

OB prepoſitio, por en derredor.
Obelus. i. interpretatur veru.
Obeliſcus, interpretatur veruculum.
Obæſus. a. um. por coſa grueſſa.
Obex. icis. por el obſtaculo o eſtoruo.
Obijces, eſt obſtaculum.
Obijcio. is. eci. por contraponer.
Oblecto. as. por alegrar a otro.
Obliuiſcor. eris. por oluidar
Obolus. i. por cierta moneda.
Obruo. is. rui. por poner ſo tierra y agua.
Obſes. idis. por el rehen.
Obſtipus. a. um. por coſa cabezcayda.
Obticeo. es. obticui, por callar, abſolutum.
Obtrecto. as. por reprehender lo que otro haze.
Ochema. atos. interpretatur currus.
Occido. is. penultima breui, por caer.
Occido. is. penultima longa, por matar.
Occino. is. por cantar en contrario.
Occiput. itis. por el colodrillo.
Ocys, interpretatur velox. citus.
Octies aduerbium, por ocho vezes.
Octoni. æ. a. por de ocho en ocho.
Occulo. is. ului. por aſconder.
Odus. ontos, interpretatur dens.
Oeax oeacos, interpretatur temo. onis.
Oeconomica. orum, por la economica.
Oeconomus, interpretatur villicus.
Oecophilax. acos. i. domi cuſtos.
Oedipus. odis. por vn rey de Thebas.
Oenomeli. por la clarea de vino y miel.
Oenops. opos. vir Homero in Odiſſea.
Oeſopum. i. por la groſſura de lana ſuzia.
Oeſtrus. ri. interpretatur tabanus.
Offa. æ. por carne ſin hueſſo.
Offella. æ. por aquello meſmo.
Offendo. is. por tropeçar.
Officio. is. eci. por empecer.
Ogdoas. ados. interpretatur octaua.
Ohe, interiectio ridentis.
Olearos. i. por vna iſla del arzapielago.
Oleaſter. tri. por el Azebuche.
Oleaginus. a. um. por coſa de oliua.
Olenos, por vna ciudad de Etolia o Boecia.
Oleo. es. por oler echando de ſi olor.
Olethros. interpretatur perditor.
Olfacio. is. por oler recibiendo olor.
Olim aduerbium, por en algun tiempo.
Olympionices. æ. por vencedor en olympia.
Olympus. i. mons eſt multis in locis.
Oloſon. onos. nomen ꝓprium viri.

Olx olcos, interpretatur ſulcus.
Omaſum.i. por groſſura enla barriga.
Omelix, interpretatur coetaneus.
Omitto.is. por dexar.
Omoſtix. interpretatur coniux.
Onar.ros. interpretatur ſomnium.
Oniar. interpretatur æque ſomnium.
Onyx onychis. por la cornerina piedra.
Onos.u. interpretatur aſinus.
Opa.æ.n. pro. fœmine.
Opacus.a.um. por coſa ſombria.
Opaon.onis.no. pro. viri.
Operio.is. operui. por cobrir.
Opes.um. por las riquezas.
Ophis.ios. interpretatur ſerpens.
Ophrys.yos. interpretatur ſupercilium.
Opilio.onis. por el paſtor de ouejas.
Opimus.a.um. por coſa fertil y grueſſa.
Opis.is. por vna nympha.
Opis in genitiuo. por ayuda.
Opis, interpretatur retro.
Opois. idem eſt quod opus opuntos.
Oporinos, interpretatur autumnalis.
Operior.iris. por eſperar a otro.
Opifex.icis. por official de algun arte.
Ops.opos. per. o.mega. eſt oculus.
Ops, opos. per. o.micron eſt vox.
Optimates.um. por los buenos ciudadanos.
Opus.untos. por vna ciudad de Grecia.
Ora oræ. por la coſta dela mar.
Orbis.is. por la redondez.
Ordior.iris. por ordir y començar.
Orichalchum.i. por alaton moriſco.
Orgentorix.igis. vn principe Frances.
Orbium.i. oppidum eſt Thraciæ.
Origanum.i. por el oregano yerua.
Origenes.is.no. pro. viri.
Origeneſtes.æ. ex Origenis ſecta.
Orion.onis. por vna cierta conſtellacion.
Orior.iris. por naſcer.
Orithia.æ.n. pro. fœminarum.
Oryx.ygis vn animal es no conoſcido.
Ornix.ithos. interpretatur gallina.
Orobus.i. interpretatur eruum, lieruo.
Orodes.is. por vn varon enel Vergilio.
Orthographia.æ. por la orthographia.
Ortyx.gos. interpretatur coturnix.
Os.otos interpretatur auris.
Oſcen.inis. por el que canta con la boca.
Oſcinæ.æ. por la que canta con la boca.
Oſiris.idis. por vn dios delos Griegos.
Ouis.is. por la oueja.
Oxymeli. potio ex aceto & melle.
Oxys, interpretatur velox & acutus.
Oxytonos interpretatur accentus acutus.

P

Pabulum.i. por el paſto que no es grano.
Pabulor.aris. por yr a buſcar paſto.
Pachinus.i. por vn cabo de Sicilia.
Pachys.ios. interpretatur craſſus.
Paſciſcor.eris. por hazer pacto.
Pacorus.i. por vn Rey de partia.
Pacuuius.ij. por vn poeta antiguo.
Pactolus.i. vn rio de Lydia.
Padus.i. por vn rio de Italia.
Pæan.anis. Apollo aut laus illius.
Pes pedos, interpretatur puer.
Pædagogus. por el ayo del niño.
Pædico.as. por hazerlo a moço.
Pedrotribes, interpretatur exercitor puerorum.
Pægma.atis. interpretatur ludus.
Pagaſis.idos. fœminina a pagaſa vrbe.
Pagina.æ. por la hoja del libro.
Pago.is. pepigi. por hazer pacto.
Pagus.i. por el barrio o aldea.
Pala.æ. por la pala o arbol no conocida.
Palatum.i. por el paladar.
Palinodia.as. interpretatur recantatio.
Pallas.antis. por el hijo del rey Euandro.
Pallas.adis. por la dioſa Mineruа.
Palleſco.is. por amarillecerſe.
Pallicus.i. filius Iouis ex Thalia.
Palmes.itis. por el ſarmiento enla vid.
Palor.aris. por huyr el deſbaratado.
Palus.udis. por la laguna.
Palus.i. por el palo o picota.
Pamphagos. interpretaur omnia comeden...
Pamphylia.æ. por vna region de Aſia la menor.
Pampinus.i. por el pampano dela vid.
Pan panos. deus paſtorum.
Panaretos. eſt omnimoda laudatio.
Pandamator.oros. omnia domans.
Pando.is. por abrir o manifeſtar.
Panegyris panegyrios, interpretatur feſtũ & laus
Pangeus.i. & Panged.orum mons eſt Thraciæ.
Pango.gis. por plantar o componer.
Panſa.æ. por patudo de pies llanos.
Panther.eris. penultima acuta. no. pro. viri.
Panthér.eris. vltima acuta animal celebre.
Panthous.us. vir fuit Troianus.
Panthoides.æ. filius Panthus.
Papauer.eris. por la dormidera.
Pape interiectio admirantis.
Papo.as. por comer papas.
Papas.æ. interpretatur auus aui.
Papilio.onis. por la mariposa.
Par paros. interpretatur par paris.
Paradiſus.i. eſt hortus.
Paragoge.es. interpretatur deductio.
Paraſceue.es. interpretatur preparatio.
Paraſitus.i. por truhan por comer.
Parco.is. por perdonar o guardar.
Paris.idis. por vn hijo de Priamo.
Parnaſus.i. mons Phocidis.
Parthenius.ij. por vn monte de Arcadia.
Parthenius.ij. por vn rio de paphlagonia.
Parthenope.es. ciuitas eſt Neapolis.
Parthenopeus.i. por vn rey de Arcadia.
Partior.iris. por partir

Parturio.is.por auer gana de parir.
Paſco.is.paui.por apaſcentar el ganado.
Paſcua.æ.por el paſto o debeſa.
Paſſer.eris.por el gorrion.
Paſſus.us.por el paſſo o paſſada tendida.
Paſſum.i.por por el vino baſtardo.
Paſtinaca.æ.por çanahoria o cierto pece.
Pateo.es.patui.por ſer manifieſto.
Patagia.æ.por vn rio de Sicilia.
Patauium.ij.por padua ciudad.
Patina patinæ.por el plato.
Patriſſo.as.por remedar al padre.
Patro.as.aui.por hazer.
Patrocinium.ij.por el abogamiento.
Paueo vel paueſco.por auer pauor.
Paulatim aduerbium.por poco a poco.
Pecten.inis.por el peyne o pendejo.
Pecto.is.por peynar.
Peculium.ij.por el pegujal.
Pecus.oris.por el ganado.
Pecus.pecudis.por la res como oueja.
Pedes.itis.por hombre o muger de pie.
Pediculus.i.por el piojo o ladilla.
Pediſſequa.æ.por el que acompaña a otro.
Pedo pedis.pepedi.por peer.
Pedo.onis.por vn que tiene grandes pies.
Pegaſus.i.por vn cauallo con alas
Peiero.as.aui.por periurarſe.
Pelagon.onos.vir apud Homerum.
Pelamys.idis.por atun nueuo.
Pelyx.interpretatur galea.
Pelecan.anos.auis eſt pelecanus.
Pelecas.antos.eadem auis eſt.
Peleus.ei.Eaci filius fuit.
Pelias.æ.hijo fue de Neptuno y rey de Theſſalie.
Pelias.adis.por coſa de hembra de pelion monte.
Peligni.orum.por pueblos de Italia.
Pelion.ij.por vn monte de Theſſalia.
Pellicio.is.pellexi.por atraer con halagos.
Pello.is.pepuli.por empuxar.
Pelops.opos.Tantali filius.
Pelos.oros.interpretatur magnum.
Peloros.idem quod pelorus.
Pelorus.i.por vn monte cabo de Sicilia.
Peluis.is.por el bacin de pies.
Peluſium.ij.por vna ciudad de Egypto.
Penates.um.por los dioſes de caſa.
Pendeo.es.por eſtar colgado.
Pendo.is.por dar o pagar penſion.
Penelope.es.filia Icarij mulier Vlixis.
Penes prepoſitio.por cerca en ſeñorio.
Penes.etos.interpretatur pauper.
Penetro.as.por meter adentro.
Penitus aduerbium.por del todo punto.
Pentagonus.i.por de cinco rincones.
Pentaptoton.quod per quinq; caſus declinatur.
Pentecoſte.interpretatur quinquageſima.
Pentheus.i.por vn rey de Thebas.
Penus.oris.por la prouiſion de comer.
Penus.us.aquello meſmo.
Peperi.interpretatur piper.
Permaneo.es.permanecer haſta el cabo.
Pera.æ.por el çurron o eſclauina.
Perdix.icis.perdix auis.
Perendie aduerbium.por traſmañana.
Percello.is.perculi.por herir.
Pergamum.i.vna noble ciudad de Aſia.
Pergama.orum.la Ciudad de Troya.
Pericles.is.Capitan delos Athenienſes.
Periclimenes.æ.hijo de Neleo rey de pylo.
Periction.onos.nomen pp.viri.
Periculum.i.por peligro o eſperiencia.
Perihodus.i.eſt circuitus finis aut terminus
Perimo.is.por matar
Peripetaſma.atis.el cielo dela cama.
Periphas.antos.no.p.apud Vergilium
Peripſema.interpretatur purgatio.
Periſtromaton.genus quoddam veſtis.
Permeſſus.i.vn rio de Boeocia.
Pero.onis.abarca de cuero crudo.
Pernicies.ei.muerte o deſtruycion.
Perpes.etis.coſa perpetua y continua.
Perpetior.eris.por ſufrir haſta el cabo
Perpetro.as.por hazer en mala parte.
Perrhebus.a.um.coſa de Theſſalia
Perſephone.es.pſerpina dioſa del infierno.
Peruſium.ij.Peruſa ciudad de Italia.
Peſſundo.as.por acocear.
Petaſo.onis.por tocino.
Petilia.æ.ciudad dela Brucia.
Peto.is.herir o demandar.
Pheax.acos.aliquis vir ex Phæacia.
Phaeton.ontis.hijo del Sol & Climene
Phaetuſa.hija del Sol y Neara.
Phabs phabos.interpretatur palumbes.
Pharinx.gos.interpretatur guttur.
Pharmacopola.æ.boticario.
Phaſellus.i.por la barca.
Phaſis.idis.vn rio delos Colchos.
Phalanx.batalla a pie.
Phemonoe.vna de diez Sybilas.
Phenax.acos.interpretatur deceptor.
Pheretrum.i.las andas de muertos
Pher.eros.interpretatur fera.
Phicus.untos.ciuitas Aphricæ
Phygopolis.interpretatur fugiens ciuitatem
Phylax.acos.interpretatur cuſtos.
Phyleros.otis.n.p.de vn varon.
Phylix.idis.vna reyna de Thracia.
Phylocorus.i.fue vn hyſtoriador.
Philopatris.amans patriam.
Philopomenes.vir celebris apud Grecos.
Philos.interpretatur amicus.
Philotherſites.æ.amans Therſitem.
Philyra.æ.la teja arbol.
Phyſeter.eris.vna ſpecie de vallena.
Phyſica.orum.vna obra de Ariſtoteles.
Phlegeton.ontos.fluuius inferorum.
Phlyus.untis.vna ciudad de Achaia.

ALEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINANDUS

Phleps.bos.interpretatur vena.
Phoca.æ.por el lobo marino.
Phocis.idis.por vna region de Grecia.
Phocus.i.por vn hijo de Caco.
Phonaſcus.i.maeſtro que adoba la boz.
Phoneis.entos.interpretatur vocalis.
Phoenicopterus.i.aue de alas bermejas.
Phoenix.icos.vir a quo dicta Phoenice.
Phoeniſſa.æ.por muger de Phenicia.
Phor phoros.interpretatur fur.
Phorbas.antos.filius Priami.
Phorcin deus marinus.qui Phorcus.
Phos.otos.interpretatur lumen.
Phos photos.interpretatur vir.
Phrater.interpretatur tribulus.
Phrear.atos.interpretatur puteus.
Phren.enos.interpretatur mens.
Phrenitis non phreneſis.la freneſia.
Phryx.ygis.por vn varon de Frigia
Phrygia.æ.por muger de Frigia.
Phthir.iros.interpretatur pediculus.
Phthiſis.is.por tiſica dolencia.
Pica.æ.por la picaça.
Picenum piceni.la marca de ancona
Picentinus.a.um.coſa de alli.
Picus.i.varon fue buelto en aquella aue.
Pydes.etos.n.p.viri.
Pyga.æ.interpretatur clunis.
Pygargos.i.ſpecie de Aguila y Cieruo.
Pygres.etos.nomen viri proprium.
Pyla.æ.por la pelota para iugar.
Pileus.ei.el bonete o caperuça.
Pyla.æ.por el pilar para ſoſtener.
Pylene.es.por vna ciudad de Etolia.
Piles.etos.no.pro.viri.
Pylos.i.ciudad cerca de Theſſalia.
Pilus.i.por el pelo dela cabeça.
Pipo pipas.por piar el halcon.
Pipillo.as.por cantar el gorrion.
Piper.eris.por la pimienta.
Pitiſo pitiſſis.por batir el farro.
Pyr pyros.interpretatur ignis.
Pireus.ei.por vn puerto de Athenas.
Pirus.i.por el peral.
Pirum.i.por la fruta deſte arbol.
Pyragmon.onis.vno delos Ciclopes.
Pyramis.idis.coſa que ſube en agudo.
Pyrene.es.por los montes pireneos.
Pyretrum.i.por el pelitre rayz conoſcida.
Pyrgoteles.is.ſcalptor gemmarum.
Pyrois.entis.vno delos cauallos del ſol.
Pyropus.i.por el carbunco piedra.
Piſtacium.ij.el alhozigo arbol y fruta.
Piſtris.is.no.p.de vna naue.
Pitheus.vn rey de Troezen.
Pituita.æ.la flema humor.
Pyteleon ontis.por vn varon griego.
Pitys.yos.interpretatur pinus.
Pythmen.enos.interpretatur fundus.

Pythagoras.æ.n.pro.de vn philoſopho.
Pythius.a.um.coſa de Apollo.
Pitiſma.atis.interpretatur irroratio immo.
Pitlyſma.atis.por aquello meſmo.
Python.onis.la ſerpiente que mato Apolo.
Placus.untos.interpretatur Placenta.
Plaudo.is.fauorecer con boz & manos.
Planes.etos.interpretatur deceptor.
Plaga.æ.por region o playa.
Plaga.æ.la red para tomar fieras.
Plaga.æ.por la llaga o herida.
Platanon.onis.lugar de platanos.
Plebs.ebis.por el pueblo.
Pleuron.onos.ciuitas eſt Aetoliæ.
Plico.as.por plegar.
Plecto.is.por herir o punir.
Plutax.nomen proprium viri.
Pneuma.atis.por el ſpiritu.
Podagra.æ.por la gota delos pies.
Podalirius.ij.medico hijo de Eſculapio.
Poderis.is.veſtidura haſta en pies.
Poeſis.is.la poeſia arte.
Poema.la obra del poeta.
Poemen.enos.interpretatur paſtor.
Polis.interpretatur ciuitas.
Politis.idos.ciuis fœmina.
Polydamas.antos.vir Troianus.
Polychir.iros.interpretatur multimanus.
Polydorus.i.vn.hijo del rey priamo.
Polymneſtor.oris.rey fue de Thracia.
Polynices.no.p.viri celebre.
Polyphemos.vnus ex Cyclopibus.
Polycletus.i.vn entallador o eſtatuario.
Polypus.i.pulpo peſcado.
Pollex.icis.el dedo pulgar.
Pollis.inis.lo ſotil dela harina.
Pollux.cis.hijo de Iupiter
Poltin.inos.rex fuit Thraciæ.
Pompholix.por la lauadura de eſcorias
Pompholix.igos.interpretatur bulla.
Pondo in plurali.por libra.
Pondus.eris.por la carga.
Pone præpoſitio & aduerbium.por tras.
Ponos.interpretatur labor vel dolor.
Pontus.i.por el mar.
Popa.æ.la groſſura del vientre.
Popeanum.cierto afeyte de mugeres.
Popiſma.atis.herida de vna mano cō otra
Poples.itis.la rodilla por detras.
Populus.i.por el pueblo.
Porſena.æ.rey fue delos Etruſcos.
Portio.onis.la parte o racion.
Portulaca.æ.la verdolaga.
Poſidon.onos.interpretatur Neptunus
Poſteri.orum.los que vernan deſpues.
Poſtis.is.por la puerta de madera.
Poſticus.a.um.coſa traſera.
Poſticum.i.el poſtigo puerta de tras.
Poſtridie aduerbium.otro dia deſpues.

Potior.iris.alcançar lo deſſeado.
Potis.e.por coſa que puede.
Poto.as.por beuer o dar a beuer.
Præ præpoſitio.por ante.
Præceps.itis.coſa perturbada o acelerada.
Præcino.is.cantar delante.
Præcipito.as.por derribar o caer.
Præcipio.is.mandar enſeñando.
Præcox.ocis.por coſa temprana.
Præcoquus.a.um.por aquello meſmo.
Præcordia.orũ.por las telas del coraçõ.
Præcurro.is.correr delante.
Præda.onis.por el robador.
Prædico.as.por predicar.
Prædico.is.por dezir antes.
Præneſte.is.vna ciudad de italia.
Præpedio.is.por impedir.
Præpes.etis.por coſa ligera que buela.
Præputium.ij.por el capillo del. &c.
Præs.dis.el abonado en heredades.
Præripio.is.por arrebatar antes.
Præſtigiæ.arum.iuegos de paſta paſſa.
Preſto indeclinabile.coſa preſente.
Præſul.ulis.perlado o perlada.
Præter præpoſitio.por ſacando a fuera.
Presbyter.eri.interpretatur ſenior.
Preſter.eris.cierta eſpecie de ſierpe.
Preſter.eris llama del cielo.
Prex.cis.por el ruego.
Priamus.rey de Troya hijo de Laomedõ
Priamides.æ.hijo o nieto de Priamo.
Priamis.idos.hija o nieta de Priamo.
Priapus.i.por el dios delos huertos.
Pridie.por vn dia antes.
Primates.tũ.los principales dela ciudad
Primores.orum.aquellos meſmos.
Priſtinus.a.um.coſa de poco dias paſſados.
Proauus.i.por el biſabuelo.
Probrum.i.por el denueſto.
Probus.a.um.coſa buena y puechoſa.
Procella.æ.por tempeſtad.
Proceres.um.los principales varones.
Procerus.a.um.coſa grande en ſu ſpecie
Procvlco.as.holler o tropellar.
Procumbo.is.caer lexos.
Prodigo.is egi.por deſtruyr.
Prodigus.a.um.coſa gaſtadora.
Prodo.is.manifeſtar o dar por traycion.
Profanus.a.um.coſa no ſagrada.
Profeſtus.a.um.coſa no de fieſta.
Proficio is.por aprouechar.
Proficiſcor.eris.partirſe a algun lugar.
Profiteor.eris.hazer pfeſſion.
Profor.aris.por hablar.
Profugio.is.huyr a lexos.
Profundo.is.por derramar mucho
Profundus.a.um.coſa honda.
Profuſus.a.ũ.el q̃ derrama mucho
Progenies.ei.por la generacion.

Prohibeo.es.vedar y apartar.
Proles.is.por la generacion.
Proluo.is.lauar mucho.
Promãtis.idos.interpretatur vaticinãs.
Prometheus.ei.hijo de Iapeto.
Promethides.æ.hijo de aqueſte.
Promineo.es.eſtar encima.
Promo.is.ſacar lo guardado.
Pronepos.otis.por el biſnieto.
Proneptis.por la biſnieta.
Pronuba.æ.la madrina de boda.
Pronus.a.um.coſa cueſta ayuſo.
Propago.inis.la cepa dela vid.
Prope ppoſitio.por cerca en lugar
Propertius.ij.nõbre de vn poeta.
Propino.as.dar a beuer delo que beuiſte.
Propontis.el mar cerca de Conſtantinopla.
Prophetes.æ.el pfeta varon.
Prophetiſſa.æ.la pphetа muger.
Propheta.æ.por lo meſmo
Propter præpoſitio.para dar cauſa.
Protinus aduerbium.por luego.
Proſa.æ.la dioſa q̃ endereça el parto
Proſa.æ.la oracion pſa.
Proſerpina.æ.la muger de Pluton.
Proſeucha.æ.el hoſpital de pobres.
Proſymna.æ.vna ciudad de Teſſalia.
Proſper.a.um.coſa de pſperidad.
Proteus.i.vn dios dela mar.
Protogenes.i.por primogenito.
Prototypon.el original.
Prudes.entos.n.p.viri.
Prurigo.inis.la comezon
Prunus.i.el ciruelo arbol.
Pſallo.is.por cantar.
Pſaltes.æ.por el cantor.
Pſaltria.æ.por la cantora.
Pſar.aros.interpretatur ſturnus.
Pſeudo in compoſitione.por falſo
Pterix interpretatur ala auis.
Ptiſana.æ.el ordiate o freſadas.
Ptolemæus.nombre delos Reyes de Egypto.
Ptolemeus.mathematico notable.
Ptos.cos.interpretatur lepus.oris.
Pubes.is.por el pendejo.
Publipor.oris.el moço de Publio.
Pudes.entos.n.p.viri.
Pudicus.a.um.coſa caſta.
Pugil.gilis.luchador o luchadora
Pugillares.las tablillas paeſcriuir
Pulex.icis.la pulga.
Pulmo.onis.por los bofes.
Puluinar.aris.eſtrado de almohadas.
Puluis.eris.el poluo.
Pungo.is.por punçar.
Pupa.æ.la muñeca.
Pupus.i.el muñeco.
Pupula.æ.la niñilla del ojo.
Pupillus.i.por el pupilo.

LEXANDER PP VI VALENTINUS FERDINAN

Pus.uris.por la podre.
Quadrigæ.arum.carro de quatro cauallos,
Quadrigies aduerbium,quarenta vezes.
Quadrãs.antis.la quarta parte de doze.
Quadrimus.a.um,coſa de quatro años,
Quadringenties, quatrocientas vezes.
Quæſtus.us.por la ganãcia,
Quæro.is.por ganar o buſcar
Quallus.i.por el canaſtillo.
Quater aduerbium,por quatro vezes.
Quaterni.æ.a.por cada vno quatro
Quatio.is.quaſſi.por ſacudir,
Queror.eris,por querellarſe.
Quercus.us,por el enzina arbol
Quæſo.is.quæſumus,por rogar
Queſtus.us.por la querella o quexa.
Quies.etis,por la holgãça
Quinquatria.orũ.fieſtas erãde minerua
Quincunx.cis.las cinco partes de doze,
Quinquagies aduerbiũ. cincuẽta vezes.
Quingẽties aduerbiũ. quiniẽtas vezes.
Quinquies aduerbiũ,por cinco vezes
Quinqueni.æ.a.por cada cinco.
Quinquageni.æ.a.por cada cincuenta,
Quingenteni.æ.a.por cada quinientos.
Quirinus.i.Romulo,rey delos Romãos.
Quiris,itis.por el Romano.
Quiſquiliæ.arũ.por fraſcas caſi nadas
Quiſquilia.æ.por la coſcoja arbol,
Quintilis.is,por el mes de Iulio.
Rabula.æ.por el abogado indocto
Racipolis.is.rex fuit Barbarus
Rapio.is.por arrebatar,
Rapum.i.el nabo.Raphan⁹.i.el rauano
Raſtrum.i.el raſtro o raſtrillo
Raucio,is.por enronquecer.
Rebellio.onis.por la rebeldia
Récido.is.por recaer.
Recido.is. penultima longa por cortar.
Reclino.as,por inclinar o recoſtar.
Recumbo.is.por acoſtarſe.
Recuſo.as.aui.por rehuſar.
Recutitus.a.um.circuncidado
Recludo.is.ſi.por abrir lo cerrado.
Redigo.is.egi.por reduzir.
Redimo.is.emi.arrendar o redemir.
Redimiculum.i.por el ornamento,
Reddo.is.por tornar a dar.
Redoleo.es.por oler bien.
Refercio.is.ſi.por recalcar.
Reficio.is.eci.por rehazer o reſtaurar.
Refrango.is.por quebrar.
Refuto.tas.aui.por redarguir
Relleo.es.eui.por raer o quitar.
Reliquiæ.arum.por las reliquias
Remaneo.es.ſi.por quedar.
Remex.igis.por remador o galeota.
Ren renis.por las renes o riñones,
Reor.eris.por penſar.

Reperio.is.por hallar.
Repo.is.pſi.por entrar no ſintiendoſe.
Requies.ei.por la holgança.
Requiro.is.ſiui,por buſcar o requerir.
Reſideo.es.por eſtar mucho aſſentado.
Reſes.dis.el que eſta mucho aſſentado.
Reſilio.is.por ſaltar atras
Reſpuo.is.por menoſpreciar.
Reſtis.is.por ſoga o riſtra.
Reſulto.as.aui.por reſurtir.
Reticeo.es.por callar mucho.
Retinaculum.i.por el retenedor.
Rhadamantis.idos.filius Iouis.
Rhamnes.etis.vn varon enel Vergilio
Rhax.agos.interpretatur acinus.i.
Rhebus.i.vn nombre de cauallo
Rheda.æ.por el carro o carreta.
Rhegium.ij.vna ciudad de Italia
Rhetor.oris.por el orador Rhetorico.
Rhin.inos.interpretatur naris.
Rhinoceros.otis.vn animal no conocido
Rhiphei.orũ.montes ſon Septẽtrionales.
Rhodan⁹.i.el ros o Rona,rio de Frãcia
Rhodos.i.por la isla y ciudad de rhodas
Rhododaphne.es.por el adelpho.
Rhodope.es.por vn mõte de Thracia.
Ringo.is.por riñir o riſar.
Ringor.eris.por lo meſmo.
Rito.as.a quo fuit prorito.as.irrito.as.
Ritus.us.la coſtumbre antigua
Rogus.i.por el fuego
Ruber.a.um.por coſa vermeja.
Rubigo.inis.por herrumbre o añublo.
Rubrica.æ.por el almagra.
Rubus.i.por la çarça mata conocida
Robur.oris.por Robre o fuerça.
Rudens.tis.por la cuerda dela naue.
Rudis.e. coſa nueua o no labrada.
Rudis.is.la vara del alcalde.
Rudo.is.rudi.por rebuznar.
Rudus vel ruder,la ſuziedad o veſſura.
Rufæ.arum.Campaniæ oppidum.
Rumex.icis.la Romaza yerua
Ruo.is.por caer o derribar,
Ruſpina.æ.oppidum Aphricæ
Ruſticus.a.um.por coſa del campo,
Ruteni.orũ.pueblos ſon de Alemaña.
Rutuli.orum.pueblos ſon de Italia.
Rutulus.a.um.por coſa Roxa o Rubia.
Rutuba.æ.por vn Rio de Italia.
Rutupe.es.vna ciudad de Sicilia.
Saburra.æ.vn capitan de Africa.
Sabinus.i.vn Rey delos Sabinos.
Sag⁹.i.ſaga.æ.el adeuino o adeuina
Salamin.inis.vna ciudad y isla de grecia
Sales.ium.por los donayres.
Salix.icis.por el ſalze arbol.
Salmacis.nympha & fons.
Salio.is.por ſaltar.

Salomon.Rey delos Iudios
Salome.es.muger Iudia.
Salpe.es.nōbre de vna muger partera.
Salpica.æ.cierta ſerpiēte en Africa
Salpinx,gos.interpretatur tuba.
Salſugo.inis.por el ſudor dela ſal.
Salto.as.por baylar o dançar.
Saluber,ſalubris.bre.por coſa ſaludable
Salum ſali.por la mar.
Sambuciſtes.æ.el q̄ tañe ſambuca.
Sambuciſtria.æ.por la que la tañe.
Samos.i.inſula maris Ionij.
Sānis,itis.nōbre de Sānio en Italia
Sancio.is,xi.por eſtablecer.
Sādix.cis.yerua pa teñir colorado
Sandicinus.a.um.coſa deſte color.
Saperda.æ.por vn cierto peſcado.
Sapis.is.por vn Rio de Lōbardia.
Sapo.onis.por el xabon.
Saphirus.i.çafir piedra precioſa.
Sappho.us.poetis mitylenæa.
Sarcina.æ.por carga o ſarcia.
Sarcio.cis.por coſer y ſurzir
Sarcophagus.i.genus lapidis.
Sardis.ium.ciuitas eſt Aſiæ.
Sardonix.icis.cierta piedra p̄cioſa
Sarmates.æ.vn varō de Tartaria.
Sarmatis.idis.muger de aq̄lla tierra
Sarpedon.onos.filius eſt Iouis.
Sarracum.i.por el carro.
Sarina.æ.por vna ciudad de Italia
Sarx ſarcos.interpretatur caro.
Saſon.onis.isla entre Brunduſio y Epiro
Saties,vel Satias por el haſtio.
Satelles,el armado que acōpaña a otro.
Saturnalia.orū.fieſtas erā de Saturno.
Scabo.is.ſcabi.por raſcar.
Scale.arum.por las eſcaleras.
Scalpo.is.ſcalpſi.raſtar o eſculpir.
Scando.is.por ſubir.
Scamnum.i.por el eſcaño.
Scelus.eris.por gran pecado.
Scepſis.ios.interpretatur excuſatio.
Schema.atis.figura interpretatur.
Scyphus.i.vaſo era para ſacrificar.
Scythes.æ.hombre de Tartaria.
Scythis.idis.por muger de alli.
Scitus.a.um.por coſa hermoſa o ſabia.
Sciſcitor.aris.preguntar para ſaber.
Scolex.cos.interpretatur vermis.
Scolopendra.herba eſt & animal.
Scolops.opis.interpretatur palus.[illegible]
Scomma.atos.interpretatur facetia.
Scope.arum.ſcoba para barrer
Scopo.is.por barrer con eſcoba.
Scor.atos.interpretatur merda.
Scrobs ſcrobis.por el hoyo.
Scrupulus.i.por cierta peſo.
Scrupulus.i.por la piedra.

Scrupulus.i.por la pedrezita o china.
Scurra.æ.por el truhan.
Sebetus.i.vna fuente de Napoles.
Seco.as.por cortar.
Securis.por la ſegur o hacha de armas.
Securus.a.um.coſa ſin cuidado
Secus præpoſitio.por cerca.
Secus aduerbium.por en otra manera.
Secundum præpoſitio.por ſegun.
Sedes.is.por el aſſiento.
Sedile.is.por ſilla de aſſentar.
Seditio.onis.bollicio o alboroto.
Sedulus.a.um.por coſa diligente.
Seges.etis.por la mieſſe dela tierra.
Seleis.entos.ciuitas eſt Homero.
Seligo.is.por apartar lo eſcogido.
Semel aduerbium.por vna vez.
Semis.iſſis.por la mitad dela libra.
Semis aduerbiū.por medio del entero.
Senecio ſenecionis.por viejezuelo.
Senium.ij.por la vejez.
Senones.pueblos ſon de Francia.
Seorſum.aduerbium apartadamente.
Sentes.ium.por las eſpinas.
Senſim aduerbiū.por poco a poco.
Seps.is.por ſeto o cierta ſierpe.
Sepes.is.por aquello meſmo.
Separ.por coſa deſigual.
Sepelio.is.por enterrar.
Sepia.æ.por la xibia peſcado.
Sepio.is.pſi.por cercar de ſeto.
Septeni.æ.a.por cada vno ſiete.
Sequana.æ.vn Rio de Francia.
Sequani.orū.pueblos cerca deſte rio
Ser.eros.vir ex Serica Regione.
Serapis.dis.dios de Egypto.
Seres.iū.ciertos pueblos orientales.
Sero.as.aui.por cerrar cō cerradura
Sero.is.eui.por ſembrar.
Seria.æ.por tinaja o vaſija de barro
Seria.orū.por las veras no burlas.
Sericus.a.um.por coſa de ſirgo.
Serotinus.a.um.por coſa tardia.
Seriphos.vna isla del arcepielago.
Serta.orum.por las aguirnaldas.
Serum.i.por el ſuero dela leche.
Seſtos.ciudad de Europa.
Sextilis.por el mes de Agoſto.
Sextans.las dos partes de doze.
Sextarius.cierta medida.
Seſoſtris.is.por vn Rey de Egypto
Seuerus.a.um.coſa graue.
Sibaris.ciuitas Apuliæ.
Sibilus.i.por el ſiluo.
Sibina.æ.genus [illegible] eſt.
Sica.a.daga o [illegible]
Sicarius.i.por el homiziano.
Sicania.æ.por la isla de Sicilia.
Sicanius.a.um.por coſa deſta isla.

Siculus.a.um.por lo miſmo.
Sycomorus.i.la higuera moral.
Sicheus.i.el marido de Dido.
Sidereus,interpretatur ferreus.a.um.
Sido ſidis ſidi.por hazer aſſiento.
Sydus.eris.la conſtellacion.
Syla.æ.vn boſque de Lucania.
Siler.eris.la vimbrera.
Siler ſileris,vn rio de Italia.
Silex ſilicis,la piedra pedernal.
Siligo.inis.el eſcandia o trigo candial.
Siliqua.æ.la vayna dela legumbre.
Silurus.i.vn peſcado del Nilo.
Sybolum.i.la conueniencia.
Simius.ij.el mono. Simia.æ.la mona.
Simois.entos.vn rio de Troia.
Simon ſimonis,philoſopho de Athenas.
Symplegas.adis.ſaxum iuxta boſphorum.
Simphonia ſimphoniæ.por la conſonancia.
Simulus.a.um.coſa roma vn poco.
Synagoga.æ.interpretatur conuentus.
Sinapis.is.la moſtaza o xenabe.
Sinapi,quod latine ſinapis.
Sincerus.a.um.por coſa limpia.
Sinciput.itis.por vn pedaço de cabeça.
Sydon.onis.por vna ciudad de Fenicia.
Sindon ſidonis lintheum ex ſerico.
Singuli.æ.a.por cada vno.
Singilis.is.por Guadaxenil rio.
Synhedra.æ.interpretatur conſeſſus.
Synodus,interpretatur conſilium.
Sinon.onis.por vn varon griego.
Sino.is.ſiui.por dexar.
Sinopis.is.por vna ciudad de Ponto.
Synterɇſis,interpretatur conſeruatio.
Sinueſſa.æ.por vna ciudad de Italia.
Sinum.i.la barreña para leche.
Sinus.us.el ſeno o golfo.
Siphax.acis.por vn rey de Africa.
Simpharium.ij.por el velo para ſombra.
Sipho.onis.el aguatocho.
Sipus.untis.por vna ciudad de Apulia.
Syracuſæ.arum.Caragoça de Sicilia.
Syren ſyrenis,animal aquatile.
Syrinx.gis.por la ſiringa o vna Nimpha.
Sirus.a.um.coſa de Syria.
Sys.yos.interpretatur ſus ſuis.
Siſer.eris.por cierta rayz hortenſe.
Siſymbrium.ij.el axedrea.
Siſto.is.eſtar quedo o durar.
Siſto.is.ſtiti.eſtancar o hazer eſtar.
Sithon.onis.por vn monte de Thracia.
Siticen.inis.el tañedor delos mortuorios.
Siticina.æ.por la tañedora aſſi.
Smaragdinus.a.um coſa deſmaralda.
Smilax.cis.cierta ſpecie de yedra.
Soboles.is.la generacion.
Socer ſoceri.el ſuegro.
Sodoma ſodomæ,ciudad de Paleſtina.

Soleo.es.acoſtumbrar.
Socors.dis.por coſa deſcorazonada.
Sodalis.is.compañero enlos plazeres.
Solen.enis.aquæductus ſiue piſcis.
Solium.ij.la ſilla real o caldero de baños.
Soluo.is.por pagar o deſatar.
Solox.ocis.lana groſſera de cabras.
Sophia græce.eſt ſapientia latine.
Sophocles.poeta tragicus.
Sophiſtes.æ.philoſopho fingido.
Sophos.u.interpretatur ſapiens.
Sophroſyne.es.interpretatur modeſtia.
Sophos aduerbium,interpretatur ſapienter.
Sopio.is.iui.por adormecer a otro.
Sora ſoræ,vna ciudad de Italia.
Soracte.tis.vn monte cerca de Roma.
Sorex.icis.por el ſorze o raton
Sorbillo.as.ſorber a menudo.
Sordes.ium la ſuziedad o auaricia.
Soror.oris.por la hermana.
Sortes.ium.la reſpueſta delos dioſes.
Soſpes.itis.ſano y ſaluo ombre o muger.
Soſpita.æ.por coſa hembra deſta manera.
Soter.eris.interpretatur ſaluator.
Spado.onis.por el caſtrado.
Spadix.icis.por el razimo de datiles.
Spanis.ios.interpretatur raritas.
Spargo.is.ſi.por derramar.
Specus.us.por la cueua.
Spelæum.i.por aquello meſmo.
Spelunx.cis.por eſpelunca.
Spelunca.æ.por la cueua.
Sperno.is.por menoſpreciar.
Spinx vel ſphinx.gis.animal no conocido.
Spinter.eris.la trença dela veſtidura.
Spiculum.i.por la lança ſaeta o casquillo.
Spio.us.vna ex nymphis.
Spondeo ſpondes,por prometer
Spolia ſpoliorum,por los deſpoſos.
Spoletum ſpoleti,lugar de Italia.
Sponſalia.orum,los deſpoſorios.
Sponte aduerbium,voluntarioſamente.
Splen.enis.el baço dela aſſadura.
Spurius.ij.el baſtardo no legitimo
Stabilis.e.por coſa que eſta y permanece.
Statiua.orũ.eſtancia del real para poco tiẽpo
Strabo.onis.el tuerto hombre.
Straba.æ.la muger tuerta.
Strages.is.el ſtrago de muertos.
Stragulum.i.repoſtero o ſilla o albarda.
Stater.eris.el peſo o balança.
Sterno.is.por yguelar lo aſpero.
Ster.atos.interpretatur ſeuum.
Sterto.is.por roncar dormiendo.
Steatoma.atis.ſpecie de vlcera.
Sterpſiceros.otis.por vna ſpecie de cieruo.
Stheneius.i.hijo de Capaneo y Euadne.
Stigo.as.a quo ſunt inſtigo.as.caſtigo.as.
Stenos.interpretatur robur.

Stimmi.ios.por alcohol.
Stipo.as.por tupir y constribar.
Stilus.i.graphium,por el punçon.
Stipes.itis.por el tronco.
Stirps.pis.por el arbol y generacion.
Stix stichos,interpretatur tricenturia.
Styx.gis.aqua inferorum.
Stirax.cis.por el storaque.
Stlopus.i.por el sonido delos buchetes.
Storax.acis.por aquello meſmo.
Stoni,populi ſunt Euganeorum.
Strategis.interpretatur dux fœmina.
Strepo.is.por hazer estruẽdo cõlos pies.
Strideo.es.por rechinar con los dientes.
Striga.æ.por el manojo.
Strigilis.is.por la ſarten o estregadera
Stringo is.xi.por apretar.
Strimon.onos.fluuius est Thraciæ.
Strix.gis.por bruxa o cierta aue nocturna.
Struo.is.por edificar o ordenar.
Strues.is.est lignorum congeries.
Stupeo.pes.por paſmarſe de eſpanto.
Stupidus.a.um.qd motu & ſenſu caret.
Su..deo.es.por induzir con razones.
Sub præpoſitio,por debaxo.
Suber.eris.por el alcornoque.
Subtus,por debaxo ſin medio
Subter.por aquello meſmo.
Subſcus.udis.por el tarugo o ſonina.
Subcollo.as.por traer enel cuello.
Subula.æ.por el aleſna.
Succumbo.is,por caer o ſer vencido.
Sucerda ſuis ſtercus
Sudes.is.por vara para tirar.
Sueuus i. populi Germaniæ.
Suffimen.inis.por el ſamuberio.
Supellex.tilis.por el alhaja de caſa.
Superſtes.itis.por elque biue ſobre otro.
Super præpoſitio,por ſobre.
Suppetiæ.arum.por ayuda de gente.
Suppleo,es.por ſuplir.
Supparus.i.por la vela o tienda.
Supplex.icis.por coſa humilde
Sus ſuis,por el puerco o puerca.
Suſurrus.i.por el zumbido.
TAbes.is.por la ſangre corrompida
Tabi tabo.por aquello meſmo.
Tabraca.æ.por vna ciudad de Africa.
Tachys.eos.interpretatur velox.citus.
Taygeta.æ.vna ex Pleiadibus
Tænarus i.por vn mõte de Lacedemonia
Taygetus.& taygeta.orũ mõs lacedemõiæ
Talas.interpretatur miſer.
Talpa.æ.por el topo animal.
Talus.i.por el carnicol.
Talio.onis.por la pena del tanto por tanto.
Tanaquil.por vna muger Romana.
Tango.is.tetigi por tocar
Tantundẽ.tantidẽ,por otro tãto.

Tapes.etis,tapete o alcatifa.
Tarbaryx,nomen pprium viri.
Tartarus.i.por el infierno.
Taumas.antis.vnus ex titanibus.
Tecmor.oros.interpretatur finis.
Tegea.æ.oppidum Arcadiæ.
Teges.etis.por cabaña o choça.
Tegeticula.æ.por pequeña cabaña.
Tego.is.por cobrir.
Telchin.nos.populus Cretæ.
Telegonus.i.filius Vlyxis.
Telephus.i.hijo fue de Hercules y Augẽ.
Telemachus.i.filius Vlyxis & Penelope.
Telemus.i.por vn pſeta delos Ciclopas.
Telos,interpretatur finis.
Telon.onos.interpretatur publicanus.
Tellus,uris.por la dioſa dela tierra.
Temetum.i.por el vino.
Temiſtocles,dux Athenienſium.
Temno.is.tempſi.por menoſpreciar.
Temo.onis.por timon de aradro.
Tempe,por vn valle de Theſſalia.
Tendo.is.tetẽdi por eſtẽder o endereçar.
Tenedos.por vna isla en frẽte de Troya
Tenuis,e.por coſa ſotil y delgada.
Tenus præpoſitio,por haſta.
Tepeſco.is.por entibiarſe.
Terapne.es.por aldea de Lacedemonia.
Teredo.inis.por guſano dela madera.
Teren.enos.interpretatur tener.
Teres.etis.por coſa rolliza.
Tereus.ei.por vn rey de Thracia.
Tergeo.es,tergo tergis,por alimpiar.
Termes.etis.por el renueuo del arbol.
Terreo.es por eſpantar.
Terni.æ.a.por cada tres.
Tero.is,triui,por hollar o gaſtar.
Teſtudo.inis,por el galapago.
Teſqua ſunt loca deſerta & inculta.
Tethys.yos,por la dioſa dela mar.
Tetra interpretatur quattuor.
Tetragrãmaton,i.quattuor literarum.
Tetrarcha.æ.por vno delos quatro principes.
Tetricus.a.um.por coſa ſeuera y graue.
Tetrix.gos.interpretatur cicada.
Texo.is.texui.por texer.
Thales,vnus ex ſeptem ſapientibus.
Thamyris,por vn cantor de Thracia.
Tharips.bos.nomen proprium viri.
Thaumas.antis.vnus ex Gigantibus.
Thebaidos.opus de Thebis.
Thebæ.arũ.por vna ciudad de Boeotia.
Thebais.por vna ciudad de Aegypto.
Theca.æ.interpretatur capſa.
Themis.idos.Dea vaticiniorum
Thenar,apos interpretatur vola manus.
Theodorus.i.nombre pprio de varon
Theodoricus.i.por vn rey delos Godos.
Theodoſius.i.vn emperador de Roma.

ALEXANDER FERDINANDUS ... VALENTINUS